POETARUM TRAGICORUM GRAECORUM FRAGMENTA

Aeschylus, Sophocles

Digitized by Google

G 401

Digitized by Google

G.x.41

POETARUM TRAGICORUM GRAECORUM FRAGMENTA

EDIDIT

FRIDERICUS GUILELMUS WAGNER.

VOLUMEN II.

EURIPIDIS FRAGMENTA CONTINENS.

VRATISLAVIÆ

TYPIS ET IMPENSIS GRASSII, BARTHII & SOC.

MDCCCXLIV.

Digitized by Google

G401

2090-37/2

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee
Nov. 5, 19[illegible]

BOUND JAN 2 1915

Digitized by Google

VIRO

GENEROSISSIMO ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO

LIBERALISSIMO LITERARUM ATQUE HONESTARUM ARTIUM

FAUTORI AC PATRONO

ALBRECHTO FRIDERICO EICHHORN

AUGUSTISSIMI BORUSSORUM REGIS SUMMO ADMINISTRO ET RERUM AD RELIGIONIS CULTUM, AD INSTITUTIONEM PUBLICAM ARTEMQUE MEDICAM PERTINENTIUM SUMMO PRAESIDI ATQUE MODERATORI, MULTORUM ET INSIGNIUM ORDINUM EQUITI ETC. ETC.

HUNC QUALEMCUNQUE LIBRUM

MAXIMAE REVERENTIAE ATQUE OBSERVANTIAE

DOCUMENTUM EXTARE

VOLUIT

AUCTOR.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Vix ulla opus fore excusatione existimo, quod tot praeclarissimorum poetarum membra, quae tam diu disiecta iacebant, in unum corpus collegi*); illud autem fortasse mirum ac reprehendendum cuipiam videbitur, quod tanquam falce in aliorum segetes immissa etiam Aeschyli, Sophoclis atque Euripidis reliquias adieci. Neque ab initio mihi consilium fuit horum quoque poetarum fragmenta adiungendi, quippe quae dudum ab aliis iisque me multo doctioribus viris satis diligenter collecta, emendata ac disposita arbitrarer; mox autem, quum minorum, ut ita dicam, tragicorum residua congessissem, pluribus rationibus adductus sum, ut ad maiorum illorum reliquias etiam aggrederer. Primum enim bene intellexi, de minorum tragicorum fragmentis ac poetica arte recte iudicari non posse, nisi ab eo, qui *Aeschyli*, *Sophoclis* atque *Euripidis* et superstites fabulas et deperditarum reliquias accurate cognoverit ac pertractaverit: nam quis v. c. recte vel saltem probabiliter de *Theodectae* Philocteta disputet, nisi qui exploraverit, quales fuerint Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Philoctetae, praesertim quum minores tragici mirum quantum ex maioribus istis pependerint, ut saepissime non modo tragoediarum argumenta ac singularum scenarum dispositiones, sed sententias etiam dictionesque ab iis repeterent. Omnium vero maxime, ut suis locis exemplis demonstrabo, *Euripides* is fuit, cuius ex hortulis posteriores poetae tragici flosculos suos car-

*) Vide quae de tali collectione vir summus, *Theophilus Welckerus*, (Trag. Graec. p. 887. fin. sq.) iudicat.

Digitized by Google

pserunt ac delibarunt: unde factum est, ut nonnunquam vel grammatici de quarundam fabularum, velut Iphigeniae Auliden-sis, ac sententiarum auctore inter Euripidem aliosque poetas fluctuarent. Deinde quum Aeschyli ac praecipue, quum So-phoclis et Euripidis reliquias diligenter animo perlustrarem, miratus vidi, eas nec omnes adhuc esse congestas nec satis emendate exhibitas nec ita denique dispositas, ut sententia de fabularum, ex quibus petitae essent, conformatione et de poe-tica auctoris arte ferri posset. Quae quum animo mecum volverem, denuo Aeschyli, Sophoclis et Euripidis fragmenta colligere atque *omnia omnium tragicorum residua* uno corpore comprehendere constitui: in quo consilio illud me confirmavit, quod mihi persuadebam, eos, qui minorum tragicorum reli-quias possessuri essent collectas, invite tantum *plena Aeschyli, Sophoclis Euripidisque fragmentorum collectione* esse carituros. Itaque cum ex iis veterum libris, ex quibus priores horum fragmentorum editores sua hauserunt, tum multis aliis inspe-ctis curiose omnia conquisivi, quae aut certo cuidam tragico tribuebantur aut, sine poetae nomine citata, colorem tragicum prae se ferebant. Nec operam meam, quantulacunque fuit, prorsus irritam fuisse reor, quum et permulta nova invenire, et plurima, quae nota iam erant, sive aliorum sive meis curis emendatiora proponere mihi contigerit. Totius autem operis dispositio erit haec, ut, quum in *secundo* volumine, quod nunc in lucem emitto, *Euripidis* fragmenta exhibuerim, in *primo* Aeschyli, Sophoclis et eorum poetarum, qui ante Aeschylum aut tragoe-dias aut fabulas satyricas docuerunt, in *tertio*, quod propediem se-quetur, reliquorum poetarum fragmenta et eos versus, qui ex in-certis tragoediis superesse videntur, in *quarto* denique histo-riam tragicorum criticam editurus sim. Quod autem *Euripidis* fragmenta primo loco publici iuris feci, haud temere a me fa-ctum esse intelliget, qui ea meminerit, quae supra significavi, a minorum tragicorum fragmentis sexcenties ad Euripidis fa-bulas respiciendum ac recurrendum esse. Quo accedit, quod Euripideorum dramatum reliquiae, ut bene Valck. Diatr. c. I. init. ostendit, cuiusvis alius poetae fragmentis longe praestant*).

*) Cf. Cic. Epist. ad Fam. XVI, 8, 2. *Ego certe singulos eius* (sc. *Euri-pidis*) *versus singula testimonia puto.*

Iam vero ut de huius voluminis argumento quae dicenda restant paucis absolvam, primum id egi, quod vir immortalis memoriae, Valckenarius l. c. p. 5. B. cuique fragmentorum editori imprimis spectandum esse optime monuit, ut ex omnibus veterum libris, ex quibus Euripidea expiscari poteram, maxima cum fide etiam depravatissima quaevis exscriberem. Sed quoniam ubique optimas eorum scriptorum, quibus Euripidea debemus, editiones adhibui, inde factum est, ut haud pauci loci, qui corrupti ante circumferebantur, e codicibus correctiores edi possent; quamvis multo plures Valckenari, Matthiaei, (qui quantopere de his fragmentis meriti sint iam satis constat), Pflugkii, Hermanni, Meinekii, Bergkii aliorumque coniecturis, quas hic illic sparsas diligenter collegi, et meis, quoad per ingenii imbecillitatem fieri potuit, emendati sint. In edendo autem textu Euripidis graeco eam mihi legem proposui, ut verba sic exhiberem, uti in codicibus extant; emendationes vero, ubi necessariae erant, infra subiicerem, paucissimis locis exceptis, velut fgm. 148. vs. 2., fgm. 345. vs. 1. etc., in quibus, quum lenissima ac certissima fere medicina restitui possent, emendationes in textum recepi. Deinde summo studio explorare conatus fui, quaenam fuerint singularum fabularum argumenta, quae scenarum dispositio atque conformatio, quinam denique mores personarum in his fabulis agentium, ut fragmenta ipsa eo ordine collocare possem, quem olim in fabulis tenuisse viderentur. Atqui ea in re non ita sum versatus, ut meris coniecturis locum darem, sed ibi tantum de ratione, qua aliqua fabula adornata fuisse videretur, disserui, ubi aut ex fragmentis ipsis aut ex certis veterum scriptorum testimoniis aut aliunde cum aliqua probabilitatis specie colligi aliquid poterat; iis vero locis, ubi eiusmodi indiciis destitutus eram, libere fateri non dubitavi, nescire me, quid repraesentare Euripides voluerit. Viam etiam in hac re muniverant viri sagacissimi, *Theophil. Welckerus* (Trag. Graec. respecto Cycl. Epic. Bonn. 1839. sq.), *Ad. Schoellius* (de Tetralog. Tragic. Graec. Vol. I. Berol. 1839.), alii, quos in libro ipso nominavi: praecipue vero *Welckerus* ingeniosissime Euripidearum fabularum artificia ante oculos posuit atque explicuit, et, ubi ipse verum non invenit, certe aditum ad illud indagandum egregie fecit; quem igitur quod in plurimis, licet nusquam inconsiderate, secutus sum, cuique opinor laudandus potius quam

vituperandus videbor. Nihil autem, id quod doleo, lucri in librum meum ex doctissimi *Hartungi* „*Euripide restituto*“ (Hamburgi, 1843.) redundare potuit: nam magna libri mei pars typis iam impressa erat, quum ille ad me perlatus esset; quare si ulla in re cum Hartungo consentiam, casui hoc adscribendum est.

Haec fere sunt, quae praemittenda mihi ante videbantur, quam hunc librum lectorum benevolentiae atque indulgentiae, quam eos mihi non denegaturos esse confido, qui similia opera moliti sunt, commendatum emitterem. Quibus tamen, ne iudices iusto iniquiores nanciscar, hoc adiiciendum est, gravissimo ac longinquo oculorum morbo impeditum me huic libro nec extremam manum imponere nec ei corrigendo, quum typis imprimeretur, operam dare potuisse, unde factum esse, ut nonnulla menda licet non admodum gravia, quae in libri calce adnotata sunt, relinquerentur. Simulque finem huic praefationi imponere non possum, quin viro clarissimo, *C. E. Ch. Schneidero*, doctrina atque humanitate pariter insigni, qui in extrema huius libri parte molestissimum correctoris munus suscepit, gratias agam.

Scripsi Vratislaviae Calendis Martiis MDCCCXLIV.

EURIPIDIS FRAGMENTA.

DE

EURIPIDIS FABULARUM NUMERO

AC NOMINIBUS.

De Euripidis fabularum numero iam inter veteres grammaticos lis fuisse videtur. Haec enim tradit Suid. (v. *Εὐριπίδης*): *δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μέν τινας οε, κατὰ δὲ ἄλλους ἐνενήκοντα δύο. σώζονται δὲ οζ'.* (sic). *νίκας δὲ ἀνείλετο ε', τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. ἐπεδείξατο δὲ ὅλους ἐνιαυτοὺς κβ'.* In hisce Suidae verbis haud dubie mirum cuique videbitur, quod, quum paullo ante Euripidem ex quorundam sententia LXXV tantum fabulas composuisse dictum sit, deinde LXXVII superesse traditur; ac facile apparet, verba *σώζονται δὲ οζ'* non posse ex eodem, quo illa (*δράματα αὐτοῦ . . . οε*), fonte ducta neque a Suida ipso adscripta esse, sed alinde, fortasse librarii cuiusdam cura, hoc loco irrepsisse. Nam Suidas si ipse adiecisset, his verbis opinionem eorum, qui LXXV tantum fabulas ab Euripide scriptas esse dicebant, vanam atque falsam esse significasset, quod si voluisset, alio modo ac definitis verbis fecisset. Itaque numerus LXXVII ipse corruptus videtur, nam in reliquis de Euripidis fabularum numero testimoniis, quae infra afferemus, legitur *οή* *). Quae quum ita sint, verba *σώζονται δὲ οζ'* ex uno alterove testimoniorum, quae infra subiecta sunt, suborta videntur. Quae sententia eo confirmatur, quod in optimo Suidae codice V et in Moschopuli vita Euripidis (p. LXVI. ed. Pflugk.),

*) Welckero (Trag. Gr. p. 449.) hunc quoque numerum corruptum ex *οε'* iudicanti non possum assentiri; nam qui LXXV tantummodo fabulas numerarunt, haud dubie omiserunt Tennem, Rhadamanthum, Pirithoum; qui LXXVIII, has etiam accensuerunt, indicantes simul, illas ipsis suspectas videri. Utrique igitur recte numerarunt. — Parum prudenter ea de re disputavit Elmsl. ad Med. p. 56 seq.

qua, si reliqua respicis, eadem iisdem verbis, quibus Suidas usus est, narrantur, verba illa omissa videmus. Ex eorum autem numero, quos Euripidi LXXV tantum fabulas assignasse Suidas et Moschopulus tradunt, praecipue respexisse videntur auctorem gravissimum, *Varronem*, de quo Gell. (N. A. XVII, 4.) haec habet: „*Euripidem quoque M. Varro ait, quum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis**) *vicisse, quum eum saepe vincerent*

---

*) Welck. l. c. p. 1605. verba *in quinque solis* recte interpretatur: *in quinque tetralogiis.* — Attamen quo tempore quibusque tragoediis Euripides victorias illas reportaverit, haud facile est ad definiendum, quum nonnisi de tribus certa antiquitatis testimonia in manibus habeamus, reliquarum autem unam tantum coniectura assequi possimus. Primum vicisse Euripidem Ol. LXXXIV, 3 testatur Marmor Parium l. 75. (cf. Boekh. Corp. Inscr. II. p. 302.) *ἀφ' οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν ἔτη ΗΓΔΔΓΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Διφίλου*, ad quod tempus nullam a Zirndorfero (de chronol. Eurip. fab.) relatam esse tragoediam miror. Deinde vicit Hippolyto superstite Ol. LXXXVII, 4 teste argum. ad Hippol. *Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ ἔτει τετάρτῳ· πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων.* Rursus victoriam reportasse eum Andromeda et Helena Ol. XCII, 1 ex Aristophane eiusque scholiastae verbis verisimile fit. In Ranis (vs. 52 sq.) enim Dionysus dicit: „sibi Euripidis Andromedam legenti vehementissimum poetae desiderium animum concussisse," ad quae verba schol. (Venet.) adnotat.: *τῶν καλλίστων Εὐριπίδου δρᾶμα ἡ Ἀνδρομέδα. διὰ τί δὲ μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινίσσων, Ἀντιόπης. ἡ δὲ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει* (sc. *πρὸ Βατράχων*) *προῆκται.* Mirari scholiastam videmus, quod Dionysus potissimum Andromedam iam octavo anno ante actam (i. e. Ol. XCI, 4) neque illarum tragoediarum ullam commemoret, quae non minus eximiae paullo ante actae sint; at de industria Dionysus, qui saepius in Ranis tanquam populi Atheniensis partes agens ex eius mente loquitur, Andromedae mentionem fecisse videtur. Fuit enim haec fabula, ut schol. ipse confitetur, una e praeclarissimis, et procul dubio earum, quae proxime ante Ranas actae erant, populo acceptissima: probabile igitur est, ea victoriam comparasse Euripidem. Atque hinc explicandum, cur Aristophanes nullam tragoediam magis castigaverit, quam Andromedam (cf. fragmenta infra collecta), ita quidem, ut in Thesmophoriazusis vel partem eius iocose imitando in ridiculum deflecteret: nam si Euripidearum fabularum vitiositatem ostendere volebat, facilius id consequi non poterat, quam si eas, quae populo notissimae ac probatissimae erant, sub iudicium vocabat. Eandem ob caussam etiam Hippolytum saepissime irrisam videmus. Extremam victoriam reportavit Euripides Suida teste post mortem sine dubitatione illis fabulis, quas ab eius filio sub patris nomine in scenam productas esse scholiastes (Aristoph. Ran. 67) tradit: *οὕτω δὲ καὶ διδασκαλίαι φέρουσιν, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμώνυμον ἔν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα* (sc. *τὸν διὰ Κορίνθου*), *Βάκχας.* Quae fabulae utrum a maiore Euripide scriptae atque integrae tantummodo a minore actae, an a minore ipso fictae ac tantummodo sub patris nomine in scenam indu-

poetae ignavissimi.“ Reliqui omnes, qui Euripidis fabulas numerarunt, numerum XCII tuentur. Cf. vit. Eurip. e cod. Mediol. ab Elmsl. ad calcem Baccharum editam (p. 174. ed. Lips.): *τὰ πάντα δὲ ἦν αὐτῷ δράματα ϟβ'. σώζεται δὲ οἡ. τούτων νοθεύεται τρία, Τέννης, Ῥαδάμανθυς, Πειρίθους.* quibus cum verbis consentiunt, quae in codd. Paris. (cf. Journ. des Savans. 1832. p. 242.) et Vindob. (cf. Boeckh. Princ. Trag. p. 232.) eandem vitam continentibus, in cod. Florent. 33. apd. Matth. not. in Hecub. p. 3. et in vita Eurip. (Blochii) e cod. Havn. (cf. Friedem. et Seebod. Miscell. crit. I. p. 396.) leguntur. In universum etiam conspirat Thomas Magister (vit. Eurip.), quamquam haec scribens: „*ἔγραψε μὲν οὖν δράματα δύο καὶ ἐνενήκοντα τὰ πάντα, ἐν οἷς ἦν ὀκτὼ μόνα σατυρικά· νενίκηκε δὲ ἐν πᾶσι τούτοις τοῖς δράμασι νίκας πεντεκαιδέκα.*“ bis erravit, primum quod Euripidem quindecies (in fonte, ex quo hausit, errore *ιε'* pro *ε'* legens) vicisse, deinde octo tantum fabulas satyricas scripsisse ait. Nam si Euripides XCII fabulas composuit, quae XXIII tetralogias efficiebant, plura quam VIII dramata satyrica scripserit necesse est, quum id, quod in tetralogia e Cressis, Alcmaeone, Telepho et Alcestide (cf. argum. Vatic. ad Alcest. ed. Dindorf.) composita factum erat, nimirum ut in fine tetralogiae pro satyrico dramate tragoedia adiecta esset, nonnisi perraro evenisse videatur. Credidit vero Thomas Magister, quum non plures, quam VIII fabulae satyricae nobis innotuerint, nullas nisi has VIII ab Euripide fictas fuisse. — Dissensionem ipsam inter eos, qui LXXV, eosque qui XCII fabulas Euripidem composuisse putant, tolli ita posse persuasum nobis est, ut XCII quidem dramata a poeta scripta, Varronis tempore autem non plura quam LXXV superfuisse dicamus, tribus illis suspectis tragoediis non adnumeratis. Quare quum vel illis temporibus LXXV tantummodo fabulae superessent, non mirum potest videri, quod non plures nobis innotuerunt, quarum, (si Rhesum ut Euripideam adiicis) XIX propemodum integrae, reliquae nonnisi in fragmentis aetatem tulerunt. Quarum nomina, uti a scriptoribus citantur, haec sunt:

Αἰγεύς.
Αἴολος.
Ἀλέξανδρος.
Ἄλκηστις.
Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.
Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου.
Ἀλκμήνη.
Ἀλόπη.
Ἀνδρομάχη.
Ἀνδρομέδα.
Ἀντιγόνη.
Ἀντιόπη.
Ἀρχέλαος.
Αὐγή.
Αὐτόλυκος. α'. β'. σατ.
Βάκχαι.
Βελλεροφόντης.
Βουσίρις σατ.
Δανάη.
Δίκτυς.
Ἑκάβη.
Ἑλένη.
Ἐπειός.
Ἐρεχθεύς.
Εὑρεσθεύς σατ.
Ἠλέκτρα.

---

ctae, an denique a patre excogitatae, a filio vero elaboratae vel immutatae saltem sint, nondum inter viros doctos constat.

Ἡρακλεῖδαι.	*Ὀρέστης.*
Ἡρακλῆς μαινόμενος.	*Παλαμήδης.*
Θερισταί σατ.	*Πειρίθους.* (?)
Θησεύς.	*Πελιάδες.*
Θυέστης.	*Πηλεύς.*
Ἱκέτιδες.	*Πλεισθένης.*
Ἰνώ.	*Πολύϊδος.*
Ἰξίων.	*Πρωτεσίλαος.*
Ἱππόλυτος (καλυπτόμενος).	*Ῥαδάμανθυς.* (?)
Ἱππόλυτος (στεφανίας).	*Ῥῆσος.*
Ἰφιγένεια ἐν Ταύροις.	*Σθενέβοια.*
Ἰφιγένεια ἐν Αὐλίδι.	*Σίσυφος σατ.*
Ἴων.	*Σκίρων σατ.*
Κάδμος.	*Σκύριαι.*
Κρεσφόντης.	*Συλεύς σατ.*
Κρῆσσαι.	*Τέννης.* (?)
Κρῆτες.	*Τήλεφος.*
Κύκλωψ σατ.	*Τημενίδαι.*
Λικύμνιος.	*Τρῳάδες.*
Μελανίππη ἡ σοφή.	*Τυρώ.*
Μελανίππη δεσμῶτις.	*Φαέθων.*
Μελέαγρος.	*Φιλοκτήτης.*
Μήδεια.	*Φοῖνιξ.*
Οἰδίπους.	*Φοίνισσαι.*
Οἰνεύς.	*Φρίξος.*
Οἰνόμαος.	*Χρύσιππος.*

Ex his coniunctim in scenam prodierunt:

Κρῆσσαι, Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος, Τήλεφος, Ἄλκηστις. (cf. Argument. codicis Vatic. Alcest. ed. Dindorf.)

Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταί, Σατύροι. (cf. Argument. Aristophanis Byz. ad Med.).

Ἀλέξανδρος, Παλαμήδης, Τρῳάδες, Σίσυφος σατυρικός. (cf. Ael. V. H. II. 8.)

Ἑλένη, Ἀνδρομέδα. (cf. schol. Aristoph. Thesm. 1021. 1069. Ran. 53.)

Τυρώ, Φοίνισσαι, Ἀντιόπη. (cf. schol. Aristoph. Ran. 53.)

Ἰφιγένεια ἡ ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίων (*ὁ διὰ Κορίνθου*), *Βάκχαι.* (cf. schol. Aristoph. Ran. 67.)

Quae fabulae qua ratione inter se connecti potuerint, ingeniosissime nostratium Ad. Schoellius in libro, qui inscriptus est: „*Beiträge zur Geschichte der griechischen Poesie.* (Berlin 1839.)“ ostendere conatus fuit, cuius sententiam, quum et paucis absolvi nequeat, et nos hoc loco nonnisi de fragmentis Euripidearum fabularum agere constituerimus, alio loco examini subiiciemus.

Omnes Euripidis fabulae alphabetico ordine olim enumeratae erant in inscriptione bipartita marmoris, quod *Albanum* di-

cunt *); tempore autem, quo lapis inveniebatur, iam mutilus erat, et XXXVI tantummodo fabulas in hunc modum continebat, ut alterum in lapide ordinem *Ἐπηός* (sic) fabula, alterum *Ὀρέστης* finiret.

Ἄλκηστις.
Ἀρχέλαος.
Αἰγεύς.
Αἴολος.
Ἀλόπη.
Ἀντιγόνη.
Ἀλκμαίων.
Ἀνδρομέδα.
Ἀλέξανδρος.
Αὔγη.
Ἀνδρομάχη.
Ἀντιγόνη. (!)
Αὐτόλυκος.
Βάκχαι.
Βελλεροφόντης.
Βούσειρις.
Δίκτυς.
Δανάη.
Εἰφιγένεια.
Ἑλένη.
Εἰνώ.
Ἑκάβη.
Ἐρεχθεύς.
Εὐρυσθεύς.
Ἐπηός.
Κρῆτες.
Κρῆσσα. (sic).
Κρεσφόντες. (sic.)
Κύκλωψ.
Λικύνιος. (sic.)
Μελάνιππος. (sic.)
Μήδεια.
Μελέαγρος.
Οἰνεύς.
Οἰδίπους.
Ὀρέστης.

Plura hoc marmor vitia continet, quae suis locis notavimus; facile igitur intelligitur, errore etiam factum esse, quod post *Ἀνδρομάχην* altera *Ἀντιγόνη* loco *Ἀντιόπης* commemoretur. Sculptori praeterea haud dubie vitio vertendum erit, quod Alcmaeones, Iphigeniae, Melanippae non duae commemoratae sunt; nam si iis, qui lapidem viderunt, fides habenda, non tantum spatii supererat, ut sculptor fabularum titulis aliquid, quo discernerentur, adiicere potuisset. In universum autem marmoris catalogum cum titulis, quos e scriptorum citationibus elicuimus, consentientem conspicimus, praeter Epëum, quam fabulam adhuc a nemine respectam, et praeter *Alcmenen*, quam aeque atque *Antiopam* sculptoris sine dubio negligentia omissam invenimus. Idem catalogus omittit *Λάμιαν* et *Ξαντρίας*, quae ad nostra usque tempora inter Euripidis fabulas cir-

*) Simulacra huius marmoris, de quo doctissime Osannus in J. A. Wolfii Analectis literariis Vol. II. p. 527. disseruit, inveniuntur in: Winckelmanni Monum. ined. tab. 158. p. 225., Mus. Napoleon. II., 68. et Monum. du Musée T. II. p. 58.

cumferebantur. *Ξάντριαι* a nullo veterum scriptorum praeter scholiastam Aristoph. Ran. 1385 citantur, sed ibi nunc in Dindorfii edit. schol. Arist. Oxon. ex cpdd. Rav. et Ven. auctoritate Aeschylo haec fabula tribuitur, quem fabulam ita inscriptam composuisse alii quoque scriptores testantur. *Λάμιαν* autem (sic, non *Λαμίαν* scribendum est, cf. Spitz. de vers. her. p. 30. Meinek. ad Menandr. p. 145.) duobus locis seu potius uno, nam uterque ex eodem fonte manavit, commemoratam videmus. Schol. ad Plat. Phaedr. de Sibyllis agens p. 61. Ruhnk. haec scribit: *Δευτέρα δὲ (Σίβυλλα) Λίβυσσα*), ἧς μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ Εὐριπίδης.* Consentit Phot. Quaest. Amphiloch. 160. Prorsus eadem praebet Varro ap. Lactant. Instit. div. I. 6. de ira dei. 22. (Fragm. p. 216. ed. Bipont.): *„secundam (Sibyllam) Libycam, cuius meminit Euripides in Lamiae prologo.“* Facile quisque videt, Varronem eundem fontem ante oculos habuisse et in Latinum sermonem convertisse, ex quo scholiastes Platonis hauserit, nam mirum in modum uterque ad verbum consentiunt. Vix autem repertum quemquam iri puto, qui dicere possit, qua ratione *Lamia* tragoediae cuipiam argumentum praebere potuerit. Nam de Lamia, Sibyllae matre, (Paus. X. 12. 1. Plut. cur Pyth. or. 9. p. 398. C.) Neptuni filia, nos nihil scimus ac ne veteres quidem quidquam scisse videntur; quare eam nequaquam talia expertam esse probabile est, ut tragoediae nomen dare potuisset. Multo minus autem altera illa Lamia, Beli et Libyae filia, cuius fata copiose Schol. Aristoph. Pac. 757. Suidas s. h. v. Diodorus XX. 41. et Arsen. Viol. p. 331. ed. Walz. (v. *Λαμίας δυσμορφότερος*) narrant, a poetis comicis saepissime in scenam producta**), tragoediae persona esse potuit. Attamen haec potissimum Lamia ab Euripide dicta est, si fides habenda est Diodoro l. c. sub fin. haec tradenti: *ὅτι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην γέγονεν αὕτη (ἡ Λάμια) καὶ τὸν Εὐριπίδην δείξαι τις ἂν μαρτυροῦντα. λέγει γὰρ*

*Τίς τοὔνομα τὸ * ἐπονείδιστον βροτοῖς*
οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος;

Hos versus enim viri docti ad unum omnes ad Lamiam fabulam, quae Euripidi tribuebatur, praeeunte Diodoro retulerunt, non animadvertentes hac ratione ambas Lamias confundi. Qui si igitur erraverunt, fortasse cum Euripide ipso in errorem inciderunt; iam enim Euripidis temporibus discrimen inter utramque factum esse, praesertim cum de matre Sibyllae nihil amplius notum esset, ac Sibylla vel ipsa Libyca vocaretur, non verisimile est. Sed inde, quod Lamiae in his versibus mentio fit, nequaquam est colligendum, petitos esse ex tragoedia, quam statuebant, Lamia: neque omnino eiusmodi tragoediam ab Euripide scribi potuisse, ostendere conati fui-

---

*) Verba *δεύτερα δὲ Σίβυλλα ἡ Λίβυσσα* habet etiam Anon. de Sibyll. in Cram. Anecd. Gr. Paris. Vol. I. p. 333., reliqua vero non exhibet.

**) Crates vel totam comoediam Lamiae nomine inscripsit. cf. Meinek. Poet. com. Vol. I. p. 65. Vol. II. p. 240 sq.

mus; imo Lamiam, quippe etiam a marmore Albano omissam e numero Euripidearum fabularum exstinximus. Quaeritur nunc autem, quo referenda sint scholiastae Platonici et Varronis verba. Welckerus, qui (Trag. Graec. II. p. 528) pariter atque nos Euripidi Lamiam abiudicat, verba „ἐν τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ" ita interpretatur, ut Lamiam in alia quadam fabula prologum recitasse dicat, quemadmodum saepius in tragoediis graecis προλογίζοντες quidam introducuntur. Hoc per se non improbabile est: hoc autem, quod Welckerus Lamiam in *Scylla* quadam, quam ipse fingit, Euripidis tragoedia προλογιζούσης partes egisse ait, est admodum improbabile. Sic enim ratiocinatur: Lamiam teste schol. Apoll. Rhod. IV. 828. (Στησίχορος ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι) Scyllae matrem fuisse, unde verisimile fiat, eam, quae ab Aristotele Poet. XV. 8 commemoretur tragoedia *Scylla*, Euripideum drama esse; ibi enim inter plures Euripidis fabulas afferri. Verba Aristotelis haec sunt: Ἔστι δὲ παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον, οἷον ὁ Μενέλαος ὁ ἐν τῷ Ὀρέστῃ. τοῦ δὲ ἀπρέπους καὶ μὴ ἁρμόττοντος ὅ τε θρῆνος Ὀδυσσέως ἐν τῇ Σκύλλῃ, καὶ ἡ τῆς Μελανίππης ῥῆσις· τοῦ δὲ ἀνωμάλου ἡ ἐν Αὐλίδι Ἰφιγένεια. Aristoteles hoc loco exponit, quid poetae in describendis moribus personarum, quas aut agentes aut loquentes introducere velit, spectandum sit; at non solum de poetis tragicis sermonem instituit, sed, ut semper tragicos et epicos poetas simul respexit atque comparavit, hic quoque utrisque praecepta dare voluit, quod et totus Aristoteleae orationis tenor et praecipue § 9—11 docent. Non prorsus reprobanda igitur, ut Welckero visum est, eorum erit sententia, qui ab Aristotele non tragoediam Scyllam, sed epicum quoddam carmen dictum censent, neque multum abest, quin Odysseae librum XII, cuius pars *Scylla* inscripta fuit, et eius quidem versus 371—373. ineptam Ulixis querelam continentes, ab Aristotele dictos putem. Sed etiamsi Welckero largiremur, Scyllam non epicum carmen, sed tragoediam fuisse, tamen nullo modo ex Aristotelis verbis sequeretur, *Euripidis* fuisse fabulam. Aristoteles enim saepius Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, aliorum poetarum fabulas promiscue affert, ad fabulae titulum poetae nomen non adiiciens, nisi eiusdem tituli fabulae plurium poetarum inveniuntur. Vehementer igitur erraret, qui v. c. loco Poet. XI. 2. sq., ubi Aristoteles, de Oedipode ac deinceps de Lynceo fabulis verba fecit, Lynceum ad eundem poetam referre vellet, qui Oedipodem composuit: Lynceus enim est Theodectis fabula (cf. Poet. cap. XVIII) a philosopho tacito poetae nomine citata. Cavendum igitur est, ne illo etiam loco, quem supra a Welckero in usum suum conversum vidimus, in eundem errorem illabamur. Tandem Welckerus exposuisset vellem, quale Scyllae tragodiae ab ipso simulatae argumentum fuisset. Dicit quidem, Euripidem fabulae argumentum ex Stesichori Scylla petiisse, verum haec opinio in mera coniectura posita est, atque etiam Stesichori Scylla uno tantum scholiastae Apollon. IV. 838. testimonio nititur, eo quidem satis infirmo, ita ut recte Harlesius Scyllam fuisse Stesichoreae Ἰλίου Πέρσεως partem affirmasse nobis videatur. Quae quum ita sint, persuadere nobis non poteri-

mus, ab Euripide *Scyllam* tragoediam scriptam esse, quamdiu eam non certa antiquitatis testimonia tuita erunt. Corruit igitur etiam altera scholiastae Platonici et Varronis verborum interpretatio a Welckero proposita, qua Lamia in Scylla tragoedia prologum dixisse fertur. Quid igitur? si haec verba neque ad Lamiam, neque ad Scyllam tragoediam pertinent, quo tandem sunt referenda? Equidem libere me hoc nescire fateor: tamen coniecturam, quae in mentem mihi venit, afferam. Mihi enim in fonte, ex quo schol. Plat. et Varro hauserunt, scriptum fuisse videtur: *δευτέρα δὲ Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῷ τῆς Λαοδαμείας προλόγῳ Εὐριπίδης*; genitivus *Λαοδαμείας* seu *Λαοδαμίας*, ut frequenti permutatione vocalium *ει* et *ι* in codicibus invenitur, per compendium *) scriptum facile in *Λαμίας*, ut ab illis lectum est, abire potuit. Si quis autem recte me hunc locum correxisse concedat, ad Protesilaum fabulam eum referam, in qua quin Laodamia, Protesilai uxor, prologum pronuntiaverit, nemini dubium erit, qui fabulae argumentum, (quod cf.) perspectum habet. In scenam enim umbra mariti paullo ante defuncti malisque somniis modo e somno excitata prodibat Laodamia, ea, quae per somnum viderat, quaeque terrorem ei iniecerant, narrabat et deorum iram omniaque mala sacrificiis avertere constituebat. Quid igitur veri est similius, quam eam meminisse, quum somnia et praesagia mentis enarraret, vaticinii cuiusdam veteris a Sibylla Libyca, omnium antiquissima, olim editi, quo obscure significatum fuisset, ipsam vix nuptam viro orbatum iri, quemadmodum Dareus in Persis Aeschyli (725 sq.) oraculorum quorundam veterum reminiscitur, quae infaustum pugnae inter Persas et Graecos exitum praedixerant. Itaque aptissime in Laodamiae oratione Sibyllae commemoratio locum habebat **). Si cui vero offensioni sit, quod Euripidis Protesilaum tam insolito modo citari diximus, conferat Dionis Chrysostomi orat. XXXVII. pag. 467. B. (Protesil. fgm. X.), verba. Quae quum explorata sint, restat, ut exponamus, quo pertineant versus a Diodoro citati supraque exhibiti. Qui duplici modo in eodem Laodamiae prologo locum habere potuerunt. Primum si Euripidem ambas Lamias confudisse statuimus, Laodamia istos versus proferre poterat, ubi Sibyllae Libycae eiusque vaticinii memor erat. Deinde vero, atque hoc multo probabilius mihi videtur, Laodamia uti iis poterat, ubi somniorum terrores narrabat; nam vidisse eam per somnum mariti umbram, supra est monitum, neque improbabile est, in ipso Tartaro hanc umbram apparuisse, itaque Tartarum ipsum cum omnibus, quae in eo insunt, terriculis, Cerbero, Lamia, aliis, Laodamiae menti obversatum esse. Sed haec hactenus de Lamia, ne lectoribus terrorem inferamus. —

---

*) Simili errore apud Hygin. fab. LXXIV legitur *Lyci* pro *Lycurgi*.

**) Similiter Sibylla Pausania IX. 12. 3. teste Hecubae somnium interpretans (cf. argum. Eurip. Alexandr.) Priamo vaticinata est, filium (Alexandrum) quam Hecuba paritura sit, patriae exitio fore.

Quae praeter illas Euripidis fabulae citantur aut depravatis codicum scripturis aut scriptorum eos citantium erroribus originem debent. Sic *Αἴγες* pro *Αἰγεύς*, *ἐν Διδύμοις* pro *ἐν Λικυμνίῳ*, *ἐν Κλεισὶ* pro *ἐν Κρησὶ*, *Κτίμενος* pro *Τήμενος* legitur (cf. fragmenta fabularum modo citatarum); nonnunquam etiam singulae personae in fabula quadam agentes, praecipue eae, quae primarias partes tenent, pro fabula ipsa nominantur; cuius usus exemplum e Protesilao supra iam attulimus. Alia exempla haec sunt: *Glauci* persona ter a Stobaeo pro *Polyido* fabula nominatur*), *Medea* pro *Aegeo*, *Alexandra* pro *Alexandro*, (cf. Osann. in F. A. Wolfii Anal. Lit. II. p. 532 sq.), *Cercyon* pro *Alope* (cf. Valck. Diatr. p. 12), *Polydorus* et *Polyxena* pro *Hecuba*, *Clymene* pro *Phaëthonte*, *Electra* pro *Oreste*, *Pentheus* pro *Bacchis*, *Phaedra* pro *Hippolyto*. Si vero Valckenarius (Diatr. p. 12.), Matthiaeus, Ed. Muellerus (Theor. artis graec. p. 267.), Welckerus (Trag. graec. p. 676.) *Thyestam* et *Cressas* unam eandemque fabulam esse putant, recte iis refragatus est God. Hermannus (Praef. ad Cyclop. p. XIII.), cuius rationibus adiici potest, quod etiam Orio in Anthologmonico tria ex *Thyeste* Euripidis fragmenta attulit. Utramque fabulam diversam fuisse maxime hoc demonstrat, quod schol. Aristoph. Ach. 432. ad poetae verba *τῶν Θυεστείων ῥακῶν* adnotat: *ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου*; nam dicere non poterat *αὐτοῦ τοῦ Θυέστου*, (aut Cressarum aut *ipsius* Thyestae), si titulo tantum differebant Cressae et Thyestes. Apparet contra, scholiastam haesisse, utrum ad Cressas an ad Thyesten Aristophanis verba referret, quum in utraque fabula Thyestes ageret.**) Quare Thyesten in numerum Euripidearum fabularum rursus recipere non dubitavimus. *Phryges* autem fabula, de qua iam Valckenarius (Diatr. p. 14.) dubitationem moverat, optime iis, quae Guil. Dindorfius ad Aristoph. fragm. p. 23., Welckerus Trag. graec. p. 453., Meinekius Poet. com. II. p. 371 sq. disputarunt, e numero fabularum Euripidis explosa est.

Α Ι Γ Ε Υ Σ.

Argumentum fabulae praebent Apollodorus Bibl. I. 9, 28. Paus. II. 3, 7. et accuratius ex Cratete, Euripidis interprete, Schol. Hom. Il. XI. 741. his verbis: *Μήδεια ἐγένετο Αἰήτου μὲν θυγάτηρ, Ἰάσονος*

---

*) *Glaucum* fabulam passim citatam, non diversam esse a *Polyido* iam recte coniecerunt Musgravius, Elmsl. ad Med. argum. not. K., Welck. Aesch. Trilog. p. 340. not. Trag. Graec. p. 767. Nec Glaucum in marmore Albano commemoratam invenimus. Cf. Polyid. argum.

**) Accedit, quod Stobaeus ipse inter utramque distinxisse videtur, quum Flor. XCII, 3 versus quosdam ex Thyeste et proxime XCII, 5 alios e Cressis attulerit.

δὲ γυνή. αὕτη μετὰ τὴν ἀπεργασθεῖσαν ἐν Κορίνθῳ τεκτονίαν φυγὰς εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, καὶ ἐγαμήθη Αἰγεῖ τοῦ Πανδίονος*)· κἀκεῖ Θησέα τὸν ἐξ Αἴθρας γενόμενον τῷ Αἰγεῖ, ἐπὶ τὸν τοῦ πατρὸς ἀναγνωρισμὸν ἐκ Τροιζῆνος ἀφικόμενον, πείθει τὸν Αἰγέα φάρμακον αὐτῷ δοῦναι θανάσιμον, ἐπίβουλον αὐτοῦ τῆς βασιλείας εἰποῦσα παραγενέσθαι. πεισθεὶς δὲ Αἰγεὺς παραγενομένῳ τῷ παιδὶ φάρμακον ἔδωκεν· μέλλοντος δὲ καταπίνειν ἐπιγνοὺς τό τε ξίφος καὶ τὰ ὑποδήματα (ταῦτα γὰρ Τροιζῆνι γνωρίσματα κατέλιπεν)· τὸ μὲν φάρμακον ἀφείλετο, τὴν δὲ Μήδειαν ἐξέβαλε τῆς Ἀττικῆς. His adiiciendus est Plut. vit. Thes. 12. προαισθομένη δὲ περὶ τοῦ Θησέως αὕτη (sc. ἡ Μήδεια), τοῦ μὲν Αἰγέως ἀγνοοῦντος, ὄντος δὲ πρεσβυτέρου καὶ φοβουμένου πάντα διὰ τὴν στάσιν, ἔπεισεν αὐτὸν, ὡς ξένον ἐστιῶντα φαρμάκοις ἀνελεῖν. ἐλθὼν οὖν ὁ Θησεὺς ἐπὶ τὸ ἄριστον, οὐκ ἐδοκίμαζε φράζειν αὐτὸν, ὅστις εἴη, πρότερος, ἐκείνῳ δὲ βουλόμενος ἀρχὴν ἀνευρέσεως παρασχεῖν, κρεῶν παρακειμένων, σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ὡς ταῦτα τεμῶν, ἐδείκνυεν αὐτῷ· ταχὺ δὲ καταμαθὼν ὁ Αἰγεὺς, τὴν μὲν κύλικα τοῦ φαρμάκου κατέβαλε, τὸν δὲ υἱὸν ἀνακρίνας ἡσπάζετο καὶ συναγαγὼν τοὺς πολίτας ἐγνώριζεν, ἡδέως αὐτὸν δεχόμενος διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν. Ex his summa argumenti quidem facile cognosci potest, sed qua ratione singulae fabulae partes conformatae ac dispositae fuerint, diiudicari nequit. — Haec tragoedia ipsa ab Aristotele (Poet. XXV. 29. ed. Buhle) reprehensa est, quippe in qua τὸ ἄλογον praeter necessitatem adhibitum sit. De tempore, quo acta sit, nihil constat. Si tamen inc. fab. fgm. CXVIII. ex ea petitum est, una ex postremis fuit. Ad eandem pertinent verba schol. ad Med. 164. τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα, μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνομαστί. —

1. 1.

Stob. Floril. LXXIII. 14.

Πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιος γυνὴ
τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.

Verba haud dubie Medeae sunt prologum dicentis, quo certiorem de Thesei adventu factam sese prodit atque excusat, quod ei utpote ex priori Aegei coniugio oriundo insidias paratura sit. — In primo vs. vulgo legebatur: πως πᾶσι πολέμιον. Πᾶσι recte iam Musgravius, ut sententia efflagitat, in παισὶ correxit; πως autem fortasse aliquis in τοῖς mutari malit. Οἱ πρόσθεν παῖδες sunt liberi ante alterum illud matrimonium nati. Πολέμιον, per se quidem bonum, Gaisfordius optimi codicis A. auctoritate in πολέμιος mutavit. Ceterum animadvertes alliterationem in hoc versu. Vs. 2. Elmsl. ad Med. p. 66. pro δευτέρῳ scribi iussit δευτέρα, qua coniectura, licet ingeniosa sit, facile tamen carere possumus. Ad sententiam cf. Ion. 1042. Herm. Phrix. fgm. IV.

*) Apollodorus l. c., Pausanias l. c., Hygin. fab. XXVI narrant, Medeam peperisse Aegeo filium, nomine Μῆδον.

II. 2.

Clem. Alex. VI. 2, § 11. (p. 742, 18. P.)

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
πόλει ξενοῦσθαι τῇδε; τίς πάτρας θ' ὅρος;
τίς ἔσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

Fortasse eiusdem Medeae verba sunt Theseum, qui modo advenerat, quaerendo pertentantis. Vs. 2. scribebatur olim: *πολυξε-νοῦσθαι; γῆ δὲ τίς πάτρας θ' ὅρος;* sed in verbo *πολυξενοῦσθαι* nec alibi extante nec ad sententiam satis apto iam dudum viri docti haeserunt; correxit igitur Valck. ad Hippol. 1085. *πάλαι ξενοῦσθαι*, ita ut *πάλαι* ad *ἐκλελοιπότα* referret, haud improbabiliter: postea vero e codd. genuina scriptura *πόλει ξεν.* revocata est. Reliqua Theod. Bergkius (in Zimmermanni Diario Antiqu. 1835. n. 20. et Ibid. 1836. p. 79.) coniectura restituit; ita tamen, ut altero loco simul *τε*, quam particulam inutilem iudicat, eiiceret. Verumtamen, quamvis ea non opus esse confiteamur, contra codicum auctoritatem omittere noluimus.

III. 3.

Schol. Aristoph. Av. 494. *ἐς δεκάτην γάρ ποτε)· Ὅτι τὴν δεκάτην εἱστίων ἐπὶ τοῖς τικτομένοις, καὶ ἐν αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισί. καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ*

τί σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν;

Ita Dindorfius in edit. Oxon. codicem Ven. sequutus pro eo quod vulgo circumferebatur *τίς σε μᾶτερ* [cod. Med. *μάτερ*] *ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμαζεν.* Corruptelam ex parte correxerat sententiamque aperuerat Elmsl. ad Med. p. 66. not. a, praebens tamen *τίς* et *τόκον.* Scholiastam, ut solet, Suidas v. *δεκατεύειν* exscripsit, pariter falso exhibens *τίς σε* etc. Recte Porsonus Adv. Append. p. 441. monuit, nullam metri iambici speciem hunc versum habere, sed ex melicis petitum esse, quod etiam doricae formae arguant. Quare coniecturas virorum doctorum, qui in iamborum terminos includere eum conati sunt praetereo, praesertim quum sententia offensionis nihil habeat. Chori videntur verba esse pariter ut Medea Theseum exquirentis.

IV. 4.

Stob. XXXIX. 6.

Τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;

Cf. fgm. V. Ad sententiam simile est Phoen. 369. Aeol. fgm. XVI. et a. l.

5. V.

Stob. CXVIII. 8.

κατθανεῖν δ' ὀφείλεται
καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων.

Hoc et antecedens fragmentum verba Thesei continere videntur narrantis, cur Troezene relicta Athenas venerit, nempe patriae amore et rerum gerendarum ardore ductus. — Vs. 1. Verba *κατθανεῖν δ' ὀφείλεται* explicavit Wyttenb. ad Plut. Moral. p. 726. — Vs. 2. *Ἐκτὸς πόνων*. Similia omnes tragici praebent. cf. Phoen. 43. Herc. fur. 1249. *ἐκτὸς ὢν συμφορᾶς*. Soph. Phil. 502. *ἐκτὸς πημάτων*. 1244. Antig. 610. 621., quem dicendi usum illustraverunt Stanl. ad Aesch. Choeph. 695. Prom. 263. Abresch ad Sept. 271.

6. VI.

Stob. CXI. 1.

Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας,
οὐχ ἡ τύχη σε· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Aegeus haec Theseo dixisse videtur, quum ille animum non pati ipsum otiosum esse et gloriam quam maxime se appetere exposuisse. — Vs. 1. *πτηνὰς ἐλπίδας*) Similiter dicit poeta Iphig. Taur. 571. *πτηνῶν ὀνείρων* et Phoen. 1539. Soph. Oed. R. 487. *πέτομαι δ' ἐλπίσιν*. — Comparari cum hoc loco iubet Valck. Phoen. 904. sqq. (ed. Pors.) aitque (Diatr. p. 231.) obversatum esse hunc locum Horatio Od. III. 29, 53 sq. — Vs. 2. Paris. A. B. *οὐχ ἡ τύχη γε*.

7. VII.

Stob. XLVII. 6.

Ἀνδρὸς ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.

Cuius haec verba sint non liquet. Welckero ex oratione fucata et ad fallendum idonea, qua Medea maritum laudaverit, petita esse videntur. Possunt tamen etiam Thesei esse Athenas venientis, ut Aegeo officia sua qualiacunque praestet.

8. VIII.

Stob. XXXIV. 3.

Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔσται σοι κακά.

Matthiaeo et mihi Thesei post patefactas insidias Medeam increpantis verba esse videntur, Welckero autem Medeae ipsius vehementer in Aegeum invehentis, quia procul dubio tergiversabatur atque advenam veneno tollere recusabat. — Legebatur antea *καθέξῃς* et *ἔστι*, quod bene Porsonus Adv. p. 274 correxit. *Ἔσται* vero iam Gesneri editio praebuerat.

IX. 9.

Orion. Anthologiom. VI. I. p. 48. ed. Schneidew.

Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ βαθυσπόρου χθονὸς
ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν ὁμιλίαι.

Eadem paucis verbis immutatis ex Theseo fabula (cf. fgm. IX.) affert Stobaeus: Welckerus igitur Stobaei errore haec verba illic citata ac potius, quum in utraque fabula Theseus in scenam prodierit, huc referenda esse, nullo modo autem in utraque extitisse iudicat. Primum autem ea, quae Stobaeus affert, licet simillima sint, tamen non omni ex parte conspirant cum eis, quae Orio praebet; at vero, etiam si prorsus eadem verba utroque loco legerentur, tamen ex alia in aliam fabulam translata esse affirmare non auderemus, nisi verborum continuitati repugnarent, id quod in tragoedia, cuius tantummodo fragmenta supersunt, nunquam esse potest. Deinde omnino ne offensioni nobis sit cavendum, si eandem sententiam sive iisdem sive parum mutatis verbis in pluribus tragoediis legimus, nam Euripidem eiusmodi versuum repetitionem adamasse plurima exempla docent. Cf. Med. 41. et 380. Med. 54. et Bacch. 1029. Med. 270. et Troad. 703. Med. 292. 447. et Hel. 957. Med. 471. et Inon. fgm. XIX. vs. 8. Med. 693. et Peliad. fgm. I. Med. 748. et Iphig. Taur. 738. Med. 922 sq. et vs. 1006 sq. ubi vid. R. Klotz. Med. 1019. et Iph. Aul. 440. Med. 1030. et Troad. 762. Med. 1310. et Hipp. 352. Bacch. 215. et Hippol. 281. Bacch. 315. et Hippol. 78 sq. Phoen. 195. et 312. Heracl. 97. et 223. Hippol. 897. et 1048. Iphig. Taur. 84. et 1455. Helen. fin., Alcest. fin., Bacch. fin., Androm. fin. et Med. fin. Phoen. 531. et Syl. fgm. IV. vs. 1. Hec. 805. et inc. fab. fgm. XXXIII. vs. 1. Androm. fgm. XLI. et Antiop. fgm. XLII. Archel. fgm. VIII. vs. 3. et inc. fab. fgm. XLI. vs. 7. Archel. fgm. X. et Erechth. fgm. XIX. vs. 2. 3. Aeol. fgm. XXIV. vs. 1. et Dict. fgm. XI. Erechth. fgm. IV. vs. 7 sq. et inc. fab. fgm. CXVIII. Belleroph. fgm. XXIX. et inc. fab. fgm. CCXXXVI. Hippol. fgm. VI. et Temen. fgm. XI. Melanipp. fgm. I. et Pirith. fgm. V. vs. 4. Hypsipyl. fgm. X. vs. 8. et inc. fab. fgm. XXVIII. Ixion. fgm. III. vs. 3. et Polyid. fgm. VI. vs. 3. Oen. fgm. XII. et Teleph. fgm. XXI. Firnhaber, die Verdächtigungen Eurip. Verse. (Leipz. 1840.) p. 41 sq. et in Zimmermanni Diar. Antiq. a. 1840. p. 156. sq. Witzschel, de versibus in Euripidis trag. male repetitis in Act. Societ. Graec. II. 1. p. 148 sq. — Non est igitur, cur haec verba et in Aegeo et in Theseo paullulum immutata locum habuisse negemus. Verba ipsa sintne Thesei an Aegei dubium est.

X. 10.

Stob. LXXIII. 16.

Δειλῶν γυναῖκες δεσποτῶν θρασύστομοι.

Haec a Theseo vel a Choro post insidias Medeae palam factas dicta esse facile intelligitur.

11. XI.

Stob. LXXXVI. 11.

Ἦ που κρεῖσσον τῆς εὐγενίας
τὸ καλῶς πράσσειν.

Chori sunt sive, ut antecedentia, de Medea post patefactas insidias dicta, sive, ut Welckero videtur, de Theseo prolata, quippe qui tam praeclara gesserit, ut aut quaeri non debeat, utrum nobili an infimo loco natus sit, aut, si forte loco haud nobili sit exortus, propter ipsas res gestas origo negligenda sit. — Verba bene correxit Elmsl. ad Med. p. 50. ed. Lips. not. a. scribens *ἦ πολύ*. Saepius enim *ἦ που* et *ἦ πολὺ* confusa sunt. cf. Or. 1085. Herc. f. 460.

12. XII.

Stob. VII. 2.

Ἔστι καὶ παίσαντ' ἀρετὰν
ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

Pariter chori sunt fortasse Theseum cohortantis, ut quaevis pericula forti animo subeat ac ne mortem quidem extimescat, sed in ea etiam eandem fortitudinem et virtutem servet atque praebeat.

13. XIII.

Harpocration. s. v. *Πάνακτος* (p. 144, 23. ed. Bekk.) *πόλις ἐστὶ μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ.* MSS. B. C. *Αἰγί.* A. *Αἰγίδι*, correxit Maussacus. Pro *Πάνακτος* haud scio an scribendum sit *Πάνακτον*, quod oppidum in finibus Atticae et Boeotiae situm commemorant Thuc. V. 42. Plut. vit. Nic. 20. Paus. I. 25, 6.

14. XIV.

Steph. Byz. v. *ἄντρον. τὸ σπήλαιον· τὸ τοπικὸν ἔδει ἀντρίτης, ὡς λίκνον λικνίτης· εὕρηται δὲ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ, καὶ ἀντραῖα.* Codd. *ἐν Αἰξὶ*, quod recte in *Αἰγεῖ* mutarunt Barnesius, Musgravius, Meinekius (Poet. com. II. 1. p. 434.)

Huc fortasse etiam pertinent verba quae Stob. LXXVIII. 3. affert.

Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα·

quaeque sine auctoris nomine etiam Clem. Alex. Paed. I. 6, 48. p. 127. P. citat; optime enim conveniunt Medeae, quae pariter ea atque

fgm. VII. in oratione fucata atque fallaci protulisse videtur. — Gesnerus ea dedit cum lemmate: *Euripidis in Aegeo*; Trinc. c. l. *Εὐριπίδου*; optimus cod. Paris. A. c. l.: *βιότου* (sic) *ἐκ Μηδείας*, quod Elmsleius, quamquam ipse (Med. p. 59. Lips.) dicit: „*optime haec Medeae personae in Aegeo conveniunt, callidae scilicet novercae amare simulanti quos odio habeat*", infelicissima coniectura ex *διο. τν.* h. e. *Διονυσίου τραγῳδοῦντος ἐκ Μηδείας* corruptum censet. Si igitur, ut ex lemmate apparere videtur, haec Medeae verba sunt, quum in tragoedia Euripidis, quae Medea inscripta est, nec legantur nec legi omnino potuerint, aut ex *Aegeo* aut ex *Peliadibus* petita sint oportet, nisi forte quis hos versus Euripideos esse neget.

Idem valere videtur de alio loco ap. schol. Aristoph. Acharn. 119. (cf. inc. fab. fgm. CXCIII.); de Thesei fgm. X. autem dubitari potest, sitne ad Theseum an huc referendum.

Α Ι Ο Λ Ο Σ.

Argumentum fabulae primus uberius exposuit Grauertus (de mediae Graecorum comoediae natura et forma) in Mus. Rhenan. 1828. p. 50. sq., praetermittens tamen inter veteres auctores, qui huc faciunt, Sostratum in libro II. Tyrrhenicorum ap. Stob. LXIV. 35. p. 404. *Αἴολος τῶν κατὰ Τυρρηνίαν βασιλεὺς τόπων ἔσχεν ἐξ Ἀμφιθέας θυγατέρας ἓξ καὶ τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀρρένων παίδων, ὧν ὁ πρεσβύτατος Μακαρεὺς Κανάκης τῆς ἀδελφῆς ἐρασθεὶς ἐβιάσατο τὴν προειρημένην. Αἴολος δὲ περὶ τούτων μαθὼν τῇ θυγατρὶ ξίφος ἔπεμψεν· ἡ δὲ ὡς νόμον δεξαμένη τὸν σίδηρον αὐτὴν ἀνεῖλε. Μακαρεὺς δὲ τὸν γεννήσαντα προεξιλεωσάμενος ἔδραμεν εἰς τὸν θάλαμον, εὑρὼν δὲ τὴν ἀγαπωμένην αἱμορῥαγοῦσαν τῷ αὐτῷ ξίφει τὸν βίον περιέγραψε.* — His Euripideae tragoediae argumentum contineri testatur schol. Aristoph. Nub. 1374. et Dion. Hal. l. infra c. Eadem breviter tradit schol. Aristoph. Ran. 873. et Hygin. fab. 242. 243., idem tamen fab. 238. sibi non constans Canacen ab Aeolo interfectum esse narrat. Cum his compara Dion. Halic. art. rhet. 9, 11. (T. V. p. 354. Reisk.) *Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει. Πρότερον δὲ δείξωμεν ἐν ὅλῳ δράματι ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικούμενον. ἐν τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεύς ἐστιν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ καὶ λανθάνων, καὶ συμβουλεύων τῷ πατρὶ τὰς ἀδελφὰς τοῖς ἀδελφοῖς συνοικίσαι, ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσηται· καὶ οὕτως ἐσχημάτισται ὁ λόγος κοινῇ γνώμῃ καὶ συμβουλῇ.* Hanc fabulam etiam ante oculos habuisse atque in usum suum convertisse videtur Ovid. Heroid. Epist. XI., neque vero ita, ut eundem atque Euripides ordinem servaverit, quod bene contra Grauertum monuit Welckerus (l. c. p. 861.), ipse in nonnullis longe probabilius fabulae structuram explicans. Propter incestum inter fratrem et sororem amorem vero vehementer eam exagitarunt poetae comici, inprimis Aristophanes (Nub. 1468. Pac. 114. 119.

Thesm. 177. Ran. 1475.), Antiphanes, Eriphus (cf. Meinek. Poet. com. III. p. 7 sq. p. 556.), quam ante Ol. LXXXIX. actam esse inde sequitur, quoniam eius in Nubibus Aristophanis mentio iniecta est.

15. I.

Dicaearch. *Βίῳ Ἑλλάδος.* p. 22. ed. Hudson. sine nomine fabulae.

Ἕλλην γὰρ, ὡς ἔοικε, γίγνεται Διὸς,
Τοῦ δ' Αἴολος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
θεοῦ μανεὶς ἔρριψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Petita esse ex Aeolo probabile reddit Strabo VIII. 3. p. 546. B. *Ἡ δὲ Σαλμώνη πλησίον ἐστὶ τῆς ὁμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς· ἐμβάλλει δ' εἰς τὸν Ἀλφειὸν, καλεῖται δὲ νῦν Βαρνίχιος· τούτου ἐρασθῆναι τὴν Τυρώ φασιν.* (Hom. Od. XI. 238.) *Ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησίν.* — Verba e prologo sunt, quo Aeolus haud dubie ipse origine sua a Jove deducta (cf. Ovid. Heroid. XI. 238.) liberos suos in connubia dandi consilium patefecit (cf. fgm. II. III.) simulque sponsos sponsasque a se filiabus filiisque electis enumeravit. — Vs. 1. *ὡς ἔοικε* significat: *ut fertur*, de quo dicendi usu cf. Wyttenb. Plut. vol. VI. p. 176.

16. II.

Stob. LXV. 1.

Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄρσεν' ἀρσένων,
πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος.
πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ' ὑπάρχον ἐν βίῳ,
τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

Hoc et sequens fgm. aut ad prologum (cf. fgm. I.) aut eam ad scenam pertinuit, in qua Aeolus liberis consilium suum manifestavit. (cf. fgm. IV.) Vs. 1. Stob. male *ἄῤῥεν ἀῤῥένων*, forma tragicis inusitata. — Vsm. 2. praebent Athen. XIII. p. 566. B., Porphyrius in *εἰσαγωγῇ* s. libello *περὶ τῶν ἑπτὰ φωνῶν*, cap. 2. init. et hinc Etym. M. p. 295, 43. Gud. p. 163, 28., Eustath. ad Il. *γ'*, p. 399, 10. ed. Rom., Cram. An. Gr. Paris. I. p, 403, 9., citantes *ἄξιον*, quam scripturam posthabendam esse Stobaei *ἀξίους* docuit Muret. Var. Lect. III. 2. Ad illustrandam sententiam vide Serv. ad Virg. Aen. I. 591. „Notandum enim semper reges formosos describi, ut dignitas et auctoritas magis ad sui contemplationem observantiamque alliciat.“ cf. Plaut. Mil. glor. I. 10. Corn. Nep. Iphicr. 3. etc. — Silentio vero praetermitti nequit, grammaticum ap. Cram. An. Gr. l. c. versum 2. citantem adiecisse, usum eo Euripidem esse *de Phoenice* quodam. Quod si verum est, bis Euripides eum adhibuisse videtur,

ac fortasse reliqui scriptores, qui eum citarunt, alterum illum, non hunc Aeoli locum ante oculos haberunt, itaque ἄξιον scripserunt.

III. 17.

Stob. XLV. 13.

Λαμπροὶ δ' ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος ἔν τε συλλόγοις
μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο,
ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ, μεγάλα βουλεύοντες εὖ.

Cf. fgm. II. — Partem citat Aristot. Polit. III. 2, 5. *Καὶ τὴν παιδείαν εὐθὺς, ἑτέραν εἶναι λέγουσι τινὲς τοῦ ἄρχοντος, ὥσπερ καὶ φαίνονται οἱ τῶν βασιλέων υἱεῖς ἱππικὴν καὶ πολιτικὴν παιδευόμενοι. Καὶ Εὐριπίδης φησὶ, μή μοι τὰ κόμψ', ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ· ὡς οὖσάν τινα ἄρχοντος παιδείαν.* Vs. 3. Paris. A. *μέγα βουλεύοντες ἀεί.* Trinc. *μεγάλα βουλεύοντες ἐά.* Hinc Gaisf. legendum suspicatur: *μέγα βουλεύοιντ' ἀεί.* — Cum hoc fragm. fortasse aliquo modo coniunctum fuit inc. fab. fgm. LXXIX.

IV. 18.

Stob. XXXV. 3.

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Eadem Suid. vv. *οἷος* et *σοῦ* sic affert: *σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν* (*συντεμεῖν* v. *σοῦ*) *λόγους*, ex Aristophane, qui nominatur v. *σοῦ*. Apud Aristophanem enim (Thesm. 177) his versiculis Euripides Agathonem alloquitur, quare ita Porsono etiam hoc loco scribendum videbatur. Fortassis recte: nam Aristophanei in Thesmophoriazusis Euripidis praecipue est, sui ipsius verbis integris loqui. De constructionis inversione cf. Dict. fgm. IX. vs. 5. sq. inc. fab. fgm. XLIII. Pflugk. ad Hel. 267. Meinek. ad Menandr. p. 107. Similiter, ut hoc loco *συντέμνειν λόγους*, locutus est Euripides in Hec. 1180. *ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.* cf. Pflugk. ad h. l. — Aeoli verba esse ad filios dicta apparet — ea quidem desumta ex illa tragoedia parte, qua pater filiis convocatis conditionem suam et domus descripsit, multa egregie adumbravit atque consideravit, (fragm. V.) ac denique consilium antea commemoratum (fgm. I.) aperuit. Quod patris propositum praecipue Macareo admodum ingratum fuisse, facile intelligitur: non est igitur, cur miremur, quod patri multa oblocutus est ac denique suasit, ut filiis sorores in matrimonium daret. (cf. Dionys. Hal. l. supra cit.) Ex hoc inter Aeolum Macareumque dialogo superesse videntur fg. VI. VII. VIII. IX.

V. 19.

Stob. XLIII. 20.

Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν, εἰ πένης ἅπας
λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;

οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.
ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος
δίδωσ'· ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

Aeoli sunt verba cf. fragm. IV. Vs. 3. 4. praebent Plut. de aud. poet. 7. (p. 25. C.) de Isid. et Osir. 45. (p. 369. B.) de tranq. anim. 15. (p. 474. A.) Theophr. Metaphys. p. 269. — Versus 5. unus ex paucissimis illis est ideoque memorabilis, in quibus Iota Dativi Sing. elisione abiectum est. Huius enim vocalis elisionem Atticis permissam esse negarunt Elmsl. ad Heracl. Add. 693. Lobeck. ad Ai. 801. Spitzn. de vers. her. p. 340. sq.; affirmarunt Porson. Praef. ad Hec. p. XXIV., Hermann ad Hec. p. 150., Schaef. ad Soph. OC. 1436, Dobr. ad Arist. Plut. 689., Jacobs- ad Anth. Pal. III. p. 64., ac sane extant nonnulli loci a parte codicum satis firmi, velut. Aesch. Pers. 836. (Well.) Soph. OC. 1435. Trach. 675: quare hoc quoque loco Erfurdtii (Diar. Jenens. 1811. n. 17.) emendationem *τῷ πένητι, πλούσιος* reiecimus, praesertim cum articulus vix deesse possit. — Vs. 6. ἃ δ' citat Bergler ad Aristoph. Plut. 510. et sic edd. Gaisf., Trinc. et Gesn. — ἃ δὲ Grot. et Barnes. — Vs. 7. vulg. *τιμώμεθα*. Paris. A. *πειθώμεθα*. B. *πειθόμεθα*. Bergl. l. c. et ad Thesm. 162. coniecit *θηρώμεθα*, quod Dindorfiius recepit. Sed scriptura vulgata satis aptam praebet sententiam, ac si quis comparandi notionem a poeta expressam esse diceret, parum poetice Euripidem loquentem faceret.

VI.

20. **Stob. XCI. 21.**

Τὴν δ' εὐγένειαν, πρὸς θεῶν, μή μοι λέγε·
ἐν χρήμασι τόδ' ἐστι, μὴ γαυροῦ, πάτερ·
κύκλῳ γὰρ ἕρπει, τῷ μὲν ἔσθ', ὁ δ' οὐκ ἔχει.
κοινοῖσι δ' αὐτοῖς χρώμεθ'· ᾧ δ' ἂν ἐν δόμοις
χρόνον συνοικῇ πλεῖστον, οὗτος εὐγενής.

Macareus loquitur cf. fgm. IV. — Vs. 5. Stobaei codd. *εὐτυχής*: legendum autem esse *εὐγενὴς*, recte viderunt Grot. et Barnes. Hoc enim sententia requirit. cf. Phoen. 448. sq. Pors. Alcmen. fgm. X.

VII.

21. **Stob. XCIII. 9.**

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Eosdem vs. sine auctoris et fabulae nomine praebent Plut. de aud. poet. 13. (pag. 34. D.) Stob. V. 4., tacito fabulae titulo Athen. IV. p. 159. D. et Sextus Empir. adv. Math. I. 13. s. 271. et s. 279.

p. 660. et p. 663. ed. Bk.) — Pariter Macarei patrem refellentis verba sunt. cf. fgm. IV. — *Θαυμάζειν θεὸν* est *colere* vel *honorare* deum. cf. Valck. ad Hippol. 106.

VIII. 22.

Stob. LXXI. 3.

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ζεῦξαι νέον·
μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀρσένων μένει,
θήλεια δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας.

vs. 3. *θηλείας δ'* Gesn. *θηλείας θ'*. Paris. A.; quod iam H. Stephanus correxit. Fuerunt, qui in primi vs. sententia haererent eumque ex Clemente Alex. (cf. inc. fab. fgm. CXLI.) in hunc modum corrigendum esse arbitrarentur: *γραίαν γυναῖκα πρὸς νέον ζεῦξαι καλόν*, sed prorsus sanus est locus nec uspiam emendationis indiget. Hoc enim dicit Euripides: *malum esse iuvenem puellae iuvenili (i. e. aequali) matrimonio iungere; uxorem enim semper natu minorem coniuge esse debere, quum diutius viri robur maneat, muliebris autem iuventas citius corpus relinquat.* — Aeoli verba esse videntur sive in dialogo cum filiis (cf. fgm. IV.), quo eos doceret, quales et quando (cf. fgm. IX.) mulieres in matrimonium ducendae essent, sive, quod minus probabile est, iam in prologo prolata.

IX. 23.

Stob. CXVI. 38. Plut. Quaest. Rom. 86. (p. 285. B.) sine nomine fabulae.

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
ἢ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Pariter sunt Aeoli verba, quae qua ratione cum praecedentibus coniuncta fuerint, facile ostendi potest. Aeolus enim, postquam exposuit, ineptum esse, si vir iuvenis mulierem aetate superiorem in matrimonium ducat, contrarium non minus insipiens esse ostendit. — Vs. 2. citat Plut. an sen. ger. sit resp. 5. (p. 786. A.) et non poss. suav. viv. sec. Epic. XII., 3. (p. 1094. F.) priori loco male omissa particula *τε*. — Vs. 1. Heathius male *ἀλλ' ἤ* proposuit: interrogatio inepta esset hoc loco, optime contra se habet *ἀλλ' ἢ*, de quo vide Herm. ad Vig. p. 475. 810. Otiosa igitur est eorum coniectura, qui vs. 2. *ἤ τ'* legi volunt, quod Grotius etiam legisse videtur, ut ex eius versione apparet.

X. 24.

Schol. Aristoph. Ran. 1523. ad Aristophanis verba „*τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ*“ haec adnotat: *παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου*

τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Macareus haec patri respondisse videtur posteaquam ille id, quod filius proposuerat, (cf. fgm. IV.), nimirum ut pater filias fratribus nuberet, recusaverat turpe haberi dicens, si sorores ex eadem matre fratribus in matrimonium darentur. Grauertus hunc vs. nutrici tribuit, quae ex eius opinione lenae partes tenuit, velut in Hippolyto superstite. — Multum ac saepe Euripidem propter hunc versum cavillati sunt. Cf. Plut. de audiend. poet. 12. (p. 33. C.) *Ὅθεν οὐδ' αἱ παραδιορθώσεις φαύλως ἔχουσιν, αἷς καὶ Κλεάνθης ἐχρήσατο καὶ Ἀντισθένης. ὁ μὲν εὖ μάλα τοὺς Ἀθηναίους ἰδὼν θορυβήσαντας ἐν τῷ θεάτρῳ, „τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;" παραβαλὼν εὐθύς· „αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ."* Seren. ap. Stob. V. 82. *Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπών· τί δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;" Καὶ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ, ὦ Εὐριπίδη ἔφη, „αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, ἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ."* Eodem versu ad carpendum Euripidem usam esse Laidem auctor est Macho ap. Athen. XIII. p. 582. C. D.

XI.

25. Stob. XXII. 14.

Σιγᾶν φρονοῦντα κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα· τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἴην φίλος
μήτε ξυνείην, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
πέποιθε, δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

Verba Macarei esse in fine colloquii cum patre allata Welckerus probabile reddidit. Aeolus enim omnibus refutatis, quae Macareus contra patris consilium attulerat, haud dubie iratus ac paterna denique auctoritate nisus filios iusserat, sponsas ab ipso constitutas exspectare atque, ut Welckero fgm. XXVIII. respicienti videtur, sortitione accipere: Macareus vero se contra patris imperium atque auctoritatem nihil posse intelligens haec dicebat: *„Tacere sapientem decere, si in potentiorum consortia inciderit: sed illi viro nec amicum esse neque consuescere se cum eo velle, qui familiares in servorum numero habens contumaciter ea tantum cogitare atque appetere soleat, quae ipsi commodo atque voluptati sint.* — Hinc intelligitur, scribendum esse, id quod Musgravius bene perspexit, *κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν*, non ut Stobaei codd. habent *κρεῖσσον ἢ εἰς ὁμ.* Etenim ut haec scriptura sententiam vix praebet, ita librarii nescio cuius errore et inscitia orta est. Nam aut *κρεῖσσον* pro *κρείσσον'* legens (fortasse quia apostrophi signum exciderat,) aut quid sit *κρείσσον' ὁμιλίαν* non intelligens *κρείσσον'* in *κρεῖσσον* mutato *ἢ* inseruit. Quae sententia iam Grotio ita intolerabilis videbatur, ut vs. 2. pro *πεσόντα* scriberet *φέρειν τι.* cf. eius versionem. Est autem *κρείσσων ὁμιλία* idem atque *κρεισσόνων ὁμιλία*, velut Erechth. fragm. XXIII. vs. 21. *ὁμιλίας τὰς γεραιτέρας.* Peliad. fgm. X. *ὁμιλίας ἐσθλὰς.* Troad. 51. *ξυγγενεῖς ὁμιλίαι.* Hel. 1416. *νυμφικὰς ὁμιλίας.* Hippol. 19. *μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας.*

XII. 26

Schol. Aristoph. Pac. 113. ed. Dindf. τὸ δὲ ἦ ῥ' ἔτυμός γε εἴρηται παρὰ τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου „ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων Αἴολον εὐνάζειν τέκνα φίλτατα." Ita Dindorfius edidit fortasse Meinekii (Poet. com. I. p. 323.) emendationem sequutus, nam codd. Rav. Ven. hanc scripturam non praebent. Primum Ven. ἆρ' ἔτυμος φάτιν (sic), In Rav. recte quidem φάτιν, sed priora verba interierunt; deinde Rav. εἶρον pro ἔγνων habet et vocem Αἴολον omittit, pro qua Ven. Αἴολος praebet. Hinc Seidlerus licet dubitanter coniectura elicuit:

Ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων,
Αἴολε, σ' εὐνάζειν τε τέκνα φίλτατα.

At vero haec, ut propter alias rationes, ita maxime propter verbum εὐνάζειν displicent, quod quid sibi velit non perspicio. Nam omnes quae in eo insunt significationes, huc non quadrant; si qui vero putent, posse id significare „*in matrimonium dare*", huius significationis exemplum afferant velim. Fortassis igitur scribendum est:

Ἆρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων, Αἴολε,
Σὲ γαμίζειν τέκνα φίλτατα. . . .;

Chori ex virginibus constantis (cf. fgm. XXI.) verba esse facile intelligitur, qui quum illud Aeoli consilium (fgm. I.) comperisset, regem dehortaturus accessisse videtur. Imitatione expressit Aristoph. Pac. 114. sq.

XIII. 27.

Plut. de fortuna 3. (p. 98. E.) de solert. anim. I, 4. p. (959. D.) sine auctoris et fabulae nomine: Ἡ βραχὺ μὲν σθένος ἀνδρὸς, ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων δεινὰ μὲν πόντου, χθονίων (τ') ἀερίων τε δάμναται παιδεύματα. Ita Duebn. priori loco; altero legitur adiecto Euripidis nomine: ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων δεμνᾷ φῦλα πόντου χθονίων τ' ἐανά τε παιδεύματα. — Ex Euripidis Aeolo duos priores versus Stob. LIV. 6. et sine auctoris et fabulae nomine Arsen. Viol. p. 147. ed. Walz. sic exhibent:

Βραχύ τοι σθένος ἀνδρὸς
ἀλλὰ ποικιλίας πραπίδων.

His locis inter se collatis fragmentum probabiliter Valck. Diatr. p. 146. sq. in hunc modum restituit:

Ἡ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων
δεινὰ μὲν φῦλα πόντου,
χθονίων τ' ἀερίων τε
δάμναται παιδεύματα.

Verba pariter chori esse manifestum est, sed vix ex eodem cantico, quo sunt antecedentia petita. Sententiam versuum bene idem Valck.

expressit: „*homini quidem exiguas tantum corporis esse vires, sed animi vim tantam, qua corporis robore secum minime comparandas feras et quaevis animantia formidolosa edomare possit.*“ Similia habent Aesch. Choeph. 580. sqq. Soph. Antig. 349. sq. Oppian. Hal. V. 1—43. — *Παιδεύματα* eadem, qua apud Aesch. Sept. 164. Well. *θρέμματα*, dictum est significatione (nostrum *Brut*). Eodem modo locutus est Lucian. Jup. trag. 1. *ὦ παγκάκιστοι, χθόνια γῆς παιδεύματα*, fortasse Euripidem imitatus. *Δάμναται* autem firmatur loco Aesch. Prom. 164. Well. *δάμναται οὐρανίαν γένναν.* —

28. XIV.

Stob. Ecl. Phys. I. 9, 20. p. 232. ed. Heeren.

Ὁ χρόνος ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει.
[λάλος ἐστὶν οὗτος, οὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.]

Sententia generalis et apud scenicos poetas admodum frequens (cf. Valck. ad Hippol. 428.). quare, a quo in hac tragoedia dicta sit, explorari vix poterit. — Alter versus vix Euripideus ac fortasse ne tragici quidem poetae est, quod et dicendi genus et versus compositio declarant; sed vel si Euripidi originem deberet, nullo modo cum antecedente hac ratione coniunctus esse posset. Sensit hoc Dindorfius se mirari dicens, si Euripides, si quidem huius versus auctor sit, non scribere maluerit: *λάλος γάρ ἐστι κοὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.* — *Λάλος* egregia Cauteri coniectura restitutum est pro corrupto, quod codices praebent, *ἄλλος*.

29. XV.

Stob. Floril. L. 6.

Τὰ πόλλ᾽ ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα.

Codd. *διαφέρει*, quod quum aptam sententiam non praeberet, Grot. mutavit in *παραφέρει*. Sed propius ad literarum ductus accessisse et sententiam restituisse mihi videor scribendo *ἀνάγκη δ᾽ ἀμφέρει*, quam formam Aesch. Choeph. 841. Eurip. Phoen. 1419. tuentur. — Verba Macarei esse videntur ex dialogo cum Canace sorore petita, quo utriusque amor, Canaces graviditas ac metus partus iam propinqui*), Macarei cura et timor patris patefiebant. Macareus enim, ne pater amborum delictum detegeret, sorori cum multa alia tum

*) In eadem scena aut certe paullo post re vera partus appropinquantis indicta apparuisse, ita ut Canace omnes parturientis dolores atque angores ostenderet, inde intelligitur, quod Neroni praecipue in deliciis fuisse narrant (conf. Suet. Ner. 31.), in theatro Canaces parturientis partes agere. Hinc Neronis irrisiones; cf. Dio. Cass. LXIX. 10. *τί ποιεῖ ὁ αὐτοκράτωρ ἀπεκρίνατο ὅτι τίκτει· καὶ γὰρ τὴν Κανάκην ὑπεκρίνετο.* Ibid. c. 22. Plura de Nerone citharoedo atque histrione vide ap. Tac. Ann. XIV. c. 5. XV. 33. XVI. 4. Suet. l. c. et sq. Philostr. V. A. IV. 24. V. 7. Lucian. Ner. 9.

hoc denique persuadere voluit, ut secum paternam domum patriamque relinqueret (cf. fgm. sq.). Ad sententiam cf. Hippol. fgm. IV. — Huc etiam retulerim inc. fab. fgm. CXCI.

XVI. 30.

Stob. XXXIX. 5.

ἀλλ' ὅμως
οἰκτρός τις αἰὼν πατρίδος ἐκλιπεῖν ὅρους.

Macarei praeter fugam nihil sibi relictum esse (cf. fgm. XV.) intelligentis tamen invite patriam relinquentis verba esse quisque videt. Cf. Aeg. fg. IV.

XVII. 31.

Stob. XX. 7.

Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.

Haec a quo dicta sint difficile est ad definiendum. Welckero Canaces fratrem placantis, mihi contra chori Aeolum dehortantis esse videntur (cf. quae ad fgm. XIX. monuimus), cum is scelesto Macarei et Canaces amore comperto in eo est, ut filiae ensem mittat. Attamen etiam Macarei ipsius esse possunt patris iram sub finem fabulae permulcere conantis.

XVIII. 32.

Stob. LXIII. 1.

Τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς·
τύχοιμι δ' αὐτῆς, ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

Chori haud dubie verba sunt in fine scenae inter Macareum et Canacem pronuntiata, ubi vidit, quanta aerumna illis ex amore prodierit. Welckerus comparat chori verba in Hippol. 528. *μή μοι ποτε σὺν κακῷ φανείης* (sc. Ἔρως) *μηδ' ἄρρυθμος ἔλθοις.* Adde Iphig. A. 543. sq. collat. Boeckh. Trag. Graec. pag. 288. — Ad sententiam vs. 2. cf. Hippol. 348. 443. sq. et Valck. ad h. l. inc. fab. fragm. CCXXIIII.

XIX. 33.

Stob. LXXIII. 13.

Γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς,
δύστηνος ἆρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται.

Aeolum filiae facinore patefacto haec verba enuntiasse facile quisque coniiciet. Quaeritur autem, qua re liberorum delictum in notitiam Aeoli pervenerit. Ovidius (l. c. vs. 65. sq.), ut probabile supra

nobis visum est, Euripidem sequutus eo rem patefactam esse narrat, quod infans, quem statim post partum Canaces nutrix in qualo reconditum atque olivae ramulis frondibusque obtectum e domo removere conabatur, clamarit, clamantem vero Aeolus in aula versans audiverit. Nutricem igitur advocari iussit atque eam exquirendo totam rem comperit. Re autem detecta regem vehementissime iracundia incensum esse facile intelligitur, ac fortasse chorus verbis supra allatis (fgm. XVII.) placare cum studuit, sed frustra: filiae ensem mittit, quae culpam lui nonnisi morte rata patrisque iusso obsequens ipsa mortem sibi consciscit. Quae omnia Macareo inscio facta esse perspicuum est: praeclare enim Sostratus (l. c.) refert, Aeoli iram postea a Macareo placatam esse: hunc vero, cum in sororis cubiculum intrasset, cui ea nuntiaret, eamque interfectam invenisset, eodem ferro sese necasse. — *δύστηνος ἄρα* Matth. adversus metrum. Scribendum est, ut recte Dindorfius, *ἆρα*. Nam etsi God. Hermannus de particulis *ἄρα* et *ἆρα* in praef. ad Soph. OC. p. XVI. disputans *ἄρα* semper coniecturae faciendae, *ἆρα* interrogandi vim perpetuo retinere dicit, tamen tum aperte testatur Et. M. p. 71, 54. confundi has particulas, tum multa reperiuntur exempla, in quibus *ἄρα* manifesto sine interrogatione positum est. Eiusmodi exempla congesserunt Valck. ad Eurip. Phoen. 519 et plura eaque certiora Ellendt. Lex. Sophocl. I. pag. 217. — Ad sententiam cf. Hippol. 660. sq.

4. XX.

Stob. XCVIII. 32.

Γλυκεῖα γάρ μοι φροντὶς οὐδαμῆ βίου.

Macarei mortem sibi parantis esse recte vidit Grauertus.

35. XXI.

Schol. Aristoph. Pac. 118. ad Aristophanis verba: „*δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον, ἄχθομαι ὑμῖν* etc. haec adnotat: *καὶ τοῦτο πρὸς τὸ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου ἔπος*

δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

δοξάσαι οὖν ἀντὶ τοῦ ὑπονοῆσαι, εἰκάσαι. — Haec verba a nutrice vel a nuntio prolata esse videntur, qui quum in domo sive Canacem solam sive cum ea simul fratrem sanguine madentem vidisset ac vultu perterrito ac terrore deformato in scenam processisset, a choro interrogatus erat, num mali quid accidisset.

36. XXII.

Stob. IV. 11.

Κακῆς ἀπ' ἀρχῆς γίγνεται τέλος κακόν.

Chorus percepto de morte Canaces nuntio haec dixisse videtur.

XXIII. 37.

Stob. CXIV. 8.

Οἴμοι, τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς;
τίς ἂν κλύων τῶνδ' οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;

Aeoli vel chori verba sunt nuntio de Macarei morte, quae fortasse non simul cum morte Canaces nuntiata est, accepto. — Vs. 2. iisdem fere verbis extat in Hecubae vs. 295, qui locus omnino huius simillimus est. cf. Jon. 924. Iphig. Ant. 451. 477.

XXIV. 38.

Stob. CXVI. 4.

Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
γέροντές ἐσμεν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὄχλος
καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα.
νοῦς δ' οὐκέτ' ἐστὶν, οἰόμεσθα δ' εὖ φρονεῖν.

Ab Aeolo post liberorum obitum enuntiata esse recte monuerunt Grauertus et Welckerus. — Vs. 1. legitur etiam in Dict. fgm. XI. — Vs. 2. *γέροντές ἐσμεν οὐδὲν* ita Dindorfio ex Paris. A. et Voss. dedimus, vulgo *γέροντες οὐδέν ἐσμεν* et sic Matth. Frequens est apud tragicos hominum, praecipue senum cum somniis comparatio. cf. Phoen. 1722· Herc. f. 109. sq. Aesch. Ag. 81. Melanip. fgm. XVIII. cf. Erfurdt. ad Soph. Ai. 125. Pro *ὄχλος* Valck. ad Ammon. p. 15. scribi malebat *λόγος*, sed defendit Ruhnk. ad Tim. p. 283. sq. citans Demosth. de leg. p. 348, 23. *οἱ δ' ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο.* Dio Chrys. or. LV. p. 561. C. *Καὶ ὄχλον ἄλλως καὶ φλυαρίαν ἡγοῦνται.* *Molestiam* *ὄχλος* significat ap. Eurip. Or. 282. Med. 337. Hel. 446. Jon. 337. — Post vsm. 3. Matthiaeus male interrogationis signum posuit. — Vs. 4. Pflugkius (in Zimmerm. Diar. scholast. 1831. n. 3.) haud male emendat: *νοῦς δ' οὐκ ἔνεστιν*, sed mutatione nulla opus est.

XXV. 39.

Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. IV. 7. (T. V. p. 152. Chart. T. V. p. 418. Kuehn.)

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ,
καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς πόνων.

Pariter Aeoli tot tantaque mala perpessi verba esse manifestum est patetque ex Ciceronis verbis, qui etiam hunc locum Latine expressit. cf. Disp. Tusc. III. 28. 67. *„Idque indicatur eorum patientia, qui quum multa sint saepe perpessi, facilius ferunt, quidquid accidit*

obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur: ut ille apud Euripidem,

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies,
Nec tam aerumnoso navigassem salo:
Esset dolendi caussa: ut iniecto equulei
Freno repente tactu exagitantur novo.
Sed iam subactus miseriis obtorpui.

Retulerant ante Matthiaeum hos versus ad Theseum, fortasse quia paullo ante Galenus ex Theseo locum citaverat, sed huc referendos esse probabile fit e loco gramm. in Bekk. An. Gr. p. 105, 25. *Κατηρτυκέναι ἐλέγοντο οἱ μηκέτι βόλον ἔχοντες ἵπποι. Εὐριπίδης Αἰόλῳ·* Recte quidem dicit Wyttenb. ad Plut. de recta audiendi rat. p. 38. C., verbum *καταρτύειν* in schola Pythagorica de ratione formandi componendique per disciplinam ingenii adhibitum esse, sed hoc loco vix hac explicatione opus est: nam proprius eiusdem verbi usus est in domandis instruendisque equis. cf. Soph. Antig. 476. *σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους ἵππους καταρτυθέντας.* Plut. Themist. 2. *τοὺς τραχυτάτους πώλους ἀρίστους ἵππους γίγνεσθαι, ὅταν ἧς προσήκει τύχωσι παιδείας καὶ καταρτύσεως· Κατηρτυκὼς* intransitive autem dicitur etiam ap. Aesch. Eum. 451.; *Κατηρτυκὼς πόνων* igitur est, qui malis domitus est aerumnisque quasi assuevit, malorum expertus. Hinc Genitivus *πόνων*. cf. Matth. Gr. Gr. § 346.

40. XXVI.

Stob. CVIII. 19.

Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
Ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Chorus haud dubie his verbis Aeolum consolatus est. Non dissimile est Alcmen. fg. XIII. Alexandr. fg. IV. Jon. 1274. Herm. Melanipp. fragm, XXXV. Oenom. fgm. IV. inc. fab. fgm. LXIX. CVII. Vs. 1. *Δαιμόνων τύχας* recte Valck. ad Hippol. 833. monuit dictum esse pro simplice *δαίμονας* vel *τύχας*, nam aliis locis *οἱ δαίμονες* opponuntur *ταῖς τύχαις*. Cf. inc. fab. fgm. CLXXXIV.

41. XXVII.

Stob. CIV. 10.

Αἰεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακὸν,
τὸ δ' ἐκπέφηνεν αὖτις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Chorine an Aeoli fuerint haereo: Welckero ab Aeolo eadem ratione, qua fg. XXIV., XXV dicta videntur, sed fortasse aliquo modo cohaerebant cum fgm. XXVI. — Vs. 1. codd. *αἰεὶ*, quam formam eiiciendam e tragicis putavit Porsonus praef. ad Hec. p. IV. et in suppl. p. XVII., quamquam eius sat multa in tragoediis extant exempla;

defenderunt eam tamen Brunckius, Bastius, Gaisfordius, Elmsleius, G. Hermannus, Dindorfius; ac Hermanno quidem (praef. ad Herc. fur. et ad Soph. O. T.) in diverbiis ἀεί, in melicis αἰεί ponendum esse visum est. Sed apud omnes tragicos reperiuntur versus, in quibus etiam in diverbiis forma αἰεὶ et codicum auctoritate firmatur et metro efflagitatur, ut alteram ἀεί formam restituere non possis nisi vi versui illata. Cum praeterea αἰεὶ etiam apud scriptores orationis pedestris reperiatur, recte Ellendt. Lex. Soph. I. p. 23. mirum esse dicit, quod αἰεί a quibusdam abiiciatur, qui tamen αἰὲν, quod multo magis a dictione Atticorum recedat, necessitate quidem coacti tolerent. Ut in universum igitur verum sit Hermanni praeceptum, tamen etiam in diverbiis poetae tragici, ubi metri necessitas efflagitabat, forma αἰεὶ usi videntur. Atqui nescio, an αἰεὶ ibi quoque, ubi sine versus offensione altera forma locum habere potest, ferenda sit, si quidem codicum auctoritate firmatur. — Gesn. τὸ μέν γε ζῇ, sed γέ deest in Trincavell. et Paris. A. B. — Vs. 2. vulg. τὸ δ' οὐκ ἔφηνεν, sed Paris. B. τὸ δ' ἐξέφηνεν, ex quo Musgr. verum elicuit τὸ δ' ἐκπέφηνεν. — αὐτῆς. Paris. A. αὖτις. Gesn. αὖθις. Grot. Forma αὖτις an αὖθις verior sit, ambiguum est; repugnant enim inter se grammaticorum praecepta. Acquiescendum igitur videtur in codicum auctoritate, qua hoc loco αὖτις firmatur.

XXVIII. 42.

Suid. v. κλῆρος Ἑρμοῦ. Phot. p. 125. Herm. p. 169. Pors. κλῆρος Ἑρμοῦ· συνηθείᾳ ἀρχαίᾳ ἔβαλλον οἱ κληροῦντες εἰς ὑδρίαν ἐλαίας φύλλον, ὃ προσηγόρευον Ἑρμῆν· καὶ πρῶτον ἐξῆρουν τοῦτο, τιμὴν τῷ θεῷ ταύτην ἀπονέμοντες· ἐλάγχανεν δὲ ὁ μετὰ τὸν θεόν. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἔθους τούτου. Welckerus huc etiam refert inc. fab. fgm. CXXV. cf. quae ad fm. XI. monuimus.

XXIX. 43.

Hesych. Ἀκρατές· ἀσθενές. Εὐριπίδης Αἰόλῳ. — Voce ἀκρατὴς, *viribus defectus*, de senectute usus esse videtur, ita quidem, ut eam Aeolus ipse (cf. fgm. XXIV.), quod recte Welckerus perspexit, de se adhiberet. Similiter Soph. Ol. 1237. γῆρας ἀκρατὲς ἀπροσόμιλον. cf. Eustath. ad Il. κ'. p. 790, 62. ἀκρατὲς ἐκεῖνος γῆράς φησιν, οὐ τὸ ἀκόλαστον, ἀλλὰ τὸ ποιοῦν πάρεσιν, ὡς μὴ ἔχοντα τὸν γέροντα κρατεῖν ἑαυτοῦ.

Ad hanc fabulam praeterea referam inc. fab. fragmenta CXC. CXCI. CXCII.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Fabulae fragmenta cum eo Alexandri argumento, quod *Hyginus* praebeat, bene congruere, iam Osannus (in F. A. Wolfii Annal. Lit. II. p. 29. sq.) ac post eum Welckerus et Planckius (de Troica didascalia Gotting. 1840. p. 10. sq.) praeclare perspexerunt. Haec autem ille (fab. 91.) tradit: *Priamus Laomedontis filius quum complures liberos haberet ex concubitu Hecubae, Cissei sive Damantis filiae, uxor eius praegnans in quiete vidit, se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. Id visum omnibus coniectoribus quum narratum esset, imperant, quidquid pareret, necaret, ne id patriae exitio foret*). Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus; quem satellites misericordia exposuerunt. Eum pastores pro suo filio repertum expositum educarunt, eumque Parim nominaverunt. Is quum ad puberem aetatem pervenisset, habuit taurum in deliciis; quo quum satellites missi a Priamo, ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, coeperunt Paridis taurum abducere. Qui persecutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent. Illi indicant se eum ad Priamum adducere (ei), qui vicisset laudis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri descendit in certamen et omnia vicit, fratres quoque suos superavit**). Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit; at ille in aram Jovis Hercei insiluit. Quod quum Cassandra vaticinaretur, eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.* cf. Apollod. III. 12, 5. Schol. Hom. Il. III. 325. Aelian. V. H. XII, 42. Ovid. Heroid. XVI. 39. sqq. Huc porro pertinent illisque illustrantur verba schol. Eurip. Hippol. 67. ἕπεσθ' ἅδοντες.) Τοῦτο ἔνιοι τὸν Ἱππόλυτόν φασιν ᾄδειν. ἄμεινον δὲ τοὺς ἑπομένους τῷ Ἱππολύτῳ ἀπὸ τῶν κυνηγεσίων ταῦτα λέγειν. ἕτεροι δέ εἰσι τοῦ χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ (Musgr. Ἀλεξάνδρᾳ)***) ποιμένες, ἐνταῦθα μὲν οὖν δύναται προαποχρήσασθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ, ἐκεῖ δὲ συνεστῶτος τοῦ χοροῦ ἐπεισάγει τοῦτο τὸ ἄθροισμα†). — Hinc collatis tragoediae, quotquot supersunt, fragmentis, quamvis ad argumentum accurate describendum non sufficiant, illud tamen cognosci-

---

*) cf. Poetae ignoti versus ap. Cic. de Div. I. 21.

**) cf. Hygin. fab. CCLXXIII.

***) Errorem, quo a nonnullis Euripidis Alexan*dra* pro Alexan*dro* citatur, notarunt Osann. et Planck. ll. cc. Similiter Eustath. p. 533, 40. Sophoclis Alexandram pro Alexandro commemoravit. — *Alexandri* nomen accepit Paris, quia et pulchritudine et robore fortitudineque excellens praedones impugnavit gregesque defendit. Cf. Ennii Alexandr. fgm. VI.

†) Ex hoc loco apparet, duos fuisse in tragoedia choros: alterum e Troibus (cf. fgm. XXII.), cuius sunt fgm. IV. et XI., alterum e pastoribus Paridem comitantibus constantem, cuius est fgm. XVII., cuiusque eaedem in Alexandro partes fuere, quas in Hippolyto (vs. 61.) venatorum chorus obtinuit.

tur, tres fuisse Alexandri praecipuas partes, quibus fabulae summa contineretur. Quarum prima certamen illud fratrum, ex quo Paris victor evasit, complectebatur; altera periculum, quod victoria reportata subiit, quum regis filii praemium ei concedere nollent mortemque minarentur, descriptum erat; in postrema denique Cassandra Alexandri originem patefaciebat, simulque omnia mala, quae Alexander patriae contracturus esset, vaticinabatur: sed quum his vaticiniis Phoebo auctore fidem non haberent, Alexander in regiam receptus est. — Idem argumentum haud dubie Sophocles in *Alexandro* tractaverat, cuius tamen fragmenta pauciora supersunt, quam ut certius quidquam de eo proferri possit. Euripideam fabulam imitatione expressit *Ennius* teste Varrone L. L. VII. 82. in *Alexandro*, cuius imitationis reliquias ad Euripideum artificium constituendum consuluisse non pigebit. Actam vero esse Alexandrum una cum Palamede, Troadibus et Sisypho Satyrico Ol. XCI., 1. Aeliani (V. H. II. 8.) testimonio constat. cf. Zirndorfer de chronol. Eurip. p. 69. sq.*).

I. 44.

Stob. Floril. CXXIV. 20.

Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν.

Priami verba esse videntur. Cf. fgm. II.

II. 45.

Stob. CXIV. 7.

A. Οἶδ'· ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών.
B. Χρή· τοῦτο δ' εἰπεῖν ῥᾷον ἢ φέρειν κακά.

Hos versus pariter atque eos, quos supra (fgm. I.) et infra (fgm. III.) attulimus, e dialogo quodam petitos esse, ita quidem, ut primus,

---

*) De harum fabularum compositione tetralogica primus ingeniose egit Ad. Schoellius in libro de Tetralog. Tragic. Attic. I. p. 47. sqq., quem acriter impugnavit et, ut mihi videtur, bene refutavit Planckius l. c. Ipse, quum *huius* libri non sit, de poetarum tragicorum indole atque arte disputare, alio loco ea de re disseram. Neque quae et Schoellius pag. 70. et Planckius p. 6. sq. de anno, quo tetralogia acta fit, protulerunt, eam non Ol. XCI., 1. (magnis Dionysiis) sed Ol. XCII., 2. Dionysiis ruralibus scenae commissam esse statuentes, etsi satis speciose illi disputarunt, me plane evicerunt. Multa contra utrumque moneri possunt, sed longus esse hoc loco nolo: attamen illud silentio praetermittere non possum, mihi parum veri simile videri et Dionysiis minoribus et in Piraei theatro *novas* fabulas actas esse, ut locum Aelianii V. H. II. 13. sic intelligendum esse censeam: Socratem raro quidem theatrum frequentasse, venisse tamen, si forte Euripides novas tragoedias spectandas proponeret. Sed vel Piraei theatrum non neglexisse

secundus et quartus ab una eademque persona, tertius ab altera dictus sit, nemo erit, qui infitietur. Neque improbabile est, quod Welckerus monuit, fuisse, qui inter se colloquerentur, Priamum et Hecubam: hanc quidem etiamnunc filii (Alexandri) morte maerentem; illum vero in filii honorem uxorisque consolationem ludos funebres parantem. Versu igitur 1., 2. et 4, Priamus Hecubam, cuius vs. 3. est, a luctu dehortatur. Cf. Pors. ad Med. 909. — De sententia cf. Pflugk. ad Herc. f. 1340.

46. III.

Stob. CV. 38.

Ὥστ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

Priami (cf. fgm. II.) aut chori Hecubam consolantis sunt verba. — Ad sententiam cf. Stheneb. fgm. I.

47. IV.

Stob. CVIII. 17.

Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος
μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾷ.

Chori esse eodem modo Hecubam consolantis perspicuum est. —

48. V.

Stob. IV. 32.

Ὅθεν δὲ νικᾶν χρῆν σε, δυστυχεῖς, ἄναξ·
ὅθεν δέ σ' οὐ χρῆν, εὐτυχεῖς· δούλοισι γὰρ
τοῖς σοῖσι νικᾷς, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν οὔ.

vs. 3. *τόσοισιν ἦκεις* Gesn., in marg. tamen *εἶκεις*. Matth. et Dindf. *τοῖς τοῖσιν ἦκεις* ex Par. A., quae scriptura, quo modo explicanda sit, haud facile est ad intelligendum. Correxerunt igitur Musgr. et post eum Bergk. (in Zimmermanni Diar. Antiq. 1835. n. 40.) *τοῖς σοῖσι νικᾷς*, quod recipere non dubitavimus. Ea enim potissimum re Priamus malam fortunam expertus erat, quod Alexander, qui loco servili natus habebatur, victoriam reportaverat, regis contra filii victi erant. Facile autem intelligitur, hos vs. Priamo dictos esse sive iam a nuntio*), sive, quod Welckero verisimilius videtur, ab uno alterove

---

eum, si ibi Euripidis tragoediae (sc. veteres) agerentur. In altero enim theatro, Euripide vivo eius fabulas iteratas esse quominus credamus, prohibet et magna poetarum tragicorum copia, qui novas fabulas offerebant, et illud, quod duobus tantummodo festis, si Boeckhio fides habenda, ut fabulae agerentur lege permissum erat.

*) Primum enim per nuntium quendam de certaminis exitu, de personis, quae certamini interfuerint, de ratione, qua pugnatum sit deque aliis rebus ad

filiorum Priami, fortasse Deiphobo, quippe qui omnium maxime iratus fuerit. Post illam victoriam enim Paris cum comitibus ad regem ductus a regis filiis, imprimis Deiphobo accusatus ac morte dignus iudicatus est, quia licet infimo loco natus tamen cum nobilibus certare iisque palmam praeripere ausus erat. Illi igitur versus ad easdem Alexandri criminationes pertinere poterant, quibus in sequentibus fgm. (VI. VII. VIII. IX. X.) Deiphobus non Alexandro solum, sed omnibus, qui servili loco nati erant, maledicebat*).

VI. 49.

Stob. LXII. 14.

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ', ὅμως δέ σοι λέγω·
δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεὼν
οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον, οὐδὲ δώμασι
πῆσις κακίων οὐδ' ἀνωφελεστέρα.

Cf. fgm. V. — Vs. Similiter dictum est in Hippol. 641. *(γυνὴ) φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρῆν.*

VII. 50.

Stob. LXII. 19.

δούλους γὰρ οὐ
καλὸν πεπᾶσθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

Cf. fgm. V. — De Perfectis *πέπαμαι* et *πέπασμαι* ab editoribus saepe confusis vide Valck. ad Ammon. p. 187. Ad sententiam cf. Archel. fgm. XXIV. Syl. fgm. II.

VIII. 51.

Stob. LXII. 16.

Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος,
πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἴρουσι μέγαν·

certamen pertinentibus certiorem factum esse, apparere videtur ex Ennii fg. 4., ubi Priamus dicit,

Jam dudum ab ludis animus atque aures avent,
inde exspectantes nuncium.

et ex fg. 5., ubi nuntius pugnatores commemorat:

Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina.

Atque optime quidem Euripides rem ita instituit: hac enim ratione ludos ipsos, qui in scena nullo modo fieri poterant, describendi simulque Paridis personam, mores, fortitudinem depingendi ac praedicandi opportunitas data erat.

*) Hisce criminationibus fortasse ex incertarum fabularum fragmentis CXIV. adnumerandum est, neque vero, ut Welckero videtur, fragm. XXXV. et fg. LIX.

Cf. fgm. V. — Elmsl. ad Heracl. 505. propter frequentem verborum αἴρειν et αἱρεῖν confusionem (de qua vid. Schaef. ad Soph. OR. 907.) ex Aesch. Suppl. 337. 434. Well. scribi maluit αἴρονται, sed optime se habet αἱροῦνται. Quamvis enim optime dicatur πόλεμον αἴρεσθαι per se vel πρός τινα, tamen inde non sequitur, etiam dicendum esse αἴρεσθαι πόλεμον πρός τινος, bellum ab aliquo suscipere, sed multo aptius est αἱρεῖσθαι, quod ita ab αἴρεσθαι differt, ut hoc sit: *suscipere* faciendum seu tolerandum, illud vero: sibi *deligere*, sponte subire. Non debebat igitur Elmsl. in Heraclidis 504. scripturam αἱροῦνται κίνδυνον μέγαν, *magnum sponte subeunt periculum*, praesertim quum αἱροῦνται omnes codd. tueantur, in αἴρονται mutare.

52. IX.

Stob. LXIX. 20.

Ἐκ τῶν ὁμοίων οἱ κακοὶ γαμοῦσ' ἀεί.

Cf. fgm. V. — Recte Welckerus τοὺς κακοὺς sensu politico, ut apud Theognidem (conf. Welck. praef. ad Theogn. pag. XXI. sq.) dictos esse affirmat. Similiter in fgm. XI.*) Ad sententiam cf. Theogn. vs. 3. W. 185. BK.**).

53. X.

Stob. LXII. 15.

Ἤλεγγον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος·
γαστὴρ ἅπαντα, τὠπίσω οὐδὲν σκοπεῖ.

Cf. fgm. V. — Vs. 2. γαστὴρ ἅπαντα. Similia sunt: Soph. Phil. 902. ἅπαντα δυσχέρεια. Eurip. Troad. 976. ταῦτα γὰρ γέλως πολύς. Soph. OC. 883. ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ'; Aristoph. Ran. 21. Lys. 658. Nub. 1299. cf. Hemsterh. ad Luc. dial. mort. II, 2. T. I. pag, 337. — *Τὠπίσω futura.* cf. inc. fab. fgm. CCXXXVIII.

54. XI.

Stob. LXXXVI, 7,

Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια,
παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

Verba sunt chori Deiphobi criminationibus assentientis. — *Εὐγένειαν* hoc loco non ad originem, sed ad animum pertinere perspicuum est.

55. XII.

Stob. XLII. 3.

Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν·
ἀγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ
δίκαια λέξας ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

---

*) Cf. Soph. Alead. ap. Stob. XLIII, 6., ubi pariter atque hoc loco ἀγαθὸς vocabulum politico sensu dictum est.

**) Quae Schoellius colligere ex hoc fragmento posse sibi visus est l. c. p. 51. sq., bene redarguit Planck. l. c. p. 13. sq.

Fragmentum deest in Paris A. B. Reliqui autem codd. vs. 2 εὐγλωσσίᾳ praebent, quod ex Clem. Alex. Strom. I., 8, 41. (p. 340. P.), qui vs. 2 et 3 citat, (exceptos eos a duobus aliis ex Hippolyto petitis, quibuscum non cohaerent, cf. Hippol. fgm. XII.), Canterus correxit; ἀγλωσσίᾳ enim requiritur eo, quod sequitur, εὐγλώσσου. Non opus igitur erat altera emendatione Scaligeri λειφθεὶς (sc. εὐγλωσσίᾳ) pro ληφθεὶς scribentis. Similiter, ut hoc loco ἀγλωσσίᾳ ληφθείς, dictum est a poeta incerto ap. Plut. de adul. et amic. p. 51. E. δυσπραξίᾳ ληφθεὶς, a Soph. Trach. 446. νόσῳ ληφθεὶς, a Xen. Hier. I. 31. ἔρωτι ληφθεὶς. — His versibus haud dubie Alexander a criminationibus Deiphobi se defendere incepit. Neque vero se ipsum tantummodo defendit, sed ut Deiphobus cunctis ignobilibus pauperibusque maledixerat, ita Alexander in nobiles divitesque invehitur ostenditque, quanto saepissime paupertas divitiis praeferenda sit. Huc pertinent fgm. XIII., XIV., XV., XVI.; Welckerus praeterea haud improbabiliter inc. fab. fgm. XXXVII. et CI. eodem retulit.

XIII. 56.

Orion. Anthologn. I., 3. p. 41 ed. Schneidew. cum lemm. ἐξ ἀ[illegible]ν

Μισῶ

σοφὸν ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν.

Cf. fgm. XII. Carpit Alexander his verbis, si quidem huc pertinent*), Deiphobum, quippe qui dicendo quidem, neque vero agendo, i. e. pugnando, se aliquid posse ostenderit. Accusatoris (Deiphobi) ut Welckero videtur, nullo modo esse possunt. Simillimus est locus in Hippol. vs. 413. ed. Valck. Pro μισῶ corrige στυγῶ. Anapaestum e duobus vocabulis constantem removeris locumque fortasse restitueris, si scripseris: σοφὸν μὲν ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὔ, deleto altero σοφόν.

XIV.

Stob. XCIII. 14.

Ἄδικον δ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ.

Cf. fgm. XII.

XV. 57.

Stob. XCVII. 3.

Κακόν τι παίδευμ' ἦν ἄρ' εἰς εὐανδρίαν
ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν αἵ τ' ἄγαν τρυφαί.
πενία δὲ δύστηνον μὲν, ἀλλ' ὅμως τρέφει
μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.

Cf. fgm. XII. — Vs. 1. Παίδευμα ex Clem. Alex. Strom. IV. 6, 23 (p. 574. P.), qui duos priores vs. exhibuit, recipere non dubitavimus

*) Dubitans enim haec inter Alexandri fragmenta retuli; nam quamvis Schneidewinus Welckero assentiente in illo compendio Ἀλεξάνδρου latere suspicetur, mihi tamen multis similibus compendiis collatis potius ἀλεάδων in eo inesse, fragmentumque ad Sophoclis Aloadas referendum videtur.

pro βούλευμα, quod Stob. habet; nam βούλευμα, *consilium*, quid sibi velit, non video; παίδευμα vero, *institutio (Bildungsmittel)* aptissimam praebet sententiam. Cf. fgm. inc. CLV. vs. 1. Sophocl. in Gaisf. Append. ad Stob. vol. IV. p. 34. vs. 3. — χωρῶμεν — εἰς τὰ τῶν σοφῶν διδασκαλεῖα, μουσικῆς παιδεύματα. Ad sententiam cf. Polyid. fgm. III. vs. 3. Alioqui versum 1. Clemens Alex. vitiose sic exhibet: κακὸν οὖν τι παίδευμ' εἰς εὐανδρίαν κ. τ. λ.

59. XVI.

Stob. LXII. 18.

Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

Cf. fgm. XII. — Nec Matthiaeus nec Welckerus hunc locum recte interpretati sunt, quamquam viam optime praemunivit Jacobsius (Bibl. d. alt. Lit. u. Kunst. Götting. 1788. IV. Inedit. p. 24.) Τὸ δοῦλον λόγῳ ἔχειν enim significat: *servitutem nomine tenere*, i. e. servum (esse et) appellari; si quis igitur τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ ἔχων dicitur, indicari apertum est, eum non *nomine* quidem, sed *alia* re servum esse. Quod satis particula οὐ de industria ante λόγῳ posita, et sequens ἀλλὰ testantur. In sequentibus autem recte, opinor, Jacobsius pro τύχῃ scribi iussit, φύσει, nam in eos potissimum Alexander invehitur, qui ex ingenuis quidem parentibus nati libertatis nomen prae se ferunt, mores tamen et indolem servorum habent. Φύσις autem saepe apud poetas tragicos indolem significat. Cf. Valck. Diatr. p. 75. C. Ellendt. Lex. Soph. II. p. 933. sq. Alcmaeon. fgm. X. — Contrariam huic sententiam protulit servus Menelai in Hel. vs. 736. dicens: τοὔνομ' οὐχ ἔχων ἐλεύθερον, τὸν νοῦν δέ.

60. XVII.

Stob. LXXXVI. 2.

Περισσόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν εἰ
βρότειον εὐλογήσομεν· τὸ γὰρ πάλαι
πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα.
διὰ δ' ἔκρινεν ἁ
τεκοῦσα γᾶ βροτοὺς, ὁμοί-
αν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄ-
ψιν. Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν·
μία δὲ γονὰ τό τ' εὐγενὶς καὶ τὸ δυσ-
γενές· νόμῳ δὲ γαῦρον αὐ-
τὸ κραίνει χρόνος.
Τὸ φρόνιμον εὐγένεια
καὶ τὸ συνετὸν, ὃ
θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

In constituendo metro longe ab Hermanno ap. Matth. et Dindorfio

recessi. Quamvis enim confitear, in construendis canticis nos facile, ubi antistropha deest, falli et admodum lubricam esse disputationem, tamen ex his versibus dochmii tam lucide emicare mihi videbantur, ut non possem, quin eos revocarem. Habes igitur duobus trimetris iambicis praemissis versu 3 dochmium arsi antecedente, vs. 4 dochmium, vs. 5 dimetr. iamb., vs. 6 dochmium praecedentibus tribus iamb., vs. 7 dochm. tribus syllabis brevibus praemissis (cf. Seidler de vers. dochm. p. 151. sq.), vs. 8 dimetr. dochm., vs. 9 dimetr. iamb., vs. 10 dochm., vs. 11 dimet. iamb. catal., vs. 12 dochm, vs. 13 trim. iamb. catal. — In verbis ipsis nihil mutavi, nisi quod vs. 12 ὃ scripsi pro vulg. ὁ, quod Herm. et Dindf. in ᾧ mutaverant. Sententia enim horum verborum haec est: Mens atque prudentia, quam Deus dat, est vera nobilitas, neque vero divitiae. — Haec a pastorum choro, qui una cum Paride advenerat, dicta esse, facile intelligitur; nam sicut Troum chorus a Deiphobi partibus stetit eiusque sententias defendit (cf. fgm. XI.), ita pastores Paridi suffragantur.

XVIII. 61.

Stob. XXXVIII. 20.

Οἵ μοι, θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,
ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία.

Alexander haec dixisse videtur, postquam a Priamo urgentibus filiis et Troum choro capitis damnatus erat; quo facto Deiphobus in eo fuit, ut illum ad aram Jovis Hercei confugientem interficeret, quum Cassandra intervenit pronuntians, Paridem Priami filium, Deiphobi fratrem esse.*) Ita a parentibus agnitus est. — Vs. 1. cf. Phoen. 1754. *φεῦ τὸ χρήσιμον φρενῶν.*

XIX. 62.

Stob. CXI. 8.

Ἑκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
θνητοῖσιν, ἕλκει δ᾽ οὔποτ᾽ ἐκ ταὐτοῦ τύχας.

Priami vel chori sunt verba Hecubae dicta, utpote quae, cum initio fabulae pro Alexandro ut mortuo luxerit, nunc ubi eum tam miro modo recuperavit, haud dubie tota animo concussa fuit. — Ceterum Alexandrum a parentibus laetantibus in regiam receptum esse, etiamsi veteres auctores non tradidissent, facile tamen coniiceremus. Receptionem autem vehementer dissuadebat Cassandra omniaque mala, in quae per eum Troia incasura erat, vaticinabatur.**) Cuius vaticiniis

---

*) Haec scena dignissima sane, quae plastica arte exprimatur, in quibusdam sarcophagis Etruscis depicta invenitur. Cl. Welck. Trag. gr. p. 472.

**) Hoc probabile fit ex *Ennii* Alex. fragm. 7. 8. et inc. fab. fragm. 4 — 7., ap. Cic. de Div. I. 31. 50. sq. Cf. praeterea fragm. XX.

tamen, ut ab Apolline institutum erat, nemo fidem habebat. Cf. fgm. XX.

63. XX.

Plut. rei publ. gerend. praec. 28. p. 821. B. C. *Ὥσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις.*

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

Hos vs., etsi a Plutarcho nec poeta nec fabula, ex qua ducti sunt, nominantur, a Cassandra non posse nisi in Euripidis Alexandro prolata esse, iam vidit Musgravius et post eum multi; quare eos inter huius fabulae fragmenta recipere non dubitavimus. His enim verbis Cassandra vaticinia sua incepisse videtur. — Non improbabiliter porro Welckerus huc refert inc. fab. fragm. LXXXVI.

64. XXI.

Clem. Alexandr. Strom. VI. 2, 10. (p. 742. P.)

Χρόνος δὲ δείξει σ'· ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέ γ' ἢ κακόν.

Spretis Alexandrae vaticiniis Priamus his versibus filium repertum in regiam induxisse videtur. *Κακὸν* duplici significatione dictum esse bene observavit Welckerus l. c. p. 475. — Vs. 1. *σε ἤ* vulg. Paris. A. *σ' ἤ*. Grot. *σέ γ' ἤ*. Similes sententias congessit Valck. ad Hippol. 428.

65. XXII.

Longin de Sublim. c. 15. *Ὅμοια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κασάνδρας αὐτῷ (Εὐριπίδῃ).*

Ἀλλ' ὦ φίλιπποι Τρῶες —

Haec quin ad *Alexandrum* Euripidis, — reticuit enim Longinus fabulae nomen —, pariter atque fgm. XX. referenda sint, vix potest dubium esse. Sed utrum his verbis Priamus animos chori Cassandrae vaticiniis fortasse paullulum sollicitati confirmare an Cassandra accendere voluerit, certo non potest definiri.

66. XXIII.

Schol. Aristoph. Ran. 100. ad Aristophanis verba: „*αἰθέρα Διὸς δωμάτιον ἢ χρόνου πόδα*“ adnotat: — *τὸ δὲ χρόνου πόδα ἐστὶν ἐξ Ἀλεξάνδρας (ἀλεξάνδρου.* Rav. Ven.)

καὶ χρόνου προὔβαινε πούς.

Ita Rav. et Ven. codd., ut Elmsleius ad Bacch. 887. coniecerat. Similiter enim dixerat Euripides in Bacch. l. c.

XXIV. 67.

Hesych. *Ἄρρητος κόρη· ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ.* **Eodem modo loquutus est in Helen. 1307.** *cf. Carcin ap. Diod. Sic. V.* **5.** *λέγουσι Δήμητρός ποτ' ἄρρητον κόρην Πλούτωνα κρυφίοις ἁρπάσαι βουλεύμασιν.*

Ex Euripidis Alexandro porro petitum censet Gaisfordius versum, quem Stob. LXVII. 12. c. lemmate *Ἀλεξάνδρου* **affert.**

*ταμεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή.**)

Quem ab Euripide profectum esse non credam, cum et aliena sit ab Atticorum usu *ταμεῖον* **forma, quam omnes codd. praebent, et, si ea in** *ταμιεῖον* **mutaretur, quod facili negotio a Meinekio Poet. com. I. p. 488. factum est, Euripidem tam frigida ac tragoediae parum convenienter dicere** *ἀρετῆς ταμιεῖον* **potuisse, mihi nemo persuadeat. In comoedia reperitur Phoenicidis** *ταμιεῖον* **ap. Ath. X. p. 415. E.; significat autem** *cellam penuariam.* **Quare aut cum Naekio (sched. crit. p. 7.) versum** *Alexandro* **Aetolo, aut rectius, ut mihi videtur,** *Alexandro,* **comico poetae (de quo vide Meinek. 1. c. p. 487.) tribueris.**

A A K M A I Ω N.

Euripidem duas huius nominis fabulas scripsisse, quarum altera *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος,* **altera** *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου* **inscripta fuerit, cum ex didascaliarum reliquiis tum ex apertis veterum grammaticorum testimoniis infra appositis apparet. Neutrius autem tot supersunt fragmenta, ut argumentum satis accurate describi possit; imo vero de multis fragmentis ne constat quidem, sintne ex** *Alcmaeone in Psophide* **an ex altera petita.** *Alcmaeo in Psophide* **una cum Cressis, Telepho et Alcestide acta est Ol. LXXXV., 2,** *Alcmaeo in Corintho* **simul cum Iphigenia Aulidensi et Bacchis post Euripidis mortem demum in scenam prodiit. (Cf. p. 4.)**

1. *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος.*

Argumentum praebet Apollod. III., 7, 5. *Μετὰ δὲ τὴν Θηβαίων ἅλωσιν αἰσθόμενος Ἀλκμαίων καὶ ἐπ' αὐτὸν δῶρα εἰληφυῖαν Ἐριφύλην τὴν μητέρα, μᾶλλον ἠγανάκτησε, καὶ χρήσαντος Ἀπόλλωνος αὐτῷ τὴν μητέρα ἀπέκτεινεν. ἔνιοι μὲν μᾶλλον λέγουσι σὺν Ἀμφιλόχῳ τῷ ἀδελφῷ κτεῖναι τὴν*

---

*) Qui hunc vs. etiam a Clem. Alex. Paed. p. 250. B. citari dicunt, Clementem non inspexerunt.

Ἐριφύλην, ἔνιοι δὲ ὅτι μόνος. Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐριννὺς τοῦ μητρῴου φόνου. καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Ὀϊκλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ψωφὶδα πρὸς Φηγέα. καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα, καὶ τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἔδωκε ταύτῃ. γενομένης δὲ ὕστερον τῆς γῆς δι' αὐτὸν ἀφόρου, χρήσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ πρὸς Ἀχελῷον ἀπιέναι καὶ παρ' ἐκεῖνον πόλιν διαλαμβάνειν· τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Οἰνέα παραγίνεται εἰς Καλυδῶνα καὶ ξενίζεται παρ' αὐτῷ, ἔπειτα ἀφικόμενος εἰς Θεσπρωτοὺς τῆς χώρας ἀπελαύνεται, τελευταῖον δὲ ἐπὶ τὰς Ἀχελῴου πηγὰς παραγενόμενος καθαίρεταί τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Καλλιρρόην λαμβάνει, καὶ ὃν Ἀχελῷος προσέχωσε τόπον κτίσας κατῴκησε. Καλλιρρόης δὲ ὕστερον τόν τε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον ἐπιθυμούσης λαβεῖν καὶ λεγούσης οὐ συνοικήσειν αὐτῷ, εἰ μὴ λάβοι ταῦτα, διὸ παραγενόμενος εἰς Ψωφὶδα Ἀλκμαίων Φηγεῖ λέγει τεθεσπίσθαι τῆς μανίας ἀπαλλαγὴν ἑαυτῷ, τὸν ὅρμον ὅταν εἰς Δέλφους κομίσας ἀναθῇ καὶ τὸν πέπλον, ὁ δὲ πιστεύσας δίδωσι· μηνύσαντος δὲ θεράποντος, ὅτι Καλλιρρόῃ ταῦτα λαβὼν ἐκόμιζεν, ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν Φηγέως παίδων ἐπιτάξαντος τοῦ Φηγέως ἀναιρεῖται. Ἀρσινόην δὲ μεμφομένην οἱ τοῦ Φηγέως παῖδες ἐμβιβάσαντες εἰς λάρνακα κομίζουσιν εἰς Τεγέαν καὶ διδόασιν Ἀγαπήνορι, καταψευσάμενοι τὸν Ἀλκμαίωνος φόνον. Cf. Paus. VIII., 24, 4. Hygin. fab. 71. 73. 245. Integram Apollodori narrationem exhibuimus, quum inter viros doctos*) non constet, quid in hac fabula Euripides repraesentaverit. Hoc autem per se intelligitur, non posse omnia, quae Apollodorus tradit, in ea locum habuisse. Itaque Alcmaeo in eadem fabula non bis Psophidem venisse potest, primum ut expiaretur et Arsinoam in matrimonium duceret: deinde longo tempore interiecto, ut Eriphyles monile aureum dolo auferret. Si vero respicimus, quae *tragoediae* argumentum praebere potuerunt, extrema manifesto huc faciunt, ita ut Apollodorus inde a verbis *Καλλιρρόης δὲ κτλ.* huius tragoediae summam exhibuerit. Nam nemo ex fragmento VI. colligere volet, Alcmaeonem nunc demum Arsinoam matrimonio sibi iuncturum fuisse; satis perspicua est illius fragmenti licet corrupti sententia neque ibi participium *δοὺς* pro *ἦν δῷς* positum esse credendum. Sed quomodo Euripides rem ac singula instituerit, nunc vix explores, neque fragmenta auxilii quidquam ferunt, praesertim quum de parte ne constet quidem, sintne ex hac an ex altera Alcmaeone petita; coniecturis autem indulgere noluimus, ne nubem, ut dicunt, pro Iunone amplecteremur. — Chorum ex virginibus compositum fuisse patet ex fgm. VII.**) —

68. I.

Iam initio fabulae Alcmaeo, sive re vera a Furiis agitatus sive furorem simulans in scenam prodiise videtur. Huc pertinent, quae

*) Fabulae argumentum exposuerunt *Bentl.* Epistol. ad Mill. pag. 88. seq. (Opusc. pag. 467. sq.), *Eckermann.* Melamp. p. 88. sq. *O. Jahn* Teleph. et Troil. p. 34. sq. *A. Schoell* de Tetral. Trag. Attic. p. 132. sq. Welck. Trag. Gr. p. 575.

**) Euripidis fabulam imitatione expressit Ennius, cuius imitationis fragmenta consulere non inutile est.

tradit Tatian. cont. Graec. 24. (p. 264. ed. Hag. Com. 1742) ubi de spectaculis publicis reiiciendis agit: *Τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος καὶ τὴν Ἀλκμαίωνος μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων;* (haud dubie Alcmaeo ipse.) *ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα, κέχηνέ τε μέγα καὶ ξίφος περιφέρει, καὶ κεκραγὼς πίμπραται καὶ φορέει στολὴν ἀπάνθρωπον.*" — Alcmaeo loquitur (Hesych. v. Ἀτενὴς):

Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων —

Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος. — Ad Alcmaeonis narrationem et conditionis suae descriptionem pertinere videtur fgm. II. Ennii (ap. Cic. de Fin. IV. 23, 62.)

Multi' modis sum circumventus, morbo, exsilio atque inopia,
Tum pavor sapientiam mihi omnem exanimato expectorat;
Alter terribilem minitatur vitae cruciatum et necem,
Quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia,
Quin refugiat timido sanguen atque exalbescat metu.

in quibus Welckerus haud male Ennium verbo *exalbescere* (vs. 5) Euripideum *ἀργαίνειν* (fgm. VIII.) expressise suspicatur.

A Furiis deinde persecutum et furore vexatum videmus Alcmaeonem Ennii fgm. II. VI. VII., quae Furiarum persecutio, ut ipse dicit, amoveri non potest, nisi matris velum ac monile aureum Apollini consecraverit.

II. 69.

Aristot. Ethic. III. 1. 8. *Ἔνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθνητέον παθόντα τὰ δεινότατα· καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι.* Ad quem locum schol. adnotat: *τὸν Ἀμφιαράου παῖδα τοῦτον, ᾧ ὁ πατὴρ ἀνελεῖν τὴν μητέρα ἐπέσκηψεν· εἰ δὲ μή, ἔσται τὸν πατέρα λυπῶν, ὃς οὐ δι' ἀξίας αἰτίας ποιῶν τοῦτο ἱστορεῖται.* — *Ἄλλως· παρατίθεται τὸν παρ' Εὐριπίδην Ἀλκμαίωνα, ὡς δι' εὐτελῆ τινὰ ὑπομείναντα μητροκτονῆσαι· λέγει γὰρ παρ' αὐτῷ ὁ Ἀλκμαίων·*

μάλιστα μέν μ' ἐπῆρ' ἐπισκήψας πατὴρ,
ὅτ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

διὰ γὰρ τούτων ἐντολὰς πατρὸς διηγεῖται, ὡς ἐντειλαμένου αὐτοῦ κτεῖναι τὴν μητέρα καὶ καταρασομένου αὐτοῦ, εἰ μὴ ἀποκτείνῃ, ἄκαρπίαν τε γῆς καὶ ἀτεκνίαν, ὧν οὐδὲν ἦν ἄξιον τοιοῦτον κακὸν ἀναγκάσαι ποιῆσαι τινά. — *Ἐπῆρ'* recte Dindorfius et Pflugkius (in Zimmermanni Diar. schol. 1831. n. 3.) pro vulg. *ἐπῆρεν* correxerunt collato Orest. 276. — Alcmaeonem his verbis, quae fortasse ad eandem narrationem cum fgm. I. pertinent, caedem matris excusasse perspicuum est.

III. 70.

Aristot. Ethic. Nicom. V. 9. Eudem. IV. 7. *Ἀπορήσειε δ' ἂν τις, εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ ἀδικεῖν· πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν, ὥσπερ Εὐριπίδης εἴρηκε, λέγων ἀτόπως·*

A. *Μητέρα κατέκταν τὴν ἐμήν· βραχὺς λόγος.*
B. *ἑκὼν ἑκοῦσαν ἢ οὐ θέλουσαν οὐχ ἑκών;*

Optime hunc locum, qui nec in Bellerophonte, ad quam a Michaele Ephes., scholiasta Paris., aliis (cf. Zellii comment. p. 191.) relatus est, nec in ulla alia fabula locum habere potuit, Welckerus l. c. p. 578 ex Alcmaeone petitum esse vidit. Hos autem vs. non potuisse ab una persona dici atque eo modo legi, quo vulgo circumferebantur: *Μητέρα κατέκτα τὴν ἐμήν· βραχὺς λόγος· ἑκὼν ἑκοῦσαν ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών*, primo adspectu apparet. Quare nos inter duas personas eos distribuimus, quarum alteram Alcmaeonem, alteram Phegeum fuisse suspicamur; in primo vs. autem cum Boissonadio scripsimus *κατέκταν*, quod etiam interpretes Latini legisse videntur; altero vs. *ἢ οὐ* Grotio praeeunte sententiaque flagitante revocavimus et in fine interrogationis signum adiecimus. Vs. 1. De verbis *βραχὺς λόγος* vid. Pflugk. ad Hel. 979. — Ad vs. 2. cf. Hippol. 319. *φίλος μ' ἀπόλλυσ' οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.*

71. IV.

Schol. Pind. Nem. IV. 32. *Ἀμφιτρύωνος ἀντὶ πατρωνυμικοῦ τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου· — ὡς Ὅμηρος λέγει Ὑπερίονος Ἠελίοιο ἀντὶ τοῦ Ὑπεριονίδου, καὶ Εὐριπίδης.*

Ὃς Οἰδίπουν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμὲ,
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

οὐ γὰρ ὁ Οἰδίπους ἤνεγκε χρυσοῦν ὅρμον εἰς Ἄργος, ἀλλ' ὁ Πολυνείκης, καὶ ἔδωκεν τῇ Ἐριφύλῃ. ἔστιν οὖν (ἀντὶ τοῦ) Οἰδιπόδης. — Vs. 1. antea ita circumferebatur: *ὅ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσ'* κτλ., sed, ut nos, exhibent eum Anecd. Barocc. in Diario, quod inscriptum est *Philological Museum* II. p. 112 (quem locum inter inc. fab. fgm. CCXXIV. sq. plenum exhibuimus) et Boisson. Anecd. Gr. III. p. 239. — Locum primus ad Alcmaeonem retulit Barnesius, recte quidem, nam Apollod. l. c. sub fin. apertis verbis *ὅρμον* commemorat. Neque tamen *ὅ σοι πατέρα γ' ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμὲ* etc. scribere debebat, quippe quae scriptura et a codicum vestigiis et a veritate narrationis nimis recedat, nisi forte scholiastae credidit Oidipum pro Oidipode dictum esse affirmanti; non enim Oedipus, sed Oedipi filius, Polynices monile illud aureum Argos tulit, quo Eriphylen corrumperet. (Apollod. III. 6. 2. Stat. Sylv. IV. 106. Cic. de Inv. I. 50, 94.) Hanc difficultatem sustulit simulque ineptias grammatici redarguit Valck. Diatr. p. 151. C. scribendo: *ἀπώλεσ'. Ὠιδίπου δ' ἐμὲ* κ. τ. λ. probante Boeckh. ad Schol. Pind. p. 452. — Sed huius crasis exempla in tragoediis vix reperiantur, licet ea in comoediis et fabulis satyricis (cf. Aristoph. Ran. 835. Eurip. Cycl. 564. Herm.) admissa fuerit. Verissime autem Valck. monuit, ineptum esse, quod scholiastes dicit, patris nomen posse pro patronymico adhiberi, quamquam similia somniat schol. Aristoph. Ran. 1060. Eiusmodi enim regulas grammatici ex locis corruptis aut male ab ipsis intellectis constituere solent, id quod multa exempla docent. Memorabile eius rei exem-

plum affert Gell. N. A. VII. 2. Hoc loco vero commentitiam esse istam grammatici regulam luculentissime inde apparet, quod pater et filius ita eodem nomine appellarentur. Cf. Welcker p. 1590. sq. — Verum uti Valckenarii emendatio ad sententiam aptissima propter crasim illam insolitam ferri non posse videtur, ita scriptura, quam ex codd. supra praebuimus, propter sententiam intolerabilis est. Ex vs. 2 apparet, de Polynice sermonem esse: in vs. 1. autem nulla est Polynicis mentio facta, sed tantummodo Oedipi; deinde offensioni est, quod Alcmaeo — nam Alcmaeonis referentis, qua ratione Oedipi filius ipsum monili aureo Argos illato profligaverit, haec verba esse vix erit, qui neget — dicit, se Oedipum perdidisse, ipsum vero ab Oedipo profligatum esse, quum Alcmaeo puer esset tempore, quo Oedipus supremum diem obibat. Quare non modo Polynicis commemoratio requiritur, sed Oedipi nomen etiam prorsus otiosum est; ideoque Welckero non possum assentiri (p. 1590.) dicenti excidisse inter versum primum et secundum versum quendam qui Polynicis nomen continuerit. Non possum enim perspicere, quo modo is, quem excidisse censet, versus cum antecedentibus coniunctus fuerit. — Sed quid multa? Cum ex regula quam schol. Pindari praescripsit, tum ex scriptura vitiosa, (alterius enim versus pars in priorem irrepserat,) apparet, scholiastam depravato codice usum esse. Vera autem scriptura haec esse videtur:

Ὁ δ' Οἰδίπου μ' ἀπώλεσ' εἰς Ἄργους πόλιν
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον . . .

vel

Ὁ δ' Οἰδίπου μ' ἀπώλεσ' — — —
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

schol. Pind. autem legit: *Οἰδίπους* pro *Οἰδίπου*, et hinc regulam suam mirificam finxit.

V. 72.

Cram. An. Gr. Ox. III. p. 194. 1. *Δηλοῖ καὶ τὸ αἷμα πολλάκις καὶ τὸν φόνον αὐτόν. τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τῷ* (scribe τὸ) *παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ διὰ Ψωφίδος Ἀλκμαίωνι.*

Αἷμα γὰρ [φησὶ] σὸν μήτηρ ἀπενίψατο.

τουτέστι· καθάρσει τινὶ τὸν τῆς μητροκτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν. Δηλοῖ μὲν οὖν τὸ αἷμα τὸν φόνον. — Cf. fgm. sub fin. — Si recte grammaticus in hoc versu de caede Eriphyles sermonem esse dicit, ita ut *αἷμα* pro *φόνος* positum sit, non *μήτηρ* sed *σῆς μητρὸς* scribendum esse apertum est, quod iam indicatum est a Schneidewino Coni. crit. p. 105. Idem haec verba ab Arsinoa de Phegeo, qui Alcmaeonem lustrasse fertur, dicta esse suspicatur. Sed fortasse ex chori cantico ducta sunt.

VI. 73.

Suid. v. *Πενθερά.* **Phot. p. 300. Herm. p. 410. Pors.** *Πενθερά.*

τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ. καὶ πενθερός, ὁ πατήρ. Εὐριπίδης δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει. ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ φησι·

Καί σ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα μὴ δοὺς ἐμοὶ
γαμβρὸς νομίζῃ καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός:

Suidae editt. Mediol. cum codd. A. B. V. E. μὴ δοὺς, Phot. μὴ δῶς, cod. D. παῖδα δοὺς omisso μὴ. — γαμβρὸν νόμιζε vulg., sed codd. A. V. et Phot. γαμβρὸς νομίζῃ, cod. B. γαμβροὺς νομίζῃ. — Vario modo viri docti hos vs. tentarunt. Kusterus ad Suid. legi voluit: καί μ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸν νόμιζε, καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμοὶ (ἀεὶ ἔσῃ). Toup. ad Suid. II. p. 46. σὺ δ', ὦ γεραιὲ, παῖδα τὴν σὴν δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζῃ etc. Grot. in Exc. p. 369. καὶ σύ γε, γεραιὲ, σήν γε παῖδ' ἣν δῷς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζῃ etc. et sic dedit Barnes omisso tamen γὲ post σύ. Valck. ad Phoen. 431. καὶ σύ γε, γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζου. Porson. Append. Toup. Emend. T. IV. p. 466. σὺ δ', ὦ γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς etc. Vir doct. in Edinb. review. XXI. p. 338. σὺ δ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα δοὺς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζει etc. ut τε ante παῖδα positum referatur ad καὶ πατήρ. Vir doct. denique, cuius nomen et locum, ubi coniecturam proposuit, in schedis meis non adnotavi, proposuit: κἂν δῷς, γεραιὲ, τήνδε, κἂν μὴ δῷς ἐμοὶ γαμβρὸς νομίζει etc. illud μὴ vix irrepere aliunde potuisse dicens. Quam correctionem me non intelligere confiteor: nam qui fieri potuerit, ut Phegeus socer putaretur, sive filiam Alcmaeoni nuberet sive non nuberet, mente assequi non possum. — Quarum emendationum quae proxime ad verum accedat, dicere vix ausim; improbandae tamen sunt eae, quae ἦν inferunt. Nam sententia est „*Tu vero senex, qui hancce puellam mihi dedisti et socer meus haberis et pater servatorque.*“ — Γαμβρὸς non solum hoc loco ea, qua πενθερὸς, significatione usurpatum est, sed duobus quoque aliis. cf. Protesil. fgm. IV. et Sophocl. fgm. 293. ed. Dind. Valck ad Phoen. l. c.

74. VII.

Aristoph. Equ. 1299.

Οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὦ παρθένοι, τἀν τῇ πόλει;

Ad quem versum schol. adnotat: ὁ στίχος παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίωνος Εὐριπίδου. — Alcmaeonem in Psophide dictum esse docuit Dindorf. praef. ad Eurip. Alcest. p. 9., ac facile ex iis colligi potest, quae de tempore, quo utraque Alcmaeo in scenam prodiit, supra monuimus.

75. VIII.

Hesych. Ἀργαίνειν· λευκαίνειν. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι διὰ Ψωφῖδος. Eustath. ad Od. β'. p. 1430, 62. Ἐκεῖθεν καὶ ἀργᾶντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι. Cf. fgm. I. Eandem vocem habet Opp. Cyn. III. 299.

Ad hanc fabulam fortasse pertinet inc. fab. fgm. CLXXVIII.

2. Ἀλκμαίων ὁ διὰ Κορίνθου.

Argumentum iterum Apollod. (III., 7. 7.) praebet his verbis: *Εὐριπίδης δέ φησιν, Ἀλκμαίωνα, κατὰ τὸν τῆς μανίας χρόνον, ἐκ Μαντοῦς Τειρεσίου παῖδας δύο γεννῆσαι, Ἀμφίλοχον καὶ θυγατέρα Τισιφόνην· κομίσαντα δὲ εἰς Κόρινθον τὰ βρέφη δοῦναι τρέφειν Κορινθίων βασιλεῖ Κρέοντι. καὶ τὴν μὲν Τισιφόνην, διενεγκοῦσαν εὐμορφίᾳ, ὑπὸ τῆς Κρέοντος γυναικὸς ἐκπεμπωληθῆναι, διδοικυίας, μὴ Κρέων αὐτὴν γαμετὴν ποιήσηται· τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγοράσαντα ταύτην ἔχειν οὐκ εἰδότα την ἑαυτοῦ θυγατέρα θεράπαιναν· παραγενόμενον δὲ εἰς Κόρινθον ἐπὶ τὴν τῶν τέκνων ἀπαίτησιν, καὶ τὸν υἱὸν κομίσασθαι. καὶ Ἀμφίλοχος, κατὰ χρησμοὺς Ἀπόλλωνος, Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν.*

IX. 76.

Cram. Anecd. Graec. Paris. Vol. I. p. 20. 1. Schol. Hesiod. Scut. Herc. in Cod. Schellersheim. p. 61. in Creuz. Meletem. p. 66. *ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ· σίγα σίγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης· καὶ ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Κορίνθου· φίλε, φίλε, πρόβατε, μόλε τις· ὁ δὲ σποδαπὸς ὁ ξένος Κορινθίοις ἔμολε ἀγχίαλος.* **Quae verba God. Hermannus sic restituit:**

φίλαι, φίλαι,
πρόβατε, μόλετε· τίς ὅδε, ποδαπὸς ὁ ξένος
Κορινθίοις ἔμολεν ἀγχίαλος;

aliter Od. Muellerus (in Mus. Rhenan. V. p. 361.):

φίλαι, φίλαι, πρόβατε, μόλετε·
τίς ὅδε, ποδαπὸς ὁ ξένος Κορίνθιος
ἔμολεν ἀγχιάλοις;

in quibus *ἀγχιάλοις* **retinendum videtur. Chori verba esse, metrum prodit, ea quidem de Alcmaeone Corinthum perveniente dicta.**

X. 77.

Stob. XC. 2.

Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
κακῶν δ' ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Stob. quidem hos versus tantum ex *Alcmaeone* **in universum citat, sed ex** *Alcmaeone in Corintho* **petitos esse, patet ex verbis:** *ὦ παῖ Κρέοντος*, **quae in priore Alcmaeone locum habere vix poterant. Iis nescio quem Alcmaeonis filium Amphilochum, a Creonte educatum et pro ipsius filio habitum, alloqui haud male Welckerus coniicit; nam et Amphilochum et eius sororem, Tisiphonen, nescisse originem suam, inde veri simile est. quod fieri potuit, ut filia patri pro serva**

venderetur. Ad sententiam cf. Hec. 380. Dict. fgm. XI. Antig. fgm. VIII. Antiop. fgm. XLIV. Meleag. fgm. VI. Welck. Prolegg. ad Theogn. p. LIII. sqq.

78. XI.

Stob. XXII. 13.

Ὁρᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἅπαις γέρων
φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα.

Haec verba in priore Alcmaeone dicta esse non poterant, nam ibi nec in Alcmaeonem nec in Phegeum regem quadrabant: pertinent igitur ad Creontem, quem Alcmaeo quippe non modo Tisiphonen vendi passum, sed haud dubie etiam in Alcmaeonem ipsum superbe se gerentem regno expulisse videtur.

79. XII.

Hesych. *Ἀπαιώνιστον· δύσφημον. Εὐριπίδης ἀλλαχοῦ καὶ ἐν Μηδείᾳ Κόρινθον ἀπαιώσιον, δύσφημον.* Sic edit., at cod. Venet. ap. Schow. ϑ *ἀπ. δυσφ. Εὐριπίδης ἀλλὰ καὶ διὰ ἀκορίν. ἀπαιώσιον, δύσφημον*, unde Elmsl. ad Med. p. 74 legendum suspicatur: *Εὐριπίδης· ἀλλὰ καὶ Διὸς κόρῃ ἀπαιώνιστον* sc. *ἀντηχήσατε*. cf. Alc. 425. Iph. A. 1468. Matthiaeus vero (p. 428.) genuinam scripturam elicuisse videtur: *Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Κορίνθου*. — Similiter, ut Euripides, adhibuit Soph. in loco Porphyrii ap. Stob. Ecl. phys. I., 52. p. 1008. *ἀπαιών*.

---

3. Ἀλκμαίων.

Hic congessimus fragmenta, quae ex *Alcmaeone* simpliciter citata cum certa probabilitatis specie ad alterutram fabulam referri nequeunt.

80. XIII.

Stob. XXII. 24.

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
λέγειν, ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης.

In utraque Alcmaeone haec perapposite locum habere poterant. Ad sententiam confert Matth. versiculum ignoti tragici ap. Plut. de audiend. poet. 9. p. 28. C. *Μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραγότα.*

81. XIV.

Stob. XLIX. 6.

Φεῦ, φεῦ, τὰ μεγάλα, μεγάλα καὶ πάσχει κακά.

Valck. ad *πάσχει* adnotat: alibi *τίκτει*, sed in Stobaei codd. nulla scripturae discrepantia est, et fortasse Valck. aut errat, aut *τίκτει* in aliquo exemplari ex sequente fgm. aut ex Euripidis dicendi consue-

tudine (cf. fgm. Oenom. V. vs. 3. Temen XVI. c. a. l.) a librario hic illatum erat.

XV. 82.

Stob. XXII. 8.

Βροτοῖς τὰ μείζω τῶν μέσων τίκτει νόσους·
θεῶν δὲ θνητοὺς κόσμον οὐ πρέπει φέρειν.

Ad Alcmaeonem non nisi in codd. Schow. refertur. — Usu singulari τὰ μέσα hoc loco idem significare videtur atque μεσότης *(die rechte, gehörige Mitte)*, ut bene sententiam Grotius expresserit vertens: „salubre non est quidquid excessit modum.“ Longe aliam significationem habet τὸ μέσον in Alc. 917. Schoellius bene hoc fgm. ad Alcm. Psoph. retulit; his verbis enim Alcmaeo Arsinoam invite velum ac monile tradentem placavisse videtur.

XVI. 83.

Stob. LXII. 20.

Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου·

Sententiam bene expressit Grotius. Cf. Med. 54. χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν κακῶς πιτνόντα καὶ φρενῶν ἁνθάπτεται. Bacch. 1026. ἀλλ' ὅμως χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τῶν δεσποτῶν.

XVII. 84.

LXII. 22.

Ὅστις δὲ δούλῳ φωτὶ πιστεύει βροτῶν,
πολλὴν παρ' ἡμῖν μωρίαν ὀφλισκάνει.

Haec verba Schoellius p. 133 ad Alcm. Psoph. refereus de servo quodam dicta censet, qui Phegeo eiusque filiis Alcmaeonis dolum prodiderit; Welckerus autem ex Alcmaeone Corinth. petita arbitratur, et prolata quidem ab uxore Creontis, quae servo cuidam Tisiphonen vendendam tradiderit, ab hoc autem prodita sit. — *Μωρίαν ὀφλισκάνειν* similiter dictum est in Alc. 1096. Iph. T. 488. Med. 1227, ubi tamen nunc Pflugkius e libris restituit ζημίαν ὀφλ.

XVIII. 85.

Stob. LXIX. 7.

Γυναῖκα καὶ ὠφέλειαν καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρει μεγίστην ἐδίδαξα τοὐμῷ λόγῳ.

Vulgo. φέρη μεγίστων, quod Gaisf. e codd. correxit. Paris A. τῷ ἐμῷ. — Gesn. scripsit γυνὴ pro γυναῖκα, Grot. vero et Barnes. male ἐκδιδάσκει' pro ἐδίδαξα, et hos exhibuerunt versus:

Γυνὴ καὶ ὠφέλειαν ἀνδρὶ καὶ νόσον
φέρει μεγίστην, ἐκδιδάσκει' ἐμῷ λόγῳ.

quos iure Valck. Diatr. p. 149. damnans in hunc modum refinxit:

Γυναῖκα δ' ὠφέλειαν
καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρειν μέγισταν
ἐδίδαξα τῷ 'μῷ λόγῳ.

Sed primo vs. καὶ, quod codd. praebent, vix abesse potest: nam mulier non simul utilitatem ac morbos affert, sed aut hos aut illam. Quare scribi malim κὠφέλειαν. Guil. Dindorfius proposuit ὠφελίαν.

86. XIX.

Stob. LXXIX. 15.

Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς
μιάσματα

Ambigua est huius loci sententia: quare Valck. ad Hippol. 821. Grotii interpretationem „*commissa quae sunt in parentes haec deus persequitur ultor*" non damnare debebat ipse haec Graecis significari dicens: „*ab ipsis parentibus commissa, quae deus ultor in liberis persequitur*," nam utraque sententia inesse poterat verbis graecis. Attamen hunc locum obversatum esse Plutarcho de sera num. vind. 12 et 21. (p. 556. E. et p. 562. F. Cf. fgm. inc. fab. CXVII.) cum Wyttenbachio non crediderim; nam vide ne forte prorsus contraria illi insit sententia.

87. XX.

Erotian. v. σκεθροτέραν p. 342. *Βακχεῖος ἐν ᾱ φησὶν ἀληθεστέραν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. Κεῖναι καὶ ὅτε μὲν ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, ὅτε δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ τὸ σκεθρόν. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀλκμαίωνι φησί·*

Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μήδ' ἀθυμίαν
σχέθῃ τις ὑμῶν· ταῦτα γὰρ σκεθρῶς ὁρᾶν
ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

Erotiani codd. male: *ἀτιμίαν σκεθρήν τις ὑμῶν. ταῦτα* (al. *ταύτης*) *γὰρ σκεθροβόραν.* Piersonus duo hoc loco confundi fragmenta credidit, quorum prius sic constituendum sit: *γυναῖκες, ὁρμήθητε, μήδ' ἀτιμίαν Σκεθρήν τις ὑμῶν* (*καταχέῃ* vel simile quid); posterius sic: *ταῦτα γάρ σκεθρῶς ὁρᾶν Ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.* Sed veram scripturam proposuit Valck. ad Phoen. 431. et Diatr. p. 149. B. — Grot. vs. 1. scripserat *ἀθυμίᾳ*, Elmsleius vero ad Heracl. 272. *μήδ' ἀθυμία Σχέθῃ τις ὑμᾶς.* Idem primus bene ostendit l. c. et ad Med. 995., *σχέθῃ* non ab verbo quodam *σχέθειν*, sed ab aoristo *ἔσχεθον* ducendum, et omnino *σχέθω* non modo apud Homerum, sed apud tragicos quoque poetas verbum *αὐθυπόταχτον* esse, qua in re consentientes habet Herm. ad Soph. El. 744. Matth. ad Eur. Med. 1016. Schaef. ad Med. 1023. Dindf. ad Aristoph. Equ. 320. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 504. Matthiaeo extispex aliquis loqui videtur.

XXI. 88.

Stob. LXXIX. 23.

Ἦ τί πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
εἰ μὴ ᾽πι τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν;

Valck. Diatr. p. 150. ἦ ex sequente τί originem duxisse ratus scribi iubet: τί πλεῖον κτλ. Nequaquam vero particulae ἦ eiiciendae iusta adest causa, nam quum haec verba e continuitate verborum evulsa sint, latet nos, qua ratione illud ἦ haec cum antecedentibus coniunxerit. Fortasse interrogatio praecesserat. cf. Dobr. ad Arist. Plut. 598. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 756. — τί πλέον, i. e. *quid iuvat? quid commodi affert?* cuius dicendi usus et apud poetas et apud scriptores orationis pedestris vulgaris exempla collegit Valck. l. c., quorum numerus tamen facile augeri potest.

XXII. 89.

Priscian. XVIII., 25. Vol. II. p. 205. ed. Krehl.

Ἦ τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός.

Spengel. ad Varr. p. 624. fortasse rectius scribit: ἦ τοῦ κ. τ. λ. Codd. Monac. praebet ETTOT TEKONTOC OTΔEN ENTPEΠH ΠATPOC. Vett. editt. ἐπ' οὔτεκοντος, unde Putsch. p. 1182. τί τοῦθ' ἑκόντος κ.τ.λ. quod leni mutatione Musgr. correxit in: τί τοῦ τεκόντος κ.τ.λ. Valck. ad Phoen. 576. et Diatr. p. 149. πιθοῦ· γέροντος οὐδὲν etc. Grot. ἐπεὶ τεκόντος κ. τ. λ. Mihi in mentem venerat: ἤπου τεκόντος etc., quae scriptura ad literarum ductus proxime accedit, sed articulus aegre deesse potest. Th. Bergkius denique emendavit: εἴπ' εἰ κ. τ. λ. et hinc Attium deduxisse versum in Alphesiboea „*si tui veretur te genitoris, cedo,*“ quod vide an probandum sit.

XXIII. 90.

Cram. Anecd. Gr. Oxon. II. p. 334. 4. Ἀλκμέωνος· τὸ με ψιλὸν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἔχει ἡ χρῆσις. συστέλλας τὸ ε, φυλάττει τὸ ω, ὡς κύριον ἐν τῇ γενικῇ. Eadem habent Anecd. Barocc. in Diario, cui inscriptio est *Philological Museum*, vol. II. p. 112. not. Cum his cf. Cram. An. Ox. III. p. 386. τὰ διὰ τοῦ εων ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύτονα πεφύκασι φυλάττειν τὸ ω ἐν τῇ γινικῇ, οἷον Γελέων Γελέωνος, Ἀλκμέων Ἀλκμέωνος. Videtur igitur haec forma legitima esse eamque in fragmento Antiphanis ap. Athen. VI. p. 222. A. et Dindorfius revocavit et afferunt ex marmore Sandvicensi Walpole Com. graec. fragm. p. 101, Elmsleius ad Eur. Bacch. 337. Eandem tuentur codd. cum aliis locis tum Aristot. Rhet. II. 23., Clem. Alex. Strom. I. § 134. p. 400. Pott., Hesych. v. Λαισποδίας, Steph. Byz. v. Φοιτίαι et in Timoclis fgm. ap. Stob. CXXIV. 19., ubi praeterea metro requiritur. Cf. Wesseling. ad Herod. I. 50. Schaef. ad Plut. Vit. V. p. 452. Meinek. Poet. com. III. p. 107.

A Λ K M H N H.

Huius fabulae quale fuerit argumentum dici nequit, quod fateri, quam coniecturis ludere malumus. Welckerus Alcmenam et Rhadamanthum eandem fabulam fuisse dicit, nulla ratione nisi opinione ductus, Rhadamantho in Alcmene fabula fuisse partes, quum vulgo Rhadamantus Alcumenam in matrimonium duxisse tradatur (Appollod. II., 4., 11. III., 1., 2. Tzetz. ad Lycophr. 50. Schol. Theocr. XIII. V. etc.); quasi Alcmena tragoedia ab Euripide scribi non potuisset, in qua nullas Radamanthus partes tenuisset. Accedit, quod Rhadamanthus, ut supra (p. 3.) vidimus, a grammaticis inter fabulas subditicias refertur, Alcmenam vero Aristophanes bis tecte cavillatur in Ranis (teste schol. 93. 540.) et scholiastes ad l. c., Stobaeus terdecies, Pollux et Hesychius sine ulla dubitationis specie citant.*) Matthiaeus igitur rectius inde posse quidquam colligi suspicabatur, quod Stheneli in fgm. II. mentio sit iniecta, sed equidem non video, quale hoc sit. Rationem enim, quae inter Sthenelum et Amphitruonem Alcumenamque intercessit, narrat Apollod. II. 4. 6. his verbis: *ὁ Ἠλεκτρύων τὸν τῶν παίδων θάνατον βουλόμενος ἐκδικῆσαι, παραδοὺς τὴν βασιλείαν Ἀμφιτρύωνι καὶ τὴν θυγατέρα Ἀλκμήνην, ἐξορκίσας ἵνα μέχρι τῆς ἐπανόδου παρθένον αὐτὴν φυλάξῃ, στρατεύειν ἐπὶ Τηλεβόας διενοεῖτο. ἀπολαμβάνοντος δὲ αὐτοῦ τὰς βόας, μιᾶς ἐκθορούσης Ἀμφιτρύων ἐπ' αὐτὴν ἀφῆκεν, ὃ μετὰ χεῖρας εἶχε ῥόπαλον. τὸ δὲ ἀποκρουσθὲν ἀπὸ τῶν κεράτων εἰς τὴν Ἠλεκτρύωνος κεφαλὴν ἐλθὸν ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὅθεν λαβὼν ταύτην τὴν πρόφασιν Σθένελος παντὸς Ἄργους ἐξέβαλεν Ἀμφιτρύωνα καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Μυκηνῶν καὶ τῆς Τίρυνθος αὐτὸς κατέσχε.* Quod ex his verbis consequi Matthiaeus ait, exsilium Amphitryoni et Alcmenae a Sthenelo post Electryonis mortem impositum in hac fabula explicatum fuisse, admodum improbabile est: etenim hoc quidem partem fabulae efficere (nisi forte tantummodo narrabatur) neque vero totum argumentum comprehendere poterat. cf. fgm. III. — Fortassis autem eorum, quae Apollodorus verbis locum citatum sequentibus narrat, pars locum in tragoedia habuit.

91. I.

Ad Aristophanis in Ranis vs. 93. verba „*χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης*“ adnotat schol.: *παρὰ τὰ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου*

πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος,
χελιδόνων μουσεῖον —

ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα. κ. τ. λ. — Eadem habet Suid. v. *χελιδόνων μουσεῖα.* — Vs. 1. *εὐφυὴς*) *ἐκ φυῆς.* Rav. — *ἂν εἰρπε.* Rav. *Θ.* —

*) Mirum est, quod Welckerus *Alcmenen* propterea in marmore Albano omissam fuisse dicit, quia eadem fabula fuerit atque *Radamanthus:* nam valde dubium est, num Radamanthus in isto catalogo commemorata fuerit. Quid igitur, si utraque omissa erat?!

Vs. 2. *μουσεῖον.* Rav. Suid. *μουσεῖα.* Ald. — Th. Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiq. 1836. p. 79.) vs. 1. correxit *κλάδους.* De usu voc. *μουσεῖον* vid. Pflugk. ad Hel. 174. De hirundine Blomf. Gloss. ad Aesch. Agam. 1017.

II. 92.

Ad Aristoph. ibid. vs. 540. dicentem: „*μετακυλινδεῖν αὐτὸν ἀεὶ πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον μᾶλλον* κ. τ. λ. adscribit schol.: *Ὅμοιον τῷ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου*

οὐ γάρ ποτ᾽ εἴων Σθένελον ἐς τὸν εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης ἀποστερεῖν.

παροιμία δέ ἐστι, πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν, ἐπὶ τῶν περὶ τὸ λυσιτελοῦν αὐτοῖς ἀεὶ στρεφομένων. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπιβατῶν τῆς νεώς, ὅταν θατέρου μέρους αὐτοῖς κατακλυζομένου, πρὸς τὸ ἕτερον οὗτοι μεθίστανται. Cf. Pors. ad Orest 885.

III. 93.

Stob. VIII. 12.

Ὁ φόβος, ὅταν τις σώματος μέλλῃ πέρι
λέγειν καταστὰς εἰς ἀγῶν᾽ ἐναντίον,
τό τε στόμ᾽ εἰς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἄγει,
τὸν νοῦν τ᾽ ἀπείργει μὴ λέγειν ἃ βούλεται.
τῷ μὲν γὰρ ἔνι κίνδυνος, ὁ δ᾽ ἀθῶος μένει·
ὅμως δ᾽ ἀγῶνα τόνδε δεῖ μ᾽ ὑπερδραμεῖν·
ψυχὴν γὰρ ἆθλα τιθεμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Schow. e Codd.B. C. ad Alcmenen rettulit; in Paris. A. locus deest. — Primis versibus sententiam contineri, quam Thucydides (II. 87.) tribus verbis expressit, *φόβος μνήμην ἐκπλήσσει*, recte indicavit Valck. Diatr. p. 220. Sunt igitur verba nescio cuius, qui dicendo capitis periculum avertere studet, in ipso orationis initio autem tanto timore afficitur, ut vix apta proferre sciat. Sed quamquam metu commotus, tamen animum recipiendum (vs. 6.) ac periculum illud superandum sibi esse intelligit, ut vitam suam, quae in discrimen adducta est (vs. 7.), servet. Ex hac sententia vero consequitur, vs. 6 legi non posse, ut vulgo fertur, *ὑπεκδραμεῖν*, quod *pugnam fugere, vitare* significat, sed *ὑπερδραμεῖν*, nam *ἀγῶνα ὑπερδραμεῖν* idem est atque *μάχην, ἀγῶνα νικᾶν*; inde vero, ut dicens e pugna *victor* evadat, omnia pendent. Accedit quod *ὑπερδραμεῖν* a manu secunda in Paris B., qui *ὑποδραμεῖν* a. m. pr. habet, supra scriptum est. Attamen si quis pertinacius scripturam, quae primitus in codice fuit, *ὑποδραμεῖν* tenere velit, etiam hanc ferri posse non negaverim; quidni enim *ἀγῶνα ὑποδραμεῖν, pugnam subire, inire* similiter, ut *ὑποβαίνειν, ὑπέρχεσθαι, ὑφίστασθαι κίνδυνον* dicatur? Longe praestantior vero est scriptura *ὑπερδραμεῖν.* — Vs. 1. Paris. B. *τίς* et *μέλλει*, illud a manu secunda, quae tamen, ut e vs. 6 liquet, e meliore codice emendationes hau-

sisse videtur. Valck. l. c. ὅταν τι σώματος μέλει πέρι ediderat, e λέγειν ad sequentia relato proposuerat: λόγων κ. τ. λ., ut iungerentu εἰς ἀγῶνα ἑαυτὸν λόγον. Vulgatam defendit Wyttenb. ad Plut. p. 148 E. Sed nec mutatione nec defensione opus est, siquidem codicum scripturam sequuti τις — μέλλῃ (nam hoc ex μέλλει facili negotio re fingas) pro τι — μέλῃ, quod Matth. praebet, et interpunctione pos πέρι sublata, λέγειν cum antecedentibus connectimus. Εἰς ἀγῶνα e emendatione Scaligeri pro vulg. ἐπ' ἀγῶνα recte Grot. dedit. — Vs 4. de pleonasmo particulae negativae cf. Pflugk. ad Hec. 867. Hel 1559. — Vs. 5. τῷ μὲν sc. τῷ νῷ, ὁ δὲ sc. ὁ φόβος. — Vs. 7. Valck pro τιθεμένην scribi maluit τεθειμένην, Lobeck ad Soph. Ai. p. 345 κειμένην, quam Valckenarii emendationem etsi longe praeferendam scripturae vulg. ducimus, hanc tamen, quum aptam sententiam praebeat, mutare noluimus. — Ex hoc fgm. vero consequitur, non potuisse fabulae argumentum eo contineri, quod Matthiaeus sibi reperisse videbatur.

94. IV.

Stob. XLIII. 22.

Ἀτρέκεια δ' ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.

Chorus haec post illius (fgm. III.) orationem protulisse videtur, quibus principem cohortaretur, ut iustum in dicenda sententia se praeberet.

95. V.

Stob. XLV. 9.

Ἴστω δ' ἄφρων ὢν, ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς
δῆμον κολούει, χρήμασιν γαυρούμενος.

Vs. 1. Paris. A. ἴστω τ' — De voc. κολούειν vid. Blomf. ad Aesch. Pers. 1036.

96. VI.

Stob. XLV. 12.

Τὸν εὐτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι.

Simile est fgm. X.

97. VII.

Stob. LXII. 24.

Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ
δούλοις ἄριστα· κἀφ' ὅτῳ τεταγμένος
εἴη τις, ἀνδάνοντα δεσπόταις ποιεῖν.

Musgr. vs. 3. τοῖς φίλοις pro δεσπόταις. Ἀρέσκειν cum dativo bene coniungi contra Gregorii Cor. et Moeridis praecepta docuit Monk. ad Hippol. 184.

VIII. 98.

Stob. LXXXIII. 6.

Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν
θεὸς ἀνθρώποις.

Anapaesti sunt, quos Grotius sic in Iambos convertit: *δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἀνθρώποις θεὸς Ἔθηκεν,*" nescio qua ratione ductus.

IX. 99

Stob. XCII. 1. Ant. Melissa et Maximus Monach. in edit. Stob. a. 1609. Serm. CXL. p. 218, 24.

Ἀλλ' οὐδὲν ηὐγένεια πρὸς τὰ χρήματα·
τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει.

Generis nobilitati apud Euripidem saepe divitias multasque alias res praelatas invenies. cf. Aeol. fgm. VI. Aeg. XI. Alex. XVII. vs. 11. Andromed. fg. XXXII. vs. 2. Dict. X. Melanipp. XIV. Phoen. 452. *πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ.*

X. 100.

Stob. XCIII. 15.

Σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἢ τ' ἀπειρία.

Valck. adnotavit, in Ms. Stobaei Leidensi legi *χρῆμ' ὁ πλοῦτος*, in qua scriptura fortasse genuinus est articulus, fortasse autem, ut recte Matthiae monet, a grammatico quodam propter sequentem articulum *ἢ τ' ἀπειρία* et propter locos similes a Stobaeo allatos insertus. Deest in fgm. IX. Cf. Hel. 757. *γνώμη δ' ἀρίστη μάντις ἢ τ' εὐβουλία.* et Pflugk. ad h. l. Ad sententiam Phaëth. fgm. III. vs. 1. inc. fab. fgm. LX. vs. 2.

XI. 101.

Stob. XCVIII. 22.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι πολλὰ καὶ μέλαινα νὺξ
τίκτει βροτοῖς. —

Ad Alcmenen refertur non nisi a cod. Voss. et Arsenio ap. Gaisf. cf. Oedip. fgm. XII. inc. fab. fgm. CLXXXVI.

XII. 102.

Stob. XCIX. 16.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα, γενναίως δ' ἴσως
ἔπραξας· αἰνεῖσθαι δὲ δυστυχῶν ἐγὼ
μισῶ· λόγος γὰρ τοὔργον οὐ νικᾷ ποτέ.

Vs. 1. de *ἀλλὰ γὰρ* cf. Herm. ad Vig. p. 472. 810. Matth. ad Phoen. 371. In eodem versu cum Matthiaeo *γενναίως δ' ἴσως* scribendum videtur, quamquam *δ'* deest in codd. — Vs. 3. scripsimus *λόγος γὰρ* cum Porsono pro *λογισμὸς γὰρ*, quod et sententiae et metro adversatur.

λογισμὸς quidem in omnibus codd. est, vel in Paris A. B. λογισμοὺς, sed γὰρ quoque in optimis Paris. A., Voss., Trincav. extat, quare, quum hoc loco mutatio necessaria sit, e sententia mutationis rationes petendae sunt. Sententia autem haec inest verbis; „infelix nolo laudari: nam verba (laudationes) nunquam rem ipsam (miseriam) superant, h. e. laudationes (aliorum) non potiores sunt misera eius, qui laudatur, conditione. Optime sibi opponuntur λόγος et ἔργον, et λόγος id, quod ante verbo αἰνεῖσθαι significatum erat, comprehendit: λογισμὸς vero esset, *consideratio*, *deliberatio*, quod huc non quadrat. Eodem modo γὰρ requiritur, nam verba λόγος γὰρ κτλ. caussam afferunt, cur miser laudari nolit.

103. XIII.

Stob. CVIII. 18.

Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ.

Simillima sunt Soph. fgm. Ion. apud Orion. Anthologn. VII., 10. p. 51. Eurip. Med. 1018. Aeol. fgm. XXVI.

104. XIV.

Stob. CXI. 7.

Θάρσει· τάχ' ἄν γένοιτο· πολλά τοι θεὸς
κἀκ τῶν ἀέλπτων εἴπορ' ἀνθρώποις τελεῖ.

Ita Lobeck. ad Soph. Ai. 716. et Pflugk. (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. n. 3.) pro vulg. πολλὰ τοῖς θεοῖς — πέλει scripserunt. Iacobs. Exerc. p. 214. emendaverat: πολλά τοι θεὸς — τέκοι, Erfurdt. πολλὰ σὺν θεοῖς — πέλει. Scripturam vulg. ferri non posse manifestum est; τοι autem quam saepe voculis τε, τι, τοῖς, aliis oppressum sit, vix potest dici. Sic G. Hermannus genuinam scripturam revocavit in Soph. Ai. 776. τοιοῖσδέ τοι pro τοιοῖσδε τοῖς. cf. El. 984. τοιαῦτά τοι sq. Aesch. Prom. 8. Eurip. Rhes. 429. τοιάδε τοί μ' etc. τοι autem ubi primum in τοῖς mutatum erat, facile etiam θεὸς in θεοῖς abire poterat ac fere debebat. — Similis est cohortatio in Teleph. fgm. XXXII. vs. 3. — Vs. 2. Κἀκ τῶν ἀέλπτων. cf. Ion. ap. Ath. I. p. 21. A. Ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας. Oedip. fgm. IX. Androm. 1285.

105. XV.

Stob. CXIV. 3.

Σοφώτεροι γὰρ συμφορὰς τὰς τῶν πέλας
πάντες διαιρεῖν, ἢ τύχας τὰς οἴκοθεν.

Vs. 2. Valck. haud male coniecit διαθρεῖν, nulla tamen opus est emendatione, quum saepius διαιρεῖν *diiudicandi* significationem habeat. cf. Palam. fgm. II. vs. 9. Aesch. Eum. 466. De sententia Pflugk. ad Herc. fur. 1340.

XVI. 106.

Pollux. X., 117. *Πανὸς καὶ φανὸς ἡ λαμπὰς, ὡς ὅταν φῇ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης.*

Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν.

De voce πανὸς cf. Phot. pag. 371, 21. *πανόν· ἀπὸ τοῦ πάντα φαίνειν σχηματισθέντα, κατὰ μεταβολὴν τοῦ φαίνειν. Σοφοκλῆς Ἑλένης γάμῳ.* Blomf. ad Aesch. Agam. vs. 275. Schol. Aristoph. Pac. 841.

XVII. 107.

Hesych. *Ἀμολγὸν νύκτα Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ ζοφερὰν καὶ σκοτεινήν.* cf. Aesch. ap. Athen. XI. p. 469. F. Buttm. Lexilog. II. p. 43. 19.

A A O Π H.

Ἀλόπην, neque vero *Κερκύονα* hanc fabulam inscriptam fuisse supra docuimus (p. 9.) idque ex Marmore Albano exque veterum scriptorum testimoniis praeter Eustathium apparet. Argumentum praebet Hygin. fab. 187. *„Alope, Cercyonis filia, formosissima quum esset, Neptunus eam compressit; qua ex compressione peperit infantem, quem inscio patre nutrici dedit exponendum. Qui quum expositus esset, equa venit et ei lac praestabat. Quidam pastor equam persecutus vidit infantem atque eum sustulit; qui veste regia indutum quum in casam tulisset, alter compastor rogavit, ut sibi eum infantem donaret. Ille ei donavit sine veste. Quum autem inter eos iurgium esset, quod qui puerum acceperat insignia ingenuitatis reposceret, ille autem non daret, contendentes ad regem Cercyonem venerunt et contendere coeperunt. Ille autem qui infantem donatum acceperat, repetere insignia coepit. Quae quum allata essent et agnosceret Cercyon, ea esse ex veste scissa filiae suae Alopes, nutrix timens regi indicium fecit, infantem eum Alopes esse; qui filiam jussit ad necem includi, infantem autem proiici. Quem iterum equa nutriebat, pastores iterum inventum infantem sustulerunt, sentientes eum deorum numine educari, atque nutrierunt, nomenque ei imposuerunt Hippothoum. Theseus quum ea iter faceret a Troezene, Cercyonem interfecit. Hippothous autem ad Theseum venit, regnaque avita rogavit. Cui Theseus libens dedit, quum sciret eum Neptuni filium esse, unde ipse genus ducebat. Alopes autem corpus Neptunus in fontem mutavit, qui ex nomine Alopes est cognominatus.“* Cf. Harpocr. v. *Ἀλόπη. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ λιτείας. Κερκύονος θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ποσειδῶνος Ἱπποθόων ὁ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς ἐπώνυμος, ὡς Ἑλλάνικός τε ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ ὁμωνύμῳ.* Schol. Aristoph. Av. 560. Etym. M. v. *Ἱππιόθων.* De morte Cercyonis cf. Diod. IV. 59. Plut. Thes. 11. Stat.

Theb. XII. 576. *) Fragmenta ad cognoscendum argumentum nihil valent. — Blomf. in gloss. ad Aesch. Choeph. 122. ex verbis πλήσας νηδὺν (fgm. V.) Alopen fabulam satyricam fuisse suspicatur, cuius ad sententiam accessit Pflugk. (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 19.) non tam illis verbis, quam vocabulo ὀδῆσαι (fgm. VIII.) offensus, quippe quod non nisi in Cyclope ab Euripide adhibitum sit. Sed haec ratio admodum incerta est; nam si quis rariora ista vocabula, quibus Euripides in Cyclope usus est, tantummodo adhiberi in fabula satyrica potuisse, dicere velit, vehementer is erret. Sic v. c. vocabulum εὐθυμεῖν apud Euripidem nonnisi in Cyclope (528.) legitur, attamen eadem voce Aeschylus (ap. Plat. Rep. II. p. 383. A.) usus est ac profecto in tragoedia. Eodem modo voce θητεύειν tragicorum nullus usus est praeter Euripidem bis illud exhibentem, in Cycl. 77 et in Alc. 6: tamen inde nemo Alcestidem fabulam satyricam fuisse colligat. Ceterum saepius tragoediae ac fabulae satyricae coniunctim a grammaticis citantur. cf. Erechth. fgm. XIV. De verbis πλήσας νηδὺν ipsis, quae etiam Pflugkio offensionem nullam praebuerunt, infra dicemus. Viris autem illis doctissimis Alopen in fabularum sat. numerum redigendam esse affirmantibus assentiri non possumus; ac si quid iis concedamus, hoc sit, Alopen extremum in tetralogia locum habuisse ac similiter, ut Alcestidem, fuisse comparatam.

108. I.

Stob. LXXIX. 29.

Ἐγὼ δ', ὃ μὲν μέγιστον, ἄρξομαι λέγειν
ἐκ τοῦδε πρῶτον· πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν
παῖδας νομίζειν τ' αὐτὸ τοῦτ' εἶναι δίκην.

Eosdem vs. praebet Orio Anthologn. (farrag. Euripid. nr. 11. post tit. VIII.) p. 56. ed. Schneidew. in hunc modum: *Ἐγὼ δ' ὅθεν μέγιστον ἄρξομαι λέγειν Ἐκ τοῦδε πατρὶ πείθεσθαι χρεὼν παῖδας Νομίζειν δ' αὐτὸ τὴν δίκην*, in quibus non displicent vs. 1. ὅθεν exquisite ac per attractionem ex ἐκ τοῦδε dictum, ad quod dicendi genus Schneidew. conferri iubet Soph. Trach. 701. et Krüg. de Attract. p. 302, et vs. 3. νομίζειν δ'. Attamen cum in reliquis exhibendis negligen-

*) Huius fabulae scena apparet depicta in fronte veteris cuiusdam sarcophagi in Winckelm. Monument. ined. 92., de qua post Winckelmannum ipsum Welckerus egit in Annal. Francogall. Instit. archaeol. (Paris. 1836.) T. I. p. 149. sq. Artifex eam elegit scenam, in qua pastores rixantes ad regem venerunt, rex ipse autem ex infantis veste Alopis hunc infantem esse coniicit, quae coniectura anxiae nutricis confessione confirmatur. Simul Alope ipsa prope ad regem sedens et mundo nuptiali ornata, sed ore averso oculisque in terram defixis, (fortassis quia modo nutricis confessionem percepit) conspicitur, quam sponsus prope assidens amplexam tenet. Inde colligi potest, regi, quum res patefieret, filiam nobili viro nubendi consilium fuisse, atque huc facit fgm. III.

tem Orio se praestiterit, in Stobaei verbis per se optimis nihil mutandum esse duximus. — Verba ipsa Cercyonis fuisse videntur. Ad sententiam cf. Archel. fgm. XVII.

II. 109.

Etym. M. v. *ἠδέσθην*. p. 420., 16.

Οὐ μήν σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ἠδέσω.

Legebatur *οὐ μὴ*, quod correxit Porson. ad Phoen. 1638, et Advers. p. 34. — A Cercyone filiam increpitante dicta videntur.

III. 110.

Stob. LXXIV. 17.

Τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον
φρουροῦντας; αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον
σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων.

Ex eadem Cercyonis in filiam invehentis oratione ducta videntur. Sententia est: quid igitur parentes filiarum matrimonia respicientes defatigentur, quum vel bene educatae magis domum foedent quam neglectae? Cf. Wyttenb. ad Eunap. T. II. p. 291. ed Boisson. Pro *αἱ* malim *εἰ*.

IV. 111.

Eustath. ad Il. ξ'. p. 656, 58. ad Od. ι'. p. 1640, 60. Od. χ'. p. 1681. 41. *Εὕρηταί που κῦμα καὶ κύημα, ὡς δηλοῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Κερκύνι, οὗ τὴν θυγατέρα γέμειν ἔφη κύματος θεοσπόρου· τοῦ ἐκ Ποσειδῶνος δηλαδή.* Loco primo et tertio scriptum est *γέμουσαν*. Hinc fortasse elicias Euripidea.

— *γέμουσαν κύματος θεοσπόρου*

quae Welckerus p. 713. haud male ex Alopes defensione petita arbitratur.

V. 112.

Eustath. ad Od. φ'. p. 1902. init. *Σημειώσαι δὲ ὅτι Ὁμήρου εἰπόντος τὸ „μεμνήσεσθαι ὀΐομαι ἔν περ' ὀνείρῳ," λαβὼν ἐκεῖθεν Εὐριπίδης ἀνάπαλιν ἔφη ἐν Κερκυόνι ἐπὶ φίλου ἀμελοῦς (Ποσειδῶν δὲ ἦν ἐκεῖνος) τὸ*

Ἰλήσας δὲ νηδὺν οὐδ' ὄναρ κατ' εὐφρόνην
φίλοις ἔδειξεν αὐτόν.

Cf. ad Od. θ'. p. 1607. init. ubi verba *πλήσας δὲ νηδὺν* explicat *ἀντὶ τοῦ ἐγκύμονα ποιήσας*. Ut hoc loco *πιμπλάναι*, alibi *πληροῦν* (*γυναῖκα*) *gravidam mulierem facere*, dicitur. cf. Iacobs Addit. ad Athen. p. 249. sq. Ovid. Metam. X. 469. Neque magis haec Blomfildio in hac tragoedia offensioni esse debebant, quam quae de se dicit Macaria in Heracl. 525, Orestes in cognominata fabula 1060, nutrix in Choeph. Aesch. 746. Well. et quae aliis tragoediarum Graecarum locis leguntur, quae in nostris sane fabulis ferenda non essent. — Verba ipsa

ex eadem, ex qua fgm. IV., Alopes defensione ducta sunt, quibus queritur, quod Deus (Neptunus) post compressionem sibi ne per somnium quidem comparuerit. — De vocali *υ* in *νηδὺς* modo longa modo correpta vid. Choerobosc. in Bekk. An. p. 1402. Iacobs ad Anth. Palath. III. p. 584. 672. 692. Spitzn. de vers. her. p. 68.

113. VI.

Stob. LXXIII. 12.

Γυνὴ γυναικὶ σύμμαχος πέφυκέ πως.

A Cercyone de nutrice dicta videntur. cf. Helen. 336. *γυναῖκα γὰρ δὴ συμπονεῖν γυναικὶ χρή.* Iphig. Taur. 1061.

114. VII.

Ammon. de diff. voc. p. 137. (v. *τροχοί*) ed. Valck. *τρόχους βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους. ἀναγινώσκωμεν γὰρ ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδου·*

Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον
στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

Guil. Dindorf. vs. 2. coniecit *στείχονθ' ἑῶν*, cuius correctionis rationem non video. — Huius loci similis est Med. vs. 46, *ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρύχων πεπαυμένοι στείχουσι*, ubi cf. Pflugk. edit. II. et Elmsl. Valck. pro *ἐν Ἀλόπῃ* legi *ἐν Μελανίππῃ* maluit.

115. VIII.

Phot. *Ὀδῆσαι· τὸ ὠνήσασθαι. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ καὶ Κύκλωπι* (vs. 12. 98. 133.)

116. IX.

Hesych. *Ἀπρόσειλος· ὃ* (scribe *ᾧ*) *οὐδεὶς προσειλεῖται**), *ἀλλ' εὐθέως πίπτει· ἢ ἀκαυμάτιστος ἀπὸ τῆς εἴλης* (corrige *εἴλης*). *Εὐριπίδης ἀληπ.* (sic.) Scribe *Ἀλόπῃ*. Cf. Bekk. An. Gr. p. 440, 32. Bachm. An. Gr. I. p. 139. 5. *ἀπρόσειλος· ᾧ οὐδεὶς προσειλεῖται. Εὐριπίδης.* Unde patet, de correctione *Ἀλήτῃ*, quae quibusdam in mentem venit, non cogitandum esse. — *Προσειλεῖν* habet Eurip. Hel. 464, *πρόσειλος* Aesch. Prom. 460.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Andromedae historiam narrat Apollod. II. 4. 3. *Παραγενόμενος δὲ* (*Περσεὺς*) *εἰς Αἰθιοπίαν, ἧς ἐβασίλευσε Κηφεύς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν παρακειμένην βορᾷ θαλασσίῳ κήτει. Κασσιέπεια γὰρ*

*) Ita correxerunt Is. Vossius et H. Steph. pro: *ἀπρόσηλος* et *προσηλεῖται*, quod codd. habent.

ἡ Κηφέως γυνὴ Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους, καὶ πασῶν εἶναι κρείσσων ἔσχησεν· ὅθεν αἱ Νηρηΐδες ἐμήνισαν, καὶ Ποσειδῶν, αὐταῖς συνοργωσθείς, πλημμύραν τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε καὶ κῆτος. Ἄμμωνος δὲ χρήσαντος τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, ἐὰν ἡ Κασσιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτέθῃ τῷ κήτει βορά· τοῦτο ἀναγκασθεὶς ὁ Κηφεὺς ὑπὸ τῶν Αἰθιόπων ἔπραξε καὶ προσέδησε τὴν θυγατέρα πέτρᾳ. Ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς καὶ ἐρασθεὶς, ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. Ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων, ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν. Ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως, ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν· μαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν Γοργόνα δείξας, μετὰ τῶν συνεπιβουλευόντων αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρῆμα. Cum his cf. Ovid. Metam. IV. 662. sq. V. 1. sq. Lucian. dial. mar. 14. Hygin. fab. 64 et Mythogr. Vatic. I. 73. Lactant. Instit. Div. IV. 19. V. 1. Ad fabulae finem pertinet Eratost. Cataster. 17. Αὕτη (ἡ Ἀνδρομέδα) κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις, διὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τῶν Περσέως ἄθλων ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας, ὡς καὶ προετέθη τῷ κήτει· ἀνθ' ὧν σωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Περσέως οὐχ εἵλετο τῷ πατρὶ συμμένειν οὐδὲ τῇ μητρὶ, ἀλλ' αὐθαίρετος εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆλθε μετ' ἐκείνου εὐγενές τι φρονήσασα. Λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι. cf. Hygin. Poët. Astron. XI. — Haec si respexeris facile ex fragmentis atque ex Aristophanea huius fabulae irrisione in Thesmophoriazusis expressa cum aliqua probabilitatis specie argumentum restitues, quod primus uberius explicare conatus fuit Fritzschius (in edit. Thesmoph. p. 494—516.) a quo in plerisque discessit Welckerus Trag. graec. p. 644. sqq. De tempore, quo acta Andromeda est, supra diximus (p. 2. adnot.). Latinorum poetarum scripserunt tres *Andromedam: Livius Andronicus*, *Attius*, *Ennius*, quorum Ennius haud dubie, ut consuevit, Euripideam fabulam imitatione expressit.

I. 117.

Aristoph. Thesmoph. 1074. sq.

Ὦ νὺξ ἱερὰ,
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου.

Adnotat schol. τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή. Ab his igitur verbis incipiebat fabula, cui prologum fuisse, qualis in aliis Euripideis fabulis est, ut quisquam Fritzschio l. c. vel Hartungo (in Zimmerm. Diar. Antiq. 1842. p. 830.) credat, vereor. Optime hoc Welckerus perspexit monuitque, nulla re vehementius Euripidem commovere spectatorum animos potuisse, quam si iam initio fabulae Andromedam rupi affixam ac querelas fundentem ostenderet. Quid tunc amplius prologo opus erat, qualis in aliis fabulis reperitur? Imo frigidus atque otiosus fuisset: nam omnia, quae ad Andromedae conditionem explicandam dicenda spectoribus erant, facile ab ipsa dici

poterant. Ac profecto Andromeda ipsa prologum, si quidem ita vocari potest, pronuntiavit, quod satis aperte Scholiastes h. l. et ad vs. 1079 (cf. fgm. II.) indicavit. *Εἰσβολὴ τοῦ προλόγου* similiter initium fabulae appellatur a Strabone XIII. p. 616. (cf. fgm. Aesch. 134. ed. Dindf.), *εἰσβολὴ* simpliciter a schol. Arist. Ran. 1. Nec mirandum, quod prologus in hac fabula longe aliter comparatus fuit quam in reliquis Euripidis dramatis: iam enim fabulae initio Andromeda utpote rupi affixa in miserrima versatur conditione, concitato igitur loquitur animo ideoque metro anapaestico utitur, id quod Fritzschii causa moneo, qui prologos alio metro quam iambico scribi potuisse obstinate negans Iphigeniam Aulidensem ab Euripide abiudicat, quae fabula, si prologum spectas, Andromedae haud dissimilis est. cf. G. Herm. Opusc. III. p. 268. sq. Incipit vero fabula nostra diluculi tempore: Andromeda cupidissime solis ortum exspectat, ut miseri, quos somnus fugit, solent, et *μονῳδίᾳ* quadam conditionem miseriamque suam describit omniaque enarrat, quibus ad ea intelligenda, quae consequebantur, opus erat. Quae quum omnia animo commotiore recitaret, haud dubie saepius insistere erat coacta (vers. paroemiaci), qua re factum est, ut Echo non modo extrema eius verba in scena recinens, sed etiam vehementer gemens ab omnibus perciperetur. Quam ob causam lepidissime Aristophanes Euripidem cavillatus est in Thesm. 1059. et sq., ad quem locum scholiastes scribit: *ἐπεὶ εἰσήγαγε κακοστένακτον τὴν Ἠχὼ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ εἰς τοῦτο παίζει.* Ita fortassis, ut apud Aristophanem, apud Euripidem verba *δι' Ὀλύμπου* Echo resonavit. (Cf. fgm. IV.) Interpretum nullus in versibus ipsis haesit praeter Bergkium (in Zimmerm. Diar. Antiquit. 1836. p. 79) et hiatu *ἱερὰ ὡς* et concursione dactyli *αἰθέρος* cum anapaesto *ἱερᾶς* offensus, quare vs. 2. *μακρὸν ὡς*, vs. 4. *αἰθέρος ἱρᾶς* scribi iubet. Sed apud Aristophanem pariter atque apud Euripidem intolerabilem hiatum esse negem, nam verba *ὦ νὺξ ἱερὰ* exclamationem continent, post quam Andromeda, ut in exclamationibus fieri solet, paullulum institit. Magis mihi placet, quamquam necessaria non videtur, in vs. 4. Bergkii correctio *ἱρᾶς*, quod a Dindorfio restitutum non esse mirum sane potest videri, quum in praef. Poet. scen. hanc formam ubique fere revocasse se praedicaverit. — Ceterum tres priores versus praeter Aristophanem etiam schol. Theocr. II. 166. exhibet: *ὅτε δὲ ἐπὶ ἅρματος ὀχεῖται ἡ νὺξ· Εὐριπίδης· ὦ νὺξ κ. τ. λ.*

118. II.

Aristoph. Tsmoph. 1070. sq.

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἐξέλαχον;

Schol. adscribit: *καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου.* — His verbis ad supplendam sententiam adiicienda esse, quae in sequentibus exhibet Aristophanes, *θανάτου τλήμων* et quae deinceps deesse scholiastes dicit (ad vs. 1072.) *μέλλουσα τυχεῖν*, ut integer evadat locus

Τί ποτ' Ἀνδρομέδα περίαλλα κακῶν
μέρος ἔξέλαχον, θανάτου τλήμων
μέλλουσα τυχεῖν;

iam Pors. ad Eurip. Med. 284. vidit. His verbis Andromeda brevem culpae matris, propter quam mortem obitura erat, narrationem subiunxit. — Vocis *περίαλλα*, *maxime*, a tragicis adhibitae exemplum non invenitur nisi in Soph. OC. 1218.

III. 119

Schol. Aristoph. Lys. 962. *Ποία ψυχὴ παρὰ τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας*

Ποῖαι λιβάδες, ποία σειρήν;

Sine dubio haec ex eadem, qua fgm. I. II., Andromedae monodia ducta sunt, quam, licet Welckerus contra disputet, chori nunc intrantis canticum et alternos Andromedae chorique (ex virginibus constantis) cantus, quibus Andromeda querelas fundebat, chorus autem eam consolabatur salutemque sperare iubebat, secutos esse veri est simillimum. Nam rationem non possum perspicere, qua necesse sit, ut Perseus statim post Andromedae monodiam scenam ingrediatur ac prologum quendam dicat. Neque recte omnino prologum dixisse Perseum Welckerus affirmat Agamemnonis in Iphigenia Aulid. vs. 49. orationem comparans, nam prorsus alia est ibi Agamemnonis, alia Persei in hac fabula ratio, atque omnia, quae in prologis, qui dicuntur, exponuntur, non modo ad unam alteramve personam primarias partes agentem, sed ad totam fabulam explicandam spectare et ea, quae ad intelligendum totius fabulae argumentum necessaria sunt, afferre debent. Unde patet, Andromedam ipsam prologum dixisse, quod etiam supra (ad fgm. I.) scholiastae testimonio confirmatum intelleximus. Persei autem sermocinatio, — nam eum plura loquutum esse, priusquam Andromedam conspiceret, quis neget? — nihil continebat, quod ad totam fabulam alicuius momenti erat; at propterea tantum a poeta inseri oportebat, ut spectatores intelligerent, quis esset, unde veniret, quid sibi vellet ille, qui subito atque improviso per aërem in scenam volabat. Quae optime dici poterant post alternos Andromedae chorique cantus, posteaquam chorus fortasse scenam reliquerat, Andromeda vero chori consolationibus paullulum curis levata obmutuerat. Quae quum ita sint, non possum, quin Andromedae prologum et chori canticum et Andromedae chorique cantus alternos subsecutos esse mihi persuadeam, ex quibus pétita videntur fgm. IV. V. VI. VII. VIII. IX.

IV. 120.

Schol. Aristoph. Thesm. 1018. ad Aristophanis verba: „*κλύεις ὦ πρὸς Αἰδοῦς σὲ τᾶς* (ita recte Fritzschius, quem vide ad h. l.) *ἐν ἄντροις, κατάνευσον, ἔασον ὡς τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν.*“ haec adnotat: *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας· πρὸς τὴν ἠχὼ Ἀνδρομέδα λέγει „προσαιδουσαι τὰς ἐν*

ἄντροις ἀπόπασον ἔασον ἄχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.“ Inde Seidlerus Euripidi hos restituit versus:

κλύεις ὦ
πρὸς Αἰδοῦς, σὲ τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον, ἔασον,
Ἄχοῖ, με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

De voce *ἀπόπαυσον* lenissima mutatione ex *ἀπόπασον* scholiastae Ravennatis elicita dubitat Matth., quoniam apud Aristophanem scriptum est *κατάνευσον*. Iniusta haec est dubitandi ratio, nam quis docuit, Aristophanem reddere Euripidea integra voluisse? Nonne saepius eum paullulum deflexisse Euripidis verba videmus? Recte igitur se habere *ἀπόπαυσον* neque alienam ab eo censeo significationem, *desine*, quam in dubitationem vocavit Fritzschius, Welckerus prorsus negavit. Sed ita dixit Homerus Odyss. I. 340. *ταύτης δ' ἀπόπαυε ἀοιδῆς λυγρῆς*. eodemque modo dictum videtur in fine Soph. OC. *ἀλλ' ἀποπαύετε, μηδ' ἐπιπλείω θρῆνον ἐγείρετε*. — Andromedae haec verba convenire quisque videt, quorum sententiam Fritzsch. l. c. p. 420 bene in hunc modum expressit: „*Audisne? Per te pudoris deam obtestor, quae habitas in antris, desine, patere, Echo, me et amicas meas lacrimandi desiderium explere.*“ Quae sententia quamvis per se optima sit, non possum tamen, quin ingeniosam G. Hermanni (apud Fritzsch. p. 496.) coniecturam afferam, qui scribi maluit

προσαυδῶ σε τὰν ἐν ἄντροις,
ἀπόπαυσον, ἔασον, Ἄχοῖ
[κόραις] με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν,

nam Pudoris Deae obtestatio habet sane hoc loco aliquid mirifici. Similiter in Hippol. vs. 77. — Recte vero dicitur Echo *ἡ ἐν ἄντροις*, ut bene Fritzschius docuit auctorem citans Ovid. Met. III. 395. „*Spreta latet (sc. Echo) silvis, pudibundaque frondibus ora Protegit et solis ex illo vivit in antris.*“ coll. Aesch. Pers. 390. Eurip. Hec. 1110.

121. V.

Schol. Aristoph. Thesm. 1015. verbis Aristophanis: „*φίλαι παρθένοι, φίλαι, πῶς ἂν ὑπέλθοιμι, καὶ τὸν Σκύθην λάθοιμι*; subscribit: *παρὰ τὰ ἐξ Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου*

φίλαι παρθένοι, φίλαι μοι.

τὰ δὲ ἐπιφερόμενα πρὸς τὸ αὐτὸ χρήσιμον. — Hinc Fritzschius, totum Aristophanis locum ex Euripideis paullum immutatis fictum esse, Euripidem vero scripsisse putat:

φίλαι παρθένοι, φίλοι μοι,
πῶς ἂν ἀπέλθοιμι καὶ
[τὸν πόσιν] λάβοιμι;

eaque dicta esse ab Andromeda eo tempore suspicatur, quo Perseus cum Cepheo de fide non temere mutanda egerit. Sed mihi vix infelicius quidquam excogitari ab eo potuisse videtur, quare Welckerum miror, quod tale figmentum amplecti potuit et, quasi certum esset,

Euripidem ita scripsisse, verba illa cum supplemento isto Fritzschiano ab Andromeda prolata esse statuit, dum Perseus cum ceto certarit. Nam haec mulieri virosae, non verecundae virgini conveniant. Sunt autem haec verba, si quid video, ex prima fabulae parte, quae alternos Andromedae et chori cantus complectebatur (cf. fgm. III.): ac si versus 2 et 3 re vera Euripidis sunt et cum primo cohaeserunt (de qua re ambigi potest, quum Aristophanes praeter ordinem Euripideos versus conglutinaverit et cum suis miscuerit) in tertio fortasse scribendum est: τὸ κῆτος λάθοιμι. Sed alia duo cogitari possunt. Primum vs. 2. 3. ab Aristophane profecti esse possunt; deinde, etiamsi Euripidis sint, necesse non est, ut versum φίλαι κ. τ. λ. exceperint. Contra in alia fabulae parte fortasse in hunc modum legebantur:

πῶς ἄν ὑπέλθοιμι καὶ
[τὸ κῆτος] λάβοιμι;

a Perseo dicta, quum in eo erat, ut cum ceto pugnaret. Sed haec omnia in mera coniectura sunt posita.

VI. 122.

Stob. CXIII. 2.

Συνάλγησον· ὡς ὁ κάμνων
δακρύων μεταδοὺς
ἔχει κουφότητα μόχθων.

Verba sunt Andromedae chorum collaudantis, quod secum dolere velit. Cf. fgm. III. In Paris. A. B. post ἔχει legitur τινὰ a Gaisfordio receptum, quod bene Matth., Dindorf., Fritzsch. omiserunt, quippe quod sententiae vim infringat. Est autem illud τινὰ a nescio quo correctore profectum, cui non utique vera ista sententia videbatur. Quo omisso etiam versus 3 primo accuratissime respondet; uterque enim e Dochmio et Bacchio constat.

VII. 123.

Schol. Aristoph. Thesm. 1022. ad Aristophanis verba: „ἄνοικτος ὃς μ' ἔδησε τὸν πολυπονώτατον βροτῶν" haec habet: παρὰ τὰ τοῦ χοροῦ ἐν Ἀνδρομέδᾳ

ἄνοικτος ὃς τεκών σε τὴν
πολυπονωτάτην βροτῶν
μεθῆκεν Ἅιδᾳ πατρὸς ὑπερθανεῖν.

Cf. fgm. III. Chorus Andromedae votis (fgm. VI.) obsequens eius aerumnam conqueritur. Fritzschius vs. 3. scribi vult ματρὸς pro vulg. πατρὸς, quia non pro Cepheo patre, sed pro Cassiopeia matre, utpote quae temere jactasset, maiorem suam esse pulchritudinem, quam Nereidum, Andromeda exposita sit. Qua correctione, quamvis per se laudabili, carere tamen possumus, nam etsi propter *matris* superbiam, tamen a *patre* Andromeda exposita est, ideoque recte

dici potuit, eam patrem propter morituram esse. Atque sic optime convenit scriptura πατρὸς cum verbis ὃς τεκών.

124. VIII.

Stob. Ecl. phys. I., 6. 22. p. 166. ed. Heer.

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς
ὅπῃ μοίρας διεξέρχεται·
στρέφει δ' ἄλλους
ἄλλως εἰς ἡμέραν.

Cf. fgm. III. Verba sunt chori Andromedam consolantis, quae ex Grotii dispositione ita dedit Heerenius. In his vero God. Hermannus et Fritzschius p. 497. numerum dochmiacum revocandum locumque hac ratione emendandum esse censuerunt:

[Ἀλλὰ σὺ μὲν] τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς,
ὅπῃ μοῖρά σου (μοιρίδιον Herm.) διεξέρχεται,
στρέφει δ' ἄλλον ἄλλοσ' εἰς ἀμέραν.

conferri iubentes Orest. 988. Suppl. 413. Non possum autem his viris doctissimis utique assentiri. Vs. 2. Codd. V. A. E. μοῖρα praebent, quod, licet a Matthiaeo defensum, tam nude dictum ferri tamen non potest. Non improbanda vero est Grotii scriptura, ὅπῃ μοίρας, ut Fritzschio videtur, neque intelligo, quidni ὅπῃ vel ὅποι μοίρας (nam ὅπῃ, ὅποι, ὅπου sexcenties inter se commutata sunt) eodem iure dici possit, quo Sophocles dixit El. 910. et Trach. 702. ὅποι γνώμης. Ol. 167. ποῖ φροντίδος. 311. πρὸ φρενῶν. Imo mihi magis probatur scriptura μοίρας, quam μοῖρά σου. Sententia enim haec est: *non vides, quo sortis perventurum sit numen:* h. e. *non vides, quemnam exitum numen sorti tuae impositurum sit.* Ad locutionem ὅπῃ μοίρας διεξέρχεται cf. inc. fab. fgm. IV. vs. 3. — Vs. 3. in codd. est στρέφεις, quod Barnes. recte primus in στρέφει mutavit; reliqua et ille et post eum editores intacta reliquerunt praeter Musgravium, qui εἰς ἀμέραν in ὁσαμεραὶ mutari voluit, qua mutatione tamen non opus est, quia εἰς ἀμέραν, ut bene Heerenius ad h. l. docuit, idem valet atque καθ' ἡμέραν, i. e. *quotidie.* (cf. Bacch. 1006.) et praeter Hermannum et Fritzschium. Sed iustam haec verba mutandi rationem indagare nequeo, quippe quae hanc optimam sententiam praebeant: *alios vero alio modo quotidie versat.* Ex metro autem, ut ad Alexandri fgm. XVII. monuimus, rarissime mutationis causa repeti potest, ubi antistropha deest, nisi forte certissima certi cuiusdam metri indicia apparent, qualia hoc loco vix reperias.

125 IX.

Aristoph. Thesm. 1029. sq.

ὁρᾷς; οὐ χοροῖσιν,
1030. οὐδ' ὑφ' ἡλίκων μεανίδων,
ψήφων κτημὸν ἕστηκ' ἔχουσ',
ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη

κήτει βορᾷ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι *)
γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν
παιῶνι, δεσμίῳ δὲ,
γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες, ὡς
μέλεα μὲν πέπονθα, μέλεος,
ὦ τάλας, ἐγώ, τάλας,
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄν'
ἄνομα πάθεα φῶτα λειτομέναν.
πολυδάκρυτόν Ἅιδα γόον φλέγουσαν
αἰαῖ, αἰαῖ, ἔ ἔ.
. . . . . .
ἰώ μοι μοίρας ἄτεγκτε δαίμων.
ὦ κατάρατος ἐγώ· τίς ἐμὸν οὐκ ἐπόψεται
πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ;
εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν.
οὐ γὰρ ἔτ' ἀθανάταν φλόγα λεύσσειν
ἐστὶν ἐμοὶ φίλον, ὡς ἐκρεμάσθην,
λαιμότμητ' ἄχη δαιμόνων, αἰόλαν
νέκυσιν ἐπὶ πορείαν.

Cf. fgm. III. Hanc cantilenam, quam Mnesilochus Andromedae partibus susceptis (cf. Arist. Thesm. 1012.) cecinit, totam apponere non

*) Ad Andromedam et ad hunc quidem locum rettulerunt fragmentorum Euripidis editores quae leguntur ap. schol. Aristoph. Av. 347. „καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβάν“· Ἀσκληπιάδης φησὶν ἀπὸ Ἀνδρομέδας εἶναι, ὡς καὶ τὸ „σὰ γὰρ ταῦτα πάντα καὶ ἐκεῖσε δεῦρο“. — Ἄλλως. παρὰ τὸ ἐξ Εὐριπίδους Ἀνδρομέδας „ἐκθεῖναι κήτει φορβάν“, ὡς Ἀσκληπιάδης, τὰ μηδέπω διδαχθείσης τῆς τραγῳδίας παρατιθέμενος, ὡς καὶ τὸ „σὰ γὰρ ταῦτα πάντα καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε“ παρὰ τὰ ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησὶν „κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ. καὶ ὅλως πολὺ παρὰ πᾶσι τὸ τοιοῦτον. Ad extrema etiam conf. schol. Av. 424. Non animadverterunt autem maximum Asclepiadis errorem, quem optime Fritschius p. 430. patefecit. Primum enim in eo Asclepiades falsus est, quod ab Aristophane in Avibus (vs. 423.) versum e Phoenissis Euripidis derisum esse dicit, quum Aves iam Ol. XCI. 2., Phoenissae autem Ol. XCII. 2. demum in scenam prodierint. (cf. Zirndorfer. de chronol. Eurip. fab. p. 80. sq.) Deinde eodem modo erravit verba Aristoph. Av. 337. καὶ δοῦναι ῥύγχει φορβὰν irrisionem loci Euripidei in Andromeda, quem ita exhibet „ἐκθεῖναι κήτεϊ φορβάν“, continere affirmans; acta enim Andromeda demum est Ol. XCI. 4., ut supra docuimus. Ut vero in hac re lapsus est, ita omnino falsa videtur tradidisse, si Euripidem in Andromeda ἐκθεῖναι κήτει φορβάν scripsisse confidenter dicit: haud dubie enim Euripides „κήτει βορᾷ πρόκειμαι“ scripserat, quod et Aristophanis parodia (vs. 1033) docet et scholiastae Ravennatis testimonium supra exhibitum, quodque Apollodori l. c. verbis „προτεθῇ τῷ κήτει βορᾷ“ confirmatur. Asclepiadem igitur ex memoria citasse, memoriae autem lapsum esse manifestum est.

dubitavimus, quippe in qua Euripidea cum Aristophaneis ita commixta sint, ut discerni vix queant. Aperte Euripidis verba scholiasta Ravennate teste sunt, quae nos *diductis literis* dedimus. Scribit enim ille ad vs. 1029. *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας· (τὸ δὲ ἐπιφερόμενον σκώπτοντός ἐστι τοὺς Ἀθηναίους ὡς φιλοδίκους.* Ad vs. 1033. *καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας.* Item ad 1040. *ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα. καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας διομένη(ς) τοῦ βαρβάρου· προεῖπε δὲ „γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες."* Sed quae praeterea in illis Euripidea latent expiscari haud facile sit. Pleraque enim pauculis verbis seu literis immutatis ex Euripide fluxisse, iam ipsius orationis color prodit, quare omnia attulisse iuvabit. Praecipue non dubito, quin extrema inde a vs. 1050, si *τὸν βάρβαρον* cum Fritzschio commutaveris in *τὴν πάμμορον*, revera Andromeda cecinerit; postea vero statim Perseus venisse videtur: quem eo ipso tempore in scenam procedere debebat, quo Andromeda iam omni auxilii spe abiecta mori quam primum cupiebat. Optime igitur hoc fragmentum sequente excipitur. Haud male praeterea coniecit Fritzschius p. 438 Andromedam locutam esse

*γοᾶσθε μ' ὦ [γοᾶσθε μ',**)*] ὡς*
μέλεα μὲν πέπονθα μέλεος,
ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄνομ'
ἄνομα πάθεα —

et alio eiusdem monodiae loco

— φῶτα λιτομέναν,
πολυδάκρυτον Ἅιδα γόον φλέγουσαν
αἰαῖ αἰαῖ ἔ ἔ.

Verba *φῶτα λιτομέναν* vario modo explicari possunt. Sive enim Andromeda patrem obtestata erat, ut ne rupi se affigeret, sive Phineum, cui sponsa erat, ut ex periculo ipsam eriperet, sive Perseum denique, ut se liberaret. — Sed de singulorum versuum vi atque interpretatione satis erit ad Aristophanis interpretes, praecipue ad Fritzschium ablegasse. —

Iam supra dictum est (cf. fgm. III.), post alternos chori et Andromedae cantus, Perseum in scenam advolasse, quod quo modo factum sit, Pollux tradidit Onom. IV. 128. *Δείκνυσι δὲ ἡ μηχανὴ θεοὺς καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας ἢ Περσέας, καὶ κεῖται μετὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος. ὃ δὲ ἐν τραγῳδίᾳ μηχανή, τοῦτο ἐν κωμῳδίᾳ κράδη.* cf. Proverb. Vatic. II. 20, ubi accuratius machina ista descripta est.

---

*) Non debebat Fritzschium offendere, quod Andromeda chorum e virginibus constantem „ὦ γυναῖκες" alloquitur, nam hoc saepius factum est. cf. Eurip. Helen. 262. c. a. l. Pro altero illo *γοᾶσθε μ'* igitur restitui velim *γυναῖκες*, quo etiam scholiastes ducere videtur.

X. 126.

Aristoph. Thesm. 1098. sq.

Ὦ θεοὶ, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα
ταχεῖ πεδίλῳ; διὰ μέσου γὰρ αἰθέρος
τέμνων κέλευθον πόδα τίθημ' ὑπόπτερον.

Hos versus alii duo excipiunt apud Aristophanem, quos infra (fgm. XIX.) dedimus. Scholiastes Ravennas enim adnotat: *εἰς Περσέα* (corrige cum Fritzschio: *ἐστὶ Περσέως*) *ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα. καὶ λοιπὸν ἐπεξεῦξε τὰ ἑξῆς.* Extrema verba non intellexit Matth. dubitans, num etiam quartus versus cum dimidiato quinto ex Andromeda petiti sint. At sunt profecto, ut bene Fritzsch. monuit, omnes ex Andromeda ducti, quamquam obscure scholiastes id indicavit, qui dicere potius voluit: Perseum Euripideum tres primos versus perpetuo ordine loquutum esse; deinde ex alio Andromedae loco adiungi, quae sequantur. Saepius enim Aristophanem ex pluribus Euripidis locis unum effecisse iam supra vidimus. cf. etiam fgm. sq. et XLIII. Facile autem apparet, his ipsis verbis Perseum nunc demum in scenam progredientem narrationem (cf. fgm. III.) suam incepisse, qua, antequam Andromedam conspiceret, spectatores doceret, quis ipse esset, unde et quibus rebus peractis huc veniret, et similia. — Vs. 3. *τέμνειν κέλευθον* poetae dicunt de iis, qui aut volant aut eunt, quum aerem dividant, et de navibus utpote maris undas dissecantibus. cf. Phoen. 1. Rhes. 423. Epigramm. ap. Athen. II. p. 61. B. Contra apud scriptores orationis pedestris est *τέμνειν ὁδὸν viam munire*, ut apud Thuc. II. 100. Herod. IV. 136., ad quem locum cf. Wesseling. — Ad verba *πόδα τίθημ' ὑπόπτερον* scribit scholiastes: *ἐλέγετο γὰρ ὁ Περσεὺς εἰς τοὺς πόδας ἔχειν τὰ πτερά.* —

Ex eadem Persei oratione nisi ex Persei cum Cepheo colloquio petita sunt fgm. XXXV. XXXVII.

XI. XII. 127.

Aristoph. Thesm. 1105.

Ἔα· τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ, καὶ παρθένον
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην;

Scholiastes haec adscribit: *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας*

Ἔα· τίν ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίρρυτον
ἀφρῷ θαλάσσης, παρθένου εἰκώ τινα —

Simul e Maximo in Dionys. Areopag. Op. T. II. p. 28. ed. Corder. et Pachymere ibid. p. 30 protulit Heathius hos versus et Andromedae assignavit consentiente Pors. ad Phoen. 466.

— παρθένου εἰκώ τινα
ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων
σοφῆς ἄγαλμα χειρός.

quae si cum antecedentibus connectuntur, unum habemus insigne fragmentum.

Ἔα· τίν ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίρρυτον
ἄφρῳ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα

ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων,
σοφῆς ἄγαλμα χειρός.

Verba sunt Persei narratione sua finita circumspicientis Andromedamque animadvertentis, quam non vivam, sed ex ipso saxo, cui affixa est, sculptam opinatur. Cf. Ovid. Met. IV. 671. Sed alterum non minus praeclarum fragmentum latet in ipsius Aristophanis verbis supra allatis, in quibus denuo duo diversi loci coaluerunt. Quorum alter ex Persei verbis, de quibus modo disseruimus, petitus, alter vero hic est:

καὶ παρθένον
θεαῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην.

Haec Perseus pronuntiavit, postquam imagine illa, quam marmoream putavit, conspecta propius accedens intellexit, non modo vivam, sed etiam pulcherrimam venustissimamque virginem esse arctissimis vinculis constrictam.

In vs. 3 prioris fgm. pro τειχισμάτων Iacobsius Exercit. crit. p. 214. legi proposuit τυκισμάτων probantibus Seidlero ad Troad. 830., G. Hermanno ad Ion. 210, Guil. Dindorfio et Welckero; vulgatam contra praeter Fritzschium optime Thudichumus tuitus est, ad cuius sententiam ipse accedo. Αὐτόμορφα ea dicuntur, quae sponte certam quandam formam assumserunt (*selbstgestaltet*), ut analogia docet; cf. αὐτόγραφος, αὐτόδηλος, αὐτόδικος et plurima alia, neque vero, ut Welckero adiectiva αὐτόκωλος, αὐτόξυλος, αὐτοχόωνος comparanti placet, ea, quae primitus formosa (*urschön*) sunt, quae significatio ex unius exempli analogia, quale est αὐτόξυλος (nam reliqua, quae Welckerus attulit, huc non faciunt) colligi non potest, si quidem permagni adiectivorum numeri, ad quae nos provocavimus, ratio habetur. Neque inde, quod ἄμορφος Euripidi est *deformis* (*unschön*), consequitur, αὐτόμορφον *formosi* significationem habere, quippe cuius loco εὔμορφος inveniatur. Sed repugnant inter se αὐτόμορφα τυκίσματα, sive αὐτόμορφα ea, qua nos voluimus, sive ea, quae Welckero probatur, significatione dicis. Τύκισμα enim significat primum lapidum caesionem, deinde omnia, quae ea efficiuntur vel e lapidibus caesis exstruuntur; quum igitur τυκίσματα hominum manibus fiant, dici non potest, sponte ea certam quandam formam induisse. Neque video, quid sibi velint, si altera significatione αὐτόμορφα dicis, τυκίσματα αὐτόμορφα, munimenta primitus formosa, (*urschöne Mauerwerke*)? Legendum est igitur τειχισμάτων, quo vocabulo munimenta in universum, sive natura sive arte exorta sunt, indicantur. Quae si λάϊνα dicuntur, tamen nullo modo necesse est, ut, quod Fritzschio visum est, magnitudine ingentia cogitentur. Sed quid multa? Simpliciter ac praeclare sibi opposita sunt εἰκὼν ἐξ αὐτομόρφων λαΐνων τειχισμάτων et σοφῆς ἄγαλμα χειρὸς aeque atque natura et ars; atque sic optime procedit sententia. Monkii ad Eurip. Alc. 358 correctionem τεχνασμάτων sciens praetermitto. — In altero fragmento verba ναῦν ὅπως ὡρμισμένην recte interpretati sunt Divus (vetus Aristophanis interpres): *navim tanquam appulsam et litori alligatam*, et Brunckius: *tanquam navem in portu, vinclis annexam*. Ὁρμίζεσθαι ναῦς enim dicitur, ubi navis aut in portum stationemve ducta est,

aut in alto ad ancoras tuto constitit. Utroque modo ita stabilitur, ut amoveri nequeat. Hoc transferunt poetae ad vinculorum firmitatem significandam, ut patet ex exemplis bene a Berglero ad Arist. l. c. collectis. Vide Aesch. apud Cic. Tusc. II, 10. vs. 3. sq. Herc. fur. 1094. Hec. 1053. etc. — Utrumque fragmentum respiciens egregie monet Thudichumus (apud Welck. p. 1593.): „*Wie sie (Andromeda) im ersten Gleichniss als Kunstbild von einem Naturgemäuer erscheint, so im zweiten als Schiff unter dem Felsen vor Anker liegend.*“

XIII. XIV. XV. 128.

Tiberius *περὶ σχημ.* p. 47. ed. Boissonad. (in Walz. Rhet. Gr. T. VIII. p. 576. 8.)

Ὁρῶ δὲ πρὸς τῆς παρθένου θοινάματα.

Perseus virgine ipsa conspecta etiam vidit cibos illi appositos, quemadmodum apponi solebant eis, qui morti expositi erant. Si tamen verum est, quod Tiberius dicit, ὁρῶ pro εἶδον dictum esse, verba etiam ex nuntii narratione petita esse possunt, de qua vide fgm. XXIX. — Perseus nunc virginem alloquitur, et mox tanto eius amore capitur, ut liberare eam et matrimonio sibi collocare constituat. Hoc ostendunt hi versus, maxime Euripideae orationis colorem praebentes. Dicit enim Euripides-Perseus apud Aristophanem (Thesm. 1116):

ἀνθρώποισι γὰρ νοσήματα
ἅπασιν ἐστίν· ἐμὲ δὲ καὐτὸν τῆς κόρης
ταύτης ἔρως εἵληφεν.

Sed vs. 2 vix ita ab Euripide profectus esse potest ob caussas, quas attulerunt Porson. Suppl. Praef. ad Hecub. p. XXXII. sq., Herm. El. Doctr. Metr. p. 113. sq., Fritzschius ad h. l., quare scriptum fuisse puto

ἅπασιν ἐστί· νῦν δ' ἐμαυτὸν τῆς κόρης κτλ.

Pergit deinde idem Perseus (Ibid. 1121.):

— λύσαντά μ' αὐτὴν —
πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος.

Πεσεῖν εἴς τι usitatissima est tragicis dictio. cf. Pors. ad Hecub. 1010. Hi versus tamen in sequentibus etiam locum habere potuerunt. Cf. fgm. XXV. sub fin.

XVI. XVII. XVIII. 129.

Andromedam ipsam alloquitur Perseus haud dubie verbis (Aristoph. Thesm. 1056).

Χαῖρ', ὦ φίλη παῖ, —

Postea misericordiam patefacit hisce (Ibid. 1110)

Ὦ παρθέν', οἰκτείρω σε κρεμαμένην ὁρῶν.

cuius versus extrema pars ab Aristophane paullulum in ridiculum detorta videtur. —

De commiseratione peregrini autem mirata quaerit Andromeda (vs. 1058):

Σὺ δ' εἴ τίς, ὅστις τοὐμὸν ᾤκτειρας πάθος;

Cui interroganti nihil aptius Perseus respondere poterat, quam quod sequ. fgto exhibuimus.

130. XIX.

Aristoph. Thesm. 1101.

Περσεὺς, πρὸς Ἄργος ναυστολῶν τὸ Γόργονος
κάρα κομίζων.

Subsequuntur apud Aristophanem hi versus eos, quos fgm. X dedimus, ab quibus vero disiungendos esse ibi docuimus. —

Ex dialogo inter Perseum Andromedamque ita exorto petita porro videntur fgm. XX—XXV.

131. XX. XXI.

Plut. de audiend. poet. 6. (p. 22. E.) *καὶ τῷ θοάζειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν, ὡς Εὐριπίδης.*

κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός.

Idem vs. legitur ap. Plut. Sympos. IX. 15. (p. 747. D.), ad Andromedam sine dubio recte ab Heathio relatus. Nec dubium esse potest, quin et hunc et alium, quem Zenobius V, 45 servavit, versum

οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν.

Andromeda loquuta sit, quum exponeret, quam ob caussam et in quem finem scopulo alligata esset. Tamen prior versus etiam ex nuntii de exitu pugnae narratione ductus esse potest. Posteriorem imitatione expresserunt Theognetus comicus apud Athen. III. p. 104. C., et Philoxenus in Cyclope ap. Zenob. V, 45. (cf. Apost. XIV, 24. et Arsen. Viol. p. 379. s. fin. ed. Walz.)

132. XXII.

Stob. XCIX. 11.

Ἦ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ' ἡμέραν·
ὡς τοῦ γε πάσχειν τοὐπιὸν μεῖζον κακόν.

Ex eadem Andromedae oratione petita videntur. cf. fgm. XX.

133. XXIII. XXIV.

Diog. Laert. IV. 129. in vita Arcesilai, *καὶ αὐτοῦ Κράντωρ, ἐρωτικῶς διατεθεὶς, ἐπύθετο τὰ ἐξ Ἀνδρομέδης Εὐριπίδου προσενεγκάμενος* (*προσενεγκάμενος* bene Casaub.)

Ὦ πάρθεν', εἰ σώσαιμί σ', εἴση μοι χάριν;

καὶ ὃς τὰ ἑχόμενα·

Ἄγου με, ὦ ξένε, εἴτε δμῶτ' ἐθέλεις εἴτ' ἄλοχον.

ἐκ τούτου συνήσθην ἀλλήλοιν. Priorem versum praebet etiam Suidas v. *Εἴση*, confuse scribens: *Εἴση, γνώση, λογίση· Εὐριπίδης· εἰ σώσαιμί σε ἐξ Ἀνδρομέδας ὦ παρθένε, εἴση μοι χάριν.* ac multo corruptius Schol. ad Med. 473. *παρθενεύσης ἕξει μοι χάριν.* — Alterum versum idem habet Suid. v. *ἄλοχος, γαμετή, Εὐριπίδου ἐξ Ἀνδρομέδας, Ἄγου με ὦ ξένε, εἴτε δμωῒδ' ἐθέλεις εἴτ' ἄλοχον.* Hinc *δμωῒδ'* pro *δμῶτ'* apud Diog. Laert. accipiendum est. Eundem in reliquis corruptum viri docti coniecturis tentarunt; Toup. emend. in Suid. T. III. p. 25. *ἄγε μ', ὦ ξέν' εἴτε δμωῒδ' εἴτ' ἄλοχον θέλεις*, in quam coniecturam etiam incidit Fr. Hermannus (in Zimmerm. Diar. Scholast. 1829. n. 45.). Sed genuinam scripturam servavit Herodian. *περὶ σχημ.* (in Villois. An. Gr. T. II. p. 496., in Walz Rhet. Gr. T. VIII. p. 602.,) ed. Dindorf. p. 58, 9. *παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ παρεισάγεται ἡ Ἀνδρομέδα* (ita correxit Villoison. pro *Ἀνδρομάχη*, quod frequenti errore in codd. invenitur. cf. fgm. XXXI. XXXIV. XLI.) *λέγουσα τῷ Περσεῖ*

Ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις
εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωῒδα.

praeterquam quod *ξεῖν'* pro *ξέν'* scriptum est. Ad sententiam cf. Hom. Il. III. 408. Catull. Epithal. Pel. et Thet. 161. Virg. Cir. 443. sq. — Superior autem versus, *ὦ παρθέν' κτλ.* saepius a comicis perstrictus est propter sigmatismum, qui in eo inest. cf. Schol. ad Med. 473. 476. Elmsl. ad Med. 463. Pors. ad Med. 476. Monk. ad Hippol. 1162. Voss. ad Hom. hymn. in Cer. p. 48. Meinek. Poet. com. Vol. II. p. 626. sq. Vol. III. p. 218.

XXV. 134.

Stob. CXI. 2.

Μή μοι προτείνων ἐλπίδ' ἔξάγου δάκρυ.
γένοιτο τἄν πόλλ', ὧν δόκησις οὐκ ἔνι.

Vulgo scribebatur: *μ. μ. π. ἐ. ἐξ ᾠδου δ. γένοιτο ταν πολλαων κτλ.* Paris A. B. *γένοιτο τῶν πολλὰ ὧν κτλ.* Grotius *ἐξαίρου*; recte vero *ἐξάγου* Musgr., Valck., Gaisf., Matth., Dindorf. cf. Eurip. Suppl. 770. Ion. 361. Vs. 2. Grotius et Matth. male *γένοιτο δ' ἄν* pro *τἄν* (i. e. *τοὶ ἄν*), quo codicum scripturae *ταν* et *τῶν* ducunt. Matth. et Fritzsch. versum 1 Andromedae, alterum Perseo (Fritzsch. choro) tribuunt, sed rectius fortasse Welck. (p. 652. adn. 13.) utrumque ab Andromeda, utpote quae altero versu suam de spe salutis (a Perseo haud dubie ipsi facta) dubitationem ipsa minuat, pronuntiatum esse contendit.

Dialogum inter Perseum et Andromedam aut statim aut chori cantico praegresso scena sequebatur, in qua Perseus cum Cepheo colloquebatur eique, velle se, si Andromeda sibi in matrimonium daretur, cetum interficere promittebat. Cui Cepheus filiam spondebat.

Ex hac scena fortasse relictum est fgm. XV. Nunc statim Perseus certamen ipsum subire statuebat; sed antequam hoc iniret, clarissima monodia, cuius partem Athenaeus (cf. fgm. sq.) servavit, Amorem invocabat. Philostr. Imag. I. 28. *Καὶ γὰρ εὐχὴν ἀνεβάλετο τῷ Ἔρωτι ὁ Περσεὺς πρὸ τοῦ ἔργου, παρεῖναι αὐτὸν καὶ κατὰ τοῦ θηρίου συμπέτεσθαι.*

135. XXVI.

Athen. XIII. p. 561. B. sine nomine fab.

Σὺ δ', ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων, Ἔρως,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ,
μόχθουσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.
καὶ ταῦτα μὲν δρῶν τίμιος θεοῖς ἔσει,
μὴ δρῶν δ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι φιλεῖν
ἀφαιρεθήσει χάριτας, αἷς τιμῶσί σε.

Ex Andromeda esse deducta docet Lucian. de conscrib. hist. 1. (T. II. p. 1. Reitz. T. II. p. 1. Jacobitz.) *Ἅπαντες γὰρ (Ἀβδηρῖται) ἐς τραγῳδίαν παρεκίνουν καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν, καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει διεξῄεσαν· καὶ μεστὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν, τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,*

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως,

κτλ. Hanc Luciani scripturam veram esse censet Dindorfius; sed in eiusmodi rebus non tanta Luciani auctoritas est, quippe qui non tam scripturae sinceritatem, quam sententiam spectans ex memoria citare solitus sit. Cf. Belleroph. fgm. V. Rarissime contra Athenaeus errat, cuius scripturam etiam hoc loco genuinam esse, comici parodia apud Stobaeum docet. Apud hunc enim (Floril. LXIV. 6.) hi versus extant c. lemmate *Εὐριπίδου*:

Σὺ δ' ὦ κάκιστε πάντων θεῶν τε κἀνθρώπων,
ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ φαίνεσθαι καλὰ,
ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίστασο.

Vs. 1. Grotius male e Scaligeri coniectura *παῖ* pro *πάντων* scripsit, intelligens quidem, alloqui aliquem Amorem. Sed rectius haud dubie Gaisf., sive e coniectura sive codices Paris A. B. sequutus, de qua re plane tacet, scripsit:

σὺ δ' ὦ κάκιστε θεῶν τε κἀνθρώπων, Ἔρως

Vs. 2. *τὰ καλὰ* pro *τὰ κακὰ* exhibent Arsen. et cod. B. Quibus versibus quum lemma *Εὐριπίδου* praescriptum sit, viri docti crediderunt, hunc Stobaei locum ab eo, quem Athenaeus memoriae tradidit, non differre. Valck. (Diatr. p. 158) vero primus utrumque prorsus diversum esse perspiciens coniecit, Euripidem, qui saepius eosdem versus in tragoediis diversis repetere consueverit, (cf. ad Aeg. fgm. IX.) in Andromeda scripsisse, sicut apud Athenaeum est, in alia

vero fabula, uti Stobaeus legit. Praeterea ex Athenaeo Stobaei versum corrigi voluit vocabulo *κάκιστε* in *τύραννε* mutato. Quarum opinionum neutra probanda videtur. Rectius enim de his versibus Matthiaeus iudicavit ab alio poeta, fortasse comico, ex Euripideis eos leviter detortos esse dicens. Cuius ad sententiam recte Fritzsch. et Welck. accesserunt, quorum ille apud novae comoediae poetam quendam iuvenem in haec verba erupisse suspicatur:

σὺ δ' ὦ κάκιστε θεῶν τε κἀνθρώπων ἔρως (non *Ἔρως*)

quod etiam mihi probatur. Confudit igitur aut Stobaeus hunc comici locum cum eo, ad cuius similitudinem fictus est, aut lemma *Εὐριπίδου* ex subsequentibus versibus (fgm. XL.) casu vel errore huc translatum est. Versum huic simillimum dedit Eur. in Hippol. 538. *Ἔρωτα δε τὸν τύραννον ἀνδρῶν.* — Sed ut ad Athenaei locum revertamur, vs. 2, quem veteres editiones mutilatum dabant: *ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ* nunc demum ex vetustissimo codice Marc. Ven. A suppletus est, *φαίνεσθαι καλὰ*, quod Musgr. iam ante sive coniectura invenerat sive ex Stobaeo receperat. Vs. 3. male *εἴη* pro *εἶ* legitur in cod. B. Vs. 5. offensioni est *θεοῖς*, nam quum non deus, sed Perseus verba faciat, non perspicitur, cur Amorem a *diis* honoratum iri dicat. Neque propter vs. 6. 7. hoc ferri potest. Nam quod Grotius vertit: *„di te ipsi colent"* probari nequit. Quod quum intellexisset Musgravius, correxit *νέοις*, quae emendatio sane accipienda videtur: *iuvenem* enim maxime, non *senum* est amare. Dobr. ad Aristoph. v. 396. aut *θνητοῖς* aut *θεῶν ἔσῃ* (contra codicum auctoritatem, qui omnes *ἔσει* tuentur) scribi voluit, quorum utrumque Musgravii coniecturae longe posthabendum est. Vs. 6. Musgr. in verbis *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διδάσκεσθαι* haesit, ac temere in *δεδίσκεσθαι* mutari voluit: respicit vero Perseus ad vs. 2, quod satis pronomen *αὐτοῦ* docet. Verba ipsa significant: *per id ipsum, quod amare abs te docetur*, (quae poetice dicta sunt pro vulgari dictione: *per eos ipsos, qui a te amare discunt)*, *gratia honoribusque, quibus te afficiant, spoliaberis.*

XXVII. XXVIII. 136.

Stob. CV. 32.

Οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
ᾧ μὴ τὸ θεῖον εἰς τὰ πολλὰ συνθέλῃ.

A choro haec dicta esse videntur ante, quam Perseus pugnam subiret. Vs. 2. codd. habent *ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ σὺν τέλει.* Paris. A. B. *συνθέλει.* Grot. coniecit, *ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὸ τέλος ἀπολύει*, cuius emendationis vitiositatem recte notavit Matth. Heath. correxit: *οὗ μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντελεῖ*, vertens: *ubi* vel *cuius ad plurima non confert numen*, quae correctio vix graeca sit. Pro *ὃν* primus *ᾧ* Porson. Adv. p. 274, pro *ὡς* vero *εἰς* Heynius ad Eratosth. Catast. p. XXIV restituit, quod recipere non dubitavimus. Neque tamen Fritzschio optimorum librorum scriptura *συνθέλει* reiecta scribenti *συντελεῖ* vel *συντελῇ* assentiri possum, nam *συνθέλειν* est:

una s. *idem velle et cupere* cf. Herc. fur. 862. ac praecipue Soph. OC. 1346. Aristoph. Av. 852., quod, quum aptissimam hoc loco praebeat sententiam, a God. Hermanno etiam comprobatum est. Eo autem praeeunte simul cum Fritzschio coniunctivum revocavimus, quippe qui in sententiis generalibus adhiberi soleat. —

Perseo ad certamen abeunti Welckerus p. 656. Andromedam dixisse suspicatur versum, quem Aristoph. Thesm. 1134. habet:

Μέμνησο, Περσεῦ, μ' ὡς καταλείπεις ἀθλίαν.

sed anapaestus in quarto pede prodit eum ex comoedia fluxisse. — Eius abitum vero chori canticum videtur sequutum esse, cuius reliquias vide an habeamus in praeclaro poematio ab Athenaeo servato (cf. inc. fab. fgm. CLV.) et in versu, quem Plutarchus Symp. IX. 15. (p. 747. D.) memoriae tradidit, haec scribens: — *πολλὰς δὲ καὶ συνθέσεις τῶν ὀνομάτων κατὰ μέλη μιμητικῶς σχηματίζουσιν (οἱ ποιηταί), ὡς Εὐριπίδης*

Ὁ πετόμενος ἱερὸν ἀνὰ Διὸς αἰθέρα γοργοφόνος.

Nam e chori carmine hunc versum (e duobus dochmiis, quos quatuor syllabae breves in medio distinent constantem) fluxisse, Plutarchus ipse verbis *κατὰ μέλη* docet; sed utrum ex Andromeda an ex alia tragoedia ductus sit incertum est. Ad nostram relatus est a Valck. Diatr. p. 49. B. consentibus Matthiaeo, Welckero, aliis, contra quos recte Fritzschius monuit, potuisse eum facile in alia fabula legi, quum Persei saepius apud Euripidem mentio esset facta. cf. Hel. 1464. El. 459. Iphig. A. 1500.

137. XXIX.

Carmine chori finito nuntius in scenam processit, qui Andromedam chorumque, et fortassis etiam Cepheum, quem anxio animo pugnae eventum exspectantem advenisse probabile est, non modo de certaminis exitu certiores faciebat, sed pugnam ipsam copiose describebat. Qua ex descriptione nisi forte ductum est fgm. XX., nihil praeter versus superest, quos Athenaeus (XI. p. 477. A.) servavit haec disputans: *Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Παριανὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν τὸ κίσσινον ποτήριον σημαίνειν (κισσύβιον) παρ' Εὐριπίδῃ, ἐν Ἀνδρομέδᾳ*

— — — — — πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεὼς
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος,
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

τὸ γὰρ κισσύβιον, φησί, λέγεται ἐπὶ συνόδου ἀγροικικῆς, ἔνθα προσήκει μάλιστα τὸ ξύλινον ποτήριον. κτλ. Eosdem habent Macrob. Saturn. V. 21., Eustath. ad Od. ι', p. 1632, 9, ubi tamen vs. 3 vitiose legitur *ἔρροι λαὸς — — πίνων ἀνὰ ψυκτῆρα, ὃδ' ἀμπελέων γάνος.* In his verba *πόνων ἀναψυκτῆρα* a Casaubono et Matthiaeo falso ad vinum relata esse rectissime monuit Fritzschius: pertinent utique ad lac, quod et ex verborum collocatione satis luculenter apparet, (nam vinum postea demum commemoratur,) et inde, quod *ἀναψυκτὴρ* non vinum,

sed tantummodo lac dici potest: illud enim calescit homines, hoc vero refrigerat, — Neque ad Persei Andromedaeque nuptias, quae num in hac tragoedia celebrata sint, valde dubitari potest, hic locus a Matthiaeo et Fritzschio referri debebat, sed ductus est, id quod egregie Welck. ostendit, e nuntii descriptione pugnae. Ceto enim interfecto, qui homines pecudesque devorarat ideoque incolis maximo terrori fuerat, pastores laeto gratoque animo victori munera afferebant, ut apparet ex Philostr. Imag. I. 29., ubi imaginem quandam pictam describit, in qua Perseus post ipsam victoriam defatigatus in cespite acquiescens conspicitur, ad quem pastores lac et vinum afferentes accedunt. Haec vero habet Philostratus: *πολλοὶ δὲ οἱ βουκόλοι γάλα ὀρέγοντες καὶ οἶνου ἐπισπάσαι· ἡδεῖς Αἰθιόπες ἐν τῷ τοῦ χρώματος ἀτόπῳ καὶ βλοσυρὸν μειδιῶντες, καὶ οὐκ ἄδηλος χαίρειν, καὶ οἱ πλεῖστοι ὅμοιοι.* — De verbis *Κισσινον σκύφος*, quae poculum designant ex hederae ligno factum cf. Valck. ad Theocr. I. 27. Victor. Var. Lectt. XVI. 23. Similiter dixit poeta in Alc. 756. *ποτῆρα κίσσινον.* Cycl. 389. *σκύφος κισσοῦ.* —

Paullo post nuntii narrationem Perseus ipse in scenam prodit, a quo Andromeda vinculis liberatur. Perseum autem ipsum solvisse Andromedam, ex picturis quibusdam apparet, quas citavit Welck. p. 658. adnot. 24. Sed quod idem vis doctus in hac solutione Amorem in scena praesentem fuisse affirmat, mihi parum veri simile videtur, quamvis in imagine illa a Philostrato descripta deus eam solvens conspiciatur; pictor enim, quamquam optime Euripidis Andromedem novit, id quod verba ex Philostrati in fine fgm. XXV allata luculenter ostendunt, tamen certam quandam huius tragoediae scenam haudquaquam depingere voluit, sed propterea potissimum, quod Perseus Amorem invocaverat, hunc deum praesentem finxit, ne tota res tantummodo viribus humanis perpetrata videretur. Quamobrem Perseum plane otiosum et in cespite iacentem, Amorem vero solum in solvenda Andromeda occupatum repraesentavit, quod eodem modo in tragoedia factum esse credibile non est.

XXX. 138.

Andromeda soluta Perseus ab eius patre Cepheo petebat, ut sibi illam, quam antea iam sponserat, connubio nunc iungeret. Cepheus vero interea consilium suum mutaverat: quae mutatio quibus caussis effecta sit, ex fragmentis cognosci nequit; ex Apollodoro l. c. tamen colligi potest, Phineum, Cephei fratrem, cui ante Persei adventum Andromeda promissa fuit, maxime fratri illud matrimonium dissuasisse. — At vero Cepheus vix statim mentem suam patefacere ausus est, sed haud dubie Perseo petenti primum ambigue respondit et vehementius deinde eodem urgente tacuit. Dicebat igitur Perseus: (Stob. XXXIV. 12)

Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων.

et sibi utilia colligi ex hoc silentio posse ratus id in commodum suum vertebat atque interpretabatur. Simillimus est vs. Hippol. 911.

σιγᾶς; σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς. cf. Herc. f. 1126. — Ἑρμενεὺς hoc loco de feminino dictum, cuius usus exempla collegit Pflugk. ad Hel. 280.

139. XXXI.

Schol. Aristoph. Ran. 105 ad poetae verba: „μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν" adscripsit: καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ (Ἀνδρομέδᾳ bene correxit Matth., nihil enim eiusmodi in Andromache legitur. cf. fgm. XXIV)

Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Scholiastam ut solet exscripsit Suid. v. μὴ τὸν ἐμὸν. A Cepheo hunc versum pronuntiatum esse ad Persei illam silentii interpretationem (cf. fgm. XXX) manifestum est. Atque nunc tandem rex perfidus mentem suam aperit, ac speciosas quasdam caussas profert, cur Perseum generum nolit, quarum nonnullas in sequentibus fragmentis habemus. Cf. fgm. XXXII. XXXVIII.

140. XXXII.

Stob. XCI. 20.

Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν·
καὶ δοῦλος ὢν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνήρ,
ἐλεύθερος δὲ, χρεῖος ὤν, οὐδὲν σθένει.
χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ' εὐτυχεῖν.

Vs. 2. γὰρ ὢν pro ὢν γὰρ habet Paris. A.; vs. 3. in A. B. legitur δ' ἀχρεῖος ὢν fortasse, quia librarii ἀχρεῖος et ἀχρήματος confuderant. Verba, ut recte Fritzschius et Welckerus statuunt, Cephei sunt divitem generum sibi exoptantis. Sententiae caussa cf. Alcmen. fgm. IX. Fritzsch. versum 4 ab alia persona, fortasse Perseo dictum et cum sequente fgm. connectendum esse suspicatur. Ad illud quod attinet, equidem non vehementer refragatus sim: sed cum sequentibus versibus eum cohaesisse nunquam mihi persuadeam. Ac ne illud quidem statuatur prorsus necesse mihi videtur: nam verba „*quod ad aurum attinet, te puta beatum*" a Cepheo etiam dici poterant nec male cum antecedentibus cohaerent, quum omnia, quae in praecedentibus de laudibus divitiarum in medium prolata erant, hoc versu 4 tanquam in illud unum „*auro beatitudinem contineri*" comprehenderentur.

141. XXXIII.

Stob. XCVIII. 31.

Χρήμασι γὰρ εὐτυχῶ,
ταῖς συμφοραῖσι δ', ὡς ὁρᾷς, οὐκ εὐτυχῶ.

Persei haec verba esse recte Fritzsch. et Welck. statuunt; extremo versu enim Perseus ea respicere videtur, quae Polydectis iussu per-

pessus erat ac perpetraverat, quaeque Cepheus ei haud dubie opprobrio verterat. cf. fgm. sequ. — Habet tamen etiam Matthiaei, qui Cepheo hos vs. assignat, opinio aliquid, quo commendetur; nam negari sane nequit, potuisse eos ab Cepheo ea in scena dici, in qua primum cum Perseo convenerat. (cf. fgm. XXV sub fin.)

XXXIV. 142.

Stob. CXII. 4, (in Paris. A. cum lemmate *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*, in reliquis *Εὐρ. Ἀνδρομάχης*) et fabulae titulo omisso V. 17.

Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
οὐ πώποθ' ὕβρισ', αὐτὸς ὀρρωδῶν παθεῖν.

Cf. **Ammon.** p. 25. s. v. *Ἀρρωδεῖν καὶ ὀρρωδεῖν διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ὀρρωδεῖν σημαίνει τὸ εὐλαβεῖσθαι, καθὰ Εὐριπίδης τὸν Περσέα εἰσάγει λέγοντα· Τὰς συμφορὰς — παθεῖν.* Hinc Persei verba esse apparet ac facile intelligitur, Cepheum iisdem obiurgari, quod Perseo labores calamitatesque superbo animo exprobraverit.

Ex eodem Persei cum Cepheo colloquio fgm. XXXV—XXXVII ducta sunt, quibus Perseus se ab incusationibus Cephei defendisse videtur.

XXXV. 143.

Stob. LII. 2. Arsen. Viol. p. 365. ed. Walz. sine nomine auctoris et fabulae

Νεότης μ' ἐπῆρε καὶ σθένος τοῦ νοῦ πλέον.

Cf. fgm. XXXIV. Eundem versum uno vocabulo mutato praebet Lucian. Necyom. § 2., ubi *θράσος* pro *σθένος* extat. Sed in re critica Luciano parum fidei esse, ad fgm. XXVI monuimus.

XXXVI. 144.

Stob. XXIX. 57,

[*Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς·*]
ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Cf. fgm. XXXIV. Utrumque versum dedit Gesn. c. lemmate *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας*, Grot. c. l. *Ἀνδρομάχης*, quod iam correxit Gatak. Advers. p. 515. At priorem omittit cod. Paris. A., et sane is non diversus videtur a vs. 8 fgm. X. Hypsipiles licet a nobis inter inc. fab. fragm. CXXVIII. receptus; cod. B. praebet quidem, sed cum solo Euripidis nomine; alterum contra habet cum lem. *τοῦ αὐτοῦ Ἀνδρομέδᾳ*. Eidem in A simpliciter *Ἀνδρομέδα* praepositum est. Hanc ob causam Gaisf. disiunctis his versibus, quamvis coniuncti aptam sententiam praebeant, edidit *Εὐριπίδου· οὐκ αἰσχὸν κτλ.* et *τοῦ αὐτοῦ Ἀνδρομέδᾳ· ἀλλ ἡδύ κτλ.* omnibus fere viris doctis approbantibus. Nos autem priorem vs. uncis inclusimus, nam fortasse Euripides duobus diversis locis eo usus est. — Alterum citant etiam Aristot. Rhet.

I. 11. 8. sine nomine auctoris et Plut. Sympos. II. 1. (p. 630. E.) haec scribens: ὁ δ' Εὐριπίδης τοὐναντίον ὡς „Ἡδύ τι τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων." Latine eum Cic. de Fin. II. 32. 105. sic reddidit:

suavis laborum est praeteritorum memoria.

Ex hoc loco et altero Archippi comici apud Stob. LIX. 7. profecisse Epictetum ap. Schweigh. T. III. p. 104 scribentem: Ὥς ἡδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων monuit Meinek. ad Menandr. p. 86.

145. XXXVII.

Stob. XXIX. 20.

Εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

Cf. fgm. XXXIV. Sed hic versus etiam in prima Persei oratione locum habere poterat.

146. XXXVIII.

Stob. LXXVII. 12.

Ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῶ νόθους λαβεῖν·
τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν· ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.

Cephei Perseum ut nothum repudiantis (cf. fgm. XXXI) neque vero, ut Matthiaeo et Fritzschio visum est, Phinei matrimonium inter Perseum et Andromedam variis artibus impedire conantis verba esse manifestum est: hoc enim: „*ego vero nothos filiorum loco accipere veto,*" pater quidem, nullo modo autem patruus dicere poterat. Ac profecto optime haec regi barbaro atque perfido conveniunt. Haud improbabile vero est, quod Welck. eum hos versus Andromedae dixisse coniicit, quam a Persei partibus stetisse ideoque patrem precibus ambisse Eratosthenes l. c. auctor est. — Vs. 2. ἐνδεὴς est *deterior*. cf. Heracl. 171. Phoen. 708. Lennep. ad Phalar. p. 297. A. Ad sententiam cf. Antig. fgm. VI. Eurysth. fgm. V. — Vs. 3. scriptum erat vulgo ὥς σε, in Paris. A. B. ὡσ (ε sic), ex quo verum excitavit ὅ σε Musgr.

147. XXXIX.

Stob. LXIII. 22.

Ὅσοι γὰρ εἰς ἔρωτα πίπτουσιν βροτῶν,
ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἐρωμένων,
οὐκ ἔσθ' ὁποίας λείπεται τόθ' ἡδονῆς.

Andromedae aut, quod minus probabile mihi videtur, chori verba sunt ex eodem colloquio ducta. Bene enim Welckerus monuit, virginem iis excelso animo amorem suum efferre. Vs. 3. Pflugkius (in Zimmerm. Diar. scholast. 1831. p. 19) pro vulg. οὐκ ἔστι ποίας, re-

ctius scripsit *οὐκ ἔσθ' ὁποίας*, quod recipere non dubitavi. De numerorum autem permutatione in his versibus conspicua cf. Pflugk. ad Hecub. 1189. Heindorf. ad Plat. Prot. § 28. Matth. gr. gr. § 293.

XL. 148.

Stob. LXIV. 7.

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν· ἐκ δὲ τῶν λόγων
ἕλοῦ τὰ βέλτισθ', ὡς τ' ἄπιστόν ἐστ' ἔρως
κἀν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.

ω

Vs. 1. pro *ἔχομεν* cod. A *ἔχομεν*. Vs. 2. In codd. est: *ὥστ' ἄπιστον*, quod, quum *ὥστε* nunquam *nam* vel *quoniam* significare possit, a Piersono ap. Valck. Diatr. p. 159. in *ὡς ἄπιστον* mutatum est. Sed scribi potius necesse est servata codicum scriptura *ὥς τ' ἄπιστον*; *τε* enim respondet sequenti *καὶ* in *κἀν*. Vs. 3. vitiose legitur in Paris. A. *καὶ* pro *κἀν* et *ναρκεῖν* pro *οἰκεῖν*; porro Matthiaeus et Dindorfius pro *φιλεῖ*, quod codd. tuentur, *θέλει* praebent, quod unde sumserint nescio. Matthiaeo vero ad verba *ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν* excidisse aliquid videtur, quale est *μὴ λέγε*, recte improbatum id quidem a Fritzschio, cuius tamen difficultatis, quae versui inest, expediendae ratio multo magis displicet. Hanc enim toti loco sententiam esse dicit: *Ingenti amore correpti sumus: verum e sermonibus meis optima quaeque tu elige: nam infidum est amor, pessimamque mentis partem incolere solet.* At in his nexum equidem invenire nequeo, neque ante me Welckerus potuit; ac praecipue illud etiam offendit, quod Cepheum — nam praeter eum in hac tragoedia nemo haec verba protulisse potest — Fritzschius dixisse opinatur „*ingenti amore correpti sumus.*“ Res autem ita se habet. Iam supra (fgm. XXXIX) veri simile nobis visum est, Andromedam non modo e patre petiisse, ut promisso suo staret ac se Perseo nuberet, sed simul etiam sui amoris vim et Amoris dei potentiam descripsisse. Ad haec singula singulis refutando Cepheus responderat, cuius unam responsionem in versibus, de quibus agitur, habemus. Significant enim verba *ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν*: „*sit ut Amorem potentem habeamus*“ etc. Ita saepius Indicativo usi sunt Graeci maxime particulis *καὶ δὴ* praepositis. cf. Eurip. Suppl. 262. *ἥμαρτεν· ἐν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδε ἔνεστι.* h. e. sit, ut peccaverit etc. et ad h. l. Markl. cf. Erechth. fgm. IV. vs. 42. Pflugk. ad Med. 386. Androm. 334. Hel. 1058. Herm. ad Vig. p. 836. n. 528. Matth. Gr. Gr. § 510. Sic haec evadit sententia: *Sit ut Amorem potentem habeamus: verum e sermonibus meis optima eligas; nam et infidum est amor et pessimam mentis partem incolere solet;* neque, ut aliquid omissum esse statuamus, neque ut Grotio auctore verba *ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν*, id quod bene Matthiaeus refutavit, alii personae tribuamus necesse est.

XLI. 149.

Stob. Ecl. phys. I. 4. 23. p. 118. ed. Heer. c. lemm. *Εὐρ. Ἀνδρομάχῃ.*

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Διὸς
ἐγγύς τε ναίειν τῆς βροτῶν ἁμαρτίας.

Eosdem versus praebet Orio. Anthologn. (farrag. Euripid. nr. 15) pag. 57 ed. Schneidew. tacito fabulae nomine sic, ut a nobis exhibiti sunt, praeterquam quod vs. 1. *χρόνου* pro *Διὸς* scriptum est, ita ut prior versus prorsus conveniat cum Antiop. fgm. XLII. v. 1., cui per se simillimus est. Attamen illinc *χρόνου* huc transtulisse cum Schneidewino noluerim. Iustitiam enim Iovis filiam esse iam Hesiodus ait Op. 258. Apud Stob. vero vs. 2. pro *ἁμαρτίας* legitur *τιμωρίας*; quod quum aptam sententiam non praeberet, Musgravius mutaverat in *τῶν βροτῶν τιμωρίας*, vertens: *et poenas in vicinia hominum habitare*"; Fritzschius vero: *τῶν βροτῶν τιμάορον*, *Iustitiam perhibent filiam esse Iovis et propinquam (Iovi) habitare, mortalium vindicem.* Sed Orionis ope quavis emendatione carere possumus. Ad sententiam cf. Archel. fgm. XXXVII. Phrix. fgm. XV. inc. fab. fgm. II. *Ναίειν*, ut hoc loco, ita translate dicitur inc. fab. CLV. fgm. vs. 9. Soph. OR. 338. — Verba ipsa Persei esse Cepheo poenam deorum minitantis in aprico est.

150. **XLII.**

Stob. Floril. LXXXI. 6.

Ὦ τλῆμον, ὡς σοι τὰς τίχας μὲν ἀσθενεῖς
ἔδωχ' ὁ δαίμων, μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι.

Cepheus his verbis ad Persei minitationes respondisse videtur; versu 1. autem respicit ad miseram Persei conditionem, de qua ad fgm. XXXIII. XXXIV. diximus.

Ex extrema fabulae parte nulla supersunt fragmenta, ex quibus colligi possit, qua ratione Euripides eam ad finem perduxerit. Hoc tamen ex scriptoribus, qui Andromedae mythum narraverunt, discimus, Cepheum et Phineum Perseo insidias parasse: Perseum vero de his insidiis certiorem factum Gorgonis caput obtendendo illos in lapides commutasse. Quod in scena fieri non potuisse, sed a nuntio narratum esse, perspicuum est; perfidia autem illorum punita Perseus cum sponsa reditum in patriam paravit, ac fabula carmine chori utrique gratulantis finita est, nisi forte, quod sane concludi ex Eratosthenis l. c. coll. Hygin. P. A. II. 9. necesse esse videtur, Minerva apparuit Perseoque nuntiavit, eum propter virtutem simul cum Andromeda post mortem in astrorum numero collocatum iri. De qua re praeclare disseruit Welck. p. 666. sq.

151. **XLIII.**

Aristoph. Thesm. 1128.

Αἰαῖ, τί δράσω; πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;
ἀλλ' οὐκ ἂν ἐνδέξαιτο βάρβαρος φύσις.
[σκαιοῖσι γάρ τοι καινὰ προσφέρων σοφὰ

μάτην ἀναλίσκοις ἄνω· ἀλλ' ἄλλην τινὰ
τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον.]

His verbis *Euripidis* versus contineri a Perseo in Andromeda pronuntiatos probabiliter coniecit Matth. Versus tertius tamen legitur etiam in Medea 302. Hoc et aliis caussis ductus Fritschius p. 491 haud dubie recte statuit, duos priores versus quidem ex Andromeda fluxisse, reliquos autem ab Aristophane ipso ad imitationem Euripidis compositos esse. Attamen dubitari mihi non posse videtur, quin Aristophanes etiam in extremis praecipue Andromedam respexerit, quippe quam in hac tota Thesmophoriazusarum parte irriserit, ac quovis pignore contenderim, verba ἀλλ' ἄλλην τινὰ τούτῳ πρέπουσαν μηχανὴν προσοιστέον, aut certe prorsus similia a Perseo Gorgonem in mente habente pronuntiata esse, quum insidias sibi a Phineo Cepheoque parari comperisset.

XLIV. 152.

Stob. CV. 17.

Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ' ἀπέκρυψεν
θεός· ἐκ κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν
νενέι βίοτος, νενέι δὲ τύχα
κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

Chorus haec dixisse videtur, quum per nuntium supplicium de Phineo Cepheoque sumtum cognoverat. — Vs. 1. circumferebatur τόδ', quod et metri et sententiae caussa Valck. in τὸν δ' mutavit. Vs. 2. exstabat θεός· ἐκείνων, infeliciter emendatum id quidem a Valck. in ὁ θεός· κείνων, fellcius vero a Grotio in θεός· ἐκ κείνων, licet Fritzschius hac correctione improbata scripserit θεός· ὡς κείνων. Habet tamen Grotii scriptura, quo optime defendi possit; significant enim verba: ἐκ κείνων τῶν ποτε λάμπρων: „*post illum pristinum splendorem*". cf. Aesch. Agam. 870. Well. λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε — κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος (post procellam) Soph. Trach. 283. Eurip. Orest. 717. Androm. 879. Hecub. 55 et Pflugk. ad h. l.; quumque ad codicum scripturam illa proxime accedat, praefereudam Fritzschii correctioni eam ducimus. Verum bene idem Fritzschius monuit, ea, quae Pflugkius (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 19) legi voluit: „ὁ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ' ἀπόκρυψεν θεὸς ἐκ κείνων τῶν τότε λαμπρῶν", ferri non posse. Nam et dici debebat, ὁ μὲν ὄλβιός ἐστι, et intolerabile foret asyndeton νενέι —. Vs. 3. νενέι δὲ τύχα, *sors desidit* vel *demittit caput*; imago repetita videtur a spicis (frequens enim est apud Homerum στάχυες νεύουσι) vel floribus, qui flamine venti proclinantur et quasi caput demittunt.

XLV. 153.

Stob. LXVII. 10.

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος
γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Verba sunt chori ex extremo, ni fallor, carmine, neutiquam vero ex primo cantico, ut Fritzschio videtur, ducta. Apparet autem, ea vitio contaminata esse: nam et vs. 2. syllaba una caret, neque duo paroemiaci se possunt excipere. Sed quo modo huic loco, quem sane Stobaeum ipsum interpolasse haud improbabiliter Fritzsch. iudicat, medendum sit, vix ausim dicere. Fritzschius censet, praecessisse „*virum bonum esse*, vel *fortem*, vel denique aliud viri decus, deinde scriptum fuisse:

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος [ἄρ' ἦν
καὶ] γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Similiter emendavit G. Hermannus ap. Fritzschium p. 496. unum versum excidisse statuens

τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος . .
. . . . . .
[καὶ] γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

Welkerus denique verba *γενναῖον λέχος εὑρεῖν* a Stobaeo ipso adiecta iisdemque totius strophae argumentum expressum esse opinatur, quare uncis ea inclusit, quae opinio sane habet, quo alliciat.

154. XLVI.

Bekk. An. Gr. I. p. 339. 5. Bachm. An. I. p. 24. 22. *Ἄγορος καὶ ἄγοροι. Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ. οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεζαν. Αἰθίοπας σημαίνει.* Sic edd. Bekk. et Bachm. Sed perspicuum est, a grammatico, quippe qui hunc versum ad usum vocabuli *ἄγορος* declarandum attulerit, hoc ipsum vocabulum lectum et in explicatione id adiectum fuisse necesse esse, pro quo ab Euripide usurpatum fuerit. Recte igitur Fritzschius p. 513. hunc locum restituisse videtur revocata scriptura:

οἱ κατ' οἶκον ἀμφὶ δαῖτα καὶ τράπεξαν [ἐν ἀγόροις]
Αἰθίοπες —

σημαίνει δὲ τὴν ἀγοράν. Ita voce *ἄγορος* Euripides usus est in Iph. Taur. 1096. El. 724. Herc. fur. 412. Androm. 1038. — Verba nescio cuius (fortasse chori) esse videntur epulas describentis, quas Aethiopes publice instituerant, postquam Perseus eos a ceto liberaverat. cf. fragm. sequ.

155. XLVII.

Schol. Platon. p. 43. Ruhnk. p. 383. Bekk. *ἐκιρνῶντο ἐν αὐταῖς (ταῖς συνουσίαις) κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος, ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείᾳ. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ τέλειον, ὡς Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ καὶ Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς.* Hoc fragmentum ad eandem coenam pertinet, de qua ad fgm. XLVI diximus, confirmatque ea, quae ibi disputavimus. Crater ille tertius, quem Euripides in Andromeda *τέλειον* vocavit, in honorem Persei, omnium servatoris (*σωτῆρος*) miscebatur.

XLVIII. 156.

Hesych. *Ἀμείβεται· παραιτεῖται· Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ.* cf. Etym. M. p. 81. 35. Inde sequitur, Euripidem voce *ἀμείβεσθαι* in Andromeda ita usum esse, ut et Hesychius et Etymologus recte sibi verbum illud interpretari viderentur: *recusat.* Haud male igitur Fritzschius p. 505 subiecti loco cogitatione addendum esse *Cepheum* putat utpote promissis stare nolentem.

XLIX. 157.

Bekk. An. Gr. p. 78, 21. *Αἰσχροκερδής· Εὐριπίδης Ἀνδρομέδᾳ.* Fortasse falso locus huc relatus est pertinetque ad Andromach. 453., quod eo veri similius est, quo saepius in lemmatis vocabula *Ἀνδρομέδα* et *Ἀνδρομάχη* confusa esse vidimus. cf. fgm. XXIV.

L. 158.

Stob. CXXIII. 4.

Τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
Κενόν γ' ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖ, Κρέων.

Paris. A. cum lem. *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας* praebet. *Εὐριπίδου* simpliciter Trincav. Pro *ὅταν γὰρ* Par. A. B. *ὅτου γὰρ* unde Gaisf. *ὅπου γὰρ* coniecit. Pro *ἀφέντες* Grot. et Boisson. *ἀφέντος*, et vs. 2. Musgr. *κενοί γ'* pro *κενόν γ'* scripsit, recte tamen versum alterum alteri personae tribuit. Nos postremo loco hoc fragmentum posuimus: nam apertum est, aut verba vitiata aut lemma corruptum esse. Quis enim fuit ille Creo in fine versus 2 commemoratus? In Andromeda profecto nullus commemorari potuit, itaque Valck. hos versus ad Alcmaeonem (*τὸν διὰ Κορίνθου*) rettulit, ubi sane Creo rex inter personas erat. Sed ibi aegre locum habere poterant. Aliam igitur Musgravius difficultatis expediendae viam excogitavit vocabulum *Κρέων* ingeniose in *χρεών* mutans et prò *εὐτυχεῖ* scribens *εὐτυχεῖν*, sed interpretatione, quam adiecit „*praestat laeta experiri,*“ coniecturae suae bonitatem infregit. Nunquam enim *χρεών* significare potest „*praestat*“. Sed si *χρεών* ea, qua solet, significatione usurpatur, haec multo melior eradit sententia: „*dum enim aliquis vivit felix sit oportet*“ (quippe post mortum nulla felicitas.) cf. Alc. 301. *ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον.* Phoen. fgm. XII. Si haec verba igitur re vera ex Andromeda petita sunt, probata Musgravii coniectura ea ex colloquio chori cum Andromeda habito ducta censeo, ac versum 2 ipsi virgini tribuo. Neque vereor, ne rectius iudicaverit Fritzschius, qui nihil in his versibus mutandum, sed integros eos ad Antigonam Euripidis referendos esse affirmat. „Nam in hac fabula, ait, Antigone Haemoni, quocum deprehensa erat, in matrimonium dabatur. Quodsi puella in Euripide metu supplicii (quo apud Sophoclem reapse afficitur) forte perterrita erat, Creonti sic dicenti: *Mortem tuam, vita neglecta, populus honorat,* omnino respondere poterat, *Inane id quidem; nam dum quis vivit, beatus est, Creon,* quum praesertim vivere

ipsa et nubere Haemoni suo discuperet.“ Nam indigna profecto essent haec verba Antigona, quippe cui mortem nullo modo terribilem fuisse cum aliunde constet, tum inde appareat, quod contra regis edictum fratrem sepelire non dubitavit.

ANTIΓONH.

Vix quemquam esse credo, quin Antigones historiam ex Aeschylo, Sophocle, aliis, satis cognitam habeat, quare nihil aliud hoc loco quaerendum est, nisi qua ratione idem argumentum Euripides tractaverit. Ad quod indagandum facit Aristoph. Byz. in Argum. ad Soph. Antig. *κεῖται δὲ ἡ μυθοποιΐα καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος* (*τῷ Αἵμονι* cod. Dresd. Turneb. et sic male Wunderus.) *δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τίκτει τὸν Μαίμωνα*, quocum conferas Schol. Soph. Antig. extr. (*ἰστέον*) *ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὕτη, ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη, διὰ τὸν Αἵμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον.* Inde enim cognoscimus, eo maxime distulisse Euripidis et Sophoclis Antigonas, quod apud illum Antigona non interfecta, sed viro nupta sit. Itaque Boeckhius (Trag. Gr. Princip. p. 269. et Comment. Acad. Berol. 1824. p. 83.) Gruppius (Ariadn. p. 590), alii, statuerunt, ab Euripide prorsus idem argumentum quidem tractatum, verum in fine fabulae Antigonam non punitam, sed Haemoni matrimonio collocatam esse. Recte hoc quidem viri illi doctissimi affirmaruut, attamen in eo vehementer lapsi sunt, quod Antigonam poenas nullas solvisse, sed in sepeliendo fratre detectam, fortassis quia simul cum Haemone inventa esset, statim sponte Haemoni a Creonte nuptam esse arbitrati sunt. Hac ratione enim, id quod egregie Welckerus (p. 564. cf. Aristot. Poet. cp. XIII. s. f.) sensit, Euripides non tragoediam sed comoediam composuisset. Illud vero, quod Welckerus sibi reperisse visus est fabulae argumentum multo minus probare possum, etsi in singulis quibusdam ad eius sententiam accedo. Putat enim vir praeclarissimus, Euripidis Antigonae summam iis contineri, quae Hyginus (fab. 72.) memoriae tradiderit: *Creon Menoecei filius edixit, ne quis Polynicen, aut qui una venerunt, sepulturae traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror et Argia coniunx clam noctu Polynicis corpus sublatum in eadem pyra, qua Eteocles sepultus est, imposuerunt: quae cum a custodibus deprehensae essent, Argia profugit, Antigona ad regem est perducta. Ille eam Haemoni filio, cuius sponsa fuerat, dedit interficiendam. Haemon amore captus patris imperium neglexit et Antigonam ad pastores demandavit ementitusque est, se eam interfecisse. Quae quum filium procreasset et ad puberem aetatem venisset, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex Draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit. Cum Hercules pro*

Haemone deprecaretur, ut ei ignosceret, non impetravit. Haemon se a Antigonam coniugem interfecit. At Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in coniugium, ex qua nati sunt Therimachus et Ophites. Primum vero, si ea, quae in Soph. Antigona in scena acta sint, in Euripidea tantummodo narrata esse fabulamque eo tempore demum incepisse dicit, quo Maemo, Haemonis ex Antigona filius adultus Thebas ad ludos venerit, repugnat Aristophanis grammatici testimonio, qui apertis verbis dixit: *eandem mythi tractationem* (quam qualis in Sophoclis fabula esset modo descripserat) *etiam apud Euripidem in Antigona fuisse, praeterquam quod Antigona deprehensa cum Haemone matrimonio collocata sit, et Maemonem peperit.* Neque extrema verba, ut Welckerus sibi persuasit, magis ad mythum pertinent, quam, quae Hyginus in fine addit, in fabula locum habere potuerunt, etiam si re vera Hyginus Euripideae fabulae argumentum nobis tradidisset. Haec igitur grammaticus ex doctrinae suae copia adiecit. Deinde Aristophanis de fabulae Euripideae compositione testimonium confirmat scholiastes Sophoclis, qui vel multo dilucidius Aristophane nobis locutus esse videtur. Satis definite enim scripsit, in eo discrimen inter Sophoclis Euripidisque Antigonam intercedens conspici, quod apud Euripidem Antigona propter Haemonis amorem matrimonio locetur. Hinc facile intelligitur, Hyginum, quum Antigonam Haemoni interficiendam traditam esse narraverit, non ex Euripide, ut permultis aliis locis fecit, sed ex nescio qua Oedipodea, epico carmine, vel ex Meleti trilogia Oedipodea, de qua suo loco disputabimus, hausisse. Accedit quod Euripides, si, quae Hyginus narrat, in scena spectanda proposuisset, admodum male rem instituisset: quum Creontem non tam cum Antigona, quam cum filio crudeliter agentem et imprudentem simul finxisset, quippe Creon propter Haemonis in Antigonam amorem exspectare vix potuisset, Haemonem re vera eam esse interfecturum. At vero, etiam si in his Hyginus cum Aristophane consentiret, inde tamen non consequeretur, eum Euripidis fabulam ante oculos habuisse, quum reliqua, quae narrat, nullo modo in ea tractata fuisse possint. Nam si haec Antigonae argumentum efficiebant, ut fabula, in qua sententia Welck. est, eo demum tempore inciperet, quo Maemo, Haemonis ex Antigona filius adultus erat, non video, quomodo haec tragoedia *Antigona* inscribi potuerit. Omnes enim Graecorum tragoediae sive a choro sive a personis quae primarias partes tenent, nomen habent. Hac ratione vero Maemo primas partes teneret, Antigonae contra partes non aliae essent, quam quas Hecuba in *Alexandro* tenet, et omnino nostrae fabulae argumentum simillimum foret *Alexandro.* Sed quemadmodum *Alexandrum* inscribi *Hecubam* non potuisse mihi persuadeo, ita huic convenire tragoediae *Antigonae* titulum potuisse nego. Nam qualis in ea erat Antigona? Optime vel omitti poterat eius persona tota tragoedia, quam ad Hygini narrationem Welck. sibi excogitavit, prorsus salva atque integra. Sicut igitur non tanti momenti Antigonae persona fuisset, quam quae nomen Euripidis tragoediae dare potuisset, ita moribus nimium discreparet ab Antigona Aeschyli et Sophoclis, quam admiratione

intueri consueverant Athenienses. Quid enim in hac Antigona, qualem Welck. ab Euripide fictam esse statuit, admiratione et quod in tragoedia repraesentaretur, dignum fuisset?! Nihil ut equidem censeo: suffragari igitur viro doctissimo, qui hoc loco in eundem errorem incidit, quem ad Danaen (p. 637) in Matthiaeo notavit, non possum. Mihi autem Euripides in universum quidem idem argumentum tractasse, quod Sophocles in Antigona sua in scenam produxerat, in singulis vero iisque fortasse plurimis a Sophocle recessisse videtur. Quorum ex numero Aristophane grammatico teste illud fuit, quod Antigona non sola, sed cum Haemone, qui sponsae, non Polynicis causa aderat, ut eam sive iuvaret sive tueretur, deprehensa est; qua re totius tragoediae ratio mutabatur. Nunc enim non solum Antigona, sed etiam Haemo regis iussum neglexerat, ambo igitur supplicio affici debebant, ac profecto satis crudelem fuisse Creontem puto, ut non modo Antigonam, sed filium quoque morte mulctare decerneret. Frustra Haemo et Antigona regis clementiam implorasse, frustra uxor et populus i. e. chorus crudelitatem dissuasisse videntur (cf. fgm. XIII. XIV.); Creon in proposito permansit. Quum ita in summo periculo atque extremo discrimine Antigona versaretur, patrium Thebarum deum, Dionysum invocavit (fgm. XIX.); neque deus auxilium negavit, sed statim ipse in scena apparuit, Creontem placavit et Antigonam Haemoni nubere iussit. En, habes tragoediae argumentum, quod prorsus ex mente Euripidis constituisse nobis videmur. Ad quod enucleandum fragmenta ipsa parum valent.

150. I.

Aristoph. Ran. 1213.

Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ,
εἶτ' ἐγένετ' αὖθις ἀθλιώτατος βροτῶν.

Ad priorem vs. adnotat scholiastes: *Ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔστι δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ δράματος.* Eundem vs. citant Dio Crysost. orat. LIV. p. 593, C. et schol. Aesch, Sept. c. Theb. 781., quocum recte iam Grotius Ranarum vs. 1218 coniunxit, — Ab his igitur versibus incipiebat prologus, quo haud dubie Antigona ipsa Oedipi eiusque familiae fata ad hunc diem usque exponebat. — Vs. 1. *Εὐδαίμων* hominem *ab omni parte beatum* significat. cf. Schol. Med. 1197. *εὐδαίμονα δὲ καλεῖ τὸν ἄχρι τέλους ἀπείρατον κακόν.*

160. II.

Stob. CXXV. 6.

Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος
ἔχει· τί γὰρ τοῦδ' ἐστὶ μεῖζον ἐν βροτοῖς;
τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδύναισι δώσει; τίς δ' ἀτιμάζων νέκυς,
εἰ μηδὲν αἰσθάνοιντο τῶν παθημάτων;

Verba Haemonis patrem propter notissimum illud iussum (cf. Aesch. Sept. 996. sq. Soph. Antig. 26. sq.) vituperantis esse videntur. — Valck. in marg. Eurip. Barnes. haec adscripsit: aliter legitur p. 602 (haud dubie ed. Stob. Gesn.) in margine Ms. Grotii: *θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικείας τέλος ἔχει· μαθεῖν δὲ πᾶσίν ἐστιν εὐμαρές.* et vs. 5. ad *εἰ*: an *οἵ*. — Ad sententiam haud dissimilis est Alc. v. 726. Soph. OC. 955.

III. 161.

Stob. LXIII. 4.

Ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος εἰς Κύπριν νεανίου
ἀφύλακτος ἡ τήρησις· ἦν γὰρ φαῦλος ἢ
τἄλλ', εἰς ἐρῶτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.
ἢν δ' αὖ προσῆται Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

A Creonte (aut a choro) de Haemone dicta esse videntur. Rex enim filium et ab amore Antigonae deflectere cupiebat et metuebat, ne idem hoc potissimum amore ductus contra ipsius voluntatem quidquam perficeret. Quod ut prohiberet, quam primum ei nobilem quandam virginem nubere constituebat. (cf. fgm. V.). — Vs. 1. codd. praebent *ἐρῶντος*, quod Musgravius mutavit in *ὁρῶντος*, probatum hoc recte Valck., Matthiaeo, aliis. Nam *ἐρᾶν εἰς Κύπριν* dici vix potest, neque verba *ἀφύλακτος ἡ τήρησις* cum verbis *εἰς Κύπριν* coniungi possunt, quia interpositum est *νεανίου* et ineptissima sententia hac coniunctione evaderet. Verum *ὁρᾶν εἴς τι* ut *βλέπειν εἴς τι* significat: *avide spectare ad aliquid, expetere aliquid.* cf. Peliad. fgm. VII. Antiop. fgm. XXIV. — Vs. 2. *ἂν* scripsit Grotius pro vitioso *κἂν* in codd., quod ex more tragicorum in *ἢν* mutandum est. — Vs. 3. *τὸ δ' ἄλλ'*. Voss. *τὰ δ' ἄλλα*. Paris. A. a m. pr. Trinc. *τά γε*. A. a m. sec. *τά γ' εἰς ἔρωτα*. B. *ἐρῶντα*. A. — Vs. 4. codd. praebent *ἢν δ' ἂν*, mutatum a Gesn. in *ἢν δ' εὖ* idque receptum a Grotio. Valck. *ἢν δ' οὐ* cum ad sententiam tum ad graecitatem male. Musgr. edidit: *ἢν δ' ἂν* vertitque: „*quamcunque autem appeteverit Venus.*“ Sed *προσίεσθαί τινα* est: *admittere aliquem, asciscere, probare*, ac recte Matth. dicit, Venerem eum admittere (*Κύπρις προσίεται*), cui in amore faveat. Vulgatam bene correxit Boissonadius scribens *ἢν δ' αὖ*. Sententia enim haec est: „*etiamsi quis ad reliqua contemnendus sit, ad amorem tamen quisque callidiorem se praestat*, h. e. ad artes dolosque, quibus amore potiatur, solertissimum; *sin vero sponte eum Cypris admittat*,“ h. e. ei faveat, ut artibus illis non indigeat, *dulcissimum est (amore) potiri.* Ceterum si quis versum 4 a praecedentibus seiungendum ducat, equidem non magnopere repugnem.

IV. 162.

Stobaei Append. Florent. ed. Gaisf. vol. IV. p. 20.

Νέοι νέοισι συννοσοῦσι ἀφανῆ.

Similiter a Creonte haec respecto mutuo Haemonis et Antigonae amore dicta videntur. Noli autem in iis alliterationem praetermittere.

163. V.

Stob. LXVII. 13.

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἔν γ' ἔχει τι χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὢν
ἐσθλῷ δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.

Dubium esse vix potest, quin Creon etiam hos versus ea ratione protulerit, quam ad fgm. III significavimus. — Vs. 1. a Stob. LXVIII. 24. *Hippothoo* assignatur, de quo poeta suo loco disputavimus. Ad sententiam huius vs. cf. Phaëth. fgm. II.

164. VI.

Clem. Alex. Strom. VI. 2. § 10. p. 741. P. Stob. LXXVII. 10.

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.

Creontis quin sint verba, non dubito; sed de quo et qua ratione dicta sint, vix explores. Ad sententiam simillimum est Andromed. fgm. XXXVIII. vs. 2. 3. Eurysth. fgm. V. In editt. Clementis ante Klotzianam pro δ' ἴση male legebatur *δοίη*.

165. VII.

Stob. XCIII. 13.

Ἀνδρὸς φίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μέτα
ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι.

Cuius haec verba sint et de quo in medium prolata, nescire nos libere fatendum est. *Τύχοι* Gaisf. e Paris. A recepit pro vulg. *τύχῃ*, quamquam etiam hoc ferri posse alio loco ostendemus. Ad sententiam cf. Alcmen. fgm. X.

166. VIII.

Stob. XC. 1.

Τὸ μῶρον αὐτῷ τοῦ πατρὸς νόσημ' ἔνι·
φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς.

De hoc fragmento idem atque de antecedente valet. Tamen haec verba de eodem homine pronuntiata esse possunt, cuius *ἀμαθία* supra (fgm. VII) notata est. De Antigona, si, ut Matthiaeo non improbabiliter visum est (cf. Soph. Ant. 469. 59.), dicta sunt, scribendum erit *αὐτῇ* pro *αὐτῷ*. Hoc autem pro vulg. *αὐτὸ* ex Paris. A. B. dedit Gaisf. In vs. 2. ad unum omnes ediderunt: *φιλεῖ γὰρ οὕτως ἐκ κακῶν εἶναι κακούς*, in quibus Matthiaeum *φιλεῖ εἶναι κακοὺς* constructione alibi vix reperienda pro *φιλοῦσιν εἶναι κακοὶ* dictum ar-

bitratur. Sed equidem in his nullam video constructionem neque graeca ea iudico. Quare corrigi malim κακός pro κακούς, qua correctione haec optima evadit sententia: „*solet enim ita ex pravis pravus nasci.*“ Similiter in Meleag. fgm. XXII. vs. 2. Nominativus ἄνθρωπος in Accusativum ἀνθρώπους depravatus est. — Ad sententiam cf. Alcmaeon. fgm. X.

IX. 167.

Stob. LXXXVII. 1.

Ἡ γὰρ δόκησις πατράσι παῖδας εἰκέναι
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνων πέρι.

Vs. 1. πατράσι primus Grotius ex coniectura Gesneri pro ἅπασι recepit; εἰκέναι vero pro vulg. ἐοικέναι Gaisf. ex Paris. A. dedit. — Versus 2 aperte vitiosus est, sed quae medela corruptelae adhibenda sit, difficile est ad dicendum, quum ne constet quidem, quid exprimere poeta voluerit. Gesn. pro τὰ scribi voluit οὐ, Grot. φαύλη pro ταύτῃ, quod probandum mihi, licet multis placuerit, haud quaquam videtur. Nam ut ex fragmentis proxime antecedentibus apparet, poeta potius contrariam eius, quam Grotius in his verbis reperisse sibi visus est sententiam, protulit, ita ut scribendum sit πιστὴ seu simile quoddam vocabulum. Cf. Dict. fgm. XI. Alcmaeon. fgm. X. Deinde offendunt etiam verba τέκνων πέρι quippe fere otiosa, pro quibus in Paris. A. B. extat τέκνα πέρι. Quare post γίγνεται interpungendum, verba τέκνων πέρι autem, nisi in iis aliud quoddam latet, ad sequentia trahenda esse puto, utpote quibus, quae antea in universum dicta erant, de certis quibusdam liberis, fortassis de Polynice et Antigona, dicebantur. Fortassis igitur versus sequens a verbis τῶν Οἰδίπου κτλ. incipiebat. Verba Creontis esse videntur. Si quis autem pertinacius φαύλη tueri velit, is Creontem de Haemone loqui statuat necesse est.

X. 168.

Stobaei Append. Florent. ed. Gaisf. vol. IV. p. 28.

Ἄκουσον· οὐ γὰρ οἱ κακῶς πεπραγότες
σὺν ταῖς τύχαισι τοὺς λόγους ἀπώλεσαν.

Antigonae haud dubie verba sunt, quibus se excusare, Creontem vero impietatis incusare incipit.

XI. 169.

Orion. Anthologn. I. 1. p. 41. ed. Schneidewin. Tzetz. ad Hesiod. Op. 135.

Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱρὸν ἄλλο πλὴν λόγος,
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστ᾽ ἐν ἀνθρώπων φύσει.

Versum 1. praebet etiam Aristoph. Ran. 1438, ad quem locum

scholiastes adscribit: ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου, et Heraclid. Allegor. Homer. p. 483 in Galii Opusc. mythol. Apud Orionem ἱερὸν pro ἰρὸν extat. de qua forma vide ad Andromed. fgm. 1. Ut πειθοῦς ἱερὸν dictum est similiter Archel. fgm. XXII. πενίας ἱερὸν Hel. 1002. ἱερὸν τῆς δίκης, ad quem locum Pflugk. plura eiusmodi exempla congessit. Versum 2 ita dederat Grotius: καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστιν ἀνθρώπων φύσις. Sed cf. Helen. 1002. ἔνεστι δ' ἱερὸν τῆς δίκης ἐμοὶ μέγα ἐν τῇ φύσει et ad h. l. Pflugk. — Hi versiculi a choro vel potius ab Haemone suimet ipsius et Antigonae defensionem suscipiente pronuntiati videntur.

170. XII.

Stob. LXIV. 4. Plutarch. ap. Stob. p. 503. ed. Wyttenb. T. V. p. 854.

Ἥρων· τὸ μαίνεσθαι δ' ἄρ' ἦν ἔρως βροτοῖς.

Haemonis de amoris furore sese excusantis verba esse manifestum est. Cf. Med. 998. Amorem Euripides saepius morbum dixit. cf. ad Inon. fgm. VI.

171. XIII.

Stob. XLIX. 5.

Οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν εἶναι νόμον·
τύραννον εἶναι μωρία δὲ καὶ θέλειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

In his versibus fortasse vitio contaminatis primus haesit Iacobsius (in Bibl. d. alt. Lit. Gotting. 1788. fasc. 4. p. 25.), in Animadv. ad Eurip. p. 44. et in lectt. Stobens. praef. p. XVI. corrigens: τύραννον εἶναι μωρία· δίκη θ' ἑλεῖ, ὃς κτλ. h. e. *iustitia comprehendet eum, qui in homines sibi pares imperium exercere vult.* In eandem emendationem inciderat Eichstadtius in nov. quaest. philol. spec. (Ien. 1804.) p. 21., eamque denuo Iacobsius ipse tuitus erat in Seeb. Misc. crit. vol. II. p. 371. Sed offendit Hermannum, Matthiaeum, Pflugkium, alios Futurum ἑλεῖ, quippe cuius, licet a Reisigio provocante ad Coni. crit. in Aristoph. p. 188. in Soph. OC. 1454 (1449) restitutum sit, admodum exigua sit auctoritas. cf. Hermann. ad Soph. l. c. Matth. Gr. Gr. § 222. p. 524. Ab Iacobsii sententia longe recessit Pflugkius (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 19.), qui priorem fragmenti partem vitiosam, initio nonnulla verba excidisse, totumque locum ita adornandum esse iudicat:

[τῶν δ' ἐλευθέρων]
οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν, εἴπερ νόμον,
τύραννον εἶναι· μωρία δὲ καὶ θέλειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος·

h. e. „*nec ingenuis imperare neque, si quidem legem, dominatorem esse oportere; insaniam vero etiam esse, quicunque solus de paribus imperium tenere velit.*“ In his Pflugkio dubitari de verbis quidem.

neque vero de sententia posse videtur: εἶναι bis positum nimis displicere, pro quo priori loco ὄντος νόμου seu simile quid ponendum sit. — At nulla corruptela versui primo inest, sed optime se habet hanc praebens sententiam: „*nec decet imperare nec lex esse debebat.*“ Voce νόμος autem is, qui loquitur, iussum illud Creontis, de quo ad fgm. II monuimus, respicit ut ex Soph. Antig. 453 colligi potest. Si quid igitur corruptum est, versui 2, ut Iacobsius statuit, vitium insidet, quem olim sic correxi: τύραννον εἶναι μωρία δέ· (vel ’στι·) κἀδικεῖ, ὃς κτλ., sed nunc haud scio an recte iudicaverit Matth., qui μωρία semel positum bis sumendum esse dixit: τύραννον εἶναι μωρία, μωρία δὲ καὶ θέλειν, de quo dicendi usu cf. Wyttenb. ad Ecl. hist. p. 400. Matth. Gr. Gr. § 634. Alex. fgm. XVII. vs. 11. sq. Pro δὲ Dindorfius haud male scripsit τό. cf. Helen. 748 et. Pflugk. ad h. l. Anacoluthiam, quae in extremis verbis latet, bene explicuit Pflugkius l. c., de hac dicendi consuetudine lectores ablegans ad Heindorf. ad Plat. Soph. p. 388. Schaef. ad Poet. Gnom. p. 186. ad Demosth. T. III. p. 448. Goell. ad Thuc. II. 44. Ad sententiam versus 2 cf. Hippol. 1013. sq. — Ceterum verba ipsa Haemonis esse apertum est; similiter loquitur apud Soph. Antig. 730. sqq.

XIV. 172.

Stob. XLVIII. 4.

Δεῖ τοῖσι πολλοῖς τὸν τύραννον ἁνδάνειν.

Haemonem vel chorum, qui pro Antigona deprecatus erat, his verbis Creontem allocutum esse consentaneum est.

XV. 173.

Stob. XLIII. 21.

Οἰκεῖος ἀνθρώποισι γίγνεσθαι φιλεῖ
πόλεμος ἐν ἄστει, ἢν διχοστατῇ πόλις.

Creon his verbis choro respondisse videtur. Sententiam recte interpretatus est Thudichumus: bellum in urbe in intimas domos penetrare solere, si civitas in partes scissa sit.

XVI. 174.

Stob. CIV. 9.

— — ἐπ᾽ ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν.

Haemonis haud dubie verba sunt. Sententiam bene expressit Grotius.

XVII. 175.

Stob. CVIII. 3.

Μὴ οὖν θέλε λυπεῖν σαυτὸν εἰδὼς, πολλάκις
ὅτι τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει,
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Ita vitiose hi versus in Stobaei editionibus circumferuntur, quibus emendandis plures viri docti operam impenderunt. Primus correxit Grotius: *μὴ οὖν ἔθελε, κτλ.*, ut anapaestum ex pede secundo removeret, *μὴ οὖν* per synizesim legens. Sed recte monuit Valck. Diatr. p. 156. *μὴ οὐ* quidem semper in unam syllabam coalescere, nusquam vero *μὴ οὖν*. Ipse igitur in hunc modum restituit locum:

μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, [Αἶμον], εἰδὼς πολλάκις
ὅτι καὶ τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει.

quae correctio sane habet, quo arrideat, praeterquam quod *ὅτι καὶ*, a Grotio quoque receptum, a more tragicorum recedit, quippe qui Anapaestum in primo pede semper una voce comprehendant. cf. Herm. Elem. Doctr. p. 119. sq. Melius igitur God. Hermannus (ad Soph. Electr. vs. 355.)

μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, τοῦτό γ' ἐξειδὼς, ὅτι
πολλοῖς τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει.

Quam emendationem confirmare videtur scriptura codicum: nam in Paris. A. et Trinc. extat *εἰδὼς ὅτι πολλάκις*, in B *εἰδὼς τοῦθ' ὅτι πολλάκις*. Inde in hoc versu, ut adhuc vulgo legebatur, excidisse aliquid manifestum est. Quod Gaisfordius etiam intellexit scribens: „*λυπεῖν σεαυτὸν, τοῦτό γ' εὖ εἰδὼς ὅτι πολλάκι τὸ κτλ.*“ non perterritus, ut Matthiaeus monet, hiatu in *εὖ εἰδὼς* et epica forma *πολλάκι*. Sed *πολλάκι* etiam legitur ap. Aesch. Sept. c. Theb. 209. Suppl. 113. et ap. Soph. Phil. vs. 1456 codicum auctoritate satis munitum, itaque a Matthiaeo in dubitationem vocari non debebat. — Haec verba quin a choro dicta sint vix dubium esse mihi videtur.

176. XVIII.

Stob. CVIII. 13.

Ὅστις δὲ πρὸς τὸ πῖπτον εὐλόγως φέρει
τὸν δαίμον', οὗτος ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος.

Antigonae manifesto sunt verba, de quarum sententia Matthiaeus conferri iubet Wyttenb. ad Plut. p. 774. — Vs. 1. pro *εὐλόγως* Brunck. ad Soph. Phil. 872. *εὐλόφως* ingeniose quidem, sed ad sententiam minus apte. Vs. 2. in Paris. A. B. legitur *δαίμονα δ'*. Pro *ἧσσον* Gesn. ed. *μᾶλλον*, Grot. vero ex Scaligeri emendatione dedit *ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος* pro vulg. *ἧσσόν ἐστιν ὄλβιος*.

177. XIX.

Schol. Pind. Pyth. III. 176. *Θυώνη τῇ Σεμέλῃ φησί· διωνυμία γὰρ ἐκέχρητο. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν αὐτὴν Διώνην λέγουσιν, ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιγόνῃ·*

Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεὸς,
Διόνυσε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑπόστατος.

Vs. 2. ὑπόστατος Grot. recepit ex emendatione Andr. Schotti pro vulg. ὑποστάτης. — Ibidem Valckenarius (Diatr. p. 155. sq.), Ruhnkenius, Piersonus (ibid.) scholiastae, Dionen pro Thyone Semelen dictam esse affirmanti, diffidentes, itaque Bacchum pro Veneris filio habitum esse negantes vocem Διόννσε vario modo mutarunt: Valck. scribens Μόνος τε, Ruhnk. Δεινός τε, Piers. θεοῖσι, omnes Διόννσε ex Διώνης corruptum hic irrepsisse statuentes. Sed rem nimis obscuram esse bene monuit Matth., et Boeckh. ad schol. l. c. cautius certum scholiastae testimonium eiusmodi argumentis refutare non ausus est, praesertim quum Dione non unius deae nomen fuerit, de quo vid. Buttm. ad Demosth. orat. c. Mid. ed. Spalding. p. 128. sq. Accedit locus Hesychii a Valck. ipso citatus: Βάκχον Διώνης, οἱ μὲν βακχευτρίας Σεμέλης, οἱ δὲ Βάκχου τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης τῆς Διώνης, πάροσον διωννμία περὶ τὰς θεάς. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία Ἀφροδίτης παῖδα τὸν θεὸν ἱστορεῖ. Hinc enim, si nihil aliud, illud certe consequitur, praeter scholiastam Pindari et Praxillam ab Hesychio citatam fuisse, qui Bacchum Diones vel Veneris filium esse crederent. Itaque Bacchum ab Antigona, ut patrium Thebarum deum, invocari potuisse verissime ait Boeckhius. Ceterum non raro a vulgari mythi traditione recessit Euripides; sic v. c. in Hippol. vs. 534 Amorem dixit Iovis filium.

XX. 178.

Schol. Eurip. Phoen. 1130. Σιδηρονώτοις.) Πᾶς οὖν ἀνωτέρω εἶπε, λεύκασπιν εἰσορῶ μὲν Ἀργείων στρατόν. ἐν δὲ τῇ Ἀντιγόνῃ·

ἐπὶ χρυσεόνωτον ἀσπίδα τὰν Καπανέως.

λεύκασπιν μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος φησί. χρυσεόνωτον δὲ, τὴν πολυτελῆ. σιδηρόνωτον δὲ, τὴν ἰσχυρὰν ἀσπίδα. Valck. in adnot. ad schol. 1137 correxit ἐπιχρυσεὸν νώτον κτλ. cf. Eustath. ad Il. η'. 223. p. 678. 23. Ἰστέον δὲ, ὅτι χάλκεον μὲν τὸ τοῦ Αἴαντος ἔφη σάκος ἀπὸ μέρους τῆς ἐξωτάτω πτυχὸς, τέτριπται γὰρ καὶ ἡ τῶν τοιούτων ἀσπίδων χρῆσις. εἰ δ' ἴσως κἀνταῦθα ὁ χαλκὸς σίδηρον συνήθως ἐμφαίνει, εἴη ἂν οὕτω σιδηρόνωτος ἡ τοῦ Αἴαντος ἀσπὶς κατὰ τὴν τοῦ τραγῳδικοῦ Καπανέως. cf. Ibid. ad Il. θ'. 193. p. 707. 60. — Chori verba esse quisque videt.

Ad Antigonam porro auctoritate Paris. A refertur Antiopes fgm. XXIV, quod hic recipere non dubitabit Welckerus, sed locum in hac tragoedia, qualis nobis fuisse videtur, habere non potuisse, aptissime vero in Antiopa legi, primo aspectu apparet et infra doctum est. — Neque magis huc pertinet Andromedae fgm. L, quod huc rettulit Fritzschius.

ANTIOPH.

Antiopes historiam ex Euripide, ut ipse confitetur, Hyginus narrat fab. VIII his verbis: *Nyctei *) regis in Boeotia fuit filia Antiopa. Eius formae bonitate Iuppiter adductus gravidam fecit. Quam pater quum punire vellet propter stuprum minitans, periculum Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa pervenerat, Epaphus Sicyonius stabat. Is mulierem advectam domo matrimonio suo iunxit. Id Nycteus aegre ferens quum moreretur, Lyco fratri suo per obtestationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne impune Antiopa ferret. Huius post mortem Lycus Sicyonem venit. Interfecto Epapho Antiopam vinctam abduxit in Cithaeronem; parit geminos et relinquit. Quos pastor educavit, Zetum et Amphionem nominavit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasionem nacta fugae se mandavit; devenit ad filios suos. Ex quibus Zetus existimans fugitivam, non recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi (illuc) delata est. Ibi Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore pastore adolescentes certiores facti, eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt; Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere vellent, vetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.* Huic narrationi supplendae inservit Apollod. III, 5, 5. *Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως· ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθεν, ἡ δὲ ὡς ἔγκυος ἐγένετο, τοῦ πατρὸς ἀπειλοῦντος εἰς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπέα καὶ τούτῳ γαμεῖται. Νυκτεὺς δὲ ἀθυμήσας ἑαυτὸν φονεύει, δοὺς ἐντολὴν Λύκῳ παρὰ Ἐπωπέως καὶ παρὰ Ἀντιόπης λαβεῖν δίκας. ὁ δὲ στρατευσάμενος Σικυῶνα χειροῦται, καὶ τὸν μὲν Ἐπωπέα κτείνει, τὴν δὲ Ἀντιόπην ἤγαγεν αἰχμάλωτον. ἡ δὲ ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς τῆς Βοιωτίας, οὓς ἐκκειμένους εὑρὼν βουκόλος ἀνατρέφει, καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἀμφίονα. Ζῆθος μὲν οὖν ἐπεμελεῖτο βουφορβίων, Ἀμφίων δὲ κιθαρῳδίαν ἤσκει δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. Ἀντιόπην δὲ ᾐκίζετο Λύκος καθείρξας καὶ ἡ τούτου γυνὴ Δίρκη. λαθοῦσα δέ ποτε τῶν δεσμῶν αὐτομάτως λυθέντων ἦκεν ἐπὶ τῶν παίδων ἔπανλιν, δεχθῆναι πρὸς αὐτῶν θέλουσα. οἱ δὲ ἀναγνωρισάμενοι τὴν μητέρα τὸν μὲν Λύκον κτείνουσι, τὴν δὲ Δίρκην δήσαντες ἐκ ταύρου θανοῦσαν ῥίπτουσιν εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην.* Cf. Schol. Apollon. Rhod. IV. 1090. Aliunde igitur fluxerunt, quae Hyginus paullo ante (fab. 7) scripserat: „*Antiopa, Nyctei filia, ab Epapho per dolum est stuprata. Itaque a Lyco viro suo eiecta est. Hanc viduam Iuppiter compressit*," neque ad hanc fabulam pertinent, quod et Hyginus ipse docet, quum fab. 8 inscripserit: *Eadem (Antiopa) Euripidis, quam scripsit Ennius.* Deinde sequitur argumentum fabulae, quod supra attulimus. Ex Hygino simul discimus, Ennium imitatione expressisse hanc Euripidis fabulam: sed ne unum quidem huius imitationis fragmentum aetatem tulit.

---

*) Ab Homero (Od. XI. 259) et Asio (ap. Paus. II. 6. 2.) Antiope Asopi, ab aliis Lycurgi filia dicitur.

Eandem vero etiam Pacuvius Latinis versibus reddidit ita quidem, ut Latina ad verbum de Graecis exprimeret (cf. Cic. de Fin. I. 2. 4. Pers. Sat. I. 77.). Quare quae supersunt fabulae Pacuvianae fragmenta in constituenda Euripidis tragoedia non debent negligi, neglecta vero sunt a Valckenario, qui alioquin praeclarissime Euripideae fabulae reliquias tractavit (Diatr. p. 58—87.) De tempore autem si quaeris, quo Antiope acta sit, ex schol. Aristoph. Ran. 53 elucet, eam una cum Hypsipile et Phoenissis in scenam prodiisse; Phoenissas vero Ol. XCII. 2. scenae commissam esse iam supra monuimus. cf. adnot. ad Andromed. fgm. IX. — Fragmenta ipsa, etsi non pauca supersunt, ad argumentum accurate describendum non sufficiunt.

I. 179.

Etym. M. p. 411, 11. *Ζῆθος — εἴρηται — ὅτι ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἰζήτει εὐμαρῶς τεκεῖν αὐτόν, ὡς φησιν Εὐριπίδης*

Τὸν μὲν κικλήσκει Ζῆθον· ἐζήτησε γὰρ
τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσά νιν.

cf. Etym. Gud. p. 230. 57. *Εὐριπίδης σαφῶς ἐτυμολογεῖ ἐν Ἀντιόπῃ. ζητῆσαι γὰρ τόκοισιν εὐμάρειαν ἡ τεκοῦσα γυνή.* De similibus lusibus etymolycis cf. fgm. II. Bene perspexit Matth., e prologo haec ducta esse; quem nemo, nisi deorum aliquis, fortasse Mercurius, qui etiam in fine fabulae apparuerit, dicere potuerit. Eodem pertinere videntur fragm. II. III.

II. 180.

Etym. M. p. 92. 2. *Λέγει Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ἐτυμολόγος* (ἐτυμολογῶν egregie Valck.) *τὸ Ἀμφίων, ὅτι Ἀμφίων ἐκλήθη παρὰ τὴν ἄμφοδον ἦγουν παρὰ* (*τὸ παρὰ* inserit Ms. Valck.) *τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι*, quam etymologiam Aristophanes irrisit in Thesmophoriazusis posterioribus (ed. Fritzsch. p. 18. Dindf. fgm. 304. Bergk. fgm. IX.) ap. Poll. IX. 36. Extrema verba sic corrigit Fritzsch.: *ἦγουν παρὰ τὸ ἀμφὶ ὁδὸν γεννηθῆναι*, non solum, ne praepositio *παρὰ* toties repetatur, sed etiam propterea, quod *Ἀμφίων* ex verbis *ἀμφὶ ὁδὸν* coaluisse dixerit Euripides. Nam sic refert Hygin. fab. 7: *quos pastores pro suis educarunt et appellarunt Zeton ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν.* Fluctuat enim scriptura inter *Ζῆτον* et *Ζῆθον*. Verba *παρὰ τὴν ἄμφοδον* autem negligenter posuit grammaticus, quippe quae non sententiam Euripidis, sed locum Aristophanis contineant. Sed Fritzschio etiam probabilius Th. Bergkius grammatici verba in hunc modum restituit: *παρὰ τὸ ἀμφὶ τὴν ὁδὸν ἦγουν παρὰ τὴν ὁδὸν γεννηθῆναι.* — Ceterum Euripides saepius ita nominibus lusit. Cf. Meleagr. fgm. VIII. Elmsl. ad Bacch. vs. 508.

III. 181.

Steph. Byz. v. *Τρία. χώρα πλησίον Αὐλίδος, — Ἡσίοδος δὲ ἐν Τρίᾳ τὴν Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι, Εὐριπίδης δ' ἐν Ταΐᾳ*, ubi cum

Valck. scribi Τσίαις necesse non esse bene monet Matth. propter locum, qui mox ap. Steph. Byz. sequatur: Τσία, πόλις Βοιωτίας, καὶ ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς. Itaque recte scribere poterat Harpocr. Τσίαι, — — τῆς Βοιωτίας πόλις, ἧς μνημονεύει καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ. — cf. fgm. I. Hoc fragmentum vero ibi etiam locum habere poterat, ubi Antiope filiis historiam suam narrabat.

182. IV.

Prologo recitato Welck. haud male chorum in scenam prodiisse suspicatur festum aliquod celebrantem ac dei, cuius in honorem festum celebrabatur, laudes carmine extollentem. Ac fortassis e verbis quibusdam, quae ex fabula nostra Clem. Alex. Strom. I, 25, 163. p. 418. P. servavit,

ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλου
κομῶντα κισσῷ στῦλον Εὐίου θεοῦ.

(quaeque sic emendavit Toup. ad Longin. p. 364. ed. Ox., scribebatur enim βουκόλον,) colligi poterit, Dionysia ruralia esse acta, praesertim quum scena ante domum pastoris, a quo Zethus et Amphio educabantur, haud procul ab Eleutheris ruri, (fortassis Hysiae, ubi pastor geminos repererat), esset. (cf. fgm. XL.) Neque improbabile est, post chori parodum Amphionem in medium processisse, musicae cantusque amantissimum atque peritissimum (cf. Apollod. l. c.), et choro lyram recens Mercurio inventam (cf. Paus. IX. 5. 4.) et ipsi donatam descripsisse ac ostendisse. Huc enim referenda videntur, quae Cic. de Div. II. 64. tradit: „Nam Pacuvianus Amphio:

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
capite brevi, cervice anguina, adspectu truci,
eviscerata, inanima, cum animali sono

quum dixisset obscurius, tum Attici *) respondent, *non intelligimus, nisi aperte dixeris.* At ille uno verbo: *Testudo. Non poteras hoc igitur a principio, citharista, dicere?*“ In quibus postrema a Cicerone ad sententiam tantummodo allata esse bene perspexit Welck.

183. V.

Quum vero Amphio lyram ostendisset eiusque virtutes exposuisset, sine dubio chorum etiam eiusdem usum docuit hymnum in Mercurium canendo, quod haud temere aliquis suspicetur propter verba Philostrati vit. Soph. II. 27. 4. (p. 618. ed. Ol. p. 111, 23.

*) Pro corrupto hoc vocabulo Orellius proposuit: *Astici*, ἄστεος Thebarum incolae; at scenam certe apud Euripidem non Thebis, sed ruri fuisse supra monuimus; Welckerus *Bacchici*, quod quid sibi velit, non satis intelligo; ad verum autem proxime accessisse videtur Bergkius scribendo *rustici*, nam chorus ex rusticis vel pastoribus constabat.

ed. Kays.) *Μελέτης δὲ ὁ Ἱππόδρομος οὔτε ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος ἠμέλει οὔτε ὁδοιπορῶν, οὔτε ἐν Θετταλίᾳ, ἀλλὰ καὶ κρεῖττον* [scribe *κρεῖσσον*] *ὄλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε ὕμνων καὶ Ἀμφίονος.* Ad quem locum Seidlerus conferri iubet Eustath. p. 1192, 48. ed. Rom. Cf. inc. fab. fgm. CLXI. — Interfueritne etiam Zethus huic Amphionis cum choro colloquio definire non ausim.

Ab hac scena proxime Antiope ipsa concitato cursu in scenam accelerabat, nam Dirces crudelitatem modo effugerat, timens, ne illa se persequeretur. Quae quum primum advenerat, tutelam auxiliumque Zethi et Amphionis implorabat, quibus, quo facilius eos flecteret, casus suos atque infortunia narrabat. — Huc pertinent fgm. VI. VII. VIII. XI. XIII. et Pacuvianae fabulae fragmenta (9. 2. 3.).

VI. 184.

Stob. XCVIII. 36.

Πόλλ' ἐστὶν ἀνθρώποισιν, ὦ ξένοι, κακά.

Verba Antiopes sunt.

VII. VIII. 185.

Cedren. p. 22, E. *Ὁ μὲν Εὐριπίδης — τὸν Δία φησὶν, εἰς ἄτυρον μεταβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι.* cf. Schol. Apoll. Rhod. IV. 1090. Io. Malal. Chron. p. 58. Ovid. Met. VI. 109. Haec in Antiopae narratione, neque vero in prologo, ut quibusdam visum est, locum habuisse patet ex fgm. IX. In narratione ipsa vero coniuncta esse debebant cum iis, quae tradit Eustath. ad Odyss. *π'*. p. 1799, 54. (601). *Δῆλον δ' ὅτι κύειν καὶ τὸ ἔγκυον εἶναι δηλοῖ, ὃ διαφέρει τοῦ τίκτειν καθότι αὐτὸ ἀπαλλάττει τοῦ κύειν. καὶ φέρεται εἰς τοῦτο χρῆσις ἐξ Ἀντιόπης τὸ κύουσα τίκτον ἤγουν κατὰ γαστρὸς φέρουσα εἶτα ἔτεκον.* Cum his cf. Ammon. Diff. Voc. p. 86. ed. Valck. *κύειν μὲν τὸ ἔγκυον εἶναι, τίκτειν δὲ τὸ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κύειν. Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ* (sic bene Valck. Diatr. p. 60. pro *ἐναντίον ἢ*) *κύουσα, τίκτω, εἶπεν, ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.* quod Valck. l. c. in hunc modum

κύουσ' ἔτικτον ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.

aut potius

κύουσα τίκτω θ' ἡνίκ' ἠγόμην πάλιν.

sic corrigendum esse docuit. Musgr. dedit *ἡνίχ' ἠκόμην πάλιν.*

IX. 186.

Clem. Alex. Strom. V, 14, 112. p. 716. P. et hinc Euseb. Praep. Ev. p. 679. D. ed. Vig.

οὐδὲ γὰρ λάθρα δοκῶ
φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον
σοὶ Ζῆν' ἐς εὐνὴν ὥσπερ ἄνθρωπον μολεῖν.

Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ. — *Ζῆν'* pro vulg. *τήνδ' ἐς εὐνὴν* recte a Valck. Diatr. p. 63 restitutum esse et sententia et verborum Clementinorum continuitas luculenter testantur. Amphionis enim sunt verba Antiopae diffisi, quae a Iove satyri formam mentito se corruptam esse dixerat: noverat enim, ut bene Valckenarius l. c. monet: puellas solere *εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους* (Eur. Bacch. 29.).

187. X.

Stob. LXIII. 2.

Κόρος δὲ πάντων· καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
λέκτροις ἐπ' αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους·
δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις ἄσμενος πάλιν
φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἤσθη στόμα.

Antiopae ad Amphionis dubitationes respondentis verba esse optime perspexit Valck. Diatr. p. 64. et praeclare contra Matthiaeum monuit Welck. p. 818. — Vs. 2. *λέκτροις ἐπ' αἰσχροῖς* pro vulg. *λέκτροις ἐν αἰσχροῖς* ex emendatione Pflugkii (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 21.) scripsimus. cf. Med. 639. *θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις* et Pflugk. ad Med. 8. De verbo *ἐκπλήσσεσθαι* eodem modo adhibito vide Hel. 1413. Med. 8. — Versu 4., quem etiam Athenaeus X. p. 421. F. servavit, in cod. A. extat *ἤση*, in B. *οἴσει*, ap. Ath. *ἤσθην*.

188. XI.

Stob. LXII. 41.

Φεῦ φεῦ· τὸ δοῦλον ὡς ἅπανταχῇ γένος
πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός.

Haec verba pertinere ad ea videntur, quae Antiope in Dirces domo conditione usa servili perpessa erat.

189. XII.

Stob. LXII. 12.

Τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;

Contra illa, quae Antiope, ut ex antecedente fgm. colligi potest, de molestiis servitutis in medium protulerat, Amphio et maxime Zethus, qui *durus* a Propertio, *severus* ab Horatio, *trux* a Seneca appellatur, quum ipsi se pastoris eiusdemque servi (Dio Chrysost. orat. XV. de servit. cf. fgm. XL.) filios esse crederent, plura disputarunt, quae refutare rursus Antiope studuit, unde controversia in universum inter matrem et fratres exorta est. Optime igitur mirabunda interrogare potuit Zethum: „*nonne vides quantum malum sit servitus?*“ Ad hanc disceptationem pertinent fgm. IX. XIV. XV. XVI. XVII.

XIII. 190.

Stob. XCIX. 12.

Φρονῶ δ', ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·
τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ
νοσοῦντα· κέρδος ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

Versum 1 habet etiam Erotian. (v. 210. ed. Franz) v. *κατεφρόνει*, ubi tamen legitur *μικρόν*. Antiopae verba esse ex hac scena ducta egregie perspexit Valck. Diatr. p. 65. Sententiam bene expressit Grot., de qua cf. Hippol. 247 et Valck. ad h. l. Soph. Ai. 259.

XIV. 191.

Stob. LXX. 3.

Κῆδος καθ' αὑτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεών.

A Zetho fortasse ea respiciente, quae Antiope fgm. VII narraverat, dicta videntur.

XV. 192.

Stob. LXXIV. 18.

Οὐ σωφρονίζειν ἔμαθον, αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ,
γύναι, τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.

Non Amphionis, ut Valckenario Diatr. p. 65. videtur, sed Zethi manifesto sunt verba. Quod idem vir doctus l. c. scribi voluit *τό τε λιάν*, et necesse non est, quia *ι* in *λίαν* anceps est (cf. Pors. supplem. praef. Hec. p. XVI. sq. Markl. ad Iphig. Aul. 304. Elmsl. ad Med. 899), et sententiae, ut recte Matth. monet, minus convenit. Ad sententiam cf. Hippol. 264. sq. et Inttpp.

XVI. 193.

Stob. XCVIII. 38.

Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο τῶν πολλῶν βροτῶν·
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.

A Zetho haec, neque vero, ut Welck. opinatur, ab Antiopa dicta esse suspicor, nisi forte chori sunt. — *Λόγον ἔχειν* male Grot. interpretatur: „*verum esse*," significat enim: *rationem habere, rationi consentaneum esse.* cf. Suid. et Phot. v. *λόγον ἔχειν· ἀντὶ τοῦ φροντίζειν· Θεόπομπος Φιλιππικῶν α'.* cf. Soph. El. 459. Wund.

XVII. 194.

Stob. LXXII. 8.

Εἰ νοῦς ἔνεστιν· εἰ δὲ μή, τί δεῖ καλῆς
γυναικὸς, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι.

Optime Valck. post verba εἰ νοῦς ἔνεστιν more Graecorum *recte est*, vel simile quid supplendum esse monuit. — Vs. 1. τί δεῖ καλῆς γυναικὸς pro οὐ δεῖ κτλ. De interrogativo dicendi genere pro negativo adhibito vide Elmsl. ad Bacch. vs. 635. adnot. a. — Vs. 2. Similis est Oedip. fgm. VI. vs. 2. — Verba Zethi sunt haud dubie contra Amphionem dicta, qui, ut miti mollique animo erat, ita mox Antiopae miseriis lacrymisque commotus eam in domum recipi volebat. Sed irrita fuit Amphionis misericordia: inexorabilis enim **Zethus**, ut supra monuimus, aerumnosam matrem abegit. Hinc vero discordia inter fratres exorta est: Zethus Amphioni mollem animum vitio vertit ac praecipue artem musicam ut illius caussam accusat, Amphio defendit. Sed mox more hominum, ut bene Valck. Diatr. p. 67. ait, facientes, qui suarum quisque opinionum studio abrepti causam, de qua agere coeperint, in aliam saepe derivare solent, fratres motam de musica controversiam ad alia traduxerunt. (cf. Cic. de Inv. I. 50, 94. ad Herenn. II. 27.) Zethus igitur, homo durus atque agrestis, antiquae morum severitati addictus, agriculturae et armorum peritissimus, sed omnis elegantioris doctrinae inimicissimus (Cic. de Orat. II. 37, 155. Dio Chrysost. or. LXXIII. extr. fgm. XXIII.) reprehendit fratrem, quod musicae se dedat, quippe quae animos emolliat, ad inertiam negligentiamque in re familiari administranda perducat, et vel servos non deceat: eius loco potius agriculturae ac pecori, rei domesticae et armis operam navandam esse, quum multo praestantius sit bene agere quam bene dicere. Amphio vero, non modo in musica, sed in quavis ingenua arte versatissimus ac praecipue philosophia perpolitus, se ac doctrinam suam a fratris incusationibus vindicans saepissime intelligentiam et sapientiam cum in regenda civitate tum in gerendo bello plus valere docet, quam manuum vim: omnibus praeferendam esse dicendi artem, quippe qua pleraque bona effici queant: ac multo praeclarius esse, ingenuarum artium studiis, quam illis rebus negotiisque se dedere, quae aliquem utilitatis fructum promittant et vitae quotidianae usibus inserviant, praecipue quum externa bona nullius pretii esse possint, si, qui ea appetiverit, ipse vitam a Musis procul degat, et humanitatis omnisque politioris doctrinae expers sit. In hunc modum inter se disputarunt fratres. Bene autem Matth. intellexit, utrumque fratrem in longiore quadam et copiosa oratione sententiam suam exposuisse, quod etiam Platonis testimonio verisimile fit, qui haec dicit (Gorg. p. 506. B.) ἀλλὰ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς ἡδέως μὲν ἂν Καλλικλεῖ τούτῳ ἔτι διελεγόμην, ἕως αὐτῷ τὴν τοῦ Ἀμφίονος ἀπέδωκα ῥῆσιν ἀντὶ τῆς τοῦ Ζήθου. cf. Aristid. orat. XLV. p. 133. Dindf. Significat enim ῥῆσις longiorem quendam sermonem. cf. Luc. Tarrh. in Cram. An. Gr. Ox. IV. p. 314. ῥῆσις, λόγος διεξοδικὸς ὑπό τινος τῶν ὑποκριτῶν λεγόμενος πρὸς τὸν ὄχλον. Itaque plerumque nuntiorum narrationes ῥήσεις (ἀγγελικαί) appellantur. Num vero in disceptationis fine Amphio eo redactus sit, ut fratri cederet et discordiae vitandae caussa ad armenta remque familiarem curandam se verteret, ut Valckenario ex Hor. Epist. I, 18, 39 sqq., quocum Acronis adnotationem conferas, visum est, dicere vix ausim. Ad disputationem ipsam pertinent

fgm. XVIII—XXXVII., quae sic ordinavimus, ut primo loco omnia, quae Zethi verba esse (i. e. fgm. XVIII—XXVII.), deinde ea, quae Amphionis responsionem continere viderentur (i. e. fgm. XXVIII—XXXVII.), poneremus.

XVIII. XIX. 195.

Plat. Gorg. p. 485. E. *κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα τοῦ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι, καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖ' ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ' εἰκὸς ἂν καὶ πιθανὸν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλου νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο.* Ad vocem *μειρακιώδει* adnotavit Olympiod. in comment. Ms. ap. Valck. Diatr. p. 74. *ὁρᾷς πῶς, Εὐριπίδου γυναικώδει εἰρηκότος, αὐτὸς μειρακιώδει εἶπε.* Sed *γυναικομίμῳ* scripsisse Euripidem ostendit Grot. ex Philostr. Vit. Apoll. Tyan. IV. 21. p. 160. οἳ (sc. *ἔφηβοι*) — *νῦν ἴσως ὁμοῦνται — κόρυν μὲν οὐδεμίαν φέρειν, γυναικομίμῳ μορφώματι κατὰ τὸν Εὐριπίδην, αἰσχρῶς διαπρέπειν.* Hinc etiam restituendum esse *διαπρέπεις* idem vidit, ipse tamen in Exc. hos versus exhibuit: — *ψυχῆς ὧδε γενναίαν φύσιν Γυναικομίμῳ διατρέπεις μορφώματι*; Alium versum e Platonis verbis elicuit Luzacius hunc: *Ἄμφιον ἀμελεῖς, ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ*, cui Valck. Grotianos mutatis *γενναίαν φύσιν — διατρέπεις* in *γενναία φύσις — διαπρέπεις*, subiunxit interserto *αἰσχρῶς τε*, quod apud Philostr. legitur, ita ut haec Euripidis verba ecaderent:

> *Ἄμφιον, ἀμελεῖς ὧν ἐπιμελεῖσθαί σε δεῖ,*
> *αἰσχρῶς τε, ψυχῆς ὧδε γενναία φύσις,*
> *γυναικομίμῳ διαπρέπεις μορφώματι.*

Zethus igitur dicit: *Negligis ea, Amphio, quae curare te decet, quique praeclaram adeo habes ingenii indolem, forma muliebri turpiter speciosus incedis.* cf. Valck. Diatr. p. 75. Sed in his versibus Valck. non perpendit, *τε* ante *ψυχῆς* necessario produci. Voce *γυνναικόμιμος* usus est Eurip. in Bacch. 798. Aesch. Prom. 1007. Soph. fgm. ap. Clem. Alex. Paed. III, 11, § 53. p. 286. P *γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν.* —

Ad extrema Platonis verba adnotat Olymp. l. c. *ὁ Εὐριπίδης εἶπεν καὶ οὐκ ἂν ἀσπίδων κύτει προσομιλήσῃς. οὗτος δέ φησι, δίκαις σχολάζει, ὦ Σώκρατες.* Hinc efformavit Grotius hos versus paullulum hiantes: *οὔτ' ἐν ἀσπίδος Κύτει ὁμιλήσας ἂν ὀρθώσῃς στρατόν· Οὐ τεῖχος ἂν λάβοις σὺ, οὔτ' ἄλλων ὕπερ Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.* Correxit eos quidem Gatakerus Advers. misc. p. 510. et ap. Valck. Diatr. p. 85., sed plura aliena admiscuit et inseruit, quae Graece vix dici possunt. Euripideam vero orationem restituisse videtur Valck. Diatr. p. 84. his versibus:

> *οὔτ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθῶς ἂν λόγον*
> *προθεῖο πιθανὸν, οὔτ' ἂν ἀσπίδος ποτὲ*

κύτει γ' ὁμιλήσειας, οὔτ' ἄλλων ὕπερ
νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.

196. XX.

Stob. XXX. 1. c. lem. *Εὐριπίδου* fabulae nomine omisso:

Ἀνὴρ γάρ, ὅστις, εὖ βίον κεκτημένος,
τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,
μολπαῖσι δ' ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται,
ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
5. *φίλοισι δ' οὐδείς· ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,*
ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.

In Paris. A. fragmentum deest. Quod ex Antiopa ductum esse propter argumenti similitudinem egregie coniecit Gatakerus Adv. misc. p. 510 C. consentientibus viris doctis ad unum omnibus. Idem locus enim Platoni obversatus esse videtur in Gorgia p. 484. D, ubi plura ex Antiopa praebet, haec dicenti: *καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν* i. e. (*ἀργὸς πόλει*) *καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἰδίᾳ* (*ἀργὸς οἴκοις*) *καὶ δημοσίᾳ.* Vs. 1. Diphilus comicus apud Athen. VI. p. 247. B. in usum suum convertit. De voce *βίος* vide ad fgm. XXXII. — Vs. 2. de forma *ἀμελία* cf. Monk. ad Hipp. 1365. — Vs. 3—6. praebet etiam Sext. Empiric. adv. Math. VI. § 35. p. 755. ed. Bek., ubi tamen vs. 5 ita scriptus est: *φίλοισι δ' οὐθείς, ἄλλ' ἄφαντος οἴχεται.* Extrema verba fortasse huc relata sunt ex Orest. 1552. Mirum autem est, quod formam *οὐθείς* Valk. probavit, quum satis eam non nisi a scriptoribus sequioris aetatis adhibitam esse constet. Optime contra idem vir doctissimus Diatr. p. 71. versum secundum, in quo legebatur *παρείασεν*, scribendo *παρεὶς ἐᾷ* restituit, eamque correctionem ibidem ita defendit, ut de eius veritate dubitari vix possit. Ad vs. 4 sq. cf. Heracl. 4. *πόλει τ' ἄχρηστος, καὶ ξυναλλάσσειν βαρὺς, αὐτῷ δ' ἄριστος.* Solent enim plerumque tragici in eiusmodi sententiis publica et privata officia distinguere. cf. Antiop. fgm. XXXVII., fgm. XLI. vs. 3., et fgm. XXX. v. 1. Athen. 1835.

197. XXI. XXII.

Plat. Gorg. p. 486. C. *ἀλλ' ὦ 'γαθὲ, ἐμοὶ πείθου· παῦσαι δ' ἐλέγχων, πραγμάτων εὐμουσίαν ἄσκει, καὶ ἄσκει, ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἄφελε, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι εἴτε φλυαρίας, ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.* Ad hunc locum adnotat Olympiodorus initio: *ὁ Ζῆθος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι ῥῖψον τὴν λύραν καὶ κέχρησο ὅπλοις.* (Eadem habet schol. Platon. p. 115, scribens tamen *κέχρησο δὲ ὅπλοις.*) Deinde ad verba *πραγμάτων δ' εὐμουσίαν· Ἐκεῖνος εἶπε τῷ Ἀμφίονι, ὅτι πολέμων δὲ εὐμουσίαν ἄσκει· οὗτος δέ φησι, πραγμάτων.* Ad postrema denique: *παῦσαι τοίνυν, ἐξ ὧν ἐν κενοῖς καὶ ματαίοις κα-*

τοιχήσεις οἴκοις· οὐδὲν γὰρ ἐκ τούτων κερδανεῖς. Versus, quos Plato hic respexerit, ex parte servavit Stob. LVI. 13.

τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρόνειν,
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπισταθῶν
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα.

Reliquos ex Platonis verbis in hunc modum restituit Valck. Diatr. p. 86. Olympiodori ope:

ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ·
παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει· τοιαῦτ' ἄειδε κτκ.

In quibus τῶν πολεμίων dictum est pro τῶν πολεμικῶν πραγμάτων frequenti et apud poetas et apud scriptores orationis pedestris usu. Pro ποιμνίων vero, quod Stobaei codd. praebent, Valck. vitandi homoeoteleuti caussa scribi voluit: ποιμνίοις, velut Soph. OT. 1038, sed quam incerta haec mutandi ratio sit, vix est quod moneamus. — Ex Olympiodori adnotationibus hosce versus eruerat Heinsius in Horat. p. 55.:

ῥῖψον λύραν,
κέχρησο δ' ὅπλοισι, πολέμων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει.

Valckenario in mentem venerant hi:

Ῥῖψον λύραν, Ἄμφιον, ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ,
κέχρησ' ὅπλοισι, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει.

in quibus Matthiaeus recte monet displicere ἀλλὰ, quum nihil opponatur. Ipse igitur proposuit:

πιθοῦ· κέχρησ' ὅπλοισι καὶ ῥῖψον λύραν,
παῦσαι δ' ἀοιδῶν κτλ.

Mihi vero πιθοῦ tum nude poni vix potuisse videtur, sed potius, ut Valckenarius voluit, ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ, ita tamen, ut haec verbo initio collocentur et praegressis opponantur. Tunc sic evadat totus locus:

ἀλλ' ἐμοὶ
πιθοῦ· κέχρησ' ὅπλοισι καὶ ῥῖψον λύραν,
παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει. τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν,
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπισταθῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Extremum versum iam Grot. e Platone et Dione (cf. fgm. sq.) Stobaeanis subiecerat. — Vs. 4. Primam in τοιοῦτος nonnunquam a poetis scenicis corripi vix est quod moneam. cf. Valck. ad Phoen. 512. Boeckh. not. crit. ad Pind. p. 492. Ellendt. Lex. Soph. II. p. 843. fin.

XXIII. 189.

Dio Chrysost. or. LXXIII. p. 635. C. Ὡς ἐκεῖνος (Ζῆθος) ἐνου-

θέτει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν φιλοσοφεῖν αὐτὸν οὐδὲ περὶ μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν· ἔφη δὲ αὐτὸν ἄτοπόν τινα καὶ ἀσύμφορον Μοῦσαν εἰσάγειν, ὥσπερ ἂν τυχὸν εἴποι τις, καὶ σὲ τοιαύτην προειρῆσθαι πρᾶξιν, οὐκ ἀργὸν, οὐδὲ φίλοινον οὐδαμῶς, χρημάτων μέντοι τῶν αὐτοῦ ἀτημελῆ ἴσως· καὶ νὴ Δία λέγοι ἂν καὶ τόδε τὸ ἔπος

ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.

Sext. Empir. adv. Math. VI. 27. p. 362. (p. 754. ed. Bekk.) *λέγομεν τοὐναντίον αὐτὴν ἀσύμφορον εἶναι καὶ ἀργὴν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ.* Quos hinc Porsonus ad Med. 139. VII. formaverat versus

Μοῦσάν τιν' ἄτοπον εἰσάγεις, ἀσύμφορον,
ἀργὴν, φίλοινον, χρημάτων ἀτημελῆ.

nunc Geelius (Dionis Olympic. p. 432) codicum auctoritate tuetur. Quare Matthiaei supersedere possumus coniectura, prioris locum tenuisse versum *κακῶν κατάρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων*, a comico quodam poeta ap. Ath. XIV. p. 616. C. Plut. Symp. II. 1. 13. (p. 634. F.) irrisionis causa detortum in *κ. κ. τήνδ' ἐμοῦσαν εἰσάγων.*

199. XXIV.

Stob. LXII. 4.

Οὐ χρή ποτ' ἄνδρα δοῦλον ὄντ' ἐλευθέρας
γνώμας διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.

Haec verba quin ex eadem Zethi adversus fratrem oratione petita sint, vix potest dubium esse, nam Zethum et Amphionem servi se filios esse putasse supra monuimus (fgm. XII.). Non debebat igitur Welckerus ea ad Antigonam transferre, quamquam in cod. Paris. A. lemma *Εὐριπίδου Ἀντιγόνῃ* suprascriptum est, quum et verba ipsa locum in illa tragoedia aegre habere potuerint, et auctoritati codicis Paris. A. in exhibendo lemmate non nimium tribuendum sit, quippe idem codex versus quosdam (cf. fgm. XLVI.) ex Euripidis Heraclidis citavit, qui in Heraclidis non reperiuntur, a reliquis codicibus vero recte ad Antiopam referuntur. Facile etiam scriptura *Ἀντιγόνῃ* pro *Ἀντιόπῃ* calami errore exoriri poterat, velut in Marmore Albano. cf. p. 5.

200. XXV.

Plat. Gorg. p. 486. B. *καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη φῶτα ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μήδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων μήτε ἑαυτὸν μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν, ἀτεχνῶς δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει;* Ex his Grot. Exc. p. 373. hos versus eruit:

καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἔστιν, εἴ τις εὐφυῆ
λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα.

Vs. 1. Valck. cum Luzacio *εἴ τιν' εὐφυᾶ* scripsit, qua tamen cor-

rectione non opus est. cf. Matth. Gr. Gr. § 113. Matthiaeus proposuit: *καίτοι σοφὸν πῶς ἐστιν.* In sequentibus autem latere versum

μήτ' αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενόν γ' ἐπαρκέσαι

bene Valck. Diatr. p. 83 coniecit, in quo Matth. *δυνάμενον προσαρκέσαι* maluit.

XXVI. 201

Stob. Append. e cod. Florent. ap. Gaisf. Vol. IV. 11. p. 382. ed. Gaisf.

Ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
νικᾷ, σοφὸς μὲν, ἀλλὰ γὰρ τὰ πράγματα
κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

Vs. 3. *κρείσσω* ex emendatione Iacobsii (Lectt. Stob. p. 147) Matthiaeo et Pflugkio consentientibus pro vulg. *κρεῖσσον* scripsimus; pro *ἀλλὰ γὰρ* autem *ἀλλ' ἐγὼ* scribendum videtur.

XXVII. 202.

Plat. Gorg. p. 484. E. *Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου· λαμπρός τ' ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ*

κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

quem ad locum scholiastes et Olympiodorus adscribunt: *τὰ ἰαμβεῖα ταῦτ' ἐστιν ἐξ Ἀντιόπης, τοῦ δράματος Εὐριπίδου ἐκ τῆς Ζήθου ῥήσεως πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἀμφίονα.* Fallitur igitur Valck. Diatr. p. 76. hos versus Amphioni tribuens, bene vero initium supplevit in hunc modum:

ἐν τούτῳ γέ τοι
λαμπρὸς θ' ἕκαστος, κἀπὶ κτλ.

vel sic:

ἐν τούτῳ γε πᾶς
λαμπρός τις ἐστι κἀπὶ κτλ.

Coniunctivum *τυγχάνῃ* optime contra Valckenarium, Heindorfium, Buttmannum defenderunt Matth. ad h. l. et Stallb. ad Plat. l. c. cf. Pors. ad Med. 222. ad Orest. 141. Eundem tuentur, qui vss. 2 et 3 citarunt, Plut. de garrul. 22. p. 514. A. (ed. Dübner) Sympos. II. 1. p. 630. B. Plato. Alcib. II. p. 146. A. Plut. vero pro *βέλτιστος* praebet *κράτιστος.* *Αὑτοῦ* genitivus pertinet ad *βέλτιστος*, ut sententia haec sit: *in quo se maxime excellere senserit.* cf. Matth. Gr. Gr. § 460.

XXVIII. 203.

Anon. gramm. *περὶ λυρικῶν* in Boisson. Anecd. Gr. IV. p. 458. *Λύρα τοίνυν προσηγορεύθη διὰ τὸ λύτρον ὑπὸ Ἑρμοῦ δεδόσθαι τῆς κλοπῆς τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος, καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ· λύρᾳ βοῶν ῥύσα ἐξερρύσατο.* Cum his cf. Etym. *M.* v. *λύρα*, Bekk. An. Gr. p. 752, 15, Auct. Epimerism. in Cram. An. Gr. Ox.

II. p. 387. 13. et Schol. Nicandr. Alexiph. 557. *Ἀνδήεσσαν δὲ διὰ τὴν λύραν, ἣν ἐποίησε τῷ Ἀπόλλωνι ἀντὶ τῶν βοῶν. μισθωτὸς γὰρ ὢν Ἀδμήτου ὁ Ἀπόλλων ἔβοσκεν αὐτοῦ τοὺς βόας, οὓς ἔκλεψεν ὁ Ἑρμῆς, καὶ φωραθεὶς ἔδωκεν αὐτῷ ἀντίλυτρον τὴν κίθαραν τὴν ἐκ τῆς χελώνης αὐτῷ κατεσκευασμένην, τὴν λεγομένην χέλυν, ὅθεν καὶ λύρα ἐκλήθη, οἱονεὶ λύτρα τις οὖσα ὑπὲρ τῶν βοῶν.* Eustath. Prooem. Comment. Pindar. p. 26. ed. Schneidewin. *Ὡς δὲ λύρα εἴρηται ἢ παρὰ τὸ λύειν ἀρὰς, οἷς πρὸς ἡδονὴν γλυκέως ἁρμόττεται, ἢ παρὰ τὸ μυθικῶς εἰς λύτρον καταλλακτήριον εὑρεθῆναι ὑπὸ Ἑρμοῦ, ὃς χέλυν ὅ ἐστι λύραν ἐξ ὀστράκου συντεθεῖσαν χελώνης δοὺς τῷ Φοίβῳ ἀντὶ βοῶν κλοπῆς οὕτως ἐλύσατο ἑαυτῷ τὸν ὑπὲρ τοῦ κλέμματος χόλον λέγουσι καὶ αὐτὰ οἱ παλαιοί.* Hinc Schneidewinus Euripidis versu verissime in hunc modum restituto:

λύρᾳ βοῶν γὰρ ῥύσι᾽ ἐξελύσατο.

recte monet, Amphionem his verbis lyram a fratris vituperiis vindicaturum eam a Mercurio inventam apellatamque dicere.

204. XXIX.

Stob. III. 12.

Τὸ δ᾽ ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
κακῶς ἐμέμφθης· καὶ γὰρ, εἰ φρονεῖν ἔχω,
κρεῖσσον τόδ᾽ ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.

Paris. A. praebet: *εἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω*, et eodem modo Maximus legit, unde fortasse veram elicias scripturam: *κεἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω.* Ad sententiam simile est Belleroph. fgm. VIII.

205. XXX.

Stob. LIV. 5.

Γνώμη γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ᾽ οἶκος, εἴς τ᾽ αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα·
σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ᾽ ἀμαθία πλεῖστον κακόν.

Eosdem vs. exhibent Orio. Anthologn. (farrag. Euripid. nr. 17 post tit. VIII) p. 57 ed. Schneidewin. sine fabulae, et Arsen. Viol. p. 165. ed. Walz sine auctoris et fabulae nomine. Apud Orionem vs. 1. *γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν* legitur, quod Schneidewinus se invitum derelinquere dicit, quippe quum *ἰσχύει* refragetur. — Vs. 3. Paris. A. et Orio *εὖ βουλ.*, sed in A. supra scripto *ἓν βουλ.*, recte vero *ἓν* Paris B, et, qui vss. 3 et 4 citant, Sext. Empir. adv. Matth. I. 279. p. 663. ed. Bekk., Galen. Protrept. T. I. p. 35. ed. Kühn., Plutarch. an seni ger. sit. resp. X, 10. (p. 790. A.), Eustath. ad Il. *β'*. p. 182, 42—240. (42.) Schol. Venet. et Paris. (in Cram. Anecd. Graec. Paris vol. III. p. 153. fin. et p. 191. 22.) ad Il. *β'*. 372, vetus inscriptio commemorata Villois. Anecd. Gr. T. II. p. 44., et Anton. Meliss. et Maxim. in edit. Stob. a. 1609. Serm. LXXVII. p. 131. 8. et Serm. CXV. p. 190. 36; item, qui de huius versus argumento fusius egerunt, rheto-

res Nicolaus Progymn. IV, 1. in Walz Rhet. I. p. 278. et Doxopater Homil. ibid. II. p. 303. Orio: χεῖρας pro χέρας. Ad sententiam dignus est qui conferatur versus Agathonis apud Stob. LIV, 3 et Arsen. Viol. p. 165. *γνώμη δὲ κρείσσων ἐστὶν ἢ ῥώμη χερῶν.* cf. Soph. fgm. inc. 676. Vs. 4. Stob. Arsen. *πλέον*, sed recte *πλεῖστον* Orio, Sext. Empir. et Schol. Il. II. cc. Galenus l. c. *σὺν ὅπλοις δ' ἀμαθία χεῖρον ἢ κακόν.*

XXXI. 206.

Stob. VI. 22.

Καὶ μὴν ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν
ἀσκοῦσι βίοτον, ἢν σφάλωσι χρημάτων,
κακοὶ πολῖται· δεῖ γὰρ ἄνδρ' εἰθισμένον
ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς ἐν ταὐτῷ μένειν.

Cf. Valck. Diatr. p. 79, qui Grotii extremorum versuum interpretatione iure reprehensa eos sic explicandos ducit: *adsuetus enim intemperantiae semper ventrem expleat necesse est.* Recte quidem: nam Matth. neque offendi debebat dictione *ἦθος γαστρὸς*, quae quid vel nude posita offensionis habeat, equidem non video: (hoc loco vero dictum est *ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς* pro *ἀκολασία γαστρὸς*), neque Accusativo cum *εἰθισμένος* coniuncto, quum diversum non sit Autolyc. fgm. I. v. 8. *ἔθη οὐκ ἐθισθέντες καλά*: ἔθος et ἦθος enim nihil fere differunt:

XXXII. 207

Stob. XVI. 4. Ant. Melissa et Maxim. in edit. Stob. a. 1609. Serm. XLI. p. 64, 51.

Εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν πειράσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

Βίον κεκτημένοι sunt *divites; βίος* enim non modo de vita ipsa, sed de iis etiam adhibetur rebus, quae ad vitam sustentandam aut opus sunt, aut vitae sustentandae inserviunt, itaque omnino de opibus divitiisque. Cf. fgm. XX. Suppl. 450 sq. 861. 873. Hel. 440. Bellerophfgm. X. v. 14, fgm. II. vs. 12, Stheneb. fgm. I. vs. 2. Soph. Phil. 919. 921. 1266. Plato de Legg. VIII. p. 842. C. IX. p. 936. C. etc. — In Maximi sententiis l. c. sic legitur: *μηδὲν δ' ὅμως τι τῶν καλῶν πειράσεται.* — Vs. 3. codd. Paris A. B. *αὐτὸν οὔποτ'* a manu sec.

XXXIII. 208.

Stob. CV. 11.

Τοιόσδε ζώντων τῶν ταλαιπώρων βίος·
οὐδ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυστυχεῖ.

εὐδαιμονεῖ δὲ καὐθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.
Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες
οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα, μὴ λυπούμενοι;

Τοιόσδε recte Gaisf. pro *τοῖος δέ*. — Vs. 2. lege *οὔτ' εὐτυχεῖ*. — Vs. 4. Clem. Alexand. Strom. VI. 2. § 13. p. 744. P. praebet: *τί δήποτ' ὄλβῳ κτλ.* — Valckenario et Welckero hos versus Amphioni tribuentibus assentior quidem, attamen eos etiam in fine fabulae, postquam Antiopae infelix conditio in felicem, Dirces contra felix in miseram transierat, dici a choro potuisse non negaverim. Sententia ipsa trita est apud Euripidem. Vs. 4 sq. Simillimus est locus in Herc. f. 504 sq. Aesch. Pers. 837.

209. XXXIV.

Phot. p. 31. Herm. p. 34. Pors. *Εὔκρας, εὔκρατος· Εὐριπίδης*

Βροτοῖσιν εὐκρὰς οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως.

ἐν Ἀντιόπῃ. Ita locum redintegraverat Bentl. in epist. ad Mill. p. 466. ed. Lips. Cf. Schol. Platon. p. 211. ed. Ruhnk. *Εὔκρας, εὔκρατος, ἢ εὐκέφαλος, ὡς Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.* Eodem spectare videtur gramm. in Cram. Anecd. Gr. Ox. IV. p. 331. 1. *Τὰ ἐκ παρακειμένου συνεσχηματισμένα ὀξύνεται, καὶ διὰ τοῦ τ κλίνεται· χαλκοκρὰς, κράτος, νεοκρὰς, νεοκράτος· τὸ μέντοι εὔκρας παρ' Εὐριπίδῃ ἀνεγνώσθη κτλ.* sed contra ipsius aliorumque grammaticorum praecepta *εὔκρας* scriptum est, ut ap. Phot. l. c. et Poll. VI. 23. Rectius vero Suid. et Et. M. V. *εὐκράς*. Hesych. vitiose *εὔκραξ εὐκέφαλος, εὔκρατος*. Eadem voce usi sunt Plat. Critias. p. 112. D., (ibi vero opt. cod. Paris A. *εὐκραὴς*). Theophr. Hist. Plant. VII. 1, 4. Asclepiad. Epigr. in Anthol. Pal. XII, 105, 4, eandemque formam Porsonus coniectura revocavit in Melanipp. fgm. XXXIII. — Hoc fragmentum fortassis cum antecedente coniunctum fuisse bene monuit Matth.

210. XXXV.

Stob. III. 27.

Ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τι
σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὢν πόλις νοσεῖ.

Sententiam bene expressit Grotius.

211. XXXVI.

Stob. LVIII, 1.

Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν,
μῶρος, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.

His verbis Amphio fortasse respondit ad fgm. XXVI. Sententia iis fere eadem inest, qua Democritum librum de tranquillitate animi suum inchoasse tradit Seneca de Tranq. c. 12.: *qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa, nec publice.* cf. Hippol. 785. *τὰ*

πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίῳ. Τὸ πολλὰ πράσσειν vero idem ferme significat atque πολυπραγμονεῖν. Cf. Monk. et Valck. ad Hippol. l. c. et Diatr. p. 82. Suppl. 576. (586.) et ad h. l. Markl. Herc. f. 266.

XXXVII. 212.

Stob. XLVIII. 3.

Ὁ δ' ἥσυχος φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος
πόλει τ' ἄριστος. Μὴ τὰ κινδυνεύματα
αἰνεῖτ'· ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

Hoc fgm. cum antecedente coniunctum fuisse videtur; pergit enim in illa sententia Amphio. Ἥσυχος idem valet atque ἀπράγμων. Vs. 3. αἰνεῖτ' pro αἰνεῖτε positum esse recte monuit Erfurdt. ad Soph. Ai. 190. — Vs. 4. προστάτης χθονὸς, patronus s. praeses terrae, ut hoc loco ναυτίλῳ, ita in Iphig. Aul. 373. ὅπλων ἄρχοντι oppositus est.

XXXVIII. 213.

Stob. LXXXII. 2.

Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

In cod. Paris. A. est lemma Εὐριπίδου Ἡρακλείδαις. Aut Amphionis aut chori, ut Valckenario Diatr. p. 82 videtur, verba sunt. Quae si chori sunt, non possunt, id quod recte monuit Matth., inter amborum fratrum disputationem poni, ut Valck. fecit, sed post eam. cf. Soph. Antig. 725. — Grot. et Valck. e Scaligeri coniectura scripserunt: δισσοῖν λόγοιν. — Paullo post fratrum disceptationem Dirce ipsa bacchans et cum comitibus bacchantibus casu huc venit, ubi, quum Antiopam quoque commorantem reperiret, repertam ad supplicia crudelissima abripi iussit. Ad hanc scenam refert Welck. Pacuvii (fgm. 16) versus, nisi forte Zethi Dircen in hunc modum puniri iubentis verba sunt:

Agite, ite, evolvite, rapite, coma
Tractate per aspera saxa et humum,
Scindite vestum ocius.

XXXIX. 214.

Stob. XCVIII. 34.

Φεῦ φεῦ, βρότειαι πημάτων ὅσαι τύχαι
ὅσαι τε μορφαί· τέρμα δ' οὐκ εἴποι τις ἄν.

Idem fragmentum praebet Clem. Alex. Strom. III, 3, 23. p. 521. P. scribens tamen βροτείων. Paris. B. βρότειοι. Sententia apud Euripidem admodum frequens est. cf. Ion. 384. e. a. l. — Verba sine dubitatione chori sunt Antiopae infortunium miserantis. — Nunc

vero quum Antiopen in extremo discrimine versantem pastor ille videret, qui pro filiis suis Zethum et Amphionem educaverat et, timore fortassis permotus, ne filios dilectissimos amitteret, ad hoc usque tempus tacuerat, non poterat, quin utrique patefaceret, quae esset Antiopa, cuius filii ipsi essent, qua ratione denique evenisset, ut a se et pro suis liberis essent educati. Cuius ad orationem pertinent fgm. XL. XLI.

215. XL.

Schol. ad Hom. Il. λ'. 774. *Χόρτοι δὲ οἱ τριγχοὶ* (s. *τροχαλοὶ*) *ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιόπῃ·*

Οἰνόῃ
σύγχορτα ναίων πεδία ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς.

καὶ ἐν Ἀνδρομάχῃ (v. 17) *ὁμοίως.* — Eundem versum citat Strabo VIII. p. 577. A. praemissa voce *Οἰνώνης*, cuius loco Casaubonus in margine scripsit *Οἰνόῃ*, et in fine *ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς*; at bene docuerunt O. Muellerus (Aeginet. p. 7.) et Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Scholast. 1831. p. 21.): scribendum esse aut *Οἰνόῃ — ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς* aut *Οἰνόης — ταῖς Ἐλευθεραῖς*. Porson. Adv. p. 274. dedit: *Οἰνόης — ταῖς ἐλευθέραις*, quod quomodo intelligi voluerit, non adiecit. — Verba pastoris esse, egregie Matth. intellexit: ille enim prope Eleutheras habitabat, ubi Antiopa filios peperit. cf. Apollod. l. c. (vide argum. fab.) coll. Paus. II. 6. 2. Servus erat Oenei, Pandionis filii, ut apparet ex Dio. Chrysost. orat. XV. (*περὶ δουλείας*) p. 237. B., ubi praeterea haec adduntur; *ὁ γὰρ ἐκείνου* (sc. *Οἰνέως*) *νομεὺς ὁ ἐν ταῖς Ἐλευθεραῖς καὶ ἡ γυνὴ ἡ τοῦ νομέως οὐ μόνον οὐκ ἐξετίθεσαν αὐτοὶ γεννήσαντες, ἀλλὰ καὶ ἀλλότρια εὑρόντες ἐν τῇ ὁδῷ παιδία, οὐκ εἰδότες, ὅτου ποτὲ ἦσαν, ἀνελόμενοι ἔτρεφον ὡς αὑτῶν, καὶ οὐδὲ ὕστερον ἔκοντες οὐδέποτε ὡμολόγησαν, ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν. σὺ δὲ ἴσως καὶ τὸν Ζῆτον καὶ τὸν Ἀμφίονα ἐλοιδόρεις ἄν, πρὶν φανεροὺς γενέσθαι κτλ.*

216. XLI.

Stob. XXXVI. 10.

Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Vs. 2. Dindorfius recte ex emendatione Porsoni (Adv. p. 303) scripsit *τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ'* pro vulg. *τὸ δ' ἐκλαλοῦν οὗθ'*. *Τὸ ἐκλαλοῦν* dictum esse pro *ἡ ἐκλάλησις*, velut *τὸ νοσοῦν* pro *ἡ νόσος* (Soph. Phil. 675), *τὸ ποθοῦν* (Trach. 196) pro *ὁ πόθος*, *τὸ δοκεῖν* (Eur. Orest. 222.) pro *ἡ δόξα* (quod praecedit), etc. iam Matth. monuit. Similiter pro substantivis Neutra adiectivorum cognatorum ponuntur, velut *τὸ ἀναιδὲς* pro *ἡ ἀναίδεια* (Soph. Phil. 83. Eur. Iph. Aul. 368), *τὸ εὐγενὲς* pro *ἡ εὐγένεια* (Eur. Phoen. 1623) et similia. — Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. CXV. Haec verba pariter pastoris esse viden-

tur, quibus se excusavit, quod adhuc originem fratrum tacuerit. — Re vero patefacta filii abeunt, ut matrem morti eripiant, quam mox consecuti liberant, Dircen autem eodem supplicio afficiunt, quo haec antea Antiopam mulctari iusserat, h. e. a tauro per saxa raptari iubent. cf. schol. Eurip. Phoen. 102 et fgm. XLIII.

XLII. 217.

Stob. Ecl. phys. I, 4, 33. p. 122. Heer.

Τήν τοι Δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι Χρόνου,
δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅστις ἐστ' ἢ μὴ κακός.

Vs. 1. fere consentit cum vs. 1. Andromed. fgm. XLI. — Vs. 2. legebatur ὅστις ἐστὶ κακός, unde Grot. ὅστις ἐστὶν ἂν κακὸς scribi voluit, refragante, ut recte Heathius monuit, graeci sermonis indole. Ipse correxit: ὁστισοῦν ἐστιν κακός admodum infeliciter. Codd. V. A. E. ap. Heer. ὅστις ἐστὶ μὴ κακὸς, unde Heerenius emendandum: ὅστις ἐστί πη κακός, *qui forte malus est*; probabilius vero Porson. ad Aristoph. Plut. 886. ὅστις ἔστ' ἢ μὴ κακός, quod recte Dindorfius recepit. — Sive a choro haec dicta sunt, quum gemini post narrationem pastoris finitam ad servandam matrem abierant, sive paullo postea a pastore ipso.

XLIII. 218.

Longin. de Subl. XL. Ἐπὶ δὲ τῆς συρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης (Εὐριπίδης)

εἰ δέ που
τύχοι πέριξ ἑλίξας, εἶλχ' ὁμοῦ λαβὼν
γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

Valck. Diatr. p. 66. haud male τύχοι ad versum primum rettulit, in altero autem, ut metro succurreret, post ἑλίξας supplevit ταῦρος, vocabulum ad sententiam sane accomodatissimum. Idem bene dictionem πέριξ ἑλίξας illustravit ad Phoen. 717 extr., non recte vero chori haec verba esse suspicatus est; petita enim sunt ex nuntii de supplicio, quod Dirce subiit, narratione. Supplicium illud expressum erat opere quodam caelato in columna septima templi Cyziceni. cf. Epigr. Cyzic. ed. Iacobs. Anth. Gr. T. XIII. p. 627. ὁ ἕβδομος (κίων) ἔχει περὶ τὰ ἀρκτῷα μέρη Ἀμφίονος καὶ Ζήθου ἱστορίαν. προσάπτοντες ταύρῳ τὴν Δίρκην, ὅτι τὴν μητέρα αὐτῶν Ἀντιόπην διὰ τὴν φθορὰν Λύκῳ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς ὑπὸ Νυκτέως τοῦ πατρὸς αὐτῆς ..... ὀργῇ ζηλοτύπως ἐνσχεθεῖσα, ἀμέτρως ἐτιμωρήσατο.

XLIV. 219.

Stob. Floril. LXX. 10.

Πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς,
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγένη σπείρειν τέκνα.

Ex eodem nuntii sermone ducta, neque vero, ut Matthiaeo placuit,

Antiopae esse videntur sese filiorum ope servituti ereptam esse laetantis. — His versibus vulgo subiiciebatur versus: *οὐ γάρ ποτ' ἂν πράξειαν ἐς τέλος κακῶς*, quem ex Andromache (vs. 1259) fluxisse Porsonus Adv. p. 274 monuit quemque parum huc quadare manifestum est. De sententia cf. Alcmaeon. fgm. X.

220. XLV.

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 25. p. 118. Heer.

Δίκα τοι δίκα χρόνιος· ἀλλ' ὅμως
ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ
τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.

Chori verba esse ad sententiam simillima fgti XLII perspicitur; in ordinandis versibus autem non consentiunt viri docti. Grot. et Heeren. male hos dederant versiculos: *Δίκα τοι Δίκα χρόνιος· Ἀλλ' ὅμως ὑποπεσοῦσ' Ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ Τιν' ἀσεβῆ βροτῶν.* Probabilius Seidl. de vers. dochm. p. 62: *Δίκα τοι Δίκα χρόνιος· ἀλλ' ὅμως Ὑποπεσοῦσ' ἔλαθεν, ὅταν ἔχῃ τιν' ἀσε-βῆ βροτῶν.* Th. Bergkius paullo audacius: *Δ. τ. δ. χρ. α. ὁ. Ἔλαθεν ὑποπεσοῦσ' ἐλαθ', ὅταν ἔχῃ Τιν' α. βρ.* — Pflugkius (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 21.) respecto inc. fab. fgm. II. vs. 3. sq. post *χρόνιος* comma poni et *ὅταν τύχῃ* pro *ὅταν ἔχῃ* scribi commaque adiici voluit, ita ut accusativi *τιν' ασεβῆ* e participio *ὑποπεσοῦσα* penderent. Quae sententia licet haud improbabilis sit, tamen a codicum scriptura recedendi non satis iusta adest caussa.

221. XLVI.

Stob. Flor. I. 8.

Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ, τὰς χρεών σ' ἀσκεῖν, τέκνον,
θεούς τε τιμᾶν, τούς τε φύσαντας γονεῖς,
νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος· καὶ ταῦτα δρῶν
κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

Non Antiopes, ut Matthiaeo visum est, sed pastoris verba esse videntur, Zetho vel Amphioni dicta, ut Heynius et Welckerus praeclare intellexerunt. Utrique enim fratri pastor, pro moribus suis cuique, nonnulla praecepisse videtur, antequam cum matre in patriam redirent. — Vs. 1. legebatur: *ἀρεταὶ, ἃς χρή σ' ἀσκεῖν, ὦ τέκνον.* Paris. A. *τὰς χρή σ' ἀκεῖν τέκνον*, omisso *ὦ*, quod etiam abest in Trinc. Hinc Grotius scripsit, *τὰς δὲ χρή σ' ἀσκεῖν τέκνον*, Seidl. ad Eurip. Electr. 292. — *ἀρεταὶ, ἃς ἐχρῆν σ' ἀσκεῖν τέκνον.* Matthiaeus dedit: *τὰς ἐχρῆν σ' ἀσκεῖν τέκνον*, in quibus *ἐχρῆν* displicet, quippe quod indicet, eum, quem his verbis pastor alloquitur, debuisse quidem hoc facere, verum non fecisse. cf. Hec. 262. e. a. l. Sed hoc de Zetho haudquaquam demonstrari potest. Probabilius igitur correxit Dindorfius: *τὰς χρεών σ' ἀσκεῖν, τέκνον*, quem sequi non dubitavimus. — Ad vs. 2. cf. inc. fab. fgm. LI. LII.

XLVII. 222.

Stob. XXX. 9.

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
γνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν
ψυχῇ τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Recte Welck. statuisse videtur, haec verba a Mercurio de Lyco esse dicta, quibus excusaretur, quod Antiopam ab uxore male haberi passus esset. Mercurius enim Hygino et schol. Apoll. Rhod. testibus ll. cc. (cf. argum.) in fine fabulae apparuit, ac morte Lyci, quam fratres in animo habebant, prohibita hunc Amphioni regnum tradere iussit. Dirce autem, ut Alope, in fontem mutata est. — Sententia loci haec est: *Plurimis mortalibus hoc vitium commune esse, ut, quamvis mente sapiant, animo tamen obsequi in plerisque nolint quippe amicorum precibus victi.* — Ad sententiam cf. Valck. ad Hipp. 380.

XLVIII. 223.

Orio Anthologn. II. 1. p. 44. ed. Schneidew.

Ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει.

Sententia generalis, quae a quo dicta sit vix explores. Adnotat Schneidewinus: „Idem versus variatus extat in sententiis singularibus Menandri 89 (p. 314. Meinek.) *γῆ πάντα τίκτει καὶ πάλιν κομίζεται.* Ibid. 539. (p. 334. Meinek.) *χθὼν πάντα κομίζει καὶ πάλιν κομίζεται.* Et in supplemento sententiarum ex Aldo vs. 31. (p. 336. Meinek.). *ἡ δοῦσα πάντα καὶ κομίζεται φύσις.* Simile dictum est Soph. Ai. 700. *πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει κτλ.*"

XLIX. 224.

Hesych. *Εὐθυδήμονα, ἁπλοῦν δημότην. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.*

L. 225.

Lex. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 109, 17. et Phot. *νόσον ἔχειν ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἔθος ἔχειν. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ.* Matth. conferri iubet Bast. ad Gregor. Cor. p. 296. not.

ΑΡΧΕΛΑΟΣ.

Fabulam narravit Hygin. 219. *Archelaus Temeni filius exsul a fratribus eiectus in Macedoniam ad regem Cisseum venit. Qui quum a finitimis oppugnaretur, Archelao regnum et filiam in coniugium dare pollicetur, si se ab hoste tutatus esset. Archelaus, quia ab Her-*

cule esset oriundus — nam Temenus Herculis filius fuit — hoste uno praelio fugavit et ab rege pollicita petit. Ille ab amicis dissua sus, fidem fraudavit eumque per dolum interficere voluit. Itaque fo veam iussit fieri et multos carbones eo ingeri et incendi et super vir gulta tenuia poni. Quo quum Archelaus venisset, ut decideret, hoc regis servus Archelao patefecit. Qui re cognita dicit, se cum rege colloqui velle secreto, arbitris remotis. Archelaus regem arreptum in foveam coniecit atque ita eum perdidit; inde profugit ex responso Apollinis, capra duce, oppidumque ex nomine caprae Aegas constituit. Ab hoc Alexander Magnus oriundus esse dicitur. — Tempus, quo Euripides hanc tragoediam composuit, non certo quidem definiri, sed coniectura indagari cum aliqua probabilitatis specie ex iis potest, quae scriptor vitae Eur. ab Elmsleio e cod. Mediol. Ambros. ad calcem Bacch. p. 174. ed. Lips. editae tradit: *Ἐκεῖθεν* (sc. *ἐκ Μαγνησίας*) *δὲ εἰς Μακεδονίαν περὶ Ἀρχέλαον γενόμενος διέτριψε καὶ χαριζόμενος αὐτῷ δρᾶμα ὁμωνύμως ἔγραψε κτλ.* Quum enim poetam sub vitae demum finem patriam reliquisse constet, et Ol. XCIII. 2. exeunte mortem obisse certum fere sit (cf. Quaest. meas de Ranis Aristoph. spec. I. Vratisl. 1837. p. 3. adnot. 7.), inde quod Ol. XCII, 4 Orestes acta est (cf. schol. Orest. 361. 760. p. 344. 406. Matth.) ante hoc annum Athenis excessisse improbabile est. Si igitur exeunte Ol. XCII, 4 Magnesiam se contulit, ubi aliquod tempus commoratus est, vix ante Ol. XCIII, 1 in Macedoniam pervenisse potest. Inde consequitur, Euripidem Ol. XCIII, 1 vel, quod multo probabilius mihi videtur, quum vix statim post adventum fabulam composuerit quumque ad eam conficiendam aliquo tempore opus fuerit, Ol. XCIII, 2 demum Archelaum scenae commisisse. Qua in fabula Dicaearchus nonnulla latere censet, quae ad Archelaum, Macedoniae regem et Euripidem ipsum pertineant. Haec enim tradit Plut. de *EI* Delph. init. (p. 384. D.): *στιχιδίοις τισὶν οὐ φαύλως ἔχουσιν ἐνέτυχον πρῴην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν.*

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

Nam ubi haec dixisse potest Euripides, nisi in fabula ipsa? An credat quispiam, eum etiam in vita quotidiana versibus usum esse? Quidni poeta, qui in omnibus fere fabulis ad praesens tempus, ad civitatis conditionem, ad viros in re publica insignes respicere, atque haec omnia tecte significare consuevit, in fabula, quam potissimum Archelai causa scripsit, nonnulla attigerit, quae ad regem necessitudinemque inter eum et semetipsum spectarent? Non dubito igitur, quin hi versus ex Archelao dramate ducti sint, ac profecto optime Archelao, qualis in tragoedia apparet, conveniunt, a quo ad regem Cisseum dicti esse videntur. Itaque infra (fgm. XXXI) licet obloquatur Meinek. Poet. com. vol. IV. p. 707, XIV., eos recepimus.

226. I.

Aristoph. Ran. 1237.

Αἴγυπτος, ὡς ὁ πλεῖστος ἔσπαρται λόγος,
σὺν παισὶ πεντήκοντα ναυτίλῳ πλάτῃ
Ἄργος κατασχών —

Annotat scholiastes: *Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες ψευδῶς· οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου λόγος οὐδεὶς τοιοῦτος. οὐ γάρ ἐστι, φησὶν Ἀρίσταρχος, τοῦ Ἀρχελάου, εἰ μὴ αὐτὸς μετέθηκεν ὕστερον, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον εἶπε.* Haec a Matthiaeo non intellecta esse miror, sunt enim satis perspicua. Dicit vero scholiastes: *versus istos a nonnullis falso pro initio Archelai habitos esse, eiusmodi enim sermonem* (i. e. prologum) *nullum circumferri.* Haec de suis protulit, nunc ad ea transit, quae veteres grammatici de versibus iudicarunt. Pergit igitur: *non est Archelai, ait Aristarchus,* (initium), *nisi ipse* (sc. poeta) *postea commutavit; Aristophanes* (sc. grammaticus) *vero principalem fuisse (prologum) dicit.* Inde patet, iam veteres grammaticos de Archelai prologo dissensisse; et Aristarchi tempore huic fabulae aliud, quam quod illi versus praebeant, initium fuisse. Ac re vera Plut. vit. X orat. Isocr. 14. (p. 837. E.) inter tria fabul. Euripid. exordia versum quendam, quo sequens fragmentum incipit, citavit, unde probabibile fit, illo fragmento eius prologi exordium contineri, quem Aristarchus, scholiastes Aristophanes, alii ante oculos habuerint. Quum igitur duo huic fabulae fuisse videantur prologi Valck. Diatr. p. 162 duplicem eius editionem extitisse arbitratur, quam sententiam Theod. Bergkius (de rel. com. Att. p. 95) amplexus eo usque processit, ut Euripidem eam longe ante quam in Macedoniam se conferret, composuisse ac postea in Macedonia tantum immutasse diceret. Itaque factum esse, ut editio prior Alexandriae paucis tantum hominibus innotuerit et Aristarcho quoque incognita fuerit. Longum est, omnia quae in his improbabilia sunt, percensere: sufficiat igitur commemorasse, Bergkii sententiae vitae Eur. scriptorem l. c. adversari, de cuius narrationis veritate cur ambigatur, nequaquam ullam video causam. Si autem Euripides hanc tragoediam in Macedonia demum, ut probabile nobis visum est, Ol. XCIII. 2 quidem finxit eodemque anno iam mortuus est, intelligi vix poterit, quo tempore et quibus rationibus ductus prologum potissimum mutaverit. Nam si, quod obiicere nobis aliquis possit, etiam Melanippae initium mutavit, id parum huc facit; huius mutationis caussam enim memoriae tradidit Plut. cf. Melanipp. fgm. I. Praeter prologum vero Euripidem alia quoque in hac fabula mutasse, ut duplex eius editio fuerit, multo minus est veri simile, ac profecto veteres grammaticos Alexandrinos de hac altera editione non arctum teneret silentium. Deinde, si re vera ab Euripide prologus mutatus est, id paullo post actam tragoediam factum sit propter mortem poetae necesse est; satis mirum igitur esset, si Athenas exemplum tragoediae *priorem* prologum exhibens venisset et Aristophani comico innotuisset. Atque eo magis hoc esset mirum, quum hoc tragoediae exemplum eodem anno Athenas pervenisset necesse esset, quo ipsa composita erat; iam enim insequentis anni mense Gamelione Aristophanis Ranae actae sunt: quod, quum illius

temporis homines non tam studiosi essent scribendi, ut *statim* scripta Archelai exempla e Macedonia Athenas pervenisse credendum sit, probabile non est. At vero, etiamsi non statim scripta tragoediae exempla Athenas pervenerunt, tamen per proficiscentes Graecos, qui eam Pellae viderant, accuratam fere eius notitiam ad Athenienses perlatam esse, satis credibile est. Quare Aristophanem tragoediam ipsam inspexisse persuadere mihi non possum, sed ex iis, quae de ea in universum atque imprimis de prologo audiverat, illos versus aut tradidisse aut ad ingenium Euripidis composuisse existimo. Itaque ab Euripide quidem tale quid in Archelai prologo prolatum esse videtur, sed versus ipsi utrum ab Euripide an potius ab Aristophane ex mente Euripidis compositi sint, definite dicere non ausim; attamen hoc monuerim, ab his versibus incipere Archelai prologum non potuisse: nam si de Danai fuga ac de Aegypti persecutione illius sermo erat, Danai fuga ante Aegypti insectationem commemoraretur oportebat. In eiusmodi enim rebus diligentissimus esse solet Euripides. — Vs. 3. cf. Pflugk. ad Heracl. 85. Hel. 1206.

227. II.

Tiber. περὶ σχημ. in Walz. Rhet. Gr. Vol. VIII. p. 577. 10; Anonymi de Nili increment. post Herodot. Wesseling. p. 788 et post Athenaei librum II ed. Dindorf. vol. I. p. 164; Strabo V. p. 339. A. VIII. p. 570. C.

Δαναὸς, ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ,
ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν ταχῆ χιὼν,
τεθριππεύοντος ἡλίου κατ' αἰθέρα,
ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν,
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

Ex Tiberio fluxerunt vs. 1—6, ex Anonymo 1—5, e Strabone l. 6. 7. 8. — Vs. 1. bis exhibetur a Plutarcho de am. prol. 4. (p. 497. B.) et vit X orat. Isocr. 14. (p. 837.). Vs. 2. 3. 4. citat Diod. Sic. I. 38. Vs. 2. Valck. Diatr. p. 30. haesit in verbis *ἐκ γαίας*, pro quibus Tiberius *εὐκταίης* exhibet, commendavitque Luzacii emendationem *ἐν γύαις, in arvis.* Hoc autem parum ad sententiam aptum est: *ἐν γύαις* enim non idem valere potest atque *ἐν γῇ*; Euripides vero ex mente Aegyptiorum loquitur, qui Nilum pulcherrimum totius orbis terrarum amnem esse putant. Iam vero hoc Matth. perspexit vulgatamque eo defendit, ut *ἐκ γαίας* cum *λιπὼν* coniungendum utque, quemadmodum *ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν εἰς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας*, pro *ἐκλιπόντας τὴν πόλιν ἀπιέναι εἰς* —, ita h. l. *λιπὼν Νείλου ὕδωρ καὶ ἀπελθὼν ἐκ γαίας* dici affirmaret. Quae explicandi ratio quamquam non improbabilis est, haud scio an praestet *τὸ κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ* dictum esse statuere sicut *τὸ κάλλιστον ἐκ μητρὸς παιδίον* et similia

[cf. Soph. Ant. 467. τὸ δ' ἐκ τυράννων (sc. γένος) αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ. etc.] praesertim cum et Oceanus ipse Terrae filius sit et omnes fluvii e Terra sint oriundi indeque in mare fluant. Tunc significant verba graeca: *linquens pulcherrimam quae ex terra profluit aquam.* — Vs. 3. Valck. scripsit φοαῖς, cuius mutationis caussam nec Matth. vidit nec ego perspicio. Pro φοὰς Anon. et Diod. Sic. θέρει praebent. — Vs. 4. citat Steph. Byz. voc. *Αἰθίοψ*, male vero scribens ἡνίκα τακῇ χ. Vs. 5. τεθριππου ὄντος Anon. Wesseling. τεθριππεύοντος cod. Ms. epit. Athen. ap. Dindf. cum Vossio ad Melam I, 9, 27. p. 53, quod licet metro adversetur, tuentur tamen Schweigh. ad Athen. Animadv. T. I. p. 481 et Pors. Adv. p. 274. τέθριππ' ὀχοῦντος dedit Grot. Exc. p. 375. receptum id a Barnesio probatumque Valckenario; τέθριππ' ἐλῶντος Iacobsius (Bibl. d. alt. Lit. et Kunst. Gotting. 1788. St. 4. Inedit. p. 26.), recte, ut opinor, nam eo summa in codd. similitudo syllabarum ευ et ελ ducit, et ἐλαύνειν τὰ τέθριππα pro ἄγειν etiam aliis locis reperitur. cf. Phaëth. fgm. X vs. 1 et fgm. XI vs. 6 (quibus locis etiam verbum ἐλᾶν confirmatur.) Ion. 1184. Pind. Ol. VI. 80. — Vs. 5. καθ' αἰθέρα, quod ex coniectura scripserat Stephanus receperatque Valck., recte praebet Tiber. pro vulg. κατὰ χθόνα ap. Anon. — Welckerus prologum fortassis recte Herculem loquutum esse existimat; Aegypti enim reges plerumque eo gloriari solebant (cf. Dio Chrys. or. IV. p. 40. p. 163. med. ed. Reisk.), quod ab Hercule originem duxerint. Euripides igitur, ut regi blandiretur, Herculem introduxit originem suam vel a Danao deducentem. Quod facile fieri potuit: Danaus enim genuit Hypermnestram, quae Abantem e Lynceo peperit; Abas genuit Acrisium, Acrisius Danaen, quae ex Iove Perseum peperit; Perseus vero Electryonem, Electryo denique Alcmenam, Herculis matrem, genuit. — Itaque ad eundem prologum referre non dubito versus quosdam, quos schol. Pind. Pyth. VIII, 73. ed. Boeckh. servavit haec scribens: ὅτι δὲ Ἀνγκέως Ἄβας ἐξ ἐκείνου δῆλον

Σφαγὰς δὲ Δαναοῦ παρθένων Λυγκεὺς φυγὼν
Ἄβαντα φύει διάδοχον τυραννίδος.

quosque Boeckhius optime ex Euripideae fabulae prologo petitos esse intellexit, licet minus recte ad Danaen vel Stheneboeam referri eos voluerit.

III. 228.

Dion. Halic. de comp. verb. 25. p. 394. ed. Schaef. Τὸ δὲ ἐπὶ τούτῳ λαμβανόμενον κῶλον ἐξ ἀναπαίστων συγκεῖται ῥυθμῶν, καὶ προάγει μέχρι ποδῶν ὀκτὼ, τὸ αὐτὸ σχῆμα διασῶζον — — ὅμοιον τῷ παρ' **Εὐριπίδῃ**

Βασιλεῦ χώρας τῆς πολυβώλου,
Κισσεῦ, πεδίον πυρὶ μαρμαίρει.

Hos vs. Musgravius primus recte propter factam Cissei mentionem ad Archelaum rettulit. πολυβώλου dedit Schaef. e cod. Colbert.,

quum legeretur antea πολυβότου vel πολυβόλου, quod Valck. Diatr. p. 248 in πολυόλβου mutavit. — E cantico (primo) haec et quae fgm. sq. exhibuimus verba petita esse videntur, quibus chorus similiter atque in Aesch. Sept. c. Theb. hostium apparatus et urbis obsessae angustias descripsit regemque precibus adiit, ut quam celerrime oppugnatam urbem obsidione liberaret.

229. IV.

Stob. XCVI. 3.

Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν
δυνάμεσθ'. ἔτι γὰρ θάλλει πενία,
κακὸν ἔχθιστον, φεύγει δ' ὄλβος.

Cf. fgm. III. Κῦμα, quemadmodum tralate apud tragicos de magna copia hominum dicitur (cf. Aesch. Sept. 64. 109. etc.), ita de vi malorum usurpatur. cf. Soph. Ai. 344. Eur. Hel. 1321. Ion. 927. etc. —

Cisseus rex, quum ita pressam urbem videret sibique ipsi ducis virtutes non inesse intelligeret, Archelao, qui haud multo ante a fratribus patria eiectus pastor caprarius (Dio Chrys. or. IV. p. 40.) in Macedoniam pervenerat, imperium exercitus tradere constituebat, quia multas res ab eo praeclare gestas esse audiverat. Euripides enim quae ab Archelai patre, Temeno, eximie facta erant, ex parte ad filium transtulerat, ut famam eius augeret (cf. Phot. cod. CCL. p. 1332. *οὐδ' Εὐριπίδου κατηγορῶ τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος* (in Bacchis) *πέντε γενεῶν πλέον.*): quamquam etiam Temeni gloriam non mediocriter praedicaverat, ut e fgm. VI. VII. XII. liquet,

230. V.

Stob. LIV. 11, LXXXVIII, 4.

Ἔχει δὲ καὶ τοῦτ' οὐχὶ μικρὸν εὐγενὴς
ἀνὴρ στρατηγῶν εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν.

Hoc fgm. altero Stob. loco in Paris A. deest, in reliquis codd. φέρει pro ἔχει et οὐ pro οὐχὶ exstat. — Verba aut Cissei ipsius esse possunt de Archelao dicta, quum summam belli huic tradendi consilium ceperat, aut quod probabilius videtur, alius cuiusdam Cisseo Archelaum commendantis. Eidem assignem fgm. seq. et XXVIII.

231. VI.

Stob. LXXXVIII. 5.

Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἓν ἔλαβε κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.

Ita vitiose hi versus in codd. circumferuntur, praeterquam quod in Paris. A. B. ἓν deest et κρεῖσσον pro κρείσσων legitur; quos vario

modo viri docti tentarunt. Grotius ed. *ἐνέλαβε*, quod in notis ipse tamen in *ἐνέβαλε* commutavit. Si vero optimis codicibus fides habenda est, *ἔν* in vs. 2. originem debet praepos. *ἐν* versus 1, itaque versus 2 ab *ἔλαβε* vel illo potius verbo, ex quo *ἔλαβε* depravatum est, incepit. Hoc autem felicissime indagasse videtur Valck. Diatr. p. 162 in verbo *λάμπειν*, corrigendum igitur erit, quamquam Valck. ipse *ἐνέλαμψε* scribi voluit, *ἔλαμψε* vel *ἔλαμπε* h. e. *in liberis bonorum virtutes enitescere solent*, hac enim significatione non solum Aoristi, sed etiam Imperfecta adhibentur. cf. Antig. fgm. XII. Ad dictionem cf. Soph. ap. Plut. an seni ger. sit resp. VIII, 5. (p. 788. B.) [*ἡ φρονοῦσα*] *λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐπρεπὴς χαλκός.* Eurip. Andr. 778. Hor. Od. IV. 4, 29. — Cf. fgm. V.

VII. 232.

Stob. LXXXVIII. 3. Plut. de nobil. T. V. p. 965. ed. Wyttenb.

Ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;
πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.
— — πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον —

Primus in his versibus, qui continuo ordine et apud Stobaeum et apud Plutarchum leguntur, haesit Grotius eosque in duo fragmenta disiunxit consentientibus Matthiaeo, Welckero, Pflugkio. Idem primus *γενναῖον* pro vulg. *γενναίων* dedit, quod nunc Paris. B. tuetur. Pflugkius autem (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 21.) simul aliam sententiam proposuit. Hoc et antecedente fragmento enim in hunc modum coniuncto ita scripsit:

Ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;
πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.
ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρέτη τῶν εὐγενῶν
ἐνέλαμψε, κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου
[πένης·] πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν,
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον.

Multa in his displicent: maxime illud *πένης*, quod inseruit Pflugkius, bis positum a poeta fuisse haud verisimile est, quippe quo sententia haud exiguum detrimentum capiat. Facile simul perspicitur, non posse verba *ἐν τοῖς τέκνοις κτλ.* (fgm. VI.) ex eadem scena vel potius, ut Pflugkio visum est, ex eodem sermone ducta esse, quo fluxerunt verba *ἡμῶν τί δῆτα κτλ.*; nam quid ibi divitis matrimonii commemoratio sibi velit, ubi rex colloqui cum Archelao coepisse videtur? Rectius igitur nos illos vs. (fgm. VI.) ad eam scenam, in qua aut rex Archelai virtutes ipse secum reputabat aut alius regi eas commendabat, rettulisse censemus: his autem, ut significatum est, colloquii inter regem et Archelaum habiti partem contineri suspicamur. Neque duo fragmenta in iis latere videntur, sed ut vs. 3 initio mutilatus, ita in fine depravatus videtur, quem restituas scribendo *ἀπώλεσας*, quod Matthiaeo iam in mentem venisse video. Ne-

que probari potest Welckeri opinio, qui versum 1 ab Archelao, alterum a Cisseo dictum esse putat; nam quomodo Cisseus ad Archelai interrogationem ἡμῶν τί δῆτα κτλ. respondere potuerit: πατέρων γὰρ κτλ. equidem mente non assequor. Utrumque loquutus est Cisseus. Voluit enim iis Archelaum, quum primus pauperi advenae auxilium suum obtulisse videretur, sibi conciliare et ad consilia sua propensiorem sibi reddere. Postea haud dubie cum eodem de suscipiendo exercitus imperio egit deque defendenda urbe, et filiam magnasque divitias ei promisit, si victoriam reportaret. Itaque haud difficilis fuit Archelaus, sed praemii magnitudine allectus paratum se dixit ad periculum quantumcunque subeundum. Ex hac scena petita videntur fgm. VIII — XVII.

233. VIII.

Stob. LI. 4.

Νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί·
οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνὴρ,
ἀλλ᾽ οἱ πόνοι τίκτουσιν τὴν εὐδοξίαν.

Eosdem vs. habet Orion. Anthologn. (farrag. Eurip. nr. 22. post tit. VIII.) p. 58. ed. Schneidewin. tacito nomine fabulae, praebens tamen vs. 1. πονεῖν pro τολμᾶν, vs. 2. ἄθυμος pro ῥᾴθυμος, et vs. 3. εὐανδρίαν, sicut codd. Voss. Stob. pro εὐδοξίαν. — Vs. 2. 3. item exstant ap. Stob. XXIX. 32, ubi recte ῥᾴθυμος, in Paris A. et in B. a manu sec. autem voci εὐκλεὴς superscriptum εὐγενὴς, et vs. 3. εὐανδρίαν legitur. Vs. 3. fere integer redit in inc. fab. fgm. XLI vs. 7, quod fragmentum Schneidewinus advocandum esse dicit ad sustentandam fragmenti nostri scripturam, ita ut vs. 1. ὄντα pro ἄνδρα scribatur. Sed vix opus est hac emendatione. — Utrum Cissei Archelaum ad bellum suscipiendum cohortantis, quod mihi (propter fgm. XII) verisimilius videtur, an Archelai ipsius verba sint, dubium est. Ad sententiam simillimum est Licymn. fgm. II. inc. fab. fgm. XXXIX.

234. IX.

Stob. XXIX. 14.

Οὐκ ἔστιν, ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ᾽, ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Pariter aut Cissei aut Archelai ipsius verba sunt. Ad sententiam cf. Cress. fgm. III.

235. X.

Stob. VIII. 13.

Ὁ δ᾽ ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ᾽ ἀνανδρία
οὔτ᾽ οἶκον οὔτε γαῖαν ὀρθώσειεν ἄν.

Vs. 2 vulgo legebatur, οὔτε πόλιν ὀρθώσειεν ἄν, quod quum metri

causa ferri non posset, a Valck. in πόλιν ἀνορθώσειεν mutabatur, quod etiam proposuerunt Pors. Adv. p. 275, Blomf. ad Aesch. Prom. 795, Erfurdt. in schedis, receptum id a Matthiaeo, Dindorfio, Welckero. Sed iidem propemodum versus leguntur in Erechtheo (fgm. XIX), ubi Orio scripturam γαῖαν ὀρθώσειεν praebet, quam ut genuinam, quum Orio Erechthei locum cum hoc propter similitudinem commutasse videatur, recipere non dubitavimus. Grotius coniecerat ἂν ὀρθώσειεν εὖ. — Verba eiusdem sunt, qui antecedentia locutus est.

XI. 236.

Stob. XXIX. 44.

Σὺν μυρίοισι τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.

Ad Archelaum refertur in Voss. et Paris. ap. Brunck ad Aristoph. Eccl. 70; in Paris. A. deest. — Eiusdem sunt verba.

XII. 237.

Stob. XXIX. 13.

Σοὶ δ' εἶπον, ὦ παῖ, τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων
θηρᾶν· ὁρᾷς γὰρ σὸν πατέρα τιμώμενον.

Cissei verba Archelaum commemoratione rerum ab eius patre, Temeno, praeclare gestarum excitantis verba esse manifestum est. — Deest hoc fgm. in Paris. A.

XIII. 238.

Stob. LI. 7.

Ἐμὲ δ' ἄρ' οὐ
μοχθεῖν δίκαιον; τίς δ' ἀμόχθητος εὐκλεής;
τίς τῶν μεγίστων δειλὸς ὢν ὠρέξατο;

Ab Archelao hos versus pronuntiatos esse neminem latet. — De particulae ἄρα in interrogationibus vi vid. God. Herm. praef. ad Soph. OC. p. XVI. sq. — Vs. 2. Grot. et Gaisf. metri causa ἄμοχθος.

XIV. 239.

Stob. LIV. 10.

Ὀλίγον ἄλκιμον δόρυ
κρεῖσσον στρατηγοῦ μυρίου στρατεύματος.

Haec et quae fgm. sequ. dedimus, ab Archelai videntur prolata esse, quibus hostium multitudinem se non extimescere ostenderet. — Vs. 2. In στρατηγοῦ aperte vitium latet; deest enim aliquid ad sententiam explendam, velut ἀνάνδρου, vel simile quid: nam *exigua* at *fortis manus non omnino melior est ingenti exercitu*, sed *ingenti eoque imbelli*. Haec notio, quae desideratur, nisi in corrupto στρατηγοῦ latet, sed sequente versu expressa fuit, certe cum Grot. scribendum erit στρατηγῷ. Matth. pro στρατηγοῦ coniecit κακανδροῦ.

240. XV.

Stob. LI. 9. Orion. Anthologiom. VII. 3. p. 51. ed. Schneidew.

Ὀλίγοι γὰρ ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν.

Cf. fgm. XIV. ad sententiam Erechth. fgm. X.

241. XVI.

Schol. Eur. Phoen. 1159.

Ἐγὼ δὲ σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι θέλω.

Hic versiculus quin a Cisseo dictus sit, dubitari vix potest, sed utrum ante pugnam in hac scena, in qua rex plura Archelao promisit, an post pugnam, vix explores.

242. XVII.

Stob. LXXIX. 19.

Πατρὸς δ' ἀνάγκη παισὶ πείθεσθαι λόγῳ.

Etiam haec verba a Cisseo in hac scena prolata esse videntur, quum Archelaus dubitasset, num regis filia a patre sibi promissa revera passura esset, ut viro peregrino matrimonio locaretur. — Cf. Alop. fgm. I.

243. XVIII.

Stob. VII. 5.

Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείαν ποτὲ
ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως.

Egregie Welckerus haec verba a choro ad Archelaum dicta esse intellexit, quum is imperium suscepturus et ad pugnam abiturus erat. — Vs. 1. cod. A. *μή που δουλίαν.* — Grot. *δουλείας.*

Archelai abitum chori canticum insecutum esse videtur, cuius tamen nunc nullum vestigium superest. Postea haud dubie Cisseus cum homine quodam consiliario in scenam processit, qui speciosis argumentis fallacibusque caussis regem eo adducere studuit ac re vera perduxit, ut fidem Archelao servare nollet. Quod malevolus ille eo maxime effecit, ut origini, gloriae atque virtutibus Archelai obtrectaret ostenderetque, eum non modo indignum esse, cui rex fidem servaret, sed etiam adeo perniciosum, quem de medio tolli necesse esset. Huc pertinent fgm. XIX—XXV.

244. XIX.

Stob. LII. 4.

Νεανίας τε καὶ πένης σοφός θ' ἅμα,
ταῦτ' εἰς ἓν ἐλθόντ', ἄξι' ἐνθυμήσεως.

Pravi consiliarii verba esse paullo supra monuimus. — θ' omittit Paris. A. Sententiam male expressit Grotius; est autem haec: *iu-*

reis et pauper et sapiens simul, haec (tria), si in unum conveniunt, consideratione digna sunt. — Eidem homini Welckerus haud male versus tribuit, quos post huius fabulae fragmenta ex Aeliano attulimus. De dictione εἰς ταὐτὸν ἥκειν vel ἐλθεῖν vid. Valck. ad Hippol. 273. Pflugk. ad Hec. 748.

XX. 245.

Stob. XLVII. 5.

Τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται·
τὸ μὴ θανεῖν γὰρ οὐκ ἔχει, τὰ δ' ἄλλ' ἔχει.

Codd. Paris. A. praebet τυραννίδα ἡ θεῶν β¯ Hinc. Gaisf. ad schol. Hes. Theog. 126. p. 481. ed. Lips. τυραννίδ' ἣ θεῶν δευτέρα νομίζεται scribendum esse coniecit, male, in Stobaeo vero suo edidit: τυραννίδ' ἣ θεῶν δευτέρα νομίζεται, in qua scriptura nescio an satis apta sententia non reperiatur. Optimam vero praebet scriptura vulg., quam egregie expressit Grot. Idem vs. 2. recte scripsit τὰ δ' ἄλλ' ἔχει pro vulg. τἄλλα δ' ἔχει. — Consiliarius his verbis poenitentiam in rege excitare studet, quod Archelao, si vincat, cum filia regnum promiserit. — Welck. huc etiam refert. inc. fab. fgm XXXVIII.

XXI. 246.

Stob. XCI. 16.

Τί δ' οὐκ ἂν εἴη χρηστὸς ὄλβιος γεγώς;

Cod. A. B. ἦ. Grot. τίς δ' οὐκ κτλ. — Male Matth. interpretatur: *ad quam enim rem bonus et idoneus non sit, qui fortunatus ac dives est?* Sententia haec est: *quidni bonus sit, qui fortunatus est?* nam divitiae virtuti officere solent cf. Alexandr. fgm. XV et simil. loc. — A consiliario haec verba dicta sunt ea mente, ut regem sibi pauperem generum elegisse poeniteret. Eodem spectat fgm. sq.

XXII. 247.

Stob. XCVI. 4.

Οὐκ ἔστι πενίας ἱρὸν, αἰσχίστης θεοῦ.
μισῶ γὰρ ὄντως, οἵτινες φρονοῦσι μὲν,
φρονοῦσι δ' οὐδενός γε χρημάτων ὕπερ.

Vs. 1. cum Dindorfio (cf. praef. ad poet. scenic. p. XIII. fin.) ἱρὸν pro vulg. ἱερὸν scripsimus. — Vs. 3. γε e Paris. A. recepit Gaisf., ut in margine coniecerat Gesn. Grot. ed. οὐδενὸς ἥ γε anapaesto in tertium pedem illato atque inter duo vocabula diviso, qui quum ferri non posset, alio modo huic versui utpote aptam sententiam non praebenti succurrendum est. God. Hermannus igitur ad Hec. 1192 proposuit: φρονοῦσι δ' οὐδὲν πλήν γε χρημάτων ὕπερ, ubi Matth. locutione φρονεῖν ὑπέρ τινος offendi non debebat, quum praepositionis ὑπὲρ in hunc modum a tragicis adhibitae sat multa extent exempla, et Attici vel λέγειν ὑπέρ τινος pro περί τινος dicere

optime potuerint. cf. Markl. ad Lys. p. 123. 162. Erf. ad Soph. OT. 164. El. 544. *ὑπὲρ — τῆς κασιγνήτης θ' ὁμοῦ λέξαιμ' ἂν ὀρθῶς.* Neque opus erat, ut Matth. ad explicationem: *„qui superbi quidem sunt, sed nihil curant prae divitiis s. nihil quod divitiis praeferant“* confugeret, ita ut poeta in duplici verbi *φρονεῖν* vi lusisset, praecipue quum huius lusus hic nulla appareret ratio. Quare in Hermanni coniectura acquiescendum nobis erit, usque dum ab alio melior quaedam prolata fuerit emendatio; minus probabilia enim sunt, quae Pflugkius et Welckerus tentarunt. Ille enim (in Schedis crit. Gedani, 1835. p. 5.) proposuit: *φρονοῦσι δ' οὐδὲν χρημάτων ὑπέρτερον*, quod cum ab Euripidis dicendi simplicitate tum a codicum scriptura abhorret. Welckerus *φρονοῦσι δ' οὐδενός γ' ἀχρημάτων ὕπερ* hac sententia: *odi eos, qui sapiunt quidem, sed non magis, quam inopes, superbiunt* h. e. *qui nec in vultu nec in moribus fastidium superbiamque potentium ac divitum praebent.* At non animadvertit Welckerus, poetae, si istam sententiam exprimere voluisset, scribendum fuisse, *φρονοῦσι δ' οὐδένα γ' ἀχρ.* non *οὐδενός*, nam cum v. *φρονεῖν* praepos. *ὑπὲρ* nemo coniungere volet, quum *ὑπερφρονεῖν τινος aliquem parvi aestimare* significet. Ferri igitur haec Welckeri coniectura non potest. — Sed aliud in his versibus est, quod egregie iam Musgravius perspexit: h. e. intelligi non posse, quomodo primus versus cum secundo et tertio cohaereant. Duo igitur fragmenta, ut saepius, apud Stobaeum coaluisse videntur. Quod si verum est, versum 1 eidem consiliario tribuemus, cui antecedentia fgm. assignavimus, eumque hoc vs. regi significasse putabimus, Archelaum, etsi de promisso violato iratum, tamen nusquam auxilium nancisci ad ius suum persequendum posse, ut bene etiam Matth. sensit; versum secundum et tertium autem ab Archelao ipso ea in scena prolata esse iudicabimus, ex qua ducta sunt fgm. XXVII. sq. cf. fgm. XXVI.

248. XXIII.

Stob. XCI. 18.

Μὴ πλούσιον θῇς· ἐνδεέστερος γὰρ ὢν
ταπεινὸς ἔσται· κεῖνο δ' ἰσχύει μέγα,
πλοῦτος, λαβών τε τοῦτον εὐγενὴς ἀνήρ.

Pravi consilii auctor iste his verbis regi dissuadere videtur, ne divitem Archelaum reddat. Cisseus enim, quamquam omnia, quae ille voluit, persuaderi sibi passus est, tamen opibus saltem Archelaum condonare voluit, ne ab omni parte ingratus appareret.

249. XXIV.

Stob. LXII. 11.

Κρείσσω γὰρ οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον
τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσι.

Consiliarius suspicionem hisce in Archelaum conferre studet, ut eius mors regi necessaria videatur. Huc potius quam ad fgm. XX refe-

rendum erit inc. fab. fgm. XXXVIII. — Vs. 1. κρείσσω ex emendatione Pflugkii (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 21.) pro vulg. κρεῖσσον scripsimus; κρείσσονα ex emendatione Canteri Musgravius dederat. Cod. Paris. A. vitiose praebet γάρ τε. Vs. 2. Grotius κἀσφαλὲς scripserat; eundem vero postea κ delevisse et vs. 1. κρέσσονα coniecisse Gaisfordius refert. — Ad sententiam simillimum est Alexandr. fgm. VII.

XXV. 250.

Stob. XX. 11.

Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν
ἥ τ' ἀξυνεσία, δύο κακὼ τῷ χρωμένῳ.

Idem, ut antea docuerat, Archelaum quippe hominem capitalem interimendum esse, ita his verbis ostendere voluit, eundem, si interficeretur, sua ipsius culpa interitum sibi parasse, quippe qui nimis magna appetiisset. — Ex Archelao hi vs. citantur in cod. Voss. et Paris. B. Vs. 1. Voss. θ' pro δ'. Vs. 2. ἀξυνεσία Grot. scripsit pro vulg. ἀσυνεσία, recte, ut anapaestus e duobus vocabulis constans vitaretur. Sententiam male Grotius expressit; est autem haec: *multos mortales superbia atque imperitia pessum dederat* (s. *pessum dare solent*), *duo mala ei, qui iis utitur.* —

Regis mente a consiliario mutata atque conversa nuntius in scenam prodiisse, pugnae exitum et Archelai res gestas narrasse, chorus autem suam de victoria laetitiam carmine patefecisse videtur, ex quo vide an supersint, quae fgto sequ. exhibuimus.

XXVI. 251.

Stob. CXXII. 7.

Ἔστιν καὶ παρὰ δάκρυσι κείμενον
ἡδὺ βροτοῖς, ὅταν
ἄνδρα φίλον στενάχῃ τις ἐν οἰκτῳ.

Chori verba esse metrum luculenter demonstrat. — Vs. 3. Codd. Paris. A. B. vitiose οἴκῳ. —

Post chori canticum Archelaus ipse victor in scenam processit, ut praemium a rege sibi promissum acciperet. Sed servus quidam de mutata Cissei mente certiorem eum facit insidiasque ipsi paratas aperit. Archelaus igitur perfidia regis cognita, cum Cisseo remotis arbitris colloqui et initio, ut regem ad fidem servandam commoveret, periclitari; deinde eum, si in perfidia perseveraret, in eandem foveam, quam Cisseus sibi fodi iusserat, iniicere statuit. Ex hoc Archelai cum rege colloquio superesse videntur fgm. XXVII —XXXVI., ex Welckeri autem opinione etiam fgm. XI. XII., utpote quibus rex Archelaum alia praeterea facere iusserit, ut tanto praemio dignus fiat, quantum appetat, et inc. fab. fgm. LXXVIII. XXX. XXXIV.

252. XXVII.

Stob. XXIX. 12.

Τὸ συνεχὲς ἔργου παντὸς εὑρίσκει τέλος.

Archelai verba esse videntur laboris finem requirentis h. e. praemium postulantis. — In nonnullis codd. hoc fgm. cum lemmate *Ἀναξανδρίδου* reperitur.

253. XXVIII.

Schol. Pind. Pyth. II. 54. *Πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν, κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας, παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν. Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ·*

Ἔπαυσ' ὁδουροὺς λυμεῶνας.

Haec verba nisi Archelai ipsius sunt res a se gestas enarrantis certe ad alius cuiusdam enumerationem rerum ab Archelao praeclare gestarum pertinent. Proferri igitur etiam initio fabulae ab eo poterant, qui Cisseo Archelaum commendabat cf. fgm. IV. V.

254. XXIX.

Stob. LXII. 13.

Ἔσωσα δούλην οὖσαν· οἱ γὰρ ἥσσονες
τοῖς κρείσσοσιν φιλοῦσι δουλεύειν βροτῶν.

Archelaus, quum rex filiam ei denegaret, commonefacit eum his versibus hanc filiam iam ferme servam fuisse, quum hostes urbi minitarentur, a se vero servitute esse liberatam. Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. XXXV.

255. XXX. XXXI.

Stob. XCIII. 12.

Πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα.

Archelai quin verba sint, vix dubium esse potest. Rex enim, quum reliquis promissis stare nollet, Archelao divitias obtulit, quas Archelaus postulans, ut rex fidem sibi servet, aspernatus est. Ad sententiam Berglerus apte confert Phoen. 606. *δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος, καὶ φιλόψυχον κακόν.* Aristoph. Plut. 203. —

Huc etiam procul dubio referenda et Archelao tribuenda sunt verba, quae Plut. de *EI* Delph. init. (p. 384. D.) servavit quaeque locum habere in nulla fabula nisi in Archelao potuisse ad finem argumenti ostendimus:

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
μή μ' ἄφρονα κρίνῃς ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

Dicit Archelaus, se iura sua haudquaquam dimittere ac regi committere velle.

XXXII. 256.

Orion. Anthologn. III. 1, p. 44. ed. Schneidewin.

Εἰ (sic) *τῶν δικαίων γὰρ νόμοι τ' αὐξήματα*
...
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώποις
τάδ' ἐστι χρήματα, ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

Verba corrupta sunt nec satis apparet, quae in iis insit sententia. Corruptelam initio librarius ipse indicavit subiectis sub voc. *εἰ* punctis, quam tollere viri docti vario modo conati fuerunt. Schneidewinus scribi voluit:

Τῶν γὰρ δικαίων οἱ νόμοι ταὐξήματα
μεγάλα φέρουσι· πάντα δ' ἀνθρώποις τάδε
πάρεστι χρήματ', ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

hac sententia: *nam eorum qui iuste agunt auctus afferunt leges magnos: omnia autem haec* — (quae in praegressis exposita fuerint) — *hominibus contingunt, si quis deum colat.* Addit Schneidewinus, haec potuisse in Cisseum nefario dolo Archelaum obtruncaturum dici. — Rankius locum sic constituit:

Οἱ τῶν δικαίων γὰρ νόμοι ταὐξήματα
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώποισί τοι
τάδ' ἐστι χρήματ', ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

et explicat: *leges enim a iustis hominibus constitutae magnopere iuvant: sed omnia profecto haec hominibus contingunt, si quis deum colat. Ut ea salus, cuius hominibus leges auctores sint, repetatur tamen a pietate erga deos.* — A. Meinekius denique correxit:

Ἐκ τῶν δικαίων οἱ νόμοι ταὐξήματα
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώπεί' ἀεί·
τάδ' ἐστι χρήματ', ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

in quibus *φέρειν αὐξήματα* significatione *auctus accipere, augeri*, ut *μισθὸν φέρειν* aliaque similia usurpatum dicit. — Ex hisce virorum doctorum emendationibus maxime Rankii correctio mihi arridet, praeterquam quod vs. 2 pro δ' fortassis τ' scribendum erit. Tum evadit sententia: *iustorum enim leges magnos auctus afferunt, atque instar omnium profecto hominibus hae divitiae sunt* s. hoc est, *si quis deum colat.* *Πάντα* vel *ἅπαντα εἶναι τινι* enim significat: *tanti ab aliquo fieri, ut ei instar omnium simus (Einem Alles sein).* De quo loquendi usu cf. God. Herm. ad Vig. p. 727. — Archelai verba esse facile perspicitur.

XXXIII. 257.

Plut. de audiend. poet. II. (p. 20. D.)

K. *Πόλλ', ὦ τέκνον, σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί.*
A. *Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.*

Priorem vs. citat ex Euripidis Archelao Iustin. Martyr. de monarch. p. 108. C. (ed. Hag. Com. p. 41. a.), alterum simpliciter Euripidis

nomine memorat Plut. de Stoicorum repugn. 33, 4 et 34, 1. (p. 1049. E.) Utrumque alii personae tribuendum esse, iam ante nos editores intellexerunt, ac profecto prior Cissei, alter Archelai est. Cisseus enim, quae ipse peccavit et peccaturus est, in deos transferre conatur, ut Archelaus divina voluntate fieri ea credat, quae perfidia regis fiant. Archelaus autem bene regis mentem perspexit. Ad vs. 1. cf. fgm. inc. fab. CI. Vs. 2. τὸ ῥᾷστον εἶπας h. e. ῥᾷστόν ἐστιν, ὃ εἶπας. cf. Pflugk. ad Hel. 1043. Ad sententiam cf. Iph. T. 390. sq.

258. XXXIV.

Stob. XXXIV. 2.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.

Cissei haud dubie verba sunt Archelai rationes sermonesque minitationibus repellentis. — Vs. 1. pro vulg. λέγε Valck. Diatr. p. 257. restituit λέγ' εὖ, ibique formulam illustravit. Pors. Adv. p. 274. μὴ λέγῃς proposuit contra praeceptum, quod ipse postea dedit ad Hec. 1174. — Temere Matth. Grotii versionem reprehendit, in verbis εἰ φέροι τινὰ βλάβην enim minitatio latet.

259. XXXV.

Stob. XX. 12.

Ὀργῇ δὲ φαύλῃ πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα.

Hic versus apud Stobaeum cum duobus aliis coniunctus est:

ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.
πόλλ' ἐστιν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά

quorum priorem Stobaeus paullo post (XX, 31.) ex Hypsipile Eurip. citat. Recte igitur Grotius hoc fgtm., quippe cuius singuli versus inter se non cohaereant, in tria fragmenta distinxit; nos autem versum 2 inter Hypsipiles (fgm. VIII.), versum 3 inter incert. fab. fgm. (XX.) recepimus. cf. Belleroph. fgm. XV. Primus autem vs. ab Archelao dictus esse videtur, quum Cisseum iratum atque minitantem conspiceret. Idem legitur inter gnom. monostich. (Menandr.) ex Aldo. vs. 50.

260. XXXVI.

Stob. XX, 25.

Τῷ γὰρ βιαίῳ κἀγρίῳ τὸ μαλθακὸν
εἰς ταὐτὸν ἐλθὸν τοῦ λίαν παρείλετο.

Desunt hi vs. in cod. Paris. A., codd. Schow. vero ex Archelao petitos indicant. Recte Welckerus haec verba Archelao tribuere videtur; ea vero ex hac scena petita esse definite dicere non ausim. Vs. 2. ἐς ταὐτὸν ἐλθὸν) cf. fgm. XIX. Valck. Diatr. p. 222. ut suaviorem efficeret sonum, ἐς ταὐτό γ' ἐλθὸν κτλ. scripsit.

XXXVII. 261.

Stob. Ecl. phys. I, 4, 47. p. 130, ed. Heer. omisso auctoris et fabulae nomine.

Λοκεῖς τὰ τῶν θεῶν ξυνετὰ νικήσειν ποτὲ,
καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπωκίσθαι βροτῶν,
ἥδ' ἐγγύς ἐστιν· οὐχ ὁρωμένη δ' ὁρᾷ,
ὃν χρὴ κολάζειν τ' οἶδεν· ἀλλ' οὐκ οἶσθα σὺ,
ὁπόταν ἄφνω μολοῦσα διολέσῃ κακούς.

Hos versus ex Archelao ductos esse docet Orion. Anthologn. V. 1. p. 46, ed. Schneidew., qui tres priores ex hac fabula affert. Eosdem iam Valck. Diatr. p. 186 ad Euripidem rettulerat, mutata vero deinde sententia (ad Theocr. Adon. p. 238. B.) Sophocli assignavit. Vs. 1. cod. Vatic. Stob. et Orio *νικήσειν* pro vulg. *νικῆσαι*, simulque Orio vitiosum *σὺ*, quod Stobaei codd. post *θεῶν* habent, omittit. Vs. 2. cod. Vatic. et Orio *πού μακρὰν ἀποικεῖσθαι*, quod Grot. mutavit in *που μάκρ' ἀποικεῖσθαι*. Recte autem monet Schneidewinus, nec *μάκρ' ἀποικεῖσθαι* nec omnino *ἀποικεῖσθαι* dici, sed *ἀποικεῖν*. Codicis Escurial. igitur scripturam *ἀπωκεῖσθαι*, quae Heerenio ad *ἀποικεῖσθαι* ducere videbatur, secutus deleto *πού* corrigit: *καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀπωκίσθαι βροτῶν*, quae correctio sane nunc magis mihi probatur, quam quae olim mihi ipsi in mentem venerat: *καὶ τὴν Δίκην μακρὰν ἀποικεῖν που βροτῶν*. Cf. enim Stob. Ecl. phys. I. 5. 2. p. 154. *χρεία δ' Ἀνάγκη κοὐκ ἀπωκίσαι πολύ*. Ad sententiam cf. Andromed. fgm. XLI. vs. 2. Melanipp. fgm. VI. vs. 8. Inc. fab. fgm. II. — Vs. 5. Cod. August., Escurial., Vatic. *ἀμφωμολοῦσα*, quod Grotius bene in *ἄφνω μολοῦσα* mutavit. — Archelai haec verba esse facile quisque concedet.

XXXVIII. 262.

Orion. Anthologn. III. 2, p. 45. ed. Schneidewin.

Μακάριος, ὅστις νοῦν ἔχων τιμᾷ θεὸν,
καὶ κέρδος αὐτῷ τοῦτο ποιεῖται μέγα.

Mihi chori videntur verba esse sub finem fabulae pronuntiata, Welckerus autem p. 1596 hoc et fgm. XXXI minus apte ea ex scena petita dicit, ubi Cisseus cum Archelao depactus est. — Rankio vs. 2 *αὐτὸ τοῦτο* scribendum videtur, recte id improbatum a Schneidewino.

XXXIX. 263.

Orion. Anthologn. VIII, 2, p. 52, ed. Schneidewin. Stob. CV, 31.

Πάλαι σκοπoῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν,
ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔστη, χὠ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

Vs. 1. Orio praebet: *σκοπῶμεν*, vs. 2.: *οὐ γὰρ ἀσφαλῶς*, vs. 3. *πίπτει δ' ὃ πρὶν εὐτυχῶν*. *Ἀσφαλῶς* extat etiam in cod. Paris. A., *μεταβάλ-*

λουσιν pro μεταλλάσσουσιν, et vs. sq. πίπτει pro πιτνεῖ. Orionem igitur iisdem fere vitiis laborantem videmus atque optimum codicem Stobaei, quae ex reliquis codd. facile sanari possunt. Verbum πίτνειν vel πιτνεῖν a multis improbatum, plurimis tamen locis codicibus firmatum tuiti nuper sunt God. Herm. ad Elmsl. Med. 53. p. 340. ed. Lips., in praef. ad Bacch. p. XXXV., Elmsl. ad Heracl. 77, 618., Reisig. Enarrat. Sophocl. OC. 1745. Buttm. Ampl. Gr. Gr. II. 1. p. 219. — Choro hos versus assignandos esse manifestum est.

264. XL.

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 35 p. 124. ed. Heeren.

Τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμεν' ὀρθῶς
τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλθεν.

Hos versiculos a choro cantatos ad fabulae finem pertinere iam Musgr. bene intellexit.

Ad Archelaum Euripidis porro haud male referuntur:

Primum a Welckero p. 705 versus, qui sine auctoris et fabulae nomine citantur ab Ael. Var. Hist. III. 29 et Diog. Laert. VI. 38.

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον.

Vs. 1. simillimus est Hippol. vs. 1029. Vs. 2. Ael. habet δυσείμων pro πλανήτης, et βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον, Diog. βίον ἔχων τοὐφήμερον. Eosdem iam Valck. ad Hippol. l. c. Euripidi vindicaverat. Qui si huc pertinent, pravi consiliarii sunt. cf. Archel. fgm. XVIII. XIX. Sed vereor, ne ex Oedipo Diogenis tragici ducti sint, de quo Aelianus l. c. loquitur, quamquam non definite ei hos vs. assignat. — Deinde a Schneidewino (Coni. crit. p. 111.) versus, qui pariter sine auctoris et fabulae nomine extat ap. Herod. περὶ σολοικισμοῦ in Boissonad. Anecd. Gr. T. III. p. 245. — — καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιατικῆς γενικήν·

τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ' εὐανδρησίας.

Sed haud scio an εὐανδρησίας vocabulum non alicubi legatur.

A Y Γ H.

Argumentum exhibet Hyginus fab. 99. sq. *Auge, Alei filia, ab Hercule compressa, quum partus adesset, in monte Parthenio peperit et ibi eum exposuit. Eodem tempore Atalante, Iasi filia, filium exposuit ex Meleagro natum. Herculis autem filium cerva nutriebat. Hos pastores inventos sustulerunt atque nutrierunt, quibus nomina im-*

posuerunt, Herculis filio Telephum, quoniam cerva nutrierat, Atalantes autem Parthenopaeum, quoniam virginem simulans in monte Parthenio eum exposuerat. Ipsa autem Auge patrem suum timens profugit in Mysiam ad regem Teuthrantem, qui quum esset orbus liberis, hanc pro filia habuit. Accuratius Apollodorus (II. 7, 4. III. 9, 1.) puerum recens natum ab Auge matre, Minervae sacerdote, Tegeae in templo deae expositum, mox autem ab Aleo inventum ad Parthenium montem missum ibique a cerva nutritum esse tradit. Rem ita etiam in tragoedia institutam fuisse, et fgm. II, III docent et Schol. Arist. Ran. 1112, qui ad Aeschyli Aristophanei verba „οὐ προαγωγοὺς κατέδειξ' οὗτος, καὶ τίκτουσας ἐν τοῖς ἱεροῖς" adnotat: καὶ τίκτουσας· ἔγραψε γὰρ τὴν Αὔγην ὠδίνουσαν ἐν ἱερῷ. Cum his cf. Strab. XIII. p. 915. B. Εὐριπίδης δ' ὑπὸ Ἀλέου φησὶ τοῦ τῆς Αὔγης πατρὸς εἰς λάρνακα τὴν Αὔγην κατατεθεῖσαν ἅμα τῷ παιδὶ Τηλέφῳ καταποντωθῆναι, Ἀθηνᾶς δὲ προνοίᾳ τὴν λάρνακα περαιωθεῖσαν ἐκπεσεῖν εἰς τὸ στόμα τοῦ Καΐκου· τὸν δὲ Τεύθραντα ἀναλαβόντα τὰ σώματα, τῇ μὲν ὡς γαμετῇ χρήσασθαι, τῷ δὲ ὡς ἑαυτοῦ παιδί. Eadem tradit Paus. VIII. 4, 6. Sed haec vix ad summam argumenti fabulae cognoscendam sufficiunt. Matthiaeus ea, quae Strabo narrat, locum in tragoedia habuisse negat, nam partem fabulae Tegeae, partem in Mysia agi non potuisse, quippe quum poetae tragici nunquam rem, quam in scena ante oculos posuerint, ex alio in alium locum traiecerint. Sed bene monuit God. Hermannus (de fragm. poet. in Schol. Vatic. etc. p. 9. Opusc. V. p. 190) Matthiaeum haec scribentem non memorem fuisse Eumenidarum Aeschyli, in qua tragoedia primo Delphis, deinde Athenis atque ibi quoque primo in arce, deinde in Areopago res ageretur. Non est igitur, cur dubitemus, quin quae Strabo tradit, in fine fabulae locum habuerint. Ceterum neque quomodo singula instituerit Euripides, neque quo anno fabula acta sit, explores; attamen, si propter solutiores numeros (cf. fgm. II.) Augen quartum in tetralogia locum tenuisse dicas, vix erraveris. Conferas enim plures in Oreste versus. Bene praeter Welckerum de hac fabula egit O. *Jahnius* in libello, qui inscriptus est: *Telephus und Troilus* (Kiel. 1841.) p. 47. sqq.

I. 265.

Schol. (Eurip.) Rhes. vs. 419. Ἄμυστιν. οἱ μὲν ποτηρίου εἶδος ἐπιτηδειότητα ἔχον πρὸς τὰς ἀμυστὶ πόσεις· ὡς ἐν αὐτῇ σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς ἕλκουσι τὰς ἀμυστίδας. κτλ. Emendavit God. Hermannus (de fgm. poet. in Schol. Vat. p. 9. Opusc. V. p. 189) sic: οἱ μὲν ποτηρίου εἶδος ἐπιτηδειότητα ἔχον πρὸς τὰς ἀμυστὶ πόσεις, ὡς ἐν Αὔγῃ·

σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς
ἕλκουσι . . . τὰς ἀμυστίδας.

Verba Auges ipsius esse videntur, quae, quum σὺν τῷ dixerit, Herculem haud dubie voluit intelligi. Cf. fgm. II. — Non dubitavimus autem haec inter Euripidea referre, quamquam Hermannus ipse haeret, sitne Euripidis an Philyllii, poetae comici, nomen ad verba ἐν Αὔγῃ supplendum. At Philyllii, poetae non admodum clari, nomen

scholiastes vix omisisset; Euripidis vero fabulae saepissime tacito poetae nomine citantur, quo accedit, quod ne satis certum quidem est, utrum re vera Philyllius Augen composuerit, an Auges comoediae titulus ex Aegei nomine corruptus sit. cf. Meinek. Poet. com. I. p. 259. fin.

266. II.

Stob. XVIII. 20.

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'· ὁμολογῶ δέ σε
ἀδικεῖν· τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

Haec verba hominis cuiusdam delictum aliquod ebrietate excusantis esse facile apparet. Crediderunt igitur interpretes, Herculem ea locutum esse, quum Alcidam. Rhet. p. 70. ed. Reisk. narraverit, „*ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα (Αὔγην) ἐν τῷ νεῷ ὑπὸ μέθης συνεγένετο.* Recte autem Matth. vix credibile esse monet, Herculem statim post concubitum cum Auge colloquentem ab Euripide introductum esse. In alia vero fabulae scena Herculem in scenam prodiisse quominus credamus, prohibet vocula *νῦν* initio posita. Neque quales omnino Herculis in hac fabula partes esse potuerint facile intelligitur. Igitur vere difficultatem Matth. eo expedivisse videtur, ut Augen in prologo rem narrantem ipsius Herculis verbis usam esse diceret. Similiter enim Mercurius in Ionis prologo (vs. 29) fratris, nuntius in Phaëthonte (cf. fgm. VI.) Solis verba ut sua affert. etc. Locum huius persimilem servavit Tryphon, qui dicitur, in Mus. crit. Cantabrig. I. p. 48. (in Walz. Rhet. Gr. VIII. p. 739.) incerti cuiusdam tragici: *οἰνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος.* cf. Carcini vs. ap. Harpocr. 106, 8. Frequentes autem eiusmodi locos esse in nova comoedia bene docuit Meinek. Fragm. com. IV. p. 694. (fgm. anon. com. 363.)

267. III.

Clem. Alex. Strom. VII, 4, § 23. p. 841. fin. P. *Εὖ δὲ καὶ ἡ αὐτὴ* (ἡ *Αὔγη* egregie correxit Valck. Diatr. p. 164.) *δικαιολογουμένη πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπὶ τῷ χαλεπαίνειν αὐτῇ τετοκυίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ λέγει·*

σκῦλα μὲν βροτοφθόρα
χαίρεις ὁρῶσ' ἀπὸ νεκρῶν ἐρείπια·
κοὐ μιαρά σοι ταῦτ' ἔστιν· εἰ δ' ἐγὼ 'τεκον
δεινὸν τόδ' ἠγῇ —

Καί τοι καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἐν τοῖς ἱεροῖς τίκτοντα οὐδὲν ἀδικεῖ. — Vs. 2 metro laborantem Grot. emendavit *ὁρῶσα κἀπὸ*, receptum a Barnesio, quod pro lectione edita Heathius habens mutavit in *ὁρῶσα καὶ*, probatum id Lobeckio ad Soph. Ai. 306. Valck. l. c. et ad Hippol. 1441. correxit: *χαίρεις ὁρῶσα, τῶν νεκρῶν ἐρείπια*, Jacobs. Exercit. in script. vet. I. p. 216. *ὁρῶσ' ἀπὸ νεκύων ἐρείπια*, Boissonad. *ὁρῶσα χαίρεις ἀπὸ νεκρῶν ἐρείπια*, quorum alterutrum certe ab Euripide profectum est. Nam *ἀπὸ* librario originem debere veri parum simile

est, neque καὶ ferri hoc loco potest, quum νεκρῶν ἐρείπια a σκύλοις non diversa sint. Eodem modo loquutus est Soph. Ai. 301. 76. — Vs. 3. Grot. dedit μικρὰ pro μιαρά. — Hos versus ab Auge Minervae dictos esse, quum dea irasceretur, quod illa in ipsius templo peperisset, egregie Clemens ipse ostendit.

IV. 268.

Stob. XXII. 7.

Ποῖ; πῶς δὲ λήσει; τίς δὲ νῷν πιστὸς φίλος;
ζητῶμεν· ἢ δόκησις ἀνθρώποις κακὸν,
καὶ τοὐπιχειρεῖν ἐξαμαρτάνειν φιλεῖ.

Ad Augen hi vs. relati sunt codicum Schow. auctoritate, in reliquis lemma deest. Idem Schowius probabiliter vs. 2. 3. respondentis cuiusdam esse voluit, ac profecto ex colloquio Auges cum nutrice petiti videntur. Quaerit enim Auge, ubi filium recens natum condat, et ubi hominem fidum, cui totam rem committere possit, inveniat. Ab ea autem re vera talem hominem repertum esse, quem Aristoph. Ran. 1112. (l. c.) προαγωγοῦ vocabulo significarit, admodum veri est simile.

V. 269.

Stob. LXIII. 11.

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν,
καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν
οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Haec verba fortassis ex eadem scena deducta sunt sive a nutrice sive a choro prolata; tamen si quis pertinaciter ea ex posteriore fabulae parte petita dicat, equidem non vehementer refragabor. Welckerus ea homini familiari, quem Augen postea reperisse supra diximus, assignat. — Vs. 1. 3. 4. etiam Athen. XIII. p. 600. D. citat sed ita: ὅστις Ἔρωτα μὴ μόνον κρίνει θεόν. — Ex Euripideis expressos esse hos Caecilii Statii (ap. Cic. Tusc. IV. 32, 68) versus

— deum qui non summum putet,
Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimat,
Cui in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem sanari, quem in morbum iniici,
Quem contra amari, quem expeti, quem arcessier.

notavit Vict. Var. Lect. XIII, 4., quos, qui integri afferantur, satis diguos iudicamus.

270. VI.

Stob. CV, 15.

Πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν, οὐχ ἡμῖν μόνον,
ἢ καὶ παραυτίκ' ἢ χρόνῳ δαίμων βίον
ἔσφηλε, κοὐδεὶς διὰ τέλους εὐδαιμονεῖ.

Welckerus haud improbabiliter haec verba regi Aleo tribuit, in cuius notitiam nescio qua ratione res pervenerat; et quadrant ea sane in hominem antea felici conditione usum, nunc autem aliquo malo affectum. — Ceteroquin sententia ipsa ex tritissimis apud Euripidem est. cf. Herc. f. 103. *οἵ τ' εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.* Stheneb. fgm. I.

271. VII.

Stob. XXXVII. 20.

Τὸ γὰρ ἐπιεικὲς ὠφελεῖ τὰς συμφοράς.

Τὸ γὰρ ἐπ. Grot. scripsit pro vulg. *τὸ δ' ἐπ.* — Auge his verbis ad patris querelas respondere videtur.

272. VIII.

Stob. LXXVIII. 4.

Τίς δ' οὐχὶ χαίρει νηπίοις ἀθύρμασιν.

Auge patrem, ut sibi ignosceret, orasse eiusque misericordiam conciliare infanti voluisse videtur.

273. IX.

Stob. LXXIII. 41.

Γυναῖκές ἐσμεν· τὰ μὲν ὄκνῳ νικώμεθα,
τὰ δ' οὐκ ἂν ἡμῶν θράσος ὑπερβάλοιτό τις.

Vs. 2. *ὑπερβάλλοιτο* Barnes. pro vulg. *ὑποβάλλοιτο* et sic Matth. Dindf. Welck.; sed Paris. A. B. teste Gaif. *ὑπερβάλοιτο*, quod recipere non dubitavimus. Bene Matth. Augen de se verba facere suumque facinus contra patris exprobrationes excusare intellexit. Dicit autem: *mulieres ex parte quidem facile timore vinci, ex parte autem summam audaciam prodere.* Haud dissimilis est locus Med. 407. *πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν γυναῖκες, εἰς μὲν ἕσθλ' ἀμηχανώταται, κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.* Iph. Taur. 1061.

274. X.

Stob. XLVI. 9.

Οὐ τῶν κακούργων οἰκτος, ἀλλὰ τῆς δίκης.

Alei regis verba esse videntur, quem Auge variis argumentis precibusque frustra placare conata fuerat. Constituit enim, ut filia simul cum

infante in arca includeretur, inclusa autem in mare mitteretur. Cf. Strab. Paus. ll. cc. Sed num eam rex Nauplio in mare coniiciendam tradiderit, ut Paus. VIII, 48, 5. Alcid. Rhet. p. 70. sq. ed. Reisk., Diod. IV. 33 narrant, nunc vix discernas. Ceterum Alcidamas et Diodorus a reliquis, qui Auges historiam referunt, in eo dissentiunt, quod Nauplium eam non in mare coniecisse, sed Caribus quibusdam vendidisse, a quibus Auge ad Teuthrantem regem deducta sit, tradunt.

XI. 275.

Apollon. Dysc. in Bekk. An. Gr. p. 514. 10. *Καὶ ἐν Αὐγῇ*

καὶ βουθυτεῖν γὰρ ἠξίους ἐμὴν χάριν.

Cf. Gregor. Cor. p. 32. ed. Schaef. Non improbabiliter Matth. his verbis Minervam in fine fabulae Augae auxilium pollicitam esse coniecit. Euripides igitur ita videtur rem instituisse, ut Auge Minervae maxime ope servaretur et ad Teuthrantem perveniret. *Ἐμὴν χάριν, mea causa.* cf. Hel. 1373. Cress. fgm. VII.

XII. 276.

Stob. XLIX. 3.

Κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι
χαίρουσιν ὀλίγῃ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ.
τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον,
κἂν σμίκρ' ἔχῃ τις, μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.

Cui haec verba assignem haereo: attamen ab aliquo regi maledicente dicta esse apparet. Welck. ea familiari isti, de quo ad fgm. IV. diximus, tribuit. — *Μοναρχίαν* non solum unius imperium, sed regnum in universum significare, cum ex aliis, tum ex hoc praecipue loco cognosci potest. Est autem *ὀλίγη μοναρχία*, *paucum regnum* dictum pro *ὀλίγων μοναρχία* vel *ὀλιγαρχία*, *paucorum regnum* ex consuetudine poetarum (cf. Aesch. Sept. 28. *προσβολὴν Ἀχαΐδα* pro *προσβολὴν Ἀχαιῶν*. Aeol. fgm. XI. *κρείσσων ὁμιλία* et exempla ibi allata); quare Grotius hac scriptura offensus non *ὀλίγων* corrigere debebat. Vs. 3. 4. citantur etiam a Philone Iud. Quod Omn. Prob. Liber Sit. § 20. p. 886. ed. Pfeiff. (p. 467. ed. Mang.)

XIII. 277.

Hesych. *Ἀπενήσω· ἀπέβαλες. Εὐριπίδης Αὐγῇ.* Valck. l. c. a choro verbum *ἀπονήσασθαι* de deposito Auges onere adhibitum esse coniecit. —

XIV. 278.

Hesych. *Διέφθειρε· διῆγεν· Εὐριπίδης Αὐγῇ.* Legendum esse *διέφερε* monuit Kusterus. cf. Pflugk. ad Herc. f. 75.

279. XV.

Hesych. *Κέρας· ὄρθιον· ἢ γενρά. Εὐριπίδης ἐν Αὔγῃ.*

280. XVI.

Gramm. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 116, 2. *Φιλοτραφής, ὃν ἡ συνήθεια φιλοτρόφον λέγει. Εὐριπίδης Αὔγῃ.*

Ad Augen haud male Welckerus p. 765 locum rettulit Plut. Sympos. IX. 1. (p. 736. E.) *Καὶ ὁ παρὰ Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ πρόθυμος ἦν ᾄδειν μετὰ τὸ δεῖπνον, ὥστε προσέπεμψεν αὐτῷ τὸν υἱὸν ἔτι παιδάριον ὄντα τὸν Φίλιππον, ἐπιβαλὼν εὐθύς·*

Τὸν παῖδά μοι τόνδ' ἀξίως Ἡρακλέους
ἡμῶν τε θρέψαι.

Haec verba, a Porsono (ad Med. 675) etiam Euripidi vindicata, optime Augae conveniunt et locum post fgm. III habuisse videntur.

ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Fabulae argumentum praebet Hyginus fab. 201. *Mercurius Autolyco, ex Chione quem procreaverat, muneri dedit, ut furacissimus esset nec deprehenderetur in furto, ut, quidquid surripuisset, in quamcunque effigiem vellet, transmutaretur, ex albo in nigrum vel ex nigro in album, in cornutum ex mutilo, in mutilum ex cornuto. Is quum Sisyphi pecus assidue involaret nec ab eo posset deprehendi, sensit eum furtum sibi facere, quod illius numerus augebatur et suus minuebatur. Qui ut eum deprehenderet, in pecorum ungulis notam imposuit. Qui cum solito more involasset, et Sisyphus ad eum venisset, et pecora sua ex ungulis deprehendit, quae ille involaverat, et abduxit. Qui quum ibi moraretur, Sisyphus Anticliam Autolyci filiam compressit, quae postea Laërtae data est in coniugium, ex qua natus est Ulysses. Ideo nonnulli auctores dicunt Ypsipylon* (Sisyphion, *Σισύφου υἱόν*). *Ob hoc Ulysses versutus fuit.* Autolyci mores, quales in hac fabula repraesentati fuerint, expressisse se profitetur Tzetz. Chil. VIII. 422. sq. Duas huius fabulae editiones fuisse ex Athenaeo (cf. fgm. I) concludi potest, nisi forte errori Athenaeus hanc notitiam debet aut ipse erravit. Nullo modo autem cum Matthiaeo secundam tantummodo editionem drama satyricum fuisse crediderim, sed utramque.

I. 281.

Athen. X. p. 413. C. sq. *Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ λέγει·*

Κακῶν γὰρ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα,
οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους.
οἳ πρῶτα μὲν ζῆν οὔτε μανθάνουσιν εὖ,
οὔτ' ἂν δύναιντο· πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος,
κτήσαιτ' ἄν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός;
οὐδ' αὖ πένεσθαι καὶ ξυνηρετμεῖν τύχαις
οἷοί τ'. ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ
σκληρῶς. διαλλάσσουσιν εἰς τἀμήχανα.
λαμπροὶ δ' ἐν ἤβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν,
τρίβωνες ἐκβαλόντες οἰχονται κρόκας.
ἐμεμψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον,
οἳ τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι
τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν.
τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ,
ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων χερὶ
θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
στάς. ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε κἀγαθοὺς
φύλλοις στέφεσθαι, χὥστις ἡγεῖται πόλει
κάλλιστα, σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
ὅστις τε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακὰ,
μάχας τ' ἀφαιρῶν καὶ στάσεις. τοιαῦτα γὰρ
πόλει τε πάσῃ πᾶσί θ' Ἕλλησιν καλά.

Vs. 1—9. 16—22 praebet etiam Galen. Protrept. Vol. II. p. 10. ed. Charter. Vol. I. p. 23. ed. Kühn. Vs. 1. *γὰρ* Galenus et Eustath. ad Il. *ψ*. p. 1299, 20 (1411, 41) qui hunc vs. citat; Athenaei codd. *γέ*. Vs. 3. *οὐδὲ* Galen. Vs. 4. *ὅτ' ἄν*. Galen. Vs. 5. *ἡττημένος*. Galen. *ἡσκημένος* cod. B. Athenaei. Ut hoc loco aliquis *γνάθου δοῦλος*; ita Phaethont. fgm. II. alius *δοῦλος λέχους* ex nostratium loquendi more vocatur. — Vs. 6. *εἰς ὑπεκτροφὴν πατρὸς*, Galen., quod probatur Casaubono Animadv. p. 709 *πατρὸς* in *πάτρας* mutanti, vertentique: *ad alendam necessario tempore patriam*. Consentit Schweigh., quia Xenophanes (ap. Athen. X. p. 414. C.), cuius ex elegiis Euripideos versus expressos esse Athenaeus X. 6. (p. 413. F.) affirmat, legit: *οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μύχους πόλεως*. Ita etiam Grotius et Bar-

nesius scripserunt. Recte vero Matth. monuit, τρέφειν vel adeo ὑπεκτρέφειν πατρίδα dici vix posse; certe ea significatione dici nequit, quam Grotius versione sua expressit „*ut patriae utilis sit.*“ Significat autem εἰς ὑπερβολήν, quod Athenaei codd. praebent, vel καθ' ὑπερβολήν, *extra modum, immoderate*, cum genitivo vero: *plus quam* —; (cf. Valck. ad Hippol. 938) εἰς ὑπερβολὴν πατρὸς est igitur: *plus patre, ita ut patrem pecuniae parandae solertia superet.* cf. Hippol. 939. Melanipp. fgm. XXIX. vs. 2. Anaxilas com. ap. Athen. XIII. p. 558. A. Vs. 7. καὶ ξυνηρετμεῖν. codd. Athen. CE. καὶ ξυνηρετεῖν. codd. PVL. κἀξυπηρετεῖν. Galen. et sic Matth. Verbum ξυνηρετμεῖν, quod ex codd. PVL. bene Valck. Diatr. p. 80 elicuerat, nunc codd. EC. auctoritate et Soph. Ai. 1329 confirmatur, itaque hoc loco recipiendum est, etsi negari non potest, alteram scripturam etiam ferri posse, siquidem a Soph. OT. 217 τῇ νόσῳ ὑπηρετεῖν, *morbo indulgere*, dictum est. Vs. 8. οἱοί τ'. omittit Galen. De Accusativo cum ἐθισθέντες coniuncto cf. Antiop. fgm. XXXI. Vs 9. μεταλλάσσουσιν. Galen. εἰς τἀμήχανον. Galen. et cod. E Athenaei. Vs. 10. ἄβη. cod. E Athen. Vs. 12. citat Diog. Laert. I. 56, ubi scriptum τρίβωνες ἐκλείποντες, receptum id a Grot. Barnes. Musgr. Bene autem Matthiaeus dicendum fuisse ἐκλιπόντες indicavit, si quidem ἐκλείπειν κρόκας significare posset: *tramam reliquam facere*, de qua re valde dubitandum. Vs. 13. τόν. codd. ACE. τῶν. PNL. Athen. Vs. 15. ἀχρεῖον. cod. E. Quod ex verbis δαιτὸς χάριν concluserat Casaubonus, ludorum sacrorum agonistas victoria reportata a spectatoribus (quibusdam) ad epulas esse invitatos, id eiusdem Athenaei (I. p. 3. D. sqq. IV. p. 168. F.) testimonio confirmavit Schweigh. Vs. 16. τί γὰρ — τί δ'. Athen. Vs. 17. ἆρας ἢ γνάθον) ἀρσήγναθον. codd. BP. Athen. πλήξας pro παίσας. Galen. — Vs. 30. Galen. in fine versus praebet ποσὶ, cuius loco in Athenaei codd. ABCE. χερὶ, in codd. PVL. χεροῖν, quod Matth. ex versu praecedente illatum et in χερὶ depravatum putat, ποσὶ autem quomodo inseri potuerit non intelligit. Attamen quid sit ποσὶ θεῖνειν nescire me confiteor; nam celeritatem pedum per scuta discurrentium vel scuta percurrentium significari hoc modo potuisse, ut cuiquam credibile videatur vereor. Praebet autem Galen. initio vs. 21 θέοντες, pro quo omnes Athenaei codd. θεῖνοντες, Musgr. utraque scriptura coniuncta θένοντες, quod recepit Matth. Male, nam θένειν verbum nunquam in usu fuit, sed corruptum est ex aoristo θενεῖν. cf. Blomf. ad Aesch. S. c. Th. 378. Elmsl. ad Heracl. 272. 685. Buttm. Gram. gr. ampliss. II. p. 148. Retinenda igitur est Athenaei scriptura θεῖνοντες. Quae si servatur, ποσὶ, quippe quod aptum sententiam non praebeat, ferri nequit. Genuinam vero putamus Athenaei scripturam: δι' ἀσπίδων χερὶ θεῖνοντες. Sententia haec est: *pugnabuntne cum hostibus manibus discos tenentes an per scuta manu pulsantes hostes patria eiicient?* De discrimine inter Dativum et διὰ c. gen. cf. praeter alios Matth. gr. gr. § 396. adnot. 1. δι' ἀσπίδων θεῖνειν similiter dictum est in Heracl. 738. δι' ἀσπίδος θεῖνοντα πολεμίων τινά. Si quis autem quaerat, unde ποσὶ irrepserit, id mihi hac ratione exortum videtur. Depravatum erat in aliquo codice θεῖνοντες vel vitiosum illud θένοντες in θέοντες: quum vero χερὶ

θέοντες sententiam non exhiberat, *περὶ* nescio a quo librario in *ποσὶ* mutabatur, petitum hoc ex dictione Homero satis frequentata *ποσὶ* vel *πόδεσσι θέειν*. Etenim non tantum tribuendum est Galeni auctoritati, ut scriptura *ποσὶ θέοντες* alteri *περὶ θεύοντες* anteferatur, nam idem Galenus supra (vs. 8) vel duo vocabula omisit. Quae quum ita sint, in Athenaei scriptura acquiescimus, inutilemque judicamus Lobeckii (ad Soph. Ai. 611) coniecturam: *ἢ δίχ' ἀσπίδων, sine clypeo.* — Vs. 22. extat etiam ap. Plut. de genio Socr. 12. (p. 581. F.) et Praecept. ger. reip. VI, 7. (p. 803. B.). Vs. 22—28 omittunt Galen. et codd. CE Athenaei. — Vs. 23. *ἄνδρας χρὴ σοφοὺς.* codd. BP Athen. — Vs. 24. *χ' ὥς τις.* V. *χ' ὅς τις.* L. *καὶ ὅστις* AB. *καὶ ὡς τις.* P. *ἠγῆται.* B. — Vs. 26. *ὅστις γε.* codd. *τε* Musgr., quod cum Dindorfio recipere non dubitavimus.

II. 282.

Polluc. Onom. X, 111. *Εὐριπίδης μὲν εἰρηκεν ἐν Αὐτολύκῳ Σατυρικῷ· τοὺς ὄνους τοὺς λαγωγοὺς οἴσειν ἐξ ὄρους ξύλα.* **In versus redegit Musgr.**

τοὺς ὄνους
τοὺς λαγωγοὺς ἐξ ὄρους οἴσειν ξύλα.

Rectius tamen fortasse uno versu troch. tetr. comprehenderis.

III. 283.

Polluc. Onom. X. 178. — *καὶ Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύκῳ εἰπόντος· Σχοινίνας γὰρ ἵπποισι φλοΐνας ἡνίας πλέκει.* **Ex quibus Toup. Emendat. in Suid. T. IV. p. 399 hunc foedum effecit versum troch. tetr.**

σχοινίνας γὰρ ἵπποισιν καὶ φλοΐνας ἡνίας πλέκει

vel hos senarios pariter turpes effingi voluit:

σχοινίνας γὰρ
ἵπποισι καὶ τὰς φλοΐνας ἡνίας πλέκει.

Musgr. uno versu scripsit: *σχοινίνας ἵπποισι γὰρ φλοΐνας ἡνίας πλέκει.* **Male. Pflugkius (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 21.) Euripidem scripsisse putat:**

φλοΐνας γὰρ ἵπποις σχοίνων ἡνίας πλέκει.

Mihi *σχοινίνας* **et** *φλοΐνας* **simul ferri non posse, sed alterum alterius explicandi caussa adiectum esse videtur, ita ut Euripides scripserit:**

ἵπποισι σχοινίνας γὰρ ἡνίας πλέκει.

ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ.

Huius fabulae argumentum quale fuerit, haud facile est ad dicendum. Nam quae Hom. Il. VI. 155—211, Apollodorus II, 3, 1. 2, Io. Malalas Chronogr. IV. p. 102. sq. tradunt, quatenus ad Bellerophontem simulque ad Proetei uxorem spectant et Tirynthe gesta sunt, magna ex parte non in hac tragoedia, sed in *Stheneboea* expressa erant, et in *Bellerophonte* nonnisi in prologo locum habere poterant. Huc vero pertinent quae refert Schol. Aristoph. Acharn. 426, qui ad Aristophanis verba: „ἀλλ' ἢ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα ἃ Βελλεροφόντης εἶχ' οὗτοσί;" adnotat: εἰσήγαγε γὰρ καὶ τοῦτον καταβληθέντα ἐκ τοῦ Πηγάσου καὶ ἐρρυπωμένα ἱμάτια ἔχοντα. et ad Aristophanis (in Pac. 146.) versus: „ἐκεῖνο τήρει, μὴ σφαλεὶς καταρρυῇς ἐντεῦθεν, εἶτα χωλὸς ὢν Εὐριπίδῃ λόγον παράσχῃς καὶ τραγῳδία γένῃ." adscribit: τοῦτο πρὸς Εὐριπίδην ἀποτείνεται, ἐπειδὴ ἐκεῖνος δρᾶμα ἐποίησε τὸν Βελλεροφόντην, ἐν ᾧ χωλὸν εἰσήγαγεν αὐτὸν διὰ τὸ πεπτωκέναι ἀπὸ τοῦ Πηγάσου, βουλόμενον εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν. His adde Schol. Pac. 76. 135. (fgm. XVIII. sq.) Ran. 870. Schol. Pind. Ol. XIII, 132. φασὶ γὰρ ὡς βουληθεὶς πρὸς οὐρανὸν ἀναπτῆναι σὺν τῷ Πηγάσῳ, ἐξοιστρωθέντος τοῦ ἵππου παρὰ τοῦ Διὸς, πίπτει καὶ χωλοῦται, κατὰ δέ τινας καὶ τυφλοῦται καὶ ἐκπλανᾶται κατὰ τὸ Ἀλήϊον χωλός. Pind. Isthm. VI. 44. Ὅτι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος Δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς Ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν Ζανός· τὸ δὲ παρ' δίκαν Γλυκὺ πικρότατα μένει τελευτά. Asclepiad. ap. Schol. Hom. Il. VI. 155. λέγεται δὲ αὐτὸν ἐπαρθέντα ἐφ' οἷς ἔπραξε θελῆσαι μετὰ τοῦ Πηγάσου τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι· τὰ γὰρ νῶτα, ὡς ἔφαμεν, πτερωτὰ εἶχεν ὁ ἵππος· τὸν δὲ Δία μηνίσαντα οἶστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ, ὥστε ἐκπεσεῖν μὲν τὸν Βελλεροφόντην καὶ κατενεχθῆναι εἰς τὸ τῆς Λυκίας πεδίον τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον Ἀλήϊον πεδίον, ἀλᾶσθαι δὲ κατὰ τοῦτο πηρωθέντα, τὸν δὲ ἵππον λαβεῖν τὴν Ἠὼ δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον, πρὸς τὸ ἀκόπως περιιέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους. Iustin. Mart. Apol. I. p. 56. C. 76. A. (ed. Hag. Com. 1742.) Hinc apparet, Bellerophontem in Pegasum aligerum ascendisse, ut in coelum ad deos advolaret; Iovem vero iratum misisse oestrum, qui Pegasum pungeret, quo facto Bellerophontem deiectum esse claudumque vestibus conscissis in campo Aleïo circumerrasse, attamen hoc casu meliora edoctum stultitiam suam intellexisse et aequo tranquilloque animo mortem obisse. Hinc proverbium ortum esse videtur: καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντης. Cf. Apost. X. 86. Arsen. Viol. p. 316. καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντης· ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι ποιούντων. Homeri narrationem si simul respicimus, Bellerophontes, postquam deorum auxilio multa praeclare gesserat summaque felicitate usus erat, eorum odium sibi contraxit ac multa mala perpessus est. (cf. Hom. Il. VI. 200. sqq.) Itaque tristitia eius animum occupavit (cf. Aristot. Problem. XXX. 1. Galen. de medic. 13) et, ut Cic. Tusc. III. 26, 63 Homeri verba Latine reddens dicit:

— miser in campis maerens errabat Aleïs,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Neque dubium esse potest, quin deos maxime insolentia atque superbia inimicos sibi reddiderit. Quare Horatius (Carm. IV, 11. 25) cum Phaëthonte eum comparat, et auctor epistolarum, quae Socratis nomine circumferuntur, dicit (I. p. 7. Orell.): *ἐοίκασι δὲ καὶ οἱ πρῶτοι μυθολογήσαντες τὰ περὶ τὸν Βελλεροφόντην τούτῳ τι παραπλήσιον εἰνίξασθαι. οὐ γὰρ ὅτι οἶμαι τόπου ὑψηλοτέρου ἐπεθύμησεν, ἀλλ' ὅτι πραγμάτων μειζόνων ἢ καθ' ἑαυτὸν ὠρέχθη, μετὰ ταῦτα αὐτῷ συμφοραὶ ἐγίνοντο· καταπεσὼν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αἰσχρῶς καὶ ἀπορωτάτως τὸν λοιπὸν ἔζη βίον, διὰ τοὺς ἐφυβρίζοντας ἐν τοῖς ἄστεσιν ἐπὶ τὴν ἐρημίαν ἐπεξεληλυθὼς καὶ τὰς βάσεις ἀπολαλεκώς, οὐχ ὥσπερ* (ὥσπερ Lunac. in Eurip. Hippol. I. p. 14.) *ἡμεῖς οἰόμεθα λέγει, ἀλλὰ τὴν παρρησίαν, ἐφ' ἧς ὀρθοῦται ὁ ἑκάστου βίος.* Veri igitur est simile ipsisque fragmentis confirmatur, Bellerophontem ab Euripide in scenam inductum esse superbum, stomachosum ac male contentum, de iustitia deorum non modo dubitantem, sed cum diis vel litigantem eosque negantem (cf. fgm. II—X.), ideoque in coelum tetendisse, non, sicut Matthiaeo (p. 108) visum est, ut inter deos securum ageret aevum, sed ut coelum exploraret (cf. Aclepiad. l. c.) et fortasse rationem a diis, si qui essent, reposceret. — Haec sunt, quae de argumenti summa disputari possunt, maximam partem ea bene a Welckero (p. 785. sq.) adumbrata; de singulis autem ne coniectura quidem proferre quidquam nobis licet. De tempore, quo fabula acta est, inde fortasse colligi aliquid poterit, quod Bellerophontis in Acharnensibus Aristophanis iniecta est mentio, quae comoedia Ol. LXXXVIII. 4 in scenam prodiit.

I. 284.

Schol. Eurip. Orest. 872. *Χῶμα, οὗ συμβαίνει τοὺς Ἀργείους δικάζειν τάχα δ' ἂν τούτου καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ μνημονεύοι εἰπών·*

καὶ ξεστὸν ὄχθον, Δαναΐδων ἑδρασμάτων.

God. Herm. de Danaid. p. III. fin. (Opusc. II. p. 322) *ἑδράσματα* legi vult, recte ut opinor. Verba ex prologo petita videntur.

II. 285.

Stob. XCVII, 16. cum lem. *Εὐριπίδου·*

Ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλλούμενον
κράτιστον εἶναί φημι, μὴ φῦναι βροτῷ·
τρισσῶν δὲ μοιρῶν ἐγκρινῶ νικᾶν μίαν,
πλούτου τε, χώτῳ σπέρμα γενναῖον προσῇ,
πενίας τ'· ἀριθμὸν γὰρ τοσόνδε προὐθέμην.
ὁ μὲν ζάπλουτος, εἰς γένος δ' οὐκ εὐτυχὴς,
ἀλγεῖ μὲν, ἀλγεῖ, παγκάλως δ' ἀλγύνεται,
ὄλβου διοίγων θάλαμον ἥδιστον χερί.
ἔξω δὲ βαίνων τοῦδε, τὸν πάρος χρόνον

πλουτῶν, ὑπ᾽ ἄτης ζεῦγμ᾽ ἂν ἀσχάλλοι πεσών.
ὅστις δὲ γαῦρον σπέρμα γενναῖόν τ᾽ ἔχων
βίου σπανίζει, τῷ γένει μὲν εὐτυχεῖ,
πενίᾳ δ᾽ ἐλάσσων ἐστίν, ἐν δ᾽ ἀλγύνεται,
φρενῶν δ᾽ ὑπ᾽ αἰδοῦς ἐργ᾽ ἀπωθεῖται χεροῖν.
ὁ δ᾽ οὐδὲν οὐδείς, διὰ τέλους δὲ δυστυχῶν,
τοσῷδε νικᾷ· τοῦ γὰρ εὖ τητώμενος
οὐκ οἶδεν, αἰεὶ δυστυχῶν κακῶς τ᾽ ἔχων.
οὕτως ἄριστον μὴ πεπειρᾶσθαι καλῶν.
ἐκεῖνο γὰρ μεμνήμεθ᾽· οἷος ἦν ποτὲ
κἀγώ, μετ᾽ ἀνδρῶν ἡνίκ᾽ εὐτύχουν ποτέ.

Ex Bellerophonte hos versus petitos esse testatur idem Stob. XCVI, 1., ubi vs. 11—14, et XCVIII, 39., ubi duos priores citat. Ad eosdem respexit Plut. Consol. ad Apollon. 27. (p. 115. C.) — Vs. 2. βροτὸν. Paris. A. B. a man. sec. — Vs. 3. Gesn. βροτῶν, sed in marg. μοιρῶν, et sic Paris. A. B. ἓν κρίνω. Trinc. Paris. A. Gaisf. Vulg. ἑνὶ. Gesn. νίκαν. Paris. B. νικᾶν. Grot. τρισσῶν δὲ μοιρῶν τίνι κρίνω νίκην μίᾳ; adversus metrum, ut Heathius, κρίνω in κρινῶ mutans, monuit. Io. Piersonus emendavit: τρισσῶν δὲ μοιρῶν ἐγκρίνω (ἐγκρινῶ) νικᾶν μίαν, quod recipere non dubitavimus, et similiter Gaisf.: ἐγκρινῶ νίκην μίᾳ. Musgr.: τρισσῶν δὲ βιότων ἑνὶ κρίνω νίκην μίαν. — Vs. 8. Plut. de comm. notit. 22, 4. (p. 1069. A.) citat, sed πλούτου pro ὄλβου exhibet. — Vs. 10. ζεύς τ᾽ ἀνασχάλλει. vulg.; ζεύς τ᾽ ἂν ἀσχάλλῃ. A. ζῶν (man. sec.) τ᾽ ἂν ἀσχάλλοι. B. Gesn. coniecit ἂν ἀσχάλλει; Grot. et Barnes. εὐθὺς ἀσχάλλει. Salmas. et Musgr. ζεύγλαν ἀσχάλλει, ille Aesch. Suppl. 538. μελανόζυγ᾽ ἅταν, hic Iphig. Aul. 444 conferri iubens. Gaisf. ζεῦγμ᾽ ἂν ἀσχάλλῃ, soloece; rectius Boissonod. ζεῦγμ᾽ ἂν ἀσχάλλοι, quod cum Dindorfio recepimus. cf. Iph. Aul. 443. εἰς οἷ᾽ ἀνάγκης ζεύγματ᾽ ἐμπεπτώκαμεν. Pflugk. ad Helen. 255. — Vs. 11—14 exhibet Stob. XCVI, 1. — Vs. 13. ἓν δ᾽ ἀλγ. Barnes. Musgr. De dictione ἓν δὲ vide Dorvill. ad Charit. p. 275. Elmsl. ad Soph. OR. 965. — Vs. 14. δ᾽ in cod. A post αἰδοῦς positum est. Deinde χερῶν vulg. utroque loco Stob. — Vs. 15. Similis est sententia in Iph. T. 1115. sq. Troad. 634. Hel. 418. sq. — Vs. 16. ἠττώμενος pro τητώμενος Gesn. legi voluit in marg. et sic Paris. A. teste Gaisf. — Vs. 17. εἶδεν. A. — Vs. 18. ἄμεινον pro ἄριστον Gesn. in marg. et sic A. — Vs. 19. 20. omittit A. — — Haec verba, sicut ea, quae sequentibus fragmentis (III—X) continentur, Bellerophontis ipsius esse videntur, (id quod extrema maxime verba testantur,) quippe qui tristi ac moroso animo de miseria vitae humanae, de invidia, dolis, pravitate hominum, de iniquitate denique deorum conqueratur deosque esse infitietur.

286. III.

Stob. VIII. 1.

Δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα
χρείας ἀνάνδρου φάρμαχ' εὕρηται βροτοῖς.

Cf. fgm. II sub fin.

IV. 287.

Stob. X, 7.

Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη·
ὅστις δὲ πλεῖστον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὔ,
πλείω δὲ μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν λεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι ψόγον.

Cf. fgm. II. fin. Vs. 2. haeserunt nonnulli viri docti in voce πλεῖστον sententiarum nexum non perspicientes, quorum Heathius πλεῖστον in παῦρον s. σμικρὸν, Iacobsius (Bibl. d. alt. Lit. Gotting. 1788. fasc. IV. Inedit. p. 27.) in λιτὸν mutari voluit. At nulla opus est emendatione; nam quae vs. 4. 5. continentur, non opponuntur antecedentibus, sed cum iis cohaerent. Sententia igitur est: *quicunque maximam facinoris cuiusdam mercedem tulit, ei quidem non ignoscitur* (*h. e. reprehenditur quidem*), *sed facile, si modo maius maioris sceleris praemium accipit, reprehendentium verba ferat.* Neque vs. 5 Iacobsius scribere debebat: τὸν τῶν ψεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι λόγον: nam etsi verum est, λόγον et ipsum significare *vituperationem* posse (cf. Iphig. Aul. 376. Suppl. 565 et Markl. ad h. l.), et λόγον et ψόγον saepe commutari (cf. Valck. ad Phoen. 207), tamen optime dici potest ψόγον λέγειν, velut ὄνειδος, ψεῦδος λέγειν. cf. fgm. XXVI.

V. 288.

Senec. Epist. 115. *Nec apud tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutant.*

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.
An dives, omnes quaerimus, nemo, an bonus.
Non quare et unde, quid habeas, tantum rogant.
Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quaeris? nihil.
Aut dives opto vivere, aut pauper mori.
Bene moritur, qui, dum moritur, lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris aut blanda potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores coelitum atque hominum movet.

Cum hi novissimi versus in tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiiciendum et actorem et carmen consurrexit uno

impetu, donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens, ut exspectarent viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat: nulla enim avaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum.“ — Extremi versus passim tacito fabulae nomine etiam graece, velut ap. Athen. IV. p. 159. B., Stob. XCI, 4., Maxim. Monach. in Gesn. Ed. Stob. a. 1609. p. 221, 20., sic circumferuntur:

> Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
> ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
> οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
> οἵας σὺ χοὶ σὲ δώμασιν κεκτημένοι.
> εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
> οὐ θαῦμ', ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

praeterquam quod Stobaei cod. Paris. A et Maximus l. c. e *Danaë* eos citant. Hinc a Matthiaeo et Dindorfio inter Danaës fragmenta recepti sunt. Iam vero aliis locis codicem A ab erroribus liberum non esse vidimus (cf. Antiop. fgm. XXIV. Stheneb. fgm. II) et hoc etiam loco in eodem vs. 4 deest. Accedit, quod Seneca de his versibus definitius ac certius loquitur, quam ut errasse eum credendum sit. Totum autem locum a Seneca laudatum Euripideum esse neque ex diversis diversorum poetarum locis conglutinatum, ut Valckenario Diatr. p. 165. visum est, patet ex Excerpt. Vatic. Diod. Sic. Exc. lib. XXXVII—XL. c. 11. (in Ang. Maii Vet. Script. nov. collect. T. II. p. 122.) ed. Dindf. p. 135.: τοσαύτην ὁ χρυσὸς ἔχει δύναμιν ἐπὶ κακῷ προτιμώμενος ἀφρόνως παρὰ ἀνθρώποις, οἵτινες διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς πρὸς τοῦτον ἐπιθυμίας παρ' ἕκαστα προφέρονται τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν,

> Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κτλ.

καὶ πάλιν

> Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν. *)

Hic habes primum duocim illorum vs., quos Seneca Latine expressit, neque Euripidi eum assignandum esse negabis. Eundem iam Grotius in Carminibus Gregorii Nazianz. (T. II. p. 210. B.) cum duobus aliis coniunctum inter veterum dicta τὰ μὴ καλὰ, invenerat:

> Κρεῖσσον γὰρ, ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
> πένητα ναίειν, δόξαν ἠμποληκότα.

---

*) Qui in Excerpt. Vatic. his subiiciuntur versus idem argumentum tractantes, quos Matthiaeus inter fragmenta dubia (XXXIV. XXXV.) recepit, non videntur eiusdem poetae (Euripidis) esse propter verba Diodori: — — τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν, quippe ex quibus appareat, plurium poetarum versus ab eo esse prolatos. Itaque a nobis inter anonymorum poetarum fragm. relegati sunt.

sed primum tantum in Excerpta (p. 379) inter Bellerophontis fragmenta receperat, quia haud dubie duos alios ex alia fabula petitos esse arbitrabatur, quum a Seneca non Latine expressi essent. Fugit autem Grotium, Senecam omnino Euripidea ad verbum in Latinum sermonem convertere noluisse, sed sententia potius respecta versus graecos in angustum deluxisse, id quod ex extremis versibus luculenter cognosci potest. Iam vero cum ex ratione, qua Diodorus hos et illos versus citat, tum inde, quod Seneca omnes continuo ordine affert eosque optime inter se cohaerentes, satis apparere mihi videtur, omnes ex eadem fabula esse ductos. Atque hanc fabulam fuisse Bellerophontem, iam supra nobis veri simile visum est. Rectissime igitur Welckerus (p. 790.) duodecim illos versus a Seneca citatos ad Bellerophontem rettulit, ac profecto aptissime in hac fabula legi potuerunt, si praecedens fragmentum respicis. Bellerophontes enim hominum nil nisi divitias appetentium odio impletus loquitur et ironice tantum divitias laudat. Perperam vero Matth. iudicavit, qui Senecam, quae Ixionis Euripidei essent, errore ad Bellerophontem transtulisse dicit. Prorsus enim conveniunt Bellerophontis menti, qualis supra descripta est. — Sed ut ad sex graecos illos revertamur, quos Athenaeus et alii servarunt, versum 1 etiam exhibent Sext. Empir. adv. Gramm. XI. 122. p. 713. (p. 570. ed. Bekk.); Lucian. Gall. c. 14. T. II. p. 725. R. T. III. p. 17. Iac.: vs. 1. 2. usque ad *παίδες* Athenag. Leg. c. 26. p. 307. C. ed. Hag. Com. 1742; vss. 1—4 Sext. Empiric. l. c. l. 279. p. 277. (p. 663. Bekk.) Athenag. Apolog. p. 117. (p. 33. ed. Colon.). Vs. 1. Athenag. *ὦ γενοῦ, ὄξιστα* in edd.; sed codd. Regg. *ὀξίστατ'* et Lucianus, more suo ex memoria citans (cf. Andromed. fgm. XXVI.), *πτέρας* pro *βροτοῖς*. Cum hoc versu dignus est qui conferatur locus Sophoclis ap. Plut. de aud. poet. p. 21. A. (a Dindorfio omissus) *τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἕῃ*. Vs. 2. Stob. *οὐδὲ* et *τοῖς*, quod etiam Sext. Emp. Bekkeri tuetur, sed Stobaei codd. A. B. *τοιάδ'* praebent. Vs. 3. Athen. *ἐν δόμοισιν* pro *ἀνθρώποισιν*. Vs. 4. deest apud Stobaeum. Vs. 6. Athen. *ἔχειν* pro *τρέφειν*. Propter *τρέφειν* P. Leopardus Emend. III. 2. *movet* apud Senecam in *foveat* mutari voluit.

VI. 289.

Stob. XXXVIII, 13.

Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες·
εἰς τἀπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ.

Cf. fgm. II. fin. In cod. A nomen fabulae deest. — Valck. in nota Mspta coniecit *αὐτῷ*, adiiciens Io. Piersonum correxisse *ἄστοι*. Bene vero Matthiaeus locum emendatione nulla indigere intellexit, quippe quum sententia haec sit: *Aliis invident, qui ipsi inferiores sunt.* Deinde adduntur, quibus invident. Male vero Grotius vertit: *quod se minores iudicant;* non enim tales invidere aliis solere, sed eos, qui, etsi inferiores natura, praestare tamen se aliis opinentur, recte Matth. monuit. — Cf. fgm. XXVII.

290. VII.

Stob. XXXVIII. 19.

Ἤδη γὰρ εἶδον καὶ δίκης παραστάτας
ἀσθλοὺς πονηρῷ τῷ φθόνῳ νικωμένους.

Cf. fgm. III. s. fin. Ad Bellerophontem refertur in cod. Voss., in Paris. A. deest.

291. VIII.

Stob. LIV. 19.

Νείκη γὰρ ἀνδρῶν φόνια καὶ μάχας χερῶν
δόλοισι κλέπτειν· τῆς δ' ἀληθείας ὁδὸς
φαύλη τίς ἐστι, ψεύδεσιν δ' Ἄρης φίλος.

Cf. fgm. II. fin. Vs. 1. male legebatur *νίκη*, quod Musgr. coniectura valde probabili in *νείκη* mutavit; deinde *φόνια* primus recte Grot. pro vulg. *φωνία* scripsit. Vs. 2. *κλέπτειν*· Gaisf. e Trinc. et Paris. A. pro vulg. *κλέπτει* restituit. Male autem Grot. vertit: *cruenta gaudet vulnera obvoloi dolis Victoria*, cuius sententiae vim non perspicio. Credidit enim *φόνια* significare *cruenta vulnera* et dici posse: *νίκη δόλοισι κλέπτει*, quum contrarium quisque dixerit: *νίκη δόλοισι κλέπτεται*. Heathius vocem *φόνια* nihili esse et sententia carere dicit; itaque coniecit: *νίκην γὰρ ἀνδρῶν φροντὶς — κλέπτει*, *hominum enim prudentia victoriam dolis — anticipat*; quod Matthiaeo probatum esse miror. Nam si Heathii scripturam amplecteris, verba *καὶ μάχος χερῶν* prorsus otiosa, ne dicam, intolerabilia sunt, neque bene cum sequentibus haec sententia cohaeret. Recipiendum vero est *νείκη* et *κλέπτειν* ex optimo codice. Ita enim habet *φόνια* quo referatur, *νείκη φόνια* et *μάχας χερῶν* aptissime coniunguntur, optimaque evadit sententia. Cf. Soph. El. 37. *δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς*, e. a. l. De Infinitivo *κλέπτειν* cf. Matth. Gr. Gr. § 546. sq. — Vs. 3. Verba *ψεύδεσιν Ἄρης φίλος* affert etiam Arsen. Viol. p. 483. ed. Walz. c. lem. *Εὐριπίδου*.

292. IX.

Stob. LIV. 7.

Ἀεὶ γὰρ ἄνδρα σκαιὸν ἰσχυρὸν φύσει
ἧσσον δέδοικα τἀσθενοῦς τε καὶ σοφοῦ.

Cf. fgm. II. fin. Potuerunt tamen hi vs. a Bellerophonte etiam in alia scena proferri, ac vide, ne de eodem homine pronuntiati sint, de quo fgm. XXVI valet. Ad sententiam cf. Antiop. fgm. XXIX. vs. 2. 3. fgm. XXX. vs. 3.

293. X.

Iustin. Martyr. de monarch. p. 108. C. (ed. Colon. 1686). p. 41. B. (ed. Hag. Comit. 1742.)

Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσίν, οὐκ εἰσ'. εἴ τις ἀνθρώπων λέγει.
μὴ τῷ παλαιῷ μωρὸς ὢν χρήσθω λόγῳ.
σκέψασθε δ' αὐτὰ, μὴ 'πι τοῖς ἐμοῖς λόγοις
γνώμην ἔχοντες· φήμ' ἐγὼ τυραννίδα
κτείνειν τε πλείστους κτημάτων τ' ἀποστερεῖν,
ὅρκους τε παραβαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις.
καὶ ταῦτα δρῶντες μᾶλλόν εἰσ' εὐδαίμονες
τῶν εὐσεβούντων ἡσυχῇ καθ' ἡμέραν·
πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεοὺς,
αἳ μειζόνων κλύουσι δυσσεβεστέρων,
λόγχης ἀριθμῷ πλείονος κρατούμεναι.
οἶμαι δ' ἂν ὑμᾶς, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
. . . . . .
τὰ θεῖα πυργοῦσ', αἱ κακαί τε συμφοραί.

Cf. fgm. II. fin. Ad sententiam haud dissimiles sunt vs., quos servavit Simplic. in Epict. p. 223. τολμῶ κατειπεῖν, μή ποτ' οὐκ εἰσὶν θεοί· κακοὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐκπλήττουσί με, fortassis ex Ixione petiti, porro Oenom. fgm. III et fgm. inc. fab. CLXXXIV. — Vs. 6. Grot. et Barnes. πολλοὺς pro πλείστους. Vs. 7. παραβαίνοντας positum esse, quasi praecessisset τυράννους, censet Matth. male. Poeta enim a tyrannis ad periuros transit; itaque construendum est καὶ ἐκείνους, οἳ ὅρκους παραβαίνουσι. κτλ. Similem dicendi negligentiam, si qua est, habes in fgm. XI. vs. 3. — Vs. 11. δυσσεβεστέρων ex emendatione Grotii scriptum est pro vulg. δυσσεβεστέρῳ. — Post vs. 14 Grotius hunc inseruit: βραχεῖ παρ' αὐτῶν πραγμάτων πεῖραν λαβεῖν, et vs. sq. sic immutavit: τὰ θεῖ' ἀπείργουσ' εἰ κακὰς τὰς συμφοράς, quod Barnesius recepit. Neque excidisse aliquid negari potest, neque sententiae disconveniunt, quae Grotius suppleri voluit; imo ea ex mente Euripidis ficta esse concedendum est. Matthiaeo tale quid interiisse videtur, quale hoc est: αἱ ἔνδειαι τὰ θεῖα πυργοῦσ' αἱ κακαί τε συμφοραί, quum hoc dicere voluerit poeta: deorum opinionem procreatam esse inopia calamitatibusque; nam qui inopia premantur vel in miseriis versentur, eo sese erigere, quod numen divinum auxilio sibi fore sperent.

XI. 294.

Stob. CVI. 1.

A. *Τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν.*
B. *Θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος*
κακοὺς ὁρῶντας ἐκδίκως τιμωμένους.

Matth. bene hos vs. inter duas personas distribuit, quum alioquin vs. 1 cum sq. non cohaereret. Ac facile indagare licet, quaenam

sint personae inter se colloquentes: nam quum verba *θνήσκοιμ' ἄν* sq. admodum similia eorum sint, quae a Bellerophonte prolata esse supra ostendimus, a vero vix aberrabimus, si eidem a nobis tribuuntur. Unde consequitur, Bellerophontem alii cuidam mentem suam aperuisse, hunc vero omni modo consolari, placare, refutare illum studuisse. Atque hunc Glaucum, Bellerophontis filium fuisse, ex Epigr. Cyzic. XV. (cf. fgm. XXVI.) et ex fgm. XXVIII verisimile fit. Cui assignanda videntur fgm. XII—XV. et fortasse inc. fab. fgm. LXVIII. — Pro *θνήσκοιμ' ἄν* Matth. *θνήσκοιμεν* maluit, ipse tamen dubitans, quum recte iudicari de hoc loco tantum posset, si integer servatus esset. Interpretes autem omnes fere in eo haeserunt, quod *ὁρῶντας* non ad *κακοὺς τιμωμένους*, sed ad alios pertinet: est enim pro *ἐκείνους, οἳ κακοὺς τιμωμένους ὁρῶσι*. Itaque Heathius coniecit *ὁρῶντά γ' ἐκδ.* Valck. Diatr. p. 166. autem proposuit: *οὐ γὰρ ἀξιῶ λεύσσειν φάος Κακοὺς ὁρῶν πᾶσ' ἐκδ.*, in quo *πᾶσ'* pro *πᾶσι* excidere tanto viro potuisse iure Matth. miratur. Musgr. voluit: *κακοὺς ὁρῶντ' ἴσ' ἐκδ.* Idem *οὐκ ἄξιόν (ἐστι)* recte vertit: *operae non pretium*, quod aut Dat. aut Accus. c. Inf. sequi solet. Nihil autem hoc loco mutandum esse, verissime et Gaisf. monuit et Pflugkius (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 22), qui Isocr. Panath. § 132 conferri iubet. Cf. etiam fgm. X. vs. 7.

295. XII.

Stob. VII. 1.

Θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει.

Amici (Glauci filii) Bellerophontem consolantis atque mitigantis verba esse videntur. Cf. fgm. XI.

296. XIII.

Stob. Ecl. Phys. I, 5, 2. p. 154. ed. Heeren.

Πρὸς τὴν Ἀνάγκην πάντα τἄλλ' ἐσι' ἀσθενῆ.

Cf. fgm. XI. Ad sententiam simillimus est Helen. vs. 521.

297. XIV.

Stob. Floril. CXI. 9.

Ὁρᾷς δ' ἀέλπτων μυρίων ἀναστροφάς·
πολλοὶ μὲν οἶδμα διέφυγον θαλάσσιον,
πολλοὶ δὲ λόγχαις πολεμίων ἀμείνονες
ἥσσους γεγῶτες κρείσσον' ἦλθον εἰς τύχην.

Cf. fgm. XI. Grotius vs. 3 *ἀμεινόνων* scribi maluit. Sed cf. Alcmen. fgm. XIV.

298. XV.

Stob. CVIII, 20. LIV, 14. sine nom. fab. Plut. de Tranq. Anim. 4. (p. 467. A,) et de vit. Hom. p. 1194. Wyttenb. sine auctoris et fabulae nomine. Arrian. diss. Epict. II. 5.

Hilfe verlangen, um die Ergebnisse gehörig
Zu prüfen, und sie dann in Ordnung zu bringen.

Wenn wir nun die Sätze, welche wir bisher betrachtet haben, mit einander vergleichen, so finden wir, daß sie alle in einem gewissen Verhältnisse zu einander stehen. Sie sind nämlich alle Theile eines Satzes, der aus mehreren Sätzen besteht, und sie sind alle Nebensätze, weil sie alle einen Hauptsatz voraussetzen, zu welchem sie gehören. Sie sind aber nicht alle Nebensätze in gleichem Verhältnisse, sondern sie stehen in verschiedenen Verhältnissen zu dem Hauptsatze. Der erste Satz ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz erklärt; der zweite ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz begründet; der dritte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz einschränkt; der vierte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz bedingt; der fünfte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz einräumt; der sechste ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz vergleicht; der siebente ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz folgert; der achte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz zweckt; der neunte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz mittelt; der zehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ausnimmt; der eilfte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ersetzt; der zwölfte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ausschließt; der dreizehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz begleitet; der vierzehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ergänzt; der fünfzehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz vertritt.

Diese Nebensätze sind also Erklärungssätze, Begründungssätze, Einschränkungssätze, Bedingungssätze, Einräumungssätze, Vergleichungssätze, Folgerungssätze, Zweckungssätze, Mittelungssätze, Ausnahmssätze, Ersetzungssätze, Ausschließungssätze, Begleitungssätze, Ergänzungssätze, Vertretungssätze.

Diese Sätze sind Theile eines Satzes, der aus mehreren Sätzen besteht, und sie sind alle Nebensätze, weil sie alle einen Hauptsatz voraussetzen, zu welchem sie gehören. Sie sind aber nicht alle Nebensätze in gleichem Verhältnisse, sondern sie stehen in verschiedenen Verhältnissen zu dem Hauptsatze. Der erste Satz ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz erklärt; der zweite ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz begründet; der dritte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz einschränkt; der vierte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz bedingt; der fünfte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz einräumt; der sechste ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz vergleicht; der siebente ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz folgert; der achte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz zweckt; der neunte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz mittelt; der zehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ausnimmt; der eilfte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ersetzt; der zwölfte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ausschließt; der dreizehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz begleitet; der vierzehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz ergänzt; der fünfzehnte ist ein Nebensatz, der den Hauptsatz vertritt.

Diese Nebensätze sind also Erklärungssätze, Begründungssätze, Einschränkungssätze, Bedingungssätze, Einräumungssätze, Vergleichungssätze, Folgerungssätze, Zweckungssätze, Mittelungssätze, Ausnahmssätze, Ersetzungssätze, Ausschließungssätze, Begleitungssätze, Ergänzungssätze, Vertretungssätze.

Siehe S. 9.

Wer sie nicht zu sich einladet, der gastet
Nicht gern, und wer sie nicht ehret, der ehret
Auch Gott nicht, der sie alle erschaffen.

Siehe S. 9.

Wer sie nicht zu sich einladet, der gastet
Nicht gern, und wer sie nicht ehret, der ehret
Auch Gott nicht, der sie alle erschaffen.

Pacis parte multo plura Euripidea latent, quam scholiastes nobis indicavit. cf. fgm. XIX.

301. XVIII.

Ad Aristophanis (Pac. 76. sq.) verba:

ὦ Πηγάσιόν μοι φησι, γενναῖον πτερὸν,
ὅπως πετήσει μ' εὐθὺ τοῦ Διὸς λαβών.

adnotat scholiastes: *παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. ἐκεῖνος γὰρ διὰ Πηγάσου τοῦ πτερωτοῦ ἐπεθύμει εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν.*

ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν.

Eadem habet Suid. v. *ἑώρημα*, ubi tamen pro *πτερόν* praebet *ταχύπτερον*, versus explendi caussa fortasse ab ipso excogitatum, nam debuisse saltem duobus vocabulis scribi *ταχὺ πτερόν* recte Matth. monet. — Fortasse etiam vs. 77 supra exhibitus ex parte Euripideus est. Porsono quoque vs. 140 *τί δ', ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος* ex Bellerophonte deductus videtur. — Bellerophontem his verbis Pegasum alloqui in aprico est.

302. XIX.

Aristophanis (Pac. 154. sq.) versibus

ἀλλ' ἄγε, Πήγασε, χώρει χαίρων
χρυσοχάλινον πάταγον ψαλίων
διακινήσας φαιδροῖς ὠσίν.

adscribit schol.: *καὶ τάδε ἐκ Βελλεροφόντου*

ἴθι χρυσοχάλιν', αἴρων πτέρυγας

τὸν κάνθαρον τῷ Πηγάσῳ ἐπεικάζων. Cod. Venet. *χρυσεοχάλινε*, quod correxit Seidlerus. — Bellerophontes hoc versu Pegasum cohortatur. — Inde autem, quod schol. dicit *καὶ τάδε*, consequitur, plura in antecedentibus Aristophanis verbis ex Bellerophonte allata fuisse.

303. XX.

Schol. Aristoph. Vesp. 754. *Πάρες ὦ σκιερὰ*) *παρὰ τὰ ἐκ Βελλεροφόντου παίζει ταῦτα·*

Πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ
χρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν Εἰνοδία.

Vs. 4. Ald. *ἐνοδίας*. cod. Ven. *εὐοδίας*. cod. G. *εὐωδίας*. Codicis Ven. scripturam Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 165 reposuit, eamque Schaef. Apparat. Demosth. T. V. p. 397 defendere conatus fuit. Sed genuinum *Εἰνοδία* i. e. *Luna* restituit Heath. suffragante Valck. Diatr. p. 167. cf. Ion. 1048. Soph. ap. schol. Apoll. Rhod. II, 1213. — Bellerophontis aërem pervolantis verba esse manifestum est.

XXI. 304.

Ad Aristophanis (Equ. 1246) verba:

κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.

adnotat. schol.: *ταῦτα δὲ ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου· τὸ δὲ κυλίνδετ' ἀντὶ τοῦ κομίζετ'.* **Nescio quid caussae sit, cur Welck. vs.** *κομίζετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα* **re vera ex Bellerophonte petitum esse neget: similiter enim loquitur Eur. in Stheneb. fgm. VII. cf. Soph. OR. 1429. — Bellerophontem ab equo deiectum et fracto femore claudum nescio quis his verbis in domum importari iussit.**

XXII. 305.

Plut. de Tranqu. An. 17. (p. 475. C.) *Πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, οἷα νόσοι καὶ πόνοι, καὶ θάνατοι φίλων καὶ τέκνων, ἐκεῖνο τὸ Εὐριπίδειον*

Οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Eundem vs. afferunt Suid. v. *οἴμοι*, **Hesych. Miles. p. 23. ed. Meurs., quem ex Bellerophonte ductum esse docet Diog. Laërt. IV., 26, ubi Crantorem saepe eo usum esse tradit. Manifesto eum pronuntiavit Bellerophontes, quum de Pegaso deiectus errores suos cognoverat et merito se poenas dedisse intellexerat.**

XXIII. 306.

Stob. II, 15. Theoph. ad Autolyc. II, p. 115. ed. Paris. (p. 378. ed. Hag. Com. 1742.)

Οὐδέποτ' εὐτυχίαν κακοῦ ἀνδρὸς ὑπέρφρονά τ' ὄλβον
βέβαιον εἰκάσαι χρεών,
οὐδ' ἀδίκων γενεάν· ὁ γὰρ σύδενὸς ἐκφὺς
χρόνος δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας (ἐμοί).

Chori verba esse et metrum et argumentum luculenter demonstrant. — Vs. 1. Gesn. et Schow. e codd. *ὑπέρφρονά τ' ὄλβ.* **pro vulg.** *ὑπέρφρονα δ' ὄλβ.* **— Vs. 5. Valck.** *ἐμοὶ* **in fine male a librario quodam adiectum delevit Valck. Iacobs. Addit. in Athen. p. 46 in** *ἀεὶ* **mutavit, Reisig. vero Coni. crit. in Aristoph. p. 220.** *κακότητ' ἄσημον* **scribi iussit. Apud Theoph. illud** *ἐμοὶ* **deest, sicut vs. 4. verba** *δικαίους ἐπάγων κανόνας.*

XXIV. 307.

Stob. CV, 12.

Ποῦ δὴ τὸ σαφὲς θνατοῖσι βιοτᾶς;
θοαῖσι μὲν ναυσὶ πόρον πνοαὶ κατὰ
βένθος ἅλιον ἰθύνουσι· τύχας δὲ θνητῶν

τὸ μὲν μέγ' εἰς οὐδὲν ὁ πολὺς χρόνος
μεθίστησι, τὸ δὲ μεῖον αὔξων.

Chori haec quoque verba sunt, ut metrum docet. — Vs. 1. Musgr. *θνητοῖσι βροτοῖς*. Vs. 3. *βένθος* recte Arsen. pro vulg. *βένθους*. Codd. Paris. A. B. *ἅλιαι*. — Vs. 5. Musgr. *αὔξει* sed cf. Matth. Gr. Gr. § 631. 4.

308. XXV.

Stob. LXXIII, 20.

Ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγειν
μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἔξείποι τις ἄν;

Animadvertendum est, Euripidem voce *γυνὴ* quasi convicio usum esse. Similiter Carcin. (ap. Athen. XIII. p. 559. F.) in Semele: *ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν; Ἀρκοῦν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον.* Rutil. Lup. I, 12. p. 43. ed. Ruhnk. *Universum mulierem: quid potius aut verius quam mulierem?* — Difficile autem est dictu, quo hi vss. sint referendi, quis ea protulerit et de qua? Bellerophontis sane esse videntur, qui, ut omnibus hominibus male dixit, ita haud dubie mulieribus non pepercit, praesertim quum una auctore, Stheneboeam dico, multa mala perpessus esset. At haec verba de certa quadam muliere dicta sunt, quae etiam in hac fabula non modo ipsa, sed, ut ex sequente fgm. colligi potest, per filium ignavum Bellerophonti insidias parasse videtur. Quaenam vero fuit illa? Ex opere quodam caelato, quod columnae decimae quintae templi Cyziceni insculptum erat*) et ex epigrammate picturae subscripto apparet, Megapenthem, Stheneboeae ex Proeto filium, interficere Bellerophontem, quum in campo Aleïo circumerraret, voluisse, Bellerophontem autem a Glauco filio servatum esse. Welck. (p. 793.) igitur his verbis Stheneboeam, sequente autem fragmento Megapenthem dictum esse coniecit. Hanc enim, ait, antequam cicutam ebiberet, filio praecepisse, ut Bellerophontem ulcisceretur; Megapenthem igitur, ut matris mandata persequeretur, ad Iobaten venisse eique persuasisse, ut clam secum adversus Bellerophontem ageret. Quae si vera sunt, Bellerophontes iis, quae fgm. VI. XI. protulit, tecte Megapenthem et Iobaten significavit, itaque non amplius nos latet, quis ille sit, quocum Bellerophontes colloquutus sit: fuit enim Glaucus filius. cf. fgm. XXVIII. Ne quis autem eo offendatur, quod versibus supra allatis Bellerophontes mulierem alloqui videtur, quae dudum mortua erat, Welckerus ingeniose eum nescio cuius, fortasse servi aut Megapenthis ipsius narrationem, qui causam, qua Megapenthes ad illud facinus commotus esset, i. e. ma-

*) Cf. Epigr. Cyzic. (ed. Iacobs. Anth. Gr. T. XIII. p. 634.) *ἐν δὲ τῷ πεντεκαιδεκάτῳ (κίονι) Βελλεροφόντης ὑπὸ τοῦ παιδὸς Γλαύκου σωζόμενος, ἡνίκα κατενεχθεὶς ὑπὸ τοῦ Πηγάσου εἰς τὸ Ἀλήϊον πεδίον, ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Προίτου φονεύεσθαι.*

iam **Stheneboeae referebat, his verbis interrupisse suspicatus est. Disturbato enim Megapenthis consilio Bellerophontem machinationis auctorem sciscitatum esse verisimile est. — Attamen videndum, ne hoc fgm. e Stheneboea petitum sit, errore autem a Stobaeo huc relatum, ut Stheneb. fgm. II., praesertim quum Bellerophontes et Stheneboea fabulae iam antiquitus commutatae sint. cf. Stheneb. fgm. V. Apud Euripidem Stheneboea se non ipsa interfecit, sed a Bellerophonte in mare deiecta est (cf. argum. ad Stheneb.). Qua ratione igitur potuit fieri, ut filio praecepta ante obitum daret? In Stheneboea autem Bellerophontes sive Stheneboeam ipsam sive nutricem ita alloqui poterat.**

XXVI. 309.

Stob. XC, 10.

Οὐκ ἂν γένοιτο τραύματ', εἴ τις ἐγξέσῃ
θάμνοις ἐλείοις, οὐδ' ἂν ἐκ μητρὸς κακῆς
ἐσθλοὶ γένοιντο παῖδες εἰς ἀλκὴν δορός.

Welckero haud immerito a Bellerophonte de Megapenthe, Stheneboeae filio, prolata videntur. cf. fgm. XXV. Huc fortassis etiam referendum est fgm. IX. Ad sententiam conferri iubet Theogn. 845. (537. Bk.) et Proleg. ad Theogn. p. LV. cf. etiam Alcm. fgm. X. Antig. fgm. VIII. — Vs. 1. Matth. ex coniectura scripsit *τραύματ' ἦν* **pro vulg.** *τραῦμα εἰ*, **in quam etiam Grotium incidisse testatur Gaisf. Barnes.** *τραῦμα γ' εἰ*. **At male Matth.** *εἰ* **in** *ἦν* **mutavit. Nam particulae** *εἰ* **sequente Coniunctivo usus tam multis Atticorum, imprimis tragicorum locis confirmatur, ut contra codicum auctoritatem eam e textu removere nullo pacto ausim. cf. Herm. ad Soph. OC. 1445 et de part.** *ἂν* **l. II. c. 7. Krüg. ad Dion. Hal. Historiagr. p. 270. et ad Xen. Anab. III, 2, 22. Schneid. ad Plat. Civ. VIII. p. 579. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 491. — In fine versus autem cum Heathio scripsimus** *ἐγξέσῃ*, **quum** *ἐγξύση* **penultimum producat. — Vs. 2. Salmas. ad Solin. 323. correxit** *θάμνους ἐλείους* **probantibus Grotio et Heathio, qua correctione haud opus est, si quidem** *ἐγξεῖν* **significat: *eudem alicui radere*, quod sententia efflagitat.**

XXVII. 310.

Stob. Append. Flor. p. 20. T. IV. p. 389. ed. Gaisf.

Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε,
κακῷ κακός τε συντέτηκεν ἡδοναῖς·
φιλεῖ δὲ θοὐμόφυλον ἀνθρώπους ἄγειν.

A Bellerophonte de Megapenthe et Iobate, ut fgm. XI et XV., dicta videntur. cf. fgm. XXV. — Vs. 1. cf. inc. fab. fgm. CCXXXVI, quod ad verbum fere consentit. — Versu 2 [a Musgr. et Matth. inter inc. fab. fgm. (CVII) relato] ad orationem suam accommodato usus est Aristot. Mor. II, 11, p. 1209, 35. ed. Bekk. Ethic. Eudem. VIII,

5. p. 1239, 22. ed. Bk. Ad dicendi usum cf. Or. 803. Suppl. 1029. inc. fab. fgm. CXXXV. vs. 9.

311. XXVIII.

Stob. CXV, 2.

Ὦ παῖ, νέων τι δρᾶν μὲν ἔντονοι χέρες,
γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων·
ὁ γὰρ χρόνος δίδαγμα ποικιλώτερον.

Bellerophontes manifesto Glaucum filium alloquitur; sed sintne haec verba ex colloquio, ex quo sunt fgm. XI sq., an ex alio proxime ante Bellerophontis mortem habito petita, dubitari potest. — Ad hos vss. respexit Cornut. s. Phurnut. de Nat. Deor. p. 222 (in Galei Opusc. Myth.) *ὡς γὰρ νέων τι δρᾶν εὐτονώτεραι αἱ χεῖρες, οὕτω ψυχαὶ ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ,* unde Valck. ad Phoen. 531. et ad Hipp. 119 hosce vs. effinxit:

ὦ παῖ, νέων δρᾶν εὐτονώτεραι χέρες,
γνῶμαι δ' ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ.

Adiectivorum *εὔτονος* et *ἔντονος* frequens est permutatio. cf. Monk. ad Hippol. 117, ubi simul de eorum discrimine disputavit. Ad sententiam cf. Melanipp. fgm. XV. — Vs. 2. extat etiam inter Menandri sententias singulares nr. 101. p. 316. ed. Meinek. cf. Pel. fgm. V.

312. XXIX.

Ael. Hist. An. V, 34. *Τοιοῦτόν τινα καὶ τὸν Βελλεροφόντην ἡρωϊκῶς καὶ μεγαλοψύχως εἰς θάνατον παρασκευασμένον ὑμνεῖ ὁ Εὐριπίδης· πεποίηκε γοῦν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λέγοντα αὐτόν.*

Ἧσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβὴς, ὅτ' ἦσθ' ἀεὶ
ξένοις τ' ἐπήρκεις, οὐδ' ἔκαμνες εἰς φίλους.

καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις.

313. XXX.

Plut. de vitios. pud. 3. (p. 529. E.) *οὐδὲ δεῖ τοῖς ἐπαίνοις κηλούμενον ἥδεσθαι, κομψὸν καὶ ἱλαρὸν ἀντὶ σεμνοῦ καὶ μεγάλου καὶ δικαίου προσαγορευόμενον, μήδ' ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος*

Ἔπτησσ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ θέλοι

τῷ Βελλεροφόντῃ, τοῖς δεομένοις ἑαυτὸν ἐκδιδόναι καὶ συνεκταπεινοῦν φοβούμενον ἀκοῦσαι τὸ σκληρός γε καὶ ἀπηνής. Idem in Polit. Praec. 11. (p. 807. E.) *Ἀγησίλαος δὲ περὶ τὰς τῶν φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὑτοῦ γιγνόμενος ἀσθενέστατος καὶ ταπεινότατος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Πήγασος*

Ἔπτηξ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ μᾶλλον θέλοι

καὶ ταῖς ἀτυχίαις προθυμότερον βοηθῶν τοῦ δέοντος ἐδόκει συνεξομοιοῦσθαι ταῖς ἀδικίαις. Sermonem de Pegaso esse, qui blanditiis commotus equiti magis obsecundarit, quam ipse voluerit, manifestum est Hunc vs. igitur in prologo locum habere non potuisse, recte Welck.

monuit. Petitus vero est cum fgm. XXXI ex epilogo h. e. ex narratione dei vel deae cuiusdam, quo non modo Bellerophontis adscensus ad coelum et interitus, sed etiam qualis postea Pegasi sors fuerit, accurate describebatur. Ad eandem fortasse pertinet fgm. XXI. — Ad versum ipsum explendum Grot. scripserat ἢ αὐτὸς θέλοι, Boissonad. duplex illud μᾶλλον, quod altero Plut. loco legitur, non offensioni esse debere censet, quod cum Matth. vellem explicasset. Matth. ipse tamen dubitans proposuit θέλων. Mihi in mentem venit: ἢ μέλλων h. e. *cunctans*. cf. inc. fab. fgm. LXIII. Valck. Diatr. p. 230. C.

XXXI. 314.

Aristoph. Pac. 721.

Ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ.

ubi Schol. ὁ στίχος ἐκ Βελλεροφόντου Εὐριπίδου. Sermonem esse de Pegaso supra monuimus (cf. fgm. XXX.). Quem in Olympo receptum esse testantur etiam Pind. Ol. XIII. 92. Hes. Theog. 286. licet aliter rem narret Asclepiad. l. c. (cf. Argum. fab.)

Praeter haec fgm. a Stob. LXVIII, 15 et LXXII, 6 (utroque loco optimi codicis Paris. A auctoritate) e Bellerophonte versus quidam citantur, qui haud dubie Bellerophontis in Stheneboea (cf. Stheneb. fgm. II.) fuerunt. Iam enim antiquitus has fabulas inter se commutatas esse supra vidimus. — Equidem ad Bellerophontem insuper retulerim inc. fab. fgm. CXXXVII. — De versibus autem a Schol. Arist. Pac. 96 citatis et ad hanc fabulam a Matth. falso relatis vide Erechth. fgm. V.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Fabulae argumentum praebet Apollod. II. 5. 11. *Μετὰ Λιβύην δὲ Αἴγυπτον διεξῄει (Ἡρακλῆς)· ταύτης ἐβασίλευε Βούσιρις, Ποσειδῶνος παῖς καὶ Λυσιανάσσης τῆς Ἐπάφου· οὗτος τοὺς ξένους ἔθυεν ἐπὶ βωμῷ Διός, κατά τι λόγιον. ἐννέα γὰρ ἔτη ἀφορία τὴν Αἴγυπτον κατέλαβε. Φράσιος δὲ ἐλθὼν ἐκ Κύπρου, μάντις τὴν ἐπιστήμην, ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι, ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάξωσι κατ' ἔτος. Βούσιρις δὲ ἐκεῖνον πρῶτον σφάξας τὸν μάντιν τοὺς κατιόντας ξένους ἔσφαζε. συλληφθεὶς οὖν καὶ Ἡρακλῆς τοῖς βωμοῖς προσεφέρετο· τὰ δὲ δεσμὰ διαρρήξας, τόν τε Βούσιριν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα Ἀμφιδάμαντα ἔκτεινε, καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην.* Consentit Hygin. fab. 56 praeterquam quod vatem *Thrasium*, Pygmalionis fratris filium, appellat. Fabulam satyricam fuisse cum ex hoc argumento tragoediae parum conveniente colligi potest, tum

Osannus (in Wolf. Anal. Lit. II. p. 536 sq.) conclusit e loco Diomedis Gramm. p. 488. P. „*Latina Atellana a Graeca satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personae inducuntur, aut si quae sunt ridiculae similes satyris, Autolycus, Burris,*“ ubi Cod. Paris. *Busiris* praebet.

I.

315. Stob. LXII. 21.

Δούλῳ γὰρ οὐχ οἵόντε τἀληθῆ λέγειν,
εἰ δεσπόταισι μὴ πρέποντα τυγχάνοι.

Blomf. ad Aesch. Choeph. 71. *πρέποντα* explicat *δοκοῦντα, quae placita sunt,* quod recte Matthiaeus veretur, ut quisquam probet. Idem male *τυγάχνει* pro *τυγχάνοι* legi voluit. Cf. Bacch. 612 et Elmsl. Erf. ad Soph. OT. 664. Matth. Gr. Gr. § 624. not. 3.

316. II.

Hesych. *Ἀγνίσαι, ἀποθῦσαι, Βουσίριδι,* ubi viri docti *Εὐριπίδης* supplendum esse censent. cf. de hoc vocis *ἁγνίσαι* usu Iacobs. ad Anth. Pal. T. III. p. 815. et Bekk. An. Gr. p. 339. 8. *ἁγνίσαι τὸ θῦσαι. κτλ.*

317. III.

Hesych. *Ἀτρεκήσασα, ἀκριβωσαμένη. Εὐριπίδης Βουσίριδι.*

Δ Α Ν Α Η.

Tragoediae argumentum ex Hor. Carm. III. 16. satis notum accurate cognoscimus ex Apollod. II. 4. haec tradente: *Ἀκρισίῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρένων χρηστηριαζομένῳ ὁ θεὸς ἔφη, γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. Δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφρούρει· ταύτην μὲν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἔφθειρε Προῖτος· ὅθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη· ὡς δὲ ἔνιοί φασι, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρυεὶς κόλπους, συνῆλθεν. Αἰσθανόμενος δὲ Ἀκρίσιος ὕστερον, ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν, ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφῳ, Δίκτυς ἄρας ἀνέτρεφε τοῦτον.* Cf. Io. Mal. p. 34. ed. Nieb. *περὶ ἧς ἐμυθολόγησεν Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ἐν τῇ συντάξει τοῦ αὐτοῦ δράματος ἐν κιβωτίῳ τινὶ βληθεῖσαν καὶ ῥιφεῖσαν τὴν Δανάην, ὡς φθαρεῖσαν ὑπὸ Διὸς μεταβληθέντος εἰς χρυσόν.* Valde igitur errat Matth., si ea, quae Hyginus fab. 63 narrat, huic tragoediae materiam praebuisse censet, quum ea ad Acrisium potius et Perseum, neque vero ad Danaen pertineant neque ad *Euripidis* fabulam quandam narrata videantur (cf. Dict. argum.); Euripi-

deum drama, si haec continuisset, nullo modo *Danae* inscribi potuisset; aptissime vero, quae Apollodorus tradiderit, tragoediae argumentum (haud dissimile Augae) effecisse praeclare Welckerus perspexit. Fragmentorum autem numerus nimis exiguus est, quam ut dramatis structura inde cognosci possit. — Ad chorum huius fabulae e mulieribus constantem (cf. fgm. IX.) haud dubie pertinent, quae Pollux IV. 16, 111 habet. *Τῶν δὲ χορικῶν ἀσμάτων τῶν κωμικῶν ἦν τι καὶ παράβασις, ὅταν ἃ ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούλεται λέγειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγει ταῦτα. ἐπιεικῶς δὲ αὐτὸ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοποιηταί. τραγικὸν* δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' *Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν μέν γε Δανάῃ* (sic Mss. sed scribendum *Δανάᾳ*) *τὸν χορὸν, τὰς γυναῖκας ἀπὸ αὐτοῦ τι ποιήσας παρεκβῆναι, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας.* Quae non ita intelligenda sunt, ut Euripidem re vera comicorum more tragoediis quibusdam parabasim infersisse credamus, sed chorum fabulae argumento nonnunquam neglecto ex sua persona loquentem introduxisse, ita ut masculino genere et numero Singulari in dicendo uteretur. Luculentissimum huius usus exemplum praebet chori canticum in Hippol. vs. 1105 sq. et fortassis in Androm. 422. cf. Dorrill. ad Charit. p. 153. Herm. ad Vig. p. 715. — Tempus, quo fabula acta sit, latet nos.

Prologum tragoediae et primae scenae initium primus e vetustis bibl. Palatinae membranis ed. Hier. Commelinus (in edit. Eurip. part. II. Heidelbergae, 1597. p. 642.). Quae haud quaquam Euripidea, sed media quam dicunt aetate ab homine non admodum docto ficta esse, optime Fr. Iacobsius singulari commentatione (inserta in F. A. Wolfii Anal. Lit. IV. p. 392., repetita ea in Iacobsii Script. Var. V. p. 607) demonstravit, ita quidem, ut dubitatio in lectoris mente residere nequeat et ad unum omnes viri docti assenserint; tamen ea hic recipere non dubitavi. Multa enim his insunt, quae lucem genuinis fragmentis afferunt; et accedo ad Welckeri sententiam, eum, qui hos versus composuerit, aliquam traditionem vel fragmenta ipsa ante oculos habuisse iudicantis. Eandem sententiam amplexus est Fritzschius ad Arist. Thesm. vs. 412. Sic v. c. Personarum catalogum Pseudoeuripides ille non ementitus esse videtur. Metri autem et dictionis vitia quae in his versibus insunt, recensere nolui: quae si quis cognoscere velit, Iacobsii commentationem et Matthiaei adnotationes accedat; equidem omnia ita exhibui, ut in editione Commeliniana extant.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΡΜΗΣ.
ΔΑΝΑΗ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΑΚΡΙΣΙΟΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΑΘΗΝΑ.

ΕΡΜΗΣ.

Δόμοι μὲν οἷδ' εὔπυργά τ' ἐρύματα χθονὸς
οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἤσκηται χλιδαῖς·
ἀρχὴν δὲ τῶνδε καὶ θεῶν ἱδρύματα
Ἀκρίσιος εἵληχεν, τύραννος τῆσδε γῆς·
Ἕλλησι δ' Ἄργος ἡ πόλις κικλήσκεται.
οὗτος δ', ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς,
Πυθῶδ' ἀφῖκτο, καὶ λέγει Φοίβῳ τάδε·
πῶς ἂν γένοιτο σπέρμα παιδὸς ἐν δόμοις,
τίνος θεῶν βροτῶν τε πρευμενοῦς τυχών;
κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὄπα·
ἔσται μέν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος
οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν
φῦσαι δεήσει. κἄτά πως κείνη ποτὲ
εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ
ὑπόπτερον*) λέοντα τέξεται πατρὶ,
ὃς τῆσδέ γ' ἄρξει θατέρας (χατέρας corr. Matth.) πολλῆς χθονός.
τοιαῦτ' ἀκούσας Λοξίου μαντεύματα
γάμων ἀπείχεθ'· ὁ μὲν δέ γε τίκτει λαθὼν,
πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικώμενος.
Δάναην δ' ἐπωνόμαξε**) τήνδ', ὅθ' οὕνεκα
πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παίδων χρόνος.
ἐν παρθενῶσι δ' εὐθὺς, οἷς ἐδείματο,
δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόραις,
εἰς ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.
εἶθ' ὡς ὁ μακρὸς ηὔξανεν ταύτην χρόνος,
καὶ κάλλος εἶχεν ἔξοχον καθ' Ἑλλάδα,
φίλτροις ἀφύκτοις***) Ζεὺς κατασχεθεὶς πατὴρ
εὐνῇ συνελθεῖν λάθρᾳ πως ἠβούλετο.
σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων εἰς μηχανὴν
τοιάνδ' ἐχώρησ', ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον
κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο.
χρόνῳ δ' ἑαυτὴν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα,
εἰς θαῦμ' ἐσήει, κἀξεπέπληκτο σαφῶς,
ὡς εἰς τόδ' ἦλθεν, μέμψιν εὐλαβουμένη.
φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὁρμωμένην****)
μαθὼν πατήρ νιν, ἐγκατάκλειστον δόμοις
ὀργῇ χολωθεὶς καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
τἀληθὲς ὄψει προσκοπούμενος μαθεῖν,

*) Ὑπόπτερον scriptum est ut ex emendatione Bentl. ad Mill. p. 465. pro ὑπόπετρον.

**) Ἐπωνόμαξε Musgr. scripsit pro monstruoso πρωνόμασε (= προωνόμασε).

***) Ἀφύκτοις Barnes. pro vitioso ἀφέκτοις scripsit.

****) ὁρμωμένην Barn. pro vulg. ὁρμωμένη.

κἄν*) ταῦτ' ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ,
ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι,
τὴν παῖδα καὶ τὸ τεχθέν· ὧν δέ γ' ἐστάλην,
μύθους Δανάῃ τούσδ' εὐπροσήγορος ἄγων,
ἐκ Διὸς, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν.
ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τἀπεσταλμένα
πράσσειν προθύμως, ὅστις ἄν γ' ᾖ νουνεχής.

X O P O Σ.

Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος
κατ' ἐμὰν ἦκεν ἀκουάν;
ἔνθ' ἀσπερχὲς μενεαίνουσα
τοῖσδε δώμασι κοιράνου ἀμφίδοξος πελάζω.
τίς δέσποτιν ἐμὴν Δανάην
βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;
ἦν μή ποτ' ὤφελ' εἰς ὦτα φέρειν
ὁ πρῶτος τάδε φράσαι τολμήσας,
ὡς ἐγκυμὼν εἴληπται χρανθεῖσα λέκτροις
ἀνδρός· πατὴρ δέ μιν κλῄσας
ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι δέμας φυλάσσει.
ταῦτ' ἐτήτυμα μαθεῖν θέλω.
ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τύραννον χθονὸς τῆσδ'
Ἀργείας Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα.
φυγῇ βαρὺς, ὡς δόξαι, κέαρ.

A K P I Σ I O Σ.

σὺ δ', εἰ κατ' οἴκους εὐνοῶν ἐτύγχανες,
οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τόδε θράσους.
. . . . . .

Ex his versibus liquet, Danaën, quum fabula incipiebat, iam gravidam factam patrisque iram timentem custodibus sive deceptis sive corruptis e domo paterna effugisse, mox autem, quum Acrisii iussu multi eam persecuti essent, ad patrem reductam esse. Pater sive ex forma filiae cognovit sive aliunde comperit eius graviditatem, vehementer igitur eam increpat iubetque confiteri, quis ille sit, quocum concubuerit et qua ratione id fieri potuerit. Danae omnia pro veritate narrat, sed quum nimis mirabilia appareant, pater fidem ei denegat muneribusque eam divitis cuiusdam atque voluptarii hominis corruptam esse dicit. Huc spectat fgm. I.

I.

Stob. LXIV. 5.

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ·
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κομῆς ξανθίσματα,

*) Κἄν Musgr. pro καὶ.

φεύγει δὲ μόχθους. Ἐν δέ μοι τεκμήριον·
οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν,
ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε.

Acrisii verba esse antea monuimus. Versum 1 citat etiam Plut. Amator. XIII, 13. (p. 757. A) scribens tamen *κἀπὶ τοιούτοις ἔφυ*, eodemque respicit ibid. p. 760. D. Id retinendum esse Valck. Diatr. p. 7. censebat: adscriptum enim fuisse ratus ad *τοιούτοις* a quopiam *ἀργοῖς* atque inde prodiisse scripturam, quae apud Stobaeum extet. Sed apud Stob. vitiose legitur *κἀπὶ τοῖς ἔργοις*, quod Piersonus Verisim. p. 134. primus in *ἀργοῖς* mutavit. Ad dictionem cf. Med. 898. *γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύας ἔφυ.* — Vs. 5. contra metrum et sententiam (— nam Amor est puer —) in omnibus codd. legitur *ἡβητὴς*, quod viri docti vario modo correxerunt. Grotius scribendo *ἡδυπαθὴς*, anapaesto in quartam sedem illato, Scalig. proposuit *νηπύτης*, quod ne graecum quidem esse videtur; Piers. *ἔχουσι δ' ἐμπέφυκεν ἡβητὴς ὅδε*, male, nam articulus ad *ἔχουσι* adsit necesse est. Cf. fgm. III. vs. 8. Valck. l. c. *ἐν τοῖς δ' ἔχουσ' ἔφηβος ἐμπέφυχ' ὅδε*, Luzac. et Boissonad. *ἐν τοῖς δ' ἔχουσι πέφυκεν ἡβητὴς ὅδε*, sicut Grotius vitioso anapaesto inserto; Musgr. infelicissime *ἀμβάτης*, Gaisf. *ἐν τοῖς δ' ἔχουσι χρήματ' ἐμπέφυχ' ὅδε.* Iacobsius denique (Lectt. Stob. p. 10. sq.) scribi voluit: *ἐν τοῖς δ' ἔχουσι θὴρ ἵτης πέφυχ' ὅδε*, h. e. *nem'omendicus amore vexatur: in opulentiorum rebus haec bestia habitat et inhaeret.* Quam emendationem multis locis allatis, ubi amor cum fera seu bestia comparatur, firmare studet, velut Plut. de amor. prol. p. 852. B. p. 855. Xen. Mem. I, 3, 13. Conv. IV, 28., simulque de locutione *θὴρ ἵτης* lectores ablegat ad Plat. Symp. p. 203. D. Themist. Or. XIII. p. 162. Aristoph. Nub. 443. et Schol. Sed neque hoc, neque quod illi proposuerunt, verum videtur; mihi olim *ἐγκρατὴς*, nunc *ἡδὺ παῖς* pro *ἡβητὴς* scribendum videtur. (cf. fgm. XIV. vs. 6.) Sed videant doctiores de hoc loco restituendo.

Hisce verbis Acrisius plura de perniciosa auri vi, de pravitate et avaritia divitum, de miseranda pauperum sorte, quippe qui, licet longe prudentiores sint, omni modo a ditioribus premantur et ubique posthabeantur, et similia adiunxisse videtur: huc enim faciunt fgm. II—V.

319. II.

Stob. XCVII, 14.

Φιλοῦσι γάρ τοι τῶν μὲν ὀλβίων βροτοὶ
σοφοὺς τίθεσθαι τοὺς λόγους, ὅταν δέ τις
λεπτῶν ἀπ' οἴκων εὖ λέγῃ πένης ἀνὴρ,
γελᾶν. ἐγὼ δὲ πολλάκις σοφωτέρους
πένητας ἄνδρας εἰσορῶ τῶν πλουσίων,
καὶ θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη
τῶν βουθυτούντων ὄντας εὐσεβεστέρους.

Cf. fgm. I. sub fin. Vs. 2 in codd. extat σοφοὺς ἡγεῖσθαι, cuius loco Grotius vitiose καλῆσαι (pro καλέσαι) edidit. Sed verum restituit Valck. Diatr. p. 8 scribendo τίθεσθαι, quod saepe a veteribus *putandi, reputandi* significatione usurpatum esse sat multis exemplis probavit. cf. Med. 572. Soph. El. 1282. Phil. 513. e. a. l. ἡγεῖσθαι autem interpretationis caussa ad τίθεσθαι scriptum facile in textum illabi potuit. Ad sententiam cf. Androm. fgm. XXXII. inc. fab. fgm. CLX. CCVI. — Vs. 6. 7. citat Athen. II. p. 40. C., τέλη explicans θυσίας, unde θεοῖσι μικρὰ pro vulg. θεοῖς μικρᾷ Grotius restituit; μικρὰ vero etiam Stobaei optimus cod. Par. A. praebet. Versum 6 ex Athenaeo Eustathius quoque ad Il. μ'. p. 892, 39 exhibet. Cf. inc. fab. fgm. CLXXXVII.

III. 320.

Stob. XCI, 23. XCII. 6.

Ἀρ' οἰσθ' ὁθούνεχ' οἱ μὲν εὐγενεῖς βροτῶν
πένητες ὄντες οὐδὲν ἐμφαίνουσ' ἔτι,
οἱ δ' οὐδὲν ἦσαν πρόσθεν, ὄλβιοι δὲ νῦν,
δόξαν φέρονται τοῦ νομίσματος χάριν,
καὶ συμπλέκοντες σπέρμα καὶ γάμους τέκνων;
δοῦναι δὲ μᾶλλον πλουσίῳ πᾶς τις κακῷ
πρόθυμός ἐστιν, ἢ πένητι κἀγαθῷ,
κακὸς δ' ὁ μὴ ᾽χων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι.

Cf. fgm. I. sub fin. Vs. 2. cod. Paris. A. priore loco ἐμφαίνουσ'. altero ἀναφαίνουσ'. Musgr. sine idonea caussa legit: ἐκφανεῖς ἔτι. — Vs. 3. cf. Alcmen. fgm. IX. vs. 2. — Vs. 5. cod. A. priore loco habet συμπλέκοντες sed supra scripta ab eadem manu syllaba αι.

IV. 321.

Stob. XVI. 6.

Ὅστις δόμους μὲν ἥδεται πληρουμένους,
γαστρὸς δ' ἀφαιρῶν σῶμα δύστηνον κακοῖ,
τοῦτον νομίζω καὶ θεῶν συλᾶν βρέτη,
τοῖς φιλτάτοις τε πολέμιον πεφυκέναι.

Cf. fgm. I. sub fin. De homine avaro ac tenace sermonem esse manifestum est. Vs. 1. Grot. δόμους — πληρουμένους, et sic Paris. A. pro vulg. δόμοις — πληρουμένοις, quam scripturam vel coniectura revocavit Luzac. Exercit. acad. p. 9. offensus accusativo. Sed vide Soph. Ai. 1064. Phil. 1298. Aristoph. Ran. 756. Wesseling. ad. Herod. III, 34. Schaef. ad Bos. Ellips. p. 26. Matth. Gr. Gr. § 414, 12. § 555. — Vs. 2. δύστηνον Paris. A. B. sed a m. sec. et sex codd. Schow. — Vs. 3. Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Schol. 1811. p. 22) pro καὶ scribi voluit κἂν, quod sane magis placet, quam simplex καί.

322. V.

Stob. X, 18.

Κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνὴρ,
πλὴν εἴ τις· ὅστις αὐτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.

Cf. fgm. I. sub fin. Welckero his versibus Acrisius filiae asseverationes repudiasse videtur. — Vs. 2. Pors. Adv. p. 274 pro *εἴ τις* scribi voluit *εἰς τις*, collato Soph. OT. 118; sed ille locus longe aliter est comparatus: ibi enim de certo quodam homine sermo est. *Εἴ τις* autem prorsus sanum est, ac praeclare defensum a Fritzschio ad Aristoph. Thesm. 534 multis similibus locis allatis. Cf. etiam Herm. ad Soph. Ai. 179.

323. VI.

Stob. LXXIV, 13.

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα
οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

Acrisii in mulierum dolos invehentis verba esse apertum est. Iidem versus a Stob. LXXIII, 42 Alexidi assignantur, sed eodem iure a Musgravio huc relati sunt, quo Antig. fgm. V, cuius versus 1 a Stobaeo altero loco Hippothoo, altero Euripidi tribuebatur, et multi alii, qui ab aliis Euripidi, ab aliis Menandro adscribuntur, attamen inter Euripideos recepti sunt. Welckerus cum his verbis haud improbabiliter (p. 1592.) inc. fab. fgm. XLVII. coniungi voluit. Cf. Fritzch. ad Aristoph. Thesm. 412.

324. VII.

Stob. LXXIII, 21.

Ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι
μέλουσι, λόγχῃ δ' ἄνδρες εὐστοχώτεροι.
εἰ γὰρ δόλοισι ἦν τὸ νικητήριον,
ἡμεῖς ἂν ἀνδρῶν εἴχομεν τυραννίδα.

Hoc fgm. Danaës ad antecedentia responsionem continere videtur. Vs. 1. erat vulgo *ἦν*. cod. A et Voss. *τὴν*. Ex vulgari dicendi usu (de quo praeter alios vide Ellendt. Lex. Soph. I. p. 214.) scribendum videtur *ἦν ἄρα* vel *ἦν ἄρ'*. Cf. Moschion. ap. Stob. CXIV, 9. *ἦν ἄρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε*. Ad sententiam cf. Iphig. T. 1032. *δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας*. Vs. 2. *μέλουσι* Heath. et sic Paris. B. pro vulg. *μέλλουσι*. — Danaë quum constanter se innocentem esse perseveraret, Welck. regem etiam e nutrice sciscitatum esse coniicit, qua ratione filia gravida facta esset, ut de miraculo isto Iovis constaret: sed hoc mihi parum probabile videtur. Non enim in iudicio, sed in tragoedia res agebatur. Rex autem quum nullis filiae sermonibus crederet eique supplicium minaretur, Danaë ad preces confugit, et patrem voluptate atque laetitia, quam ex li-

beris mater hauriret (fgm. VIII.) depicta lenire studuit; at vero frustra: pater paullulum quidem commovetur, et ipse liberos, praecipue filios sibi maximo gaudio fore confitetur (fgm. X et fortasse fgm. XIII.), simul tamen sorte hoc bonum sibi negatum eademque se vel coactum esse dicit, ut filiam diligentissime includeret atque custodiret, infantem vero, quem paritura esset, interficeret. Itaque in scenae fine Danae in custodiam tradita est.

VIII. 325.

Stob. LXXVIII, 8.

Τάχ᾽ ἄν πρὸς ἀγκάλαισι καὶ στέρνοις ἐμοῖς
πηδῶν ἀθύροι καὶ φιλημάτων ὄχλῳ
ψυχὴν ἐμὴν κτήσαιτο· ταῦτα γὰρ βροτοῖς
φίλτρον μέγιστον, αἱ ξυνουσίαι, πάτερ.

Vs. 3. Ad κτήσαιτο Valck. in marg. ed. Barnes. adscripsit κνήσαιτο. Danaes verba esse supra monuimus. Hisce vero Danae alia subiunxisse videtur, quibus, ut de liberis mentem aperuerat, ita suum mariti desiderium ingenue patefaciebat. Talia enim chorus respexerit necesse est, quum, quae fgm. sq. exhibuimus, diceret.

IX. 326.

Stob. LXXIII. 22.

Συμμαρτυρῶ σοι· πανταχοῦ λελείμμεθα
πᾶσαι γυναῖκες ἀρσένων ἀεὶ δίχα.

Chori sunt verba. Cf. fgm. VIII.

X. 327.

Stob. LXXV. 4.

Γύναι, φίλον μὲν φέγγος ἡλίου τόδε,
καλὸν δὲ πόντου χεῦμ᾽ ἰδεῖν εὐήνεμον,
γῆ τ᾽ ἠρινὸν θάλλουσα πλούσιόν θ᾽ ὕδωρ,
πολλῶν τ᾽ ἔπαινον ἐστί μοι λέξαι καλῶν.
ἀλλ᾽ οὐδὲν οὕτω λαμπρὸν οὐδ᾽ ἰδεῖν καλόν,
ὡς τοῖς ἄπαισι καὶ πόθῳ δεδηγμένοις
παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος.

Acrisii verba esse ad fgm. VII. verisimile nobis visum est. Similem locum de gaudio ex liberis percipiendo habes in Ione v. 486. sq. — Vs. 6. codd. Paris. A. B. male πόθου. — Inde ab hac scena, quale reliquarum tragoediae partium argumentum qualisque descriptio fuerit, ne coniectando quidem assequi possumus, itaque quo cetera, quae supersunt quattuor fragmenta, pertineant, nescimus.

328. XI.

Stob. VII. 6.

Φεῦ, τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπαντάχοῦ
πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Welck. male hos vs. cum subditiciis istis Acrisii verbis *σὺ δ', εἴ τις κτλ.* coniungit iisque regem in custodem, cui Danae tradita fuerat, invectum esse credit, quum illa effugisset. Sed est sententia prorsus in universum dicta, qualis a quavis persona proferri potuit. Cuius simillimum est inc. fab. fgm. CIV. Vs. 2. Grot. ed. *τρέπει*, id pro vulg. accipiens, quod sane etiam in Schowii libris esse videtur, quippe qui ad *τρέπει* nihil adnotaverit. Correxerunt igitur Heathius *ῥέπει*, Iacobs. spec. 110. *βλέπει*, sed Paris. A. *πρέπει*. Ceterum quam saepe in libris MSS. syllabae *πρεπ* et *τρεπ* ideoque *τρέπειν, πρέπειν, εὐπρεπὴς, εὐτρεπὴς*, similia inter se commutata sint, vix est quod moneam. cf. Brunck. ad Arist. Eccl. 427.

329. XII.

Stob. Ecl. phys. I. p. 216. ed. Heer.

Ἐς ταὐτὸν ἥκειν φημὶ τὰς βροτῶν τύχας
τόν δ' ὃν καλοῦσιν αἰθέρ', ᾧ τάδ' ἔστι δή.
οὗτος θέρους τε λαμπρὸν ἐκλάμπει σέλας,
χειμῶνά τ' αὖξει συντιθεὶς πυκνὸν νέφος,
θάλλειν τε καὶ μὴ, ζῆν τε καὶ φθίνειν ποιεῖ.
Οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα, τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λαμπρᾷ γαλήνῃ, τῶν δὲ συννέφει πάλιν.
ζῶσίν τε σὺν κακοῖσιν, οἱ δ' ὄλβου μέτα
φθίνουσ' ἑτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς.

Primis versibus corruptelam insidere manifestum est; sententia enim haec est: *hunc, quem dicunt, aetherem convenire dico cum fortuna hominum.* Itaque aut vs. 1. cum Musgr. scribendum est *ταῖς βροτῶν τύχαις*, (cf. Hel. 941. sq. Archel. fgm. XXXVI. Iphig. Aul. 665. et de locutione *εἰς ταὐτὸν ἥκειν* s. *ἐλθεῖν* satis frequentata apud Eurip. Archel. fgm. XIX.) aut vs. 2. cum Grotio corrigendum *τόν θ', ὃν κτλ.*, quam correctionem Matth. non impugnare debebat. Articulus enim *τὸν*, quo praecipue offenditur, non propriam suam vim tenet, sed, ut saepissime apud tragicos, pronominis demonstrativi munere fungitur; reliquam autem emendationis Grotianae partem praeter extremam Pflugkius (in Zimmermanni Diar. Schol. 1831. p. 22) similibus locis firmare conatus fuit. Cf. Matth. Gr. Gr. § 287. In verbis *ᾧ τάδ' ἔστι δή*, quae Grot. in *ὅς τ' ἂν ἔστι δὴ* mutari voluit, haesit etiam Iacobsius, qui *ᾧ τάδ' ἐστ' ἔθη*, et Blomfieldius, qui (Gloss. ad Aesch. Ag. 155.) *ὅστις ἐστὶ δὴ* maluit. At nulla opus est emendatione, sed recte scriptura vulgata se habet, quippe cui haec insit sententia: *cui haecce peculiaria sunt.* Deinde enim accurata eorum descriptio sequitur, quae aetheris propria sunt. Saepius autem

poetae atque imprimis Euripides vitam humanam cum natura cumque iis quae in natura conspicua sunt, compararunt, ex quo Homerus scripserat (Il. VI. 146): *οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.* — Vs. 6. sq. Extremos vs. tractavit Valck. Diatr. p. 6., ubi cum Barnesio *λαμπρᾷ γαλήνῃ* scripsit pro vulg. *λαμπρὰ γαλήνη*, receptum id a Heerenio et Dindorfio, improbatum a Matthiaeo, et interpunctionem post *σπέρμα* sustulit. Sed vereor, ut, quae Matth. disputavit, ad tuendam scripturam vulg. sufficiant. Nam ut praetermittam, verba *τῶν μὲν εὐτυχεῖ λαμπρὰ γαλήνη* Matthiaeo dicta videri pro *τῶν μὲν βίοτος εὐτυχεῖ, ὥσπερ λαμπρὰ γαλήνη*, metaphora satis audaci, de qua vehementer dubito, nescio quo modo dici potuerit *γαλήνη συννεφεῖ*, quibus verbis sententiam inesse nego. Recte autem Gaisf. monuit, *(ἐν) γαλήνῃ εὐτυχεῖν* et satis graecum esse et suavem simul animo imaginem a placida navigatione petitam exhibere. Cf. Orest. 726. Inon. fgm. XV. — Vs 8. *Ζῶσίν τε σὺν* Musgr. mutari voluit in *ζῶσίν τε καὶ*, et *ζῶσιν* vertit: *felices, divites sunt.* Sed *ζῶσίν* dictum est pro *καὶ οἱ μὲν ζῶσι.* — Vs. 9. *φθίνουσ' ἐτείοις προσφερεῖς μεταλλαγαῖς*, i. e. *intereunt, annuis similes commutationibus*, optime Valck. ex vulg. *αἰτίοις προσφόροις* elicuit, Musgr. *αἰτίοις πρόσφοροι*, haud male; Grot. vero *αὐτοὺς πρόσφοροι μεταλλαγαί*, Heath. denique *αὖ τοὺς* (pro *τινὰς*) *προσφόροι μεταλλαγαί.* In quibus emendationibus Valck. non reprehendere debebat, quod verbo *φθίνειν* significatio transitiva tribuitur: ea enim apud Atticos nonnunquam invenitur; (cf. Herm. ad Soph. El. 1406.) sed sententia, quae iis inest, parum huc quadrat. — Si vero denique quaeras, a quo hi versus prolati sint, libere me hoc nescire fateor, nec facile id explores; videntur tamen ad fabulae exitum pertinere. Quos Welckerus Acrisio assignat.

XIII. 330.

Stob. LXXVII. 1.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους·
τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Acrisii verba esse videntur. Cf. fgm. VII. sub fin. Duo priores vs. Stobaeus etiam LXXIII. 11. exhibet, ubi *γυνὴ μὲν* legitur. — Vs. 4. erat *τιμᾷ ὅρον*, quod post Vales. ad Harpocr. p. 33. Stanleius ad Aesch. Choeph. 141. emendavit. Vocabulum *τιμάορος*, pluries ab Aeschylo usurpatum, (cf. Ag. 500. 1253. 1297. 1560. Choeph. 141.) illustravit Valck. Diatr. p. 7. sq.

XIV. 331.

Stob. LXXI. 7.

Καὶ νῦν παραινῶ πᾶσι τοῖς νεωτέροις
μὴ πρὸς τὸ γῆρας τοὺς γάμους ποιουμένους

σχολῇ τεκνοῦσθαι παῖδας· — οὐ γὰρ ἡδονὴ
γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ —
ἀλλ' ὡς τάχιστα· καὶ γὰρ ἐκτροφαὶ καλαὶ,
καὶ συννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρί.

Welck. haec verba Acrisio tribuit. Similia praecepit Hes. Op. 695. — Vs. 3. *οὐ-ἡδονὴ* coniunctim pro *δυσκολία* s. *λύπη* accipiendum videtur, de quo dicendi usu vide Valck. et Monk. ad Hippol. 196. Phrix. fgm. XIII. vs. 2. Itaque non opus est, ut cum Elmsl. ad Bacch. 859 scribatur *γυναικὶ δ'* pro *γυναικί τ'*. Vs. 4. Eandem fere sententiam exhibent Theogn. 235. ed. Welck. Eurip. Phoen. fgm. II. Aristophr. inc. fab. fgm. XVIII. ed. Bergk. (497. ed. Dindf.) cf. Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 408.

Minerva, si re vera, ut Pseudoeuripides ille tradit, inter fabulae personas fuit, haud dubie in fine apparuit, et non modo Danaen cum filio a se servatum iri, sed etiam ad quot et quantas res gerendas Perseus ipse natus sit, narravit.

De fragmento, quod praeter illa nonnulli viri docti huc rettulerunt, vide ad Belleroph. fgm. V.

Δ Ι Κ Τ Υ Σ.

Pergit Apollodorus in Danaes historia enarranda l. c. (cf. Danaes argum.) ita: *προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σεριφῳ Δίκτυς ἆρας ἀνέτρεφε τοῦτον. βασιλεύων δε τῆς Σεριφου Πολυδέκτης, ἀδελφὸς Δίκτυος, Δανάης ἐρασθεὶς καὶ ἠνδρωμένου Περσέως μὴ δυνάμενος αὐτῇ συνελθεῖν, συνεκάλει τοὺς φίλους, μεθ' ὧν καὶ Περσέα, λέγων ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους· τοῦ δὲ Περσέως εἰπόντος (ἐπὶ τίνι ὁ ἔρανος εὐωχεῖται; τοῦ δὲ φήσαντος, ἐπὶ ἵππῳ, Περσεὺς δὲ εἶπεν.* Aegius.) *καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς Γοργόνος (οὐκ ἀντερεῖ· Πολυδέκτης παρὰ μὲν οὖν τῶν λοιπῶν.* Aeg.) *οὐκ ἀντερεῖν, παρὰ μὲν τῶν λοίπων ᾔτησεν ἵππους, παρὰ δὲ τοῦ Περσέως οὐ λαβὼν τοὺς ἵππους ἐπέταξε τῆς Γοργόνος κομίζειν τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Ἀθηνᾶς προκαθηγουμένων ἐπὶ τὰς Φόρκου γίνεται θυγατέρας κτλ.* . . . . . Deinde (II, 4, 4.) *παραγενόμενος δὲ εἰς Σέριφον καὶ καταλαβὼν προσπεφευγυῖαν τοῖς βωμοῖς μετὰ τοῦ Δίκτυος τὴν μητέρα διὰ τὴν Πολυδέκτου βίαν, εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα, συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν Γοργόνος ἔδειξε, τῶν δὲ ἰδόντων ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων ἀπελιθώθη. καταστήσας δὲ τῆς Σεριφου Δίκτυν βασιλέα ἀπέδωκε, τὰ μὲν πέδιλα καὶ τὴν κίβισιν καὶ τὴν κυνῆν Ἑρμῇ, τὴν δὲ κεφαλὴν τῆς Γοργόνος Ἀθηνᾷ.* His argumenti summam contineri praeclare Matth. cum ex fgm. III., quo Dictys Plutarcho teste Danaën filii mortem deploran-

[illegible] [illegible] [illegible] [

interficeretur, eum subterfugisse atque evitasse. Nam quin Euripides oraculi illius rationem habuerit, quo Acrisio se a filiae nato aliquando interfectum iri praedictum fuit, non potest dubitari, ut Schoellio visum est; conferas enim, quae de Danae disputavimus ac praecipue fgm. VI. Cur Acrisius filiam inclusisset, nisi mortem ex eius graviditate sibi imminere opinatus esset? Deinde, ut adventus ille Acrisii mytho repugnat, ita cum reliquo fabulae argumento parum convenire mihi videtur. Perseus, ut supra docuimus, non prius scenam intravit, quam necessarium erat, ut matrem servaret. Matre autem servata et Polydecte morte multato Acrisii adventus prorsus otiosus fuisset, omnes eiusdem cum Perseo sermocinationes languissent et tragoediae simplicitatem atque concinnitatem turbassent. Quam ob rem etiam ad Schoellii sententiam accedere nequimus. Aliam autem eiusdem viri docti opinionem ad compositionem tetralogicam spectantem sub examen vocabimus, ubi de poetica Euripidis arte disputabimus. Si quis tamen quaerat, ad quem nos fragmenta ista referenda iudicemus, libere id nescire nos fatemur: nam de verbis sermonis continuitati erutis recte iudicare difficile est; nec quemquem eius inscitiae pudeat, quum in perpaucis tragoediis coniectando indagare possimus, quomodo Euripides singulas partes descripserit quasque personas praeter eas, quas mythus fabulae praebuit atque efflagitavit, introduxerit. Fragmentorum autem numerus nullo modo ad singulas fabulae partes cognoscendas sufficit. — Fabula docta est Ol. LXXXVII, 1, una cum Medea, Philoctete et Theristis, fabula satyrica. (Cf. Eurip. argum. Medeae.)

332. I.

Prologo Danae, quae ad intelligendam fabulam opus erant, narrasse eiusque in fine exposuisse videtur, quantopere filium nunc absentem desideraret, quum amore Polydectis nimis vexaretur, ex parte verita, ne ille ausis succumberet, ex parte vero spe impleta, feliciter eum omnia pericula superaturum ac mox sibi auxilio venturum esse. De quo igitur dixit (Stob. LII, 5.):

Νέος, πόνοις δέ γ' οὐκ ἀγύμναστος φρένας.

Musgr. tacite correxit *πόνοισι δ' οὐκ*, sed recte Matthiaeus nulla emendatione opus esse monuit et conferri Pors. ad Orest. 1234. Med. 814. iussit. Bergkius nescio quam ob caussam versum Perseo ipsi tribui scribique maluit: *πόνοις δ' ἐγὼ οὐκ.*

333. II.

Schol. Soph. Ai. 787. *Τί μ' αὖ τάλαιναν· πρὸς τὸ Εὐριπίδου ἐν Δίκτυϊ·*

τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένην
ὀρθοῖς;

Danaes haud dubie verba sunt dicta quum a choro monita esset, accedere nuntium de Perseo relaturum. Similiter enim Tecmessa

de adventu nuntii certior facta (Soph. Ai. 787) exclamat: *Τί μ' οὐ κάλαιναν, ἀρτίως πεπαυμένην κακῶν ἀτρύτων, ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;* quem locum iam scholiastes aptissime cum nostro contulit. — Nuntius autem, qui nunc in scenam prodibat, a Polydecte subornatus Persei mortem ementiebatur. Cuius narrationem querelas lamentationesque matris secutas esse facile intelligitur.

III. 334.

Plutarch. Consol. ad Apoll. 8. (p. 106. A.) *Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσαν Δίκτυς φησί·*

Δοκεῖς τὸν Ἅιδην σῶν τι φροντίζειν γόων
καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σὸν, εἰ θέλοις στένειν;
Παῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ,
ῥᾴων γένοι' ἄν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις,
ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν,
ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων,
τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
τὸ μηδὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών·

κελεύει γὰρ αὐτὴν ἐνθυμεῖσθαι τὰ τῶν ἴσα καὶ μείζω δυστυχούντων, ὡς ἐσομένην ἐλαφροτέραν. — Vs. 2. Musgr. dedit *θέλεις*. Ad sententiam cf. Alc. 990. Vs. 4. Grotius scribi maluit: *ῥᾷον φέροις ἄν*, male; nam sicut *ῥᾴων εἶναι melius habere, hilariore animo esse*, (cf. Ion. 875. Herc f. 1407.), ita *ῥᾴων γίγνεσθαι* significat: *animo tranquilliorem fieri, animi tranquillitatem nancisci*, hoc loco aptissimum. cf. Bentl. Epist. ad Mill. (Opusc.) p. 464. Wyttenb. ad Plut. p. 718. Vs. 5. Grotius scripsit *ἐμμεμοχθῆναι*, reiectum id a Bentl. l. c., qui tamen ipse dubitat, an graecum sit *ἐκμεμόχθηνται*, pro quo scribi vult *ἐμμεμόχλευνται* vel *ὅσοι τε δεσμοῖσι μεμόχλευνται*. Bene autem vulgatam defendit Wyttenb. l. c. vertens: *in vinculis defatigati, confecti contabuerunt.* Vs. 7. Valck. in margine ed. Barnes. teste Matth. adscripsit *ὀλβίους*. Elmsl. ad Heracl. 168 corrigit *μέγιστον* pro *μεγίστης*, sed nihil est, quod in his versibus offendat.

IV. 335.

Stob. LXXXIII. 17.

Εἷς γάρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος,
καὶ θεοῖσι τοῦτο δόξαν, ὡς σαφῶς λέγω,
θηρσίν τε πᾶσι, τέκνα τίκτουσιν φιλεῖν·
τὰ δ' ἄλλα χωρὶς χρώμεθ' ἀλλήλων νόμοις.

Danae his verbis moestitiam suam excusare videtur. — Versus primi constructionem versu 3 continuari, versum 2 autem parenthesim efficere, vix est quod moneamus. Vs. 2. *ὡς σαφῶς* ex emendatione Grotii exhibitum est pro vulg. *ὃ σαφῶς*. Heath. pro *τοῦτο* scribi maluit *ταὐτό*.

336. V.

Stob. LXXXIII. 18.

Ἐγὼ νομίζω πατρὶ φίλτατον τέκνον,
παισίν τε τοὺς τεκόντας, οὐδὲ συμμάχους
ἄλλους γενέσθαι φήμ' ἂν ἐνδικωτέρους.

Danaes verba esse videntur ex eodem cum Dictye colloquio petita, unde antecedentia fgm. ducta esse verisimile nobis visum est. — Vs. 1. Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1831. p. 22.) *τέκνα* pro *τέκνον* e vulgari Euripidis dicendi consuetudine (cf. Med. 1095. *ἀνιαρὸν παῖδες.* Hippol. 109. 443. Or. 226. 228. Phoen. 367. 385. 986. etc. Alexandr. fgm. XV. Oedip. fgm. XV. Phrix. fgm. V. Temen. fgm. VI. Phoenic. fgm. III. etc.) scribi voluit, praesertim quum pluralis *παισὶ* sequeretur: sed hac emendatione neque opus est — sequitur enim etiam pluralis *τεκόντας* — neque Welck. eam recipere debuit, nam inde, quod Euripides ita scribere potuit, non sequitur, eum re vera ita scripsisse.

337. VI.

Stob. LXIV. 8.

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ,
ἥν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ,
κἄπειτα τίκτει πόλεμον· εἰς δ' ἀνάστασιν
δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε.

Polydectis haud dubie verba sunt, qui, quum Perseus abesset, multo acrius Danaae institit, ut amori suo satisfaceret. (Cf. Apollod. l. c. Strab. X. p. 487.) Omnibus igitur artibus usus esse videtur, ut propensam sibi eam redderet, potentiam suam, divitias, generis nobilitatem, alia praedicando, sed Danae forti animo ei restitit. — Ad sententiam cf. Steneb. fgm. X. Hippol. vs. 444. et ad h. l. Valck. — Duos priores versus citat etiam Galen. de Hippocr. et Plat. Dogm. IV. p. 282, 45. ed. Foës. (Vol. 5. p. 149. ed. Chart. V. p. 411. ed. Kühn.), ubi tamen *οὐδὲν* et paullo post *ἂν γὰρ βιάζῃ* scriptum est. Vs. 1. equidem *οὔτε* scribi malim.

338. VII.

Stob. Ecl. phys. I. 10, 4. p. 272. ed. Heer.

Φίλος γὰρ ἦν μοι· καί μ' ἔρως ἔλοι ποτὲ
οὐκ εἰς τὸ μῶρον, οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων.
ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.
καὶ χρῆν δὲ τοῖς βροτοῖσι τόνδ' εἶναι νόμον,
τῶν εὐσεβούντων οἵτινές γε σώφρονες
ἐρᾶν, Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν.

Verba haud dubie Danaes sunt, quibus Polydectis amorem profligare studuit; verbis *φίλος γὰρ ἦν μοι*, ut bene Welckerus perspexit (male ea enim Schoellius ad Iovem vel ad Polydectem referri voluit), significare videtur, animum sibi adhuc impletum esse amore Persei, ita ut alius cuiusdam amore affici non posset. Deinde pergit: etiamsi amor me caperet, tamen non ad libidinem, sed ad sapientiam me traheret. Quam poeta his versibus profert doctrinam: „duplicem esse amorem, alterum in animi affectione positum, sanctum, divinum hominibusque expetendum (de quo cf. Stheneb. fgm. VIII.), alterum vero ad libidinem et corporis voluptatem spectantem et sapiente indignum;“ hanc uberius expositam invenies a Platone in Phaedro et Convivio (cf. p. 180. D.). — Vs. 2. *τὸ μῶρον* et *ἡ μωρία* ab Euripide saepius *libidinis*, *impudicitiae* significatione adhibentur. cf. Ion. 557. Hippol. 640. 970. Andr. 674. Troad. 996. — Vs. 3. 4. citat etiam Plut. de educat. puer. 15. (p. 11. E.) et tanquam ex Euripidis Theseo Stob. Floril. V, 21. ubi tamen locus deest in Paris. A. Ad sententiam cf. Stheneb. l. c. — Vs. 7. *Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν.* Similiter dixit Eurip. in Hippol. 133, ad quem locum cf. Valck.

VIII. 339.

Stob. Floril. LXXXIII. 21.

Ὄντων δὲ παίδων καὶ πεφυκότος γένους
καινοὺς φυτεῦσαι παῖδας ἐν δόμοις θέλεις,
ἔχθραν μεγίστην σοῖσι συμβάλλων τέκνοις.

Videntur haec etiam Danaes verba esse eodem consilio prolata, quo illa (fgm. VII.) dicta sunt. Nam quod Matthiaeus obloquitur, aliunde non constare, Polydectem liberos iam habuisse, nullius momenti est, quum etiam contrarium aliunde non constet ac multa Euripides novaverit. Bene autem Euripides Polydectem uxorem et liberos habentem introduxit, ut eius in Danaen amor scelestior appareret. — Vs. 3. egregie Bergkius *σοῖσι συμβαλῶν* correxit.

IX. 340.

Stob. LXXXIII. 16.

Πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν
φίλους ἔρωτας ἐκβαλόντ᾽ αὐθαδίαν,
παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ᾽ ἑκουσία νόσος.
σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίγνεσθαι φιλεῖ,
θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἴασθαι θέλει.

Polydectem his versibus ad praecedentia Danaes verba respondisse manifestum est. Vs. 1. ad sententiam cf. Hippol. 464. et Valck. — Vs. 2. in voce *φίλους*, cuius loco Paris. A. B. *φίλος* praebent, haeserunt Musgravius et Iacobsius, quorum alter *φανλους*, alter (Lectt.

Stob. p. 123.) ὦ φίλος legendum esse censuit. Sed bene nihil mutandum esse Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 22.) monuit; similiter enim dixisse Horatium Carm. I, 9, 13: *dulces amores.* — Ἐκβαλόντ' ἀνθαδίαν. cf. Elmsl. ad Bacch. 1008. Vs. 4. Amorem Euripides saepius morbum dixit. cf. Androm. 766. Ixion. fgm. VI. De loquendi usu σκαιόν τι χρῆμα, ὅστις — vide ad Aeol. fgm. IV. — Vs. 5. Articulus parum aptus est; scribendum igitur videtur: σκαιόν τι δῆτα.

341. X.

Stob. LXXXVI. 1.

Εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλά·
ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ,
ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.

Danae his verbis usa esse videtur, quum Polydectes generis sui nobilitate gloriatus esset; originem enim ab Urano ducebat*). Ad sententiam cf. Aeg. fgm. XI. Alex. fgm. XVII. Melanipp. fgm. XIV. Alcmen. fgm. IX.

342. XI.

Stob. XC, 5. Arsen. Viol. p. 462, ed. Walz. sine nom. auct. et fab.

Φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

Videtur his verbis Polydectis ad antecedentia responsio contineri. — Vs. 1. est etiam in Aeol. fgm. XXIV. — Vs. 2. praebent etiam Fragm. poet. graec. e papyro Paris. edita a Schneidew. p. 5. nr. 4. Cf. Alcmaeon. fgm. X.

343. XII.

Stob. XCII, 6.

Μή μοί ποτ' εἴη χρημάτων νικωμένῳ
κακῷ γενέσθαι, μήδ' ὁμιλοίην κακοῖς.

Welckero Polydectes his verbis peregrinum illum (Perseum), qui donis illum commovere studuerit, ut sibi in Seripho domicilium praeberet, repudiasse videtur; Schoellius contra Dictyn ea Polydecti dixisse opinatur, quippe qui muneribus fratrem impellere conatus sit, ut Danaen sibi traderet; mihi denique Danaes ipsius Polydectis munera reiicientis verba esse videntur. — Hi versus apud Stob. XCIV, 3 cum duobus aliis, qui ex Cresphonte (fgm. XVIII) citantur, coniuncti

*) Hi erant eius patres: Uranus, Iapetus, Prometheus, Deucalion, Hellen, Aeolus, Magnes.

sunt; sed recte Matth. quattuor istos versus sententiam non satis aptam inter se habere monuit, ut verisimilius sit, eos e diversis fabulis excerptos esse, altero loco autem sive casu sive librarii incuria lemma excidisse, quod nonnunquam factum in Stobaeo. Cf. Belleroph. fgm. XV.

XIII. 344.

Stob. XXXVI, 15.

Τυραννικόν τι πόλλ' ἐπίστασθαι λέγειν.

Welckero hic versiculus a Perseo, mihi a Danae dictus esse atque ex eius colloquio cum Polydecte petitus videtur, quum Polydectes, ut supra ostendimus (cf. fgm. VI) et dicendi et quavis alia arte Danaen sibi conciliare conatus fuerit. — Grot. pro *ἐπίστασθαι* dederat *ἐφίεσθαι*, qua correctione nequaquam opus est.

A Danaes partibus per totam fabulam Dictyn, a quo tragoedia nomen traxit, stetisse consentaneum est, unde colligi potest, eum cum Polydecte fratre non modo in contentionem venisse, sed per hunc etiam mala perpessum esse, ut ad aras confugere coactus esset. Qua ex scena petita esse videntur fgm. XIV. XV.

XIV. 345.

Stob. XLIV. 2.

Μὴ νεῖκος, ὦ γεραιὲ, κοιράνοις τίθου,
σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.

Recte Matth. verba chori Dictyn a controversia cum Polydecte dehortantis esse dixit, assensumque tulit Schoellius, praeterquam quod ea Danaae tribuit. Nam quae Welck. contra disputat, vereor ut quidquam valeant. Dicit enim, Dictyn et ipsam *κοίρανον* neque vero *γεραιὸν* esse. Sed ex vs. 2 consequitur, voce *κοιράνοις* eos significari, penes quos imperium atque potentia sit h. e. reges; vocabulum *γεραιὸς* autem, quo nihil frequentius est apud Euripidem, non modo de senibus, sed de omnibus, qui aetate provectiores sunt, adhibetur. Talem vero Dictyn fuisse quis neget? — Vs. 1. legebatur adversus metrum *τύραννοις*, cuius loco Grotius e Salmasii correctione edidit *κοιράνοις*. Cf. Pors. Adv. p. 153. Blomf. ad Aesch. Prom. 994.

XV. 346.

Stob. CVI. 2.

Πολλοῖς παρέστην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν
ὅστις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ἦ,
λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών.
τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν οὐδ' ἀνασχετὸν,
σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

Dictyis verba et Schoellio et mihi esse videntur, quibus se excusa-

vit, quod asperius in regem invectus sit. Ad has invectiones autem eo haud dubie adductus fuerat, quod Polydectes, quum nec muneribus nec blandis sermonibus fratrem conciliare sibi potuisset, ei maledixerat ac minitarat; huc enim spectare videntur vs. 4. 5. Inde etiam apparet, vocabulo *κακιόνων* vs. 5 significari, qui *mente* peiores sint. — Vs. 1. *φθονεῖν* idem significat quod *νεμεσᾶν*, *indigne, aegre ferre.* Cf. Teleph. fgm. XI. Aesch. Prom. 585. Bremi. ad Lys. c. Sim. 9.

347. XVI.

Stob. XIII. 13.

Θάρσει· τό τοι δίκαιον ἰσχύει μέγα.

Dictyis vel chori Danaen cohortantis verba esse videntur, quum ea in summum periculum venisset.

348. XVII.

Stob. XXXIX. 7.

Εἰ δ' ἠσθα μὴ κάκιστος, οὔποτ' ἂν πόλιν
τὴν σὴν ἀτίζων τήνδ' ἂν εὐλόγεις πάτραν.

Haec et quae subsequuntur verba cum his fortasse in unum coniungenda Polydectis esse videntur, sed cui dicta, ambiguum est. Cf. quae de his versibus ad fabulae argumentum disputavimus. — Boissonadio *πόλιν* et *πάτραν* transponenda videntur; haud male.

349. XVIII.

Stob. XXXIX. 8.

Ὡς ἔν γ' ἐμοὶ κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν,
ὅστις πατῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους
ἄλλην ἐπαινεῖ καὶ τρόποισιν ἥδεται.

Cf. fgm. XVII. Vs. 1. *ἔν γ' ἐμοὶ* (ita scripsimus ex Valckenarii correctione pro vulg. *ἔν γέ μοι*), significat: *me quidem iudice.* cf. Valck. ad Hipp. 324.

E Π E I O Σ.

Epei, quae fabula primum e marmore Albano in notitiam nostram pervenit, (cf. p. 5.) quale fuerit argumentum, nunc vix definiri potest, nam quae de Epeo, Panopei filio, fabro clarissimo et equi Troiani fabricatore innotuerunt, ab Euripide ipso paucis significata (Troad. 10. sq.) et diligentissime a Welckero congesta Trag. Gr. p. 523., huc nequaquam facere possunt, quapropter ea silentio

praetermittimus. Illud tamen omittere nolumus, Welckerum huc referre fab. inc. fgm. CXXIIII.

ΕΡΕΧΘΕΥΣ.

Erechthei historiam narrat. Lycurg. adv. Leocr. 24. p. 160, 9. ed. H. Steph. (ap. Reisk. T. IV. 2. p. 201.) p. 261. sq. ed. Bekk. *Φασὶν Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα, τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα· μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεὸν, τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. χρήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τῷ στρατοπέδῳ, κρατήσειν τῶν πολεμίων, ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος τοῦτ' ἔπραξε καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τά τε ἄλλ' ὢν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι, ἡγούμενος κάλλιστον ἂν γενέσθαι τοῖς πολίταις παράδειγμα τὰς ἐκείνων πράξεις, πρὸς ἃς ἀποβλέποντας καὶ θεωροῦντας συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν.* Anon. Miscell. II. (Westerm. Mythogr. Gr. p. 345, 30). *αἱ Ἐρεχθέως θυγατέρες Κρέουσα καὶ Χθονία διὰ Πρόκριν τὴν ἀδελφὴν μὴ ὑμομείνασαι ζῆν ἐκείνης σφαγιασθείσης ὑπὲρ Ἀθηναίων.* Plut. Parallel. 20. (p. 310. D.) *Ἐρεχθεὺς πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν, ἔμαθε νικῆσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ, καὶ συγκοινωνήσας τῇ γυναικὶ Πραξιθέᾳ, προέθυσε την παῖδα. Μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ.* cf. Demarat. ap. Stob. XXXIX, 33. Hygin. fab. XLVI. CCXXXVIII. Cf. Schol. Bobiens. in Cic. pro Sest. XXI. 2. p. 299. ed. Orelli.) *Fuit autem rex antiquissimus Atheniensium Erechtheus, non longe a principalibus, qui in eadem civitate regnaverant: nam primus omnium fuit Cecrops; dein Cranaus, tertio Amphictyon, post hunc Erichthonius, qui feruntur ex terra editi; item Pandion; et hic, de quo Cicero mentionem facit, Erechtheus, cuius filiae virgines, quum gravi bello Athenae oppugnarentur nec ulla spes salutis ostenderetur, sumptis infulis ad aram steterunt: nam ita responsum erat, ut salus patriae iam desperata hoc genere piaculi compararetur Auctor est exempli Varro libro humanarum secundo.* Apollod. III, 15. 1. *γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου καὶ Διογενείας τῆς Κηφισοῦ ἔσχε παῖδας Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίονα, θυγατέρας δέ Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας. κτλ.* — 15, 4. *Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς, κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν· ἐπεποίηντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον.* De tempore si quaeris, quo fabula acta sit, inde, quod Aristophanes in Lysistrata (1133) et Thesmophoriazusis (120) eius mentionem iniecit, eam non posse post Ol.

XCII, I actam esse consequitur; sed propius fortasse ad annum accedes si respexeris, quae Plutarchus l. infra c. (cf. fgm. III.) tradit: „Athenienses post pugnam ad Amphipolim pugnatam bello fatigatos pacisque cupidos haud mediocriter gavisos esse, quum chorum (verba ex Erechtheo petita) *κείσθω δόρυ μοι κτλ.* canentem audirent;“ hinc enim apparet, Erechtheum paullo post illam pugnam, (quae in aestatem anni 421 incidit, cf. Thuc. V, 6—12.) in scenam prodisse, h. e. Ol. LXXXIX, 2 vel 3.

350. I.

Steph. Byz. v. *Αἰθίοψ.*

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα.

Sermo esse videtur de Eumolpo, quocum bellandum erat Erechtheo; nam Apollodorus (III, 15, 4) narrat: *Χιόνη δὲ Ποσειδῶνι μίγνυται· ἡ δὲ κρύφα τοῦ πατρὸς Εὔμολπον τεκοῦσα, ἵνα μὴ γένηται καταφανὲς, εἰς τὸν βυθὸν ῥίπτει τὸ παιδίον· Ποσειδῶν δὲ ἀνελόμενος εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει κτλ.* — Scribebatur *ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα*, quod Matthiaeus in *ἐξέσωσας εἰς χθόνα* mutari voluit, Dindorfius vero in *ἐξέσωσ' ἐπὶ χθόνα*, in quam coniecturam etiam Bergkius incidit simul monens, *ἐξέσωσ'* pro *ἐξέσωσα* dictum esse, ita ut Neptunus haec verba potulerit. Sed hoc minus recte vir doctissimus statuisse videtur. Nam etsi Euripides deos *προλογίζοντας* introducere amat, tamen vix aptum fuisset, si deus proloquutus esset, cuius filius in fabula ipsa inferior discedebat. Quam ob caussam *ἐξέσωσ'* pro *ἐξέσωσε* positum versumque ab Erechtheo prolatum esse in prologo suspicor, quo rex Polybi historiam, belli caussam rerumque statum exposuit et postremo aperuit, se mali avertendi caussa misisse Delphos, qui deum consulerent. Prologum sine dubio chori parodus subsequuta est, post chori canticum vero nuntii, quos Erechtheus Delphos miserat, redisse et copiose regi legationis eventum rettulisse videntur.

351. II.

Stob. CXXI. 15.

ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημὶ μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.

Ita codd. Paris. A. N. Voss. Arsen. pro vulg. *τοῦ βλάπτειν*, quae scriptura quum sententiam non praeberet a Salmasio mutata est in *τοῦ βλέποντος* hac senteutia: *eos, qui honestam mortem obierunt, potius vivere dico quam eos, qui inhoneste vivant.* *Βλέπειν* enim (per ellipsin pro *βλέπειν τὸ φῶς* dictum) nonnunquam pro *ζῆν* adhibetur, cf. Troad. 628. Phrix. fgm. XI. v. 3. inc. fab. fgm. CCIII. Pflugk. ad Hecub. 311. etc. Num vero *καλῶς βλέπειν* significare possit: *honeste vivere*, iure dubitat Matth. Fortassis igitur pro *τοῦ βλέπειν τοὺς* restituendum est *τοῦ βιοῦντος*. — Verba Erechthei esse videntur ex colloquio cum nuntio illo petita. — Eodem fortasse pertinet, nisi Praxitheae verba sunt, versus, quem sine auctoris et fabulae nomine Plutarchus Praec. ger. reipubl. XIV. 5. (p. 809. D.) affert:

φιλῶ τέκν', ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ,

quemque Pors. Adv. p. 256. primus ad Euripidis Erechtheum rettulit. — Post hoc colloquium chorus suam de instante pace laetitiam carmine expressisse videtur, cuius pars fuit fgm. III.

III. 352.

Stob. LV. 4.

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν
ἀράχναις, μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῷ
γήρᾳ συνοικοίην·
ἀείδοιμι δὲ στεφάνοις κάρα
πολιὸν στεφανώσας,
Θρηΐκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας
περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις,
δέλτων τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν,
ἃν σοφοὶ κλέονται.

Huius carminis initium affert etiam Plutarchus vit. Nic. c. 9. (p. 529. A.), ubi de Atheniensibus, postquam narravit, Niciam post proelium ad Amphipolim commissum, in quo Cleo et Brasidas interfecti erant, imperium suscepisse et pacem conciliasse, loquens pergit: *ἐπόθουν τὸν ἀμίαντον καὶ ἀπόλεμον βίον ἡδέως μὲν ᾀδόντων τὰ τοιαῦτα χορῶν ἀκούοντες.*

Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχναις.

Vs. 1. Apud Stob. legebatur vulgo *ἀρκείτω μοι μίτον*, Paris. A. Arsen. *ἀρκείσθω δόρυ μοι μίτον.* Voss. *ἀρκείτω δόρυ* supra scripta syllaba *σθω. δόρυ* addunt etiam Paris. B. C. Voss. Inde genuinam scripturam elicuit Valck. Diatr. p. 168. *Κείσθω δόρυ μοι*, Plutarchi testimonio confirmatam. Idem l. c. p. 169. locos ad sententiam similes congessit. Vs. 3. *γήραϊ* vulg. *γῆρας.* Voss. *γήρᾳ*, recte reliqui. *συνοικείην.* Paris. A. Voss. superscripto *οι.* Vs. 4. cf. Elmsl. ad Med. 769. — Vs. 6. *πέαταν.* Paris. A. Voss. sed *πέλταν* Paris. B. Arsen., quod e Salmasii coniectura iam Grotius dederat. Hos vs., ut anapaestici evaderent, Valck. l. c. p. 170. ita exhibuerat:

ᾄδοιμι δὲ, καὶ, στέφανοισι κάρα
πολιὸν στεφανώσας, Θρηΐκιον
πέλταν πατρός γ' ἐν Ἀθάνας
περὶ κίοσιν ἀγκρεμάσας, etc.

in quibus cum plura temere mutata sunt, tum virum clarissimum fugit, quum scriberet verba *πέλταν πατρός*, quae ad Erechthei hastam, quam eius pater Pandion a Tereo acceperat, referri volebat, haec non Erechtheum, sed chorum cecinisse. Vs. 9. *δέλτων.* vulg. recte. *δέλτον.* Paris. A. *ἀναπτύσσοιμι.* Paris. A. Arsen. Trinc. Ceterum animadvertendum est, pacis commodis librorum, (praecipue poetarum) lectionem adnumerari, quae illis temporibus magis magisque in usum communem abire coeperit. cf. Iphig. Aul. 804. Arist. Ran.

52. — Vs. 10. πλείονται vulg. κλέονται Gaisf. coniectura revocavit. — Hoc chori canticum haud dubie Erechthei cum Praxithea colloquium sequebatur, quo rex efficere studebat, ut uxor filiae caedem consensu suo comprobaret. Nec consensum detrectavit Praxithea, cuius generosum sermonem servavit Lycurgus fgm. squ.

IV.

Lycurg. l. c. pergit: *Ἄξιον δὲ καὶ τῶν ἰαμβείων ἀκοῦσαι, ἃ πεποίηκε λέγουσαν τὴν μητέρα τῆς παιδός· ὄψεσθε γὰρ ἐν αὐτοῖς μεγαλοψυχίαν καὶ γενναιότητα ἀξίαν καὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ γενέσθαι Κηφισοῦ θυγατέρα.*

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δὲ δρῶσι μέν,
*χρόνῳ δὲ δρῶσι, δυσγενέστεροι **.*
ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν.
λογίζομαι δὲ πολλά· πρῶτα μὲν πόλιν
οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν,
ἢ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν,
ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγείς,
λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν,
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.
πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἓν, πολλοὶ δέ νιν
ναίουσι· τούτους πῶς διαφθεῖραί με χρὴ,
ἐξὸν πρὸ πάντων μίαν ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν;
εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον, οὗμὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
πταίσας ἁπάσης πόλεος, οὐδ' ἴσον φέρει.
εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλειῶν στάχυς
ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλὸξ,
οὐκ ἄν νιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορὸς
θάνατον προταρβοῦσ'; ἀλλ' ἐμοί γ' ἔστιν τέκνα,
ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι,
μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.
τὰ μητέρων δὲ δάκρυ' ὅταν πέμπῃ τέκνα,
πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
ζῆν παῖδας εἵλονθ', αἳ παρήνεσαν κακά.

καὶ μὴν θανόντες ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα
τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον εὐκλειάν τ' ἴσην.
τῇ μὴ δὲ παιδὶ στέφανος εἰς μιᾶ μόνῃ
πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὑπερ δοθήσεται,
καὶ τὴν τεκοῦσαν καί σε δύο θ' ὁμοσπόρω
σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;
τὴν οὐκ ἐμὴν · πλὴν φύσει δώσω κόρην
θῦσαι πρὸ γαίας· εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
οὐκοῦν ἅπαντα, τοὔν γ' ἐμοὶ, σωθήσεται.
ἄρξουσιν ἄλλοι· τὴν δ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
ἐκεῖνο δ', οὐ τὸ πλεῖστον ἐν κοίνῳ μέρος,
οὐκ ἔσθ', ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ
προγόνων παλαιὰ θέσμι' ἅστις ἐκβαλεῖ.
οὐδ' ἀντ' ἐλάας χρυσέας τε Γοργόνος
κρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμήσεται.
χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λογισμάσιν,
σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑμῖν ἐγὼ οὐ σώσω πόλιν.
ὦ πατρὶς, εἶθε πάντες, οἳ ναίουσί σε
οὕτω φίλοιεν, ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾴδίως
οἰκοῖμεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

Vs. 1. Constructionem optime iam expedivit Reiskius: „ἥδιστον sc. τοῦτ' ἐστὶν, εἴ τις χαρίζεται, nam ὅστις saepe idem valere atque εἴ τις," nemo ignorat. cf. Schaef. ad Eur. Phoen. 519 in edit. Porson. Matth. Gr. Gr. § 632. 6. p. 1530 sq. Pro ἥδιστον Osann et Bekk. e codd. non optimae notae ἥδιον dederunt. — Vs. 3. Ad explendum versum Scaliger scripsit: δρῶσι, πολλὰ δυσγενέστεροι. — Grot. in Exc. p. 363 et hinc Barnes. χρόνῳ δὲ πολλῷ δρῶσι, δυσγενέστεροι. Taylor. Reisk. Musgr. δρῶσι, πολλῷ δυσγενέστεροι. / Heinrich. et Pinzger. δρῶσι, δρῶσι δυσγενέστεροι. Fortassis recte. cf. Belleroph. fgm. I. vs. 7. Herm. in not. Mss. ap. Matth. et Pflugk (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 22.) δρῶσι δυσγενέστεροι φύσιν. Matthiaeus proposuit δυσγενέστεροι μακρῷ vel δυσγενέστερον πέλει. / Bekk. e codd. dedit δυσγενέστερον, receptum id a Dindorfio, quod recte Matthiaeus vereri videtur, ne ex praegresso ἥδιστον ortum sit. — Vs. 4. Pflugk. l. c. ut versus numerosior evaderet, proposuit: ἐγὼ δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν δώσω κτανεῖν. — Vs. 6. In fine manifesto scribendum est λάβοιμ'. — Vs. 7—10. praebet etiam Plut. de exilio. c. 13. (p. 604. D.), sed conjunctos cum quinque aliis versibus, qui hoc loco desunt, et parum huic sermoni conveniunt. Improbabiliter autem Matthiaeus eos post

Lycurgi demum tempora interpolationibus histrionum, quarum plura exempla Boeckhius congessit de Trag. Gr. Princ. p. 10 sq. 18 sq. 24 sq., adiectos esse coniecit: non video enim, quid caussae sit, cur Euripidi eos abrogemus; imo satis Euripidei esse videntur. Neque hoc cuiquam offensioni fore censeo, quod quattuor versus bis ab Euripide adhibiti sunt; eiusmodi enim repetitionum exempla collegimus sat multa ad Aeg. fgm. IX. Ac fortassis etiam caussa, cur hos potissimum vs. repetierit Euripides, indagari potest. Athenienses enim eo gloriari amabant, quod indigenae essent (cf. Thuc. I. 2. Plat. Critias. p. 109. C. sq. Tim. 23. D. sq.) et, quum aliquantum ponderis huic rei tribuerent, libenter audiebant, si ab aliis αὐτόχθονες nominabantur: sine dubio igitur hos vs. magno applausu accipiebant, qua re Euripidi auctores fiebant, ut opportunitate data eosdem repeteret. Sed quum verisimile non sit, eos in eadem tragoedia repetitos esse, a nobis in numerum fab. inc. fgm. (CXVIII) relegati sunt. Non debebat igitur Musgravius extremos quinque vs. in fragmento nostro post vs. 13 inserere. — Vs. 9. Plut. l. c. πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς, quam scripturam ei, quae a Lycurgo exhibita est, longe posthabendam esse infra (inc. fab. fgm. CXVIII.) docuimus. Verba ita sunt iungenda ἐκτισμέναι διαφοραῖς ὁμοίως πεσσῶν διαφοραῖς h. e. *sicut calculorum transpositionibus conditae;* recte enim iam Taylor. edidit ὁμοίως pro ὁμοίαις, quem reliqui editores sequuti sunt. — Vs. 10. εἰσαγώγιμοι codd., apud Plut. vero legebatur ἐξαγώγιμοι, quod Valck. ad Herod. VII. 161 etiam hoc loco restitui voluit, sed Duebnerus nuper in Plutarcho, haud dubie e codd., εἰσαγώγιμοι dedit, idque satis aptum est, siquidem vox passiva significatione dicta est velut ἐξαγώγιμος ap. Lycurg. c. 8, 9. Ita vero adhibita videtur ab Eurip. inc. fab. fgm. CXXI. — Vs. 13. Osann. e. codd. A. B. πολίστης edidit, quam formam etiam Passovius in Lexico recepit, Bekkerus et Sauppius vero ne inter varias quidem scripturas afferunt. — Vs. 14. ἕκατι ex praecepto Atticistarum pro ἕκητι scriptum est. cf. Pors. ad Or. 26. Phryn. Ecl. p. 428. ed. Lobeck. — Vs. 16. legebatur ἐν πολλοῖς δέ μιν νόμοισι. Scalig. et Grot. τοὔνομ' ἕν, πολλοῖς δ' ἐνὶ νόμοισι. Musgr. τοὔνομ' ἕν, πολλοὶ δέ μιν νόμοισι. Sed Osann. Heinrich. Bekk. e codd. τοὔνομ' ἕν, πολλοὶ δέ νιν ναίουσι. — Vs. 20. Pro vulg. ἑνὸς οἶκος scripsit Taylor. εἷς μὲν οἶκος, receptum a Boisson. et Pinzgero, optime vero Bekkerus coniecit: οὐμὸς οἶκος. — Vs. 22. Recte haud dubie Grotius vulg. ἀντὶ θηλέων mutavit in ἀντὶ θηλειῶν, quod Reiskius, Musgravius, G. Hermannus (in Zimmerm. Diar. schol. 1835. p. 604.) probarunt quodque usus requirit. Στάχυς de prole dictum etiam Bacch. 264. Phoen. 946. Herc. fur. 4. — Vs. 24. vulgo μίν, codd. A. μήν, quod Pinzgerus recepit. — Vs. 25. Interrogationis signum post προταρβοῦσ' primus Grot. posuit. — In fine vs. Bekkerus pro vulg. εἴη e codd. edidit ἔστι, unde Herm. coniectura efficit ἔστω. Matthiaeus praefert optativum, sed fortassis recte se habet indicativus, siquidem Euripides ut alii scriptores (cf. Apollod. III. 15, 1.) Praxitheam etiam filios habentem finxit. Ita vero fecisse videtur. cf. fgm. XX, fin. Tunc dicit: „*an creditis, quia filiam patriae offero, me filios, si*

Digitized by Google

Nachtheim, Gottfried, Arzt, geboren 1. Juli 1817 in Schwerin, † 1. Juli 1887 in Berlin. Sohn des Kaufmanns Moses Nachtheim, studierte in Berlin Medizin, promovierte 1841 mit einer Dissertation über die Wirkung des Quecksilbers auf den Organismus und ließ sich 1843 als praktischer Arzt in Berlin nieder. Er war Mitbegründer des Vereins für innere Medizin und Vorsitzender des Vereins für Heilkunde. Seine Schriften behandeln vorwiegend Fragen der Ernährung und der Diätetik.

Nachtigall, Johann Friedrich, Kaufmann und Fabrikant, geboren 1. Juli 1817 in Barmen, † 1. Juli 1887 in Barmen. Sohn des Kaufmanns Johann Friedrich Nachtigall, trat in das väterliche Geschäft ein und führte es seit 1843 selbständig. Er war Mitbegründer des Barmer Bankvereins und Vorsitzender des Vereins für Handelsfreiheit. Seine Schriften behandeln vorwiegend Fragen der Zollpolitik und der Handelsfreiheit.

Nachtigall, Johann Friedrich, Kaufmann und Fabrikant, geboren 1. Juli 1817 in Barmen, † 1. Juli 1887 in Barmen. Sohn des Kaufmanns Johann Friedrich Nachtigall, trat in das väterliche Geschäft ein und führte es seit 1843 selbständig. Er war Mitbegründer des Barmer Bankvereins und Vorsitzender des Vereins für Handelsfreiheit. Seine Schriften behandeln vorwiegend Fragen der Zollpolitik und der Handelsfreiheit.

nus inserto γὰρ vel γοῦν: Saeppius πλὴν τῇ φύσει, male; articulus enim et otiosus est, et rhythmum turbat: γὲ vero, quod nonnullis placuit, pariter ineptum est atque versum immodulatum reddit. Rectius fortasse scripseris: πλὴν ἥ. — Vs. 41. libri habent οὐκοῦν ἅπαντες γοῦν τ' ἐμὸν σωθήσεται, quod ferri nullo pacto potest. Reisk. igitur correxit: ἅπαντες τοὐν ἐμοὶ κτλ. h. e. *quantum in me est*; Musgr. mirabiliter: οὔκουν ἁπαντᾷ νῦν ἐμοὶ σωθήσεται, h. e. *illud ergo in mentem mihi nunc non venit; servabitur urbs.* Reiskii coniecturam probarunt Heinrich., Boissonad., G. Hermannus, nisi quod Herm. et sententiae succurrens et ad literarum ductus propius accedens correxit: τοῦν γ' ἐμοί. Aliter neque vero probabilius, quamquam in universum haud improbabiliter locum constituit Winkelmannus (in Zimmerm. Diar. schol. 1842. p. 290.) scribens: ἅπαντ' ἐν γοῦν ἐμοί. — Vs. 42. legebatur ἄρξουσι δ' ἄλλοι, τήνδ., quod Musgr. plena interpunctione post σωθήσεται sublata mutavit in: ἄρξουσί τ' ἄλλοι τῇδέ γ', εἰ σώσω, πόλει., Pinzg.: ἄρξουσί τ' ἄλλοι τὴν δ' ἐγὼ σώσω πάλιν. Herm. commate post σωθήσεται interpungit et haec cum superioribus in hunc modum continuat: ἄρξουσί τ' ἄλλ' οἷς τήνδ' ἐγὼ κτλ. Winckelm. l. c. puncto post σωθησ. servato scribi iubet: πτήξουσιν ἄλλοι κτλ. Sed Bekk. e codd. edidit ἄρξουσιν ἄλλοι, quod satis aptum est. In sequentibus autem Pinzg. recte τὴν δ' pro τήνδ' revocari iussit; deesse enim δὲ hoc loco nequit, quippe quum sententia haec sit: *alii imperabunt* (vel *sit*, *ut alii imperaturi sint*, (cf. Andromed. fgm. LX.) (*si urbem servavero,*) *ego vero hanc urbem servabo*; h. e. etiamsi mei liberi imperium non habituri sint, tamen ego urbem servabo. Articulum (τὴν) a tragicis saepius pronominis demonstrativi loco adhiberi vix est quod moneam. — Vs. 43. Musgr. coni. ἐκεῖνο δ', ᾧ τὸ πλεῖστον εὐκαίρῳ μέρος nempe ἐκεῖνο ἐμοὶ ἁπαντᾷ (cf. vs. 41.); G. Herm. κείνων δέ γ' οὔ μοι πλεῖστον ἐν κοίνῳ μέρος; Reiskius vero haec verba per epexegesin explicari censet sequentibus προγόνων παλαιὰ θέσμια, recte opinor. — Vs. 44. Pro ἄτερ Valck. ad Phoen. 1022 proposuit ἄνερ, quod probarunt Musgr., Dobraeus ad Arist. Plut. 586, Heinrichius. Elmsl. ad Bacch. 202. dedit: πάτερ. G. Hermannus autem ad Soph. Antig. 4. duas constructiones coniunctas et ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς et οὐ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ posita esse ἐκ παραλλήλου censet, ita ut τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ repetita negatione dictum sit pro μετ' ἐμῆς ψυχῆς, *me consentiente*, quae figura variis modis adhiberi solet; cf. Lobeck. ad Phryn. p. 754. Schaef. Ind. ad Pors. Adv. p. 346. Bornemann. ad Xen. Conviv. p. 186. Meinek. ad Menand. p. 214; sed vereor ne haec subtilius quam verius disputata sint. Attamen, quamquam ipse Valckenario adstipulor, mutare nihil ausus sum. — Vs. 45. Libri θέσμιά τις ἐκβαλεῖ. Scalig. et Grot. θέσμι' οὔτις ἐκβαλεῖ. Reisk. θέσμι' ὅστις optime. — Vs. 46. Legebatur οὐδ' ἂν τέλειας — οὐδὲ θρᾷξ ἀναστρέψει λεώς. Στεφάνοισι κτλ. quod ingeniose correxerunt Boettigerus Amalth. II. p. 312. et Dobraeus (Porsoni not. in Aristoph. ed. Dobr. Cantabrig. 1820. p. 70. Aristoph. edd. Invernizzi, Beck., etc. Lips. Tom. VII. pt. I. p. 129.) scribentes: οὐδ' ἀντ' ἐλάας (ἐλαίας Boettig.) — οὐδὲ θρᾷξ ἀναστέψει στεφάνοισι, κτλ., ita ut haec sententia evaderet: *nunquam*

committam, ut Eumolpus Athenarum tutelam Palladi Poliadi ademtam patri suo Neptuno tribuat. Quam coniecturam omnes fere viri docti praeter Pinzgerum probarunt, qui scripturam vulgatam pertinaciter defendens Minervae hoc loco ab Euripide Neptuni tridentem quasi victoriae e Neptuno olim reportatae signum tributum esse et toti loco hanc sententiam inesse censet: „Eumolpus barbarus urbe capta sacra patria evertet.“ Quorum neutrum probabile est: veram enim sententiam proposuit Dobraeus. Neque tamen hoc loco, ut O. Muellero Proleg. p. 310, Pinzgero, Matthiaeo, aliis visum est, Pallas cum Gorgone commutari videtur velut Helen. 1316, sed verba χρυσέα Γοργὼ idem valere atque χρυσοῦν Γοργεῖον vel Γοργόνειον h. e. de Gorgonis capite aureo in Minerva statua quadam conspicuo intelligenda esse monuit Boettig. l. c., cuius ad sententiam accessit Od. Muellerus ipse in Ind. doct. Gotting. 1823. p. 239. et p. 494. Ostendit simul Boettigerus, quum aureae Gorgonis mentio facta sit, non posse illam Minervae statuam dictam esse, quae a Phidia confecta in Parthenone collocata fuerit, quippe quae γοργόνειον eburneum habuerit (cf. Paus. I. 24. Boeckh. Oec. Athen. II. p. 296. sq. Creuzer. Symb. et Myth. T. II. c. 8. § 32. p. 483. sq.), sed antiquam, ingentem atque aëneam illam, quae in Poliadis aede post pugnam Marathonicam statuta fuerit. cf. Suid. v. Φιλαίας. Isocr. c. Callim. p. 668. ed. Lang. Meurs. Cecrop. c. XV. p. 34. sq. — De ἐλάᾳ et τραίνῃ Dobr. conferri iubet Meurs. Cecrop. c. XVIII—XXII. p. 64—63. Vs. 47. Musgr. male scribi voluit: Κρανείαν (i. e. hastam), ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως ἄκροις, rectius vero vs. 48 correxit ἀναστέψει pro vulg. ἀναστρέψει. — Vs. 49. Extabat vulgo: στέφανοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται, sed verba Παλλὰς δ' inseruit Osann. e cod. A, quam scripturam codd. Crippsio-Burneianus (auctore Dobraeo) et Laurentianus (Bekk.) firmant. — Vs. 52. Codd. habent: οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑμῖν τήνδ' ἐγὼ οὐ σώσω πόλιν, quod mutarunt editores in οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν. Sed rectius procul dubio Boissonad. et Sauppius ut nos exhibuimus. — Vs. 54. Libri habent: ὡς ἐγώ· καί γε ῥᾳδίως, unde Taylor. effecit: ὡς ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως, Valck. ad Phoen. 1023, Musgr., Reisk., ὡς ἔγωγε, ῥᾳδίως, quarum scripturarum utra praeferenda sit dubium est.

V. 354.

Schol. Aristoph. Pac. 96. *Ὀλολύζειν· τὸ μετὰ κραυγῆς εὔχεσθαι.* — — *καὶ Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ* (ita optime Dindorfius vulgatam *ἔρχεσθαι* correxit)

ὀλολύζετ', ὦ γυναῖκες, ὡς ἔλθῃ θεὰ,
χρυσῆν ἔχοντα γοργόν' ἐπίκουρος πόλει.

Cod. Rav. *ὀλόλυξαν*, unde Dindorfius recte, opinor, restituendum esse vidit *ὀλολύξατ'*. — Verba haud dubie Praxitheae sunt pedissequas alloquentis. — Male ac sine causa hoc fragmentum antea ad Bellerophontem referebatur. —

Post scenam, in qua Praxithea filiae mortem pro patria probaverat, nuntius, quem Erechtheus speculatum emiserat, reversus esse

videtur, hostium exercitum ad urbem accedere referens eiusque numerum, arma, duces, alia accurate describens. Cuius ex sermone petita sunt fgm. VI—IX.

355. VI.

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 7. (p. 739. P.)

ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ
εὕδουσι, πηγαῖς δ' οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.

Sermonem esse de Sellis, oraculi Dodonaei sacerdotibus, qui *ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι* ap. Hom. Il. *π'*. 234, (quocum loco Clemens Euripideum comparat,) vocantur, Valck. Diatr. p. 170 sq. monuit se non intelligere dicens, qua occasione in Erechtheo commemorari potuerint et Selli et quae fragmento sq. contineantur. Neque hoc facile est ad definiendum. Matth. oraculum de filia immolanda Erechtheo Dodonae redditum et fgm. VI et VIII e prologo ductum esse opinatur; bene vero Welck. obiecit, illud et per se parum probabile esse et fugisse Matthiaeum, Lycurgo auctore Erechtheum oraculum Delphicum consuluisse. Quod ipse tamen hoc et duo sq. fragmenta ad prologum rettulit, Erechtheum, quum de Eumolpo loquutus esset, etiam de Thracum gente dixisse et brevi descriptione geographica atque historica Dodonae, *Θηβαίων μιάσματος δρυός* Sellorumque mentionem fecisse ratus, minus probabile est: mihi haec potius ex nuntii descriptione petita esse videntur. — Edebatur vulgo: *εὕδουσ' ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ πηγαῖσι δ' οὐχ* κτλ. sq., quare Valck. l. c. ad explendum vs. 2 scripsit: *πηγαῖσι Σελλοὶ δ' οὐχ* κτλ. Sed recte Musgr., ut supra scriptum est, et Klotzius e codd. dedit consentiente Eustath. ad Il. *π'*. p. 1074, 41.

356. VII.

Eustath. ad Od. *μ'*. p. 1720, 31. *ἰστέον δὲ ὅτι ὁ παντελῶς ὀλίγος ἰχθὺς ἄπιχθυς ἐλέγετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ἐδήλου τὸν μὴ ἐσθιόμενον. καὶ φέρουσιν ἐκεῖνοι χρῆσιν εἰς τοῦτο ἐκ τοῦ κωμικοῦ. ἐν μέντοι τῷ περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους φέρεται ὅτι ἀπίχθυες κατά τινας οἱ μὴ ἐσθίοντες ἰχθῦς. καὶ φέρει ἐκεῖνος καὶ Ἀριστοφάνους χρῆσιν ἐξ Ἐρεχθέως ταύτην,*

τοὐνθένδ' ἀπίχθυς βαρβάρους οἰκεῖν δοκῶ.

Versum ex Euripidis, neque vero ex Aristophanis, quam grammaticus fingebat, Erechtheo ductum esse eodemque, quo antecedens fgm., spectare luculenter docuit Dindorf. ad Aristoph. Fragm. p. 8. — Cf. fgm. VI.

357. VIII.

Proverb. Append. Vatic. II. 67. p. 292. Proverb. e cod. Bodl. 632. p. 75. ed. Gaisf. (Append. III, 97. ed. Schneidew.) *Μίασμα δρυός· παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνατόμενον τὸ Θηβαῖον (Θηβαίων*

Bodlei.) *παρανόμημα εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον. — — ἠείβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱέρειαν εἰσβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ζέοντα ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν.* — Cf. fgm. VI.

IX. 358.

Stob. LIX. 13. Arsen. Viol. p. 365. ed. Walz. sine nom. auct. et fab.

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον ἢ μικρὸν σκάφος.

Nuntius hoc versu regi suasisse videtur, ut hostibus exercitum quam maximum oppoueret.

X. 359.

Stob. LI. 12.

Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακούς.

Erechthei responsionem ad illud (fg. IX) nuntii consilium continere videtur. — *Ὀλίγους* sc. *ἀγαθούς* s. *ἐσθλούς*. Eandem sententiam expressit Euripides Archel. fgm. XV.

XI. 360.

Stob. LIV. 12.

Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
στρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

Erechthei verba esse videntur haec et quae sequuntur fgm. XII. XIII. ex colloquio cum nuntio petita. Musgr. hoc fgm. cum sequente in unum coniunxit. — *θεῶν βίᾳ*, i. e. *invitis diis.* cf. Aesch. Sept. c. Th. 513. 594. 727. Suppl. 436. Soph. Ant. 59. 79. 898. OC. 819. 858. 947. Eur. Phoen. 18. 875. Alc. 829. Iphig. Aul. 702. etc.

XII. 361.

Stob. LIV. 13.

Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν.

Cf. f. XI.

XIII. 362.

Stob. XCIV. 10.

Τὰς οὐσίας γὰρ μᾶλλον ἢ τὰς ἁρπαγὰς
τιμᾶν δίκαιον· οὔτε γὰρ πλοῦτός ποτε
βέβαιος ἄδικος — —

Cf. fg. XI. — *Οὐσία* hoc loco simpliciter *opes apparatusque fortunae* significat; attamen altera significatio, qua rei *vim* atque *naturam* indicat, Euripidi non ignota est. cf. Herm. ad Ion. 1302. Pflugk. ad Herc. fur. 337. —

363. **XIV.**

Paullo post hanc scenam Erechtheus haud dubie ante, quam in pugnam prodiret, omnia ad immolandam filiam paravit. Quo spectasse videtur Suid. v. *Βοῦς ἕβδομος. πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸ βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἰταλάντῃ. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν. ἔστι δὲ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἰριδι.* Eadem fere citat ex Pausaniae lexico Eustath. in Il. σ'. p. 1165. cf. Diogenian. III. 50. Cum his coniunge, quae tradit Suid. v. *Ἀνάστατοι, πλακούντων εἶδος. οὗτοι δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρρηφόροις ἐγίνοντο. Ἐλέγοντο δὲ πλακοῦντές τινες καὶ χαρίσιοι. — — — Αἱ δὲ σελῆναι πέμματά εἰσι πλατέα, κυκλοτερῆ. πέλανοι δὲ τὰ εἰς θεοὺς πέμματα. πόπανα δέ. Καὶ ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς σελήνας πελάνους εἴρηκεν Εὐριπίδης·*

Καί μοι, πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων,
φράσον, σελήνας τάσδε πυρίμου χλόης.

Ἐπὶ δὲ ἓξ σελήναις βοῦν ἕβδομον ἔπεττον, κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. (ἔθυον μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τέσσαρσι πανσέλοις τοῦτον τὸν βοῦν, καὶ ἐκάλουν πέμπτον βοῦν. μᾶλλον δὲ ἐπὶ ταῖς ἓξ ἕβδομον βοῦν.) — Eadem leguntur v. *Σελῆναι.* Cf. Lobeck. Aglaoph. II. p. 1064. sq. Urlichs. ad Achaeum. p. 66. — Verba *πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπεις δόμων* per parenthesim accipienda esse facile intelligitur. Locum primus interpretatus est Toup. Emend. in Suid. I. p. 53, verba filiae ipsi immolandae tribuens, quippe quae fati sui inscia ex patre quaesiverit: *quo iste tantus apparatus? Dic mihi, quo has placentas, — nam video te plurimas mittere, — missurus es?* Idem simul pro *πυρίμου* alteram formam revocavit, *πυρίνου, (placentas ex tritico factas)*, recte, opinor: nam vox *πύριμος* praeter hunc locum nusquam reperitur et omnino analogiae repugnare videtur, quum quae materiam indicant adiectiva, nunquam in *ιμος*, sed in *ινος* desinant.

364. **XV.**

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 9. (p. 741. P.)

Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.

Welckerus haec ab Erechtheo dicta esse suspicatur, quum filia in medium ac praecipue in virorum concionem prodire dubitaret, sed haec ratio admodum incerta est; a quavis enim fere persona ea proferri poterant. Eandem sententiam expressit Eurip. in Hippol. 385. — *αἰδώς τε. δισσαὶ δ' εἰσίν· ἡ μὲν οὐ κακὴ, ἡ δ' ἄχθος οἴκων.* cf. Monk. ad h. l. — Vs. 1. scriptum est *αἰδοῦς δὲ καὐτὸς* ex emendatione H. Stephani, quum legeretur *αἰδοῦς καὶ αὐτὸς*, quod et retinuit Boissonad. et vs. 2. *ἔστιν οὐ* dedit. Bergl. ad Aristoph. Ran. 1481. citat *αἰδοῦς γὰρ αὐτός.* —

Dum chorus canticum canit, Erechtheus filiam natu minimam Proserpinae immolat; sorores autem sponte morti se tradunt. cf.

Cic. Tusc. I, 48, 116. et argum. fab. *). Haec omnia vero non in scena ipsa facta, sed a nuntio relata esse facile intelligitur. Cuius ex nuntii narratione petita esse videntur fgm. XVI. XVII.

XVI. 365.

Etym. Magn. p. 153, 31. *Ἀσιάτις. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας· οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τριχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται.* cf. Hesych. v. *Ἀσιάς.* Schol. Apoll. Rhod. II. 777. Plut. de Mus. p. 1133. Suid. v. *Ἀσία.* Eurip. Cyclop. 443. Aristophanis locus est in Thesm. 120, ad quem Fritzschius hos Euripidis versus fuisse opinatur:

κατὰ δὲ κρούματά τ' Ἀσιάδος
εὔρυθμον πόδ' ἐμὸν Φρυγίων
διά τι πνεύματα Χαρίτων

h. e. *„concinne salto et secundum pulsus citharae et propter Phrygiarum flatus tibiarum."* — Quae si vera essent, verba locum habere non potuissent in nuntii narratione, sed in chori carmine, fortasse in fabulae fine cantato, quum Athenienses a Thracibus victoriam reportasse nuntiatum esset. At haec in coniectura sunt posita.

XVII. 366.

Hesych. *Ζεῦγος τριπάρθενον· Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ, καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ „Χαρίτων τριζύγων."* Tres tantum Erechthei filias ab Euripide commemoratas esse iam supra veri simile nobis visum est (fgm. IV. vs. 36) idque confirmatur testimonio Theon. schol. in Arat. 169. *Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας.* Ex extremis apparet, Euripidem duplici modo a vulgari traditione recessisse, primum, quod tres Erechtheo filias tribuerit, quum Lycurgus l. c. et Ovid. Met. VI. 679. sq., Hygin. fab. XLVI., Phanodem. ap. Suid. v. *παρθένοι*, Philochor. ap. Schol. Soph. OC. 101. sex commemorarint; deinde quod sorores inter sidera receptas et Hyadum nomine appellatas esse dixerit **), quum alii Nymphas, quae Dionysum educassent, Hyadas appellatas esse narrarent. Cf. Apollod. III. 4, 3, sub fin. — *Ζεῦγος* similiter usurpatur in Troad. 924. Phaëth. fgm. V. vs. 61.

Deinde Erechtheus ipse ad pugnam paratus cum militibus in scenam processisse suosque allocutus et ad fortitudinem cohortatus

---

*) Postea vero res ita narrata est, quasi omnes immolatae essent. cf. Demosth. Epitaph. p. 1397. R. Cic. de fin. V, 22, pro Sest. 21. Luc. Encom. Dem. 46. Hinc sequi bene Welckerus contra G. Hermannum monuit, Euripidis Erechtheum non adversari iis, quae in Ione vs. 278. sq. legantur.

**) In epilogo, de quo infra, hoc factum esse veri simile est.

esse videtur, velut Eteŏcles in Aeschyli Sept. c. Theb. init. Huc pertinent fgm. XVIII—XX.

367. XVIII.

Stob. LIV. 14.

Μισῶ δ', ὅταν τις καὶ χθονὸς στρατηλάτης
μὴ πᾶσι πάντων προσφέρῃ μειλίγματα.

Cf. Bellerophont. fgm. XV. Welckerus haec verba iam initio fabulae ab Erechtheo (ut fgm. II) pronuntiata esse opinatur. Sed vid. fgm. XVII. fin.

368. XIX.

Stob. XXIX. 11. Orion. Anthologn. VII. 2. p. 51. ed. Schneidewin.

Ἓν τῶν πόνων τοι κἀγάθ' αὔξεται βροτοῖς·
ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀτολμία
οὔτ' οἶκον οὔτε βίοτον οὐδὲν ὠφελεῖ.

Vs. 1. extat etiam apud Schol. ad Aristot. Ethic. Nicom. (ed. Bekk. T. II. p. 1113) in Cram. Anecd. Graec. Paris. Vol. I. p. 192, 25, ubi *γὰρ* pro *τοι* legitur. — Vs. 2. 3. paucis mutatis Stob. VIII, 13 ex Archelao affert et Orio ipse sic exhibet: *ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακίστ' ἀτολμία οὔτ' οἶκον οὔτε γαῖαν ὀρθώσειεν ἄν*, ut verisimillimum sit, confudisse eum hunc locum cum illo ex Archelao fabula (fgm. X) petito utpote huius simillimo. Ex Orione vero Archelai locum corrigendum esse ibi monuimus. Ad sententiam cf. Archel. fgm. XI. Ixion. fgm. II.

369. XX.

Aristoph. Lysistr. 1129. sq.

— — οἰ — — —

βωμοὺς περιρραίνοντες, ὥσπερ ξυγγενεῖς,
Ὀλυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ — πόσους
εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι; —
ἐχθρῶν παρόντων βαρβάρων στατεύμασιν
Ἕλληνας ἄνδρας καὶ πόλεις ἀπόλλυτε.
εἷς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται.

Ad vs. 1131 adnotat scholiastes: *ἐν Πύλαις ἀντὶ τοῦ ἐν Θερμοπύλαις. ἔπεμπον γὰρ εἰς τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν τοὺς λεγομένους ἱερομνήμονας. ὅλος ὁ ἴαμβος λέλεκται ἐξ Ἐρεχθέως.* Totum Aristophanis locum attulimus, quum non solum ille vs., quem schol. significat, sed reliqui etiam tragicum colorem prae se ferant, et extremus aperte Euripidi tributus sit a grammatico in Bachm. An. Gr. I. p. 191, 26. *Δεῦρ' ἀεί τινες ἀντὶ τοῦ ὧδί. τοῦτο μὲν δεῦρο ὧδε. τὸ δὲ δεῦρ' ἀεί που παρ' Εὐριπίδῃ· εἷς μὲν λόγος κτλ.* quare Matth. temere eum inter inc.

fab. fgm. (CCLXVII) recipere non debebat. Cf. Elmsl. ad Med. 653. Quae quum ita sint, probabile fit, hunc Aristophanis locum certe ex parte conflatum et compositum esse ex Euripideis versiculis, qui, fuerintne omnes ex Erechtheo ducti, nunc vix quisquam exploret. —

Talia loquutus rex in pugnam abiit, quae, dum chorus carmine spem ac metum suum describit auxiliumque deorum implorat, acerrime pugnatur velut in Aesch. Sept. vs. 702. sq. Carmine finito, haud dubie nuntius Atheniensium victoriam et Eumolpi mortem, simul vero regis casum (cf. Aesch. Sept. c. Theb. 774. sq.) indixit; deinde rex ipse mortifero vulnere ictus (cf. Paus. I. 38, 4.) in scenam illatus esse videtur, ubi suis valedixit (cf. fgm. XXIII. vs. 33. sq.) filiosque ad virtutem cohortatus est, praecipue vero natu maximo, Cecropi, utpote regnum suscepturo, multa praeclara atque egregia praecepta dedit. cf. fgm. XXI. sq. — Welck. eodem refert inc. fab. fgm. LII.

XXI. 370.

Stob. LXXIX. 4.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις.
ἐρᾶτε μητρὸς, παῖδες· ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως
τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἡδίων ἐρᾶν.

Eosdem vs. habet Orio. Anthologn. (farrag. Eurip. 8. post tit. VIII.) p. 56. ed. Schneidew. omisso fabulae titulo, rectius autem praebens vs. 1. *οὐκ ἔστι μητρὸς οὐδὲν κτλ.* et vs. 3. *ὅστις* pro *οἷος*. cf. Elmsl. ad Med. 775. — Erechthei verba esse ad filios dicta manifestum est.

XXII. 371.

Stob. LXXVI. 12.

Θετῶν δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

Eiusdem sunt verba. — Vs. 2. *τὰ δοκήματα* idem significat atque *οἱ δοκοῦντες*. cf. Hippol. 11. Aeol. fgm. XIII. vs. 5. Melanipp. fgm. XIV vs. 3. inc. fab. CLIII. CLV. vs. 1. Pors. ad Or. 1051. Monk ad Hippol. 11.

XXIII. 372.

Stob. III. 18.

Ὀρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον, —
φρονεῖς γὰρ ἤδη κἀποσώσαι' ἂν πατρὸς
γνώμας φράσαντος, ἢν θάνω — παραινέσαι
κειμήλι' ἐσθλὰ καὶ νέοισι χρήσιμα,
βραχεῖ δὲ μύθῳ πολλὰ συλλαβὼν ἐρῶ.
πρῶτον φρένας μὲν ἡπίους ἔχειν χρεών.

τῷ πλουσίῳ τε μὴ δίδοὺς μεῖζον μέρος
ἴσον σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσιν δίδου.
δυοῖν παρόντοιν πραγμάτοιν πρὸς θάτερον
γνώμην προσάπτων τὴν ἐναντίαν μίσει.
ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ κτήματ', ἢν βούλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν. τὰ γὰρ κακῶς
οἴκοις ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
ἔχειν δὲ πειρῶ· τοῦτο γὰρ τό τ' εὐγενὲς
καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν.
ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἥ τ' ἀδοξία,
κἂν ᾖ σοφός τις, ἥ τ' ἀτιμία βίου.
φίλοις δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω σιγῆς.
ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρας φίλει,
ἀκόλαστα δ' ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον,
μίσει· βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.
ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχὼν, τέκνον,
αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν,
ὃ καὶ σίδηρον ἀγχόνας τ' ἐφέλκεται,
χρηστῶν πενήτων ἤν τις αἰσχύνῃ τέκνα·
καὶ τοὺς πονηροὺς μή ποτ' αἴξειν ἐν πόλει.
κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες ἢ νομίσματος,
ἢ πόλεος ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα,
σκιρτῶσιν, ἀδόκητ' εὐτυχήσάντων δόμων.
ἀλλ', ὦ τέκνον, μοι δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατὴρ,
καὶ χαῖρ'· ἐπ' αἰδοῖς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι.
γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

Huius fragmenti vs. 11—13 leguntur etiam ap. Stob. XCIV, 4; vs. 14—17 ibid. XCI, 22, XCII, 2 et ap. Arsen. Viol. p. 250. ed. Walz (sed sine auct. et fab. nom.); vs. 18—20. ap. Stob. XIV, 3 et Plut. de adul. et amic. 22. (p. 63. A.); vs. 21—23 ap. Stob. CXV, 3; vs. 24—27 ibid. XVII, 17; vs. 29—31 ibid. XLIV, 4. et in Plut. de Alex. s. virt. s. fort. or. II, 5. (p. 337. F.); vs. 32—34 ap. Apostol. XIX, 98 (c. lem. ἐν τραγῳδίᾳ Ἐρεχθειδῶν (sic)); vs. 34. ap. Arsen. Viol. p. 458. ed. Walz sine auct. et fab. nom. —

Vs. 1—17 in Paris. A desunt. — Vs. 2. legebatur κἀπισώσας ἂν et sic ed. Gaisford., sed Porson. Suppl. Praef. ad Hec. p. XXXIII. correxit κἀπισώσασ' ἂν, quum Medium σώζεσθαι, neque vero σώζειν *memoria aliquid tenere* significare possit. cf. etiam Monk ad Hipp. 391. Elmsl. ad Bacch. 791. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 318. — Vs. 7. μεῖζον omittunt Trinc. Voss. Paris B., quorum ille τῷ τε μὴ διδοὺς μέρος, hic πόλει μὴ δ. μ. habet. Musgr. e Ms. Coll. Nov. Ox.

ed. τῷ πλουσίῳ δὲ, τῷ τε μὴ, διδοὺς μέρος: sed μεῖζον tuentur Paris A. et codd. Schow. Neque haec scriptura ignota erat Musgravio, quare utraque coniuncta scribi voluit τῷ πλουσίῳ δὲ, τῷ τε μὴ, βάζον μέρος ἴσον ἁπάντων σέβεσθαι πᾶσιν δίδου, in qua coniectura ne illud σέβεσθαι quidem, quod pro vulg. σέβεσθ' ἶν nonnullis placuit, quodque in Paris. B. a man. sec. in σέβεσθῆ depravatum est, ferri potest. In eodem haeserant Scalig., qui σὺ αἰδεῖν (quod differre ab σέβεσθαι negat G. Herm. ad Antig. 727) scribi, Grot. qui σὺ σεβῶν, et Valck., qui σέβεσθῆ 'ν corrigi mavult; sed optime se habet σέβεσθαι. Sententia enim haec est: *divitibus non plura quam pauperibus tribuens omnibus aequaliter venerandum te praebeas*, h. e. *fac ut omnes aequaliter te venerentur*; διδόναι cum Infinitivo coniunctum satis frequens est apud Euripidem (cf. vs. 15. Erechth. fgm. IV, vs. 4. Phoen. 25. 973. 1005. 1376. 1383. Andr. 443. Iph. Aul. 68. 471. etc.) neque raro ἴσον vel ἴσα adverbialiter adhibitum invenitur. (cf. Hipp. 302. Phoen. 228. 547. Andr. 673. Hel. 807. Ion. 1363. Herc. fur. 667. etc.) — Vs. 10. μίαι, quod metro adversatur, Salmasius mutavit in μίᾳ τε, Grotius vero edidit γνώμην προσάπτειν μήδ' ἐς αὖριον μένειν, ubi προσάπτειν in Mss. recentiore et cod. Voss. legitur. Musgr. coni. γνώμην προσάπτειν τὴν ἐναντίαν μεθεὶς. Boisson. προσάπτειν τὴν ἐναντίαν στύγει. — Vs. 12. τὰ γὰρ κακῶς habet Stob. XCIV, 2 pro eo, quod hoc loco codd. praebent τὰ δ' ἀδίκως, mutatum a Gesn. in τὰ γὰρ ἀδίκως. Sed ἀδίκως haud dubie errore a praegresso ἀδίκως originem duxit. — Vs. 15. hoc loco deerat; adiectus vero est a Grotio e Stob. XCI, 22. Pro τό τ' Cod. C. ap. Schow. πορ. — Vs. 17. legebatur ἀνανδρία τε ἢ τ' ἀτιμία βίου, sed genuinam scripturam dedit Grot. e Stob. XCI, 22 (auctor. Cod. Paris. A.) κἂν ᾖ σοφός τις ἢ τ' ἀτιμία βίου. — Vs. 18. sq. Plut. l. c. hos vs. affert ut a Merope (in Cresphonte) dicta, quare fuerunt, qui ad Cresphontem eos referrent. Sed Plut. aut memoriae errore Meropae eos tribuit, aut re vera in utraque fabula hi versus extiterunt, velut Cress. fgm. VIII, vs. 1. aliique, cf. Aeg. fgm. IX. — Stob. XIV, 3. φίλους. Paris. B. φίλων et sic Boisson. — Vs. 20. ex praecedente λέγοις ad verba σὺν ἡδονῇ τῇ σῇ subaudiendum est λέγοντας. — Vs. 21. φίλει praebet Stob. CXV, 3 pro vulg. θίλε. Ibidem etiam vs. sq. rectius legitur, nam vulgo edebatur: βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς τίκτει λύπην, mutatum id a Grotio in βρ. τ. ἡδ. λύπην τεκεῖ, a Piersono in βρ. τ. ἡδ. τίκτει βλάβην. Pro γεραιτέρους Stob. hoc loco γεραιτέρους praebet, quod ferri fortasse potest. cf. Matth. Gr. Gr. § 117. De dictione ὁμιλίας γεραιτέρας. cf. Aeol. fgm. XI. — Vs. 24. ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐννοχὸν ex Stob. XVII, 17 pro vulg. ἐξουσίαν δὲ μήποτ' ἐύνοχῶν primus Grotius restituit; vulgatam vero servavit Boisson. — Vs. 26. ὃ scil. τὸ αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν, sed per abundantiam quandam explicatur verbis χρημάτων πενήτων ἦν τις αἰσχύνη τίκτει. cf. Med. 14. Herm. ad Vig. p. 708. Matth. Gr. Gr. § 476. — Vs. 28. αὔξειν ἐν πόλει ex Stob. XLIV, 4 pro eo, quod hoc loco habet, αὐξάνειν πόλει restitutum est. — Vs. 31. δόκητ' Stob. XLIV, 4 et Plut. l. c. pro vulg. ἀδίκως, quam sententia respuit. — Vs. 33. Pro δ', quod et in

cod. B deest et omissum est a Grotio, Heathius haud dubie recte σ' scribi voluit. —

In fabulae fine denique Minerva ipsa in scena apparuisse videtur, non modo Erechtheum et Praxitheam collaudans, quod patriae commodis sua posthabuerant, sed etiam praemia iis filiabusque constituens, h. e. filias Hyadum nomine in astrorum numerum referens (cf. fgm. XVII) et familiae cultum quendam instituens. Hinc *Ἐρεχθεῖον*, templi Minervae pars, originem duxisse videtur.

ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Huius fabulae argumentum quale fuerit haud facile explores; pauciora enim fragmenta supersunt, quam ut multum concludi inde possit Ex fragm. III vero consequitur, Herculem ad inferos missum esse (cf. fgm. X); ac fortasse in hac fabula repraesentavit Euripides, quod narrat Apollod. II, 5, 1. *Εὐρυσθεὺς δὲ καταλαβὼν αὐτοῦ τὴν ἀνδρίαν ἀπείπατο λοιπὸν αὐτῷ εἰς τὴν πόλιν εἰσιέναι, δεικνύειν δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἐκέλευε τοὺς ἄθλους. φασὶ δὲ ὅτι δείσας καὶ πίθον αὐτῷ χαλκοῦν εἰσκρυβῆναι ὑπὸ γῆς κατεσκεύασε, καὶ πέμπων κήρυκα Κοπρέα Πέλοπος τοῦ Ἠλείου ἐπέταττε τοὺς ἄθλους.* cf. Io. Pediasim. de Herc. lab. 2. Tzetz. Chil. II. 282, qui pariter atque Apollod. hoc post leonem Nemeaeum interfectum, et Diod. Sic. IV. 12, qui idem post captum aprum Erymanthium factum esse tradit. Videtur igitur Hercules in hac fabula, postquam iam plures eosque difficiles labores perfecerat (cf. fgm. II.), ad inferos missus esse, ut Cerberum arcesseret, quo arcessito Eurystheus tanto terrore affectus est, ut sese absconderet et Herculem illud monstrum statim ad inferos reducere iuberet. Ac fortasse Hercules Cerberum portans nuntiatur verbis inc. fab. fgm. CLIX, quod huc referendum videtur.

373. I.

Poll. Onom. X, 108. *σκεῦος δὲ μαγειρικὸν καὶ ῥῆθμὸς, Εὐριπίδου ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ εἰπόντος·*

— — — ἢ κύαθον, ἢ χαλκήλατον
ῥῆθμὸν προσίσχων τοῖσδε τοῖς ὑπωπίοις.

Cuius verba sint non liquet.

374. II.

Poll. Onom. X, 145. *ὅτι δὲ καὶ τὴν σπάθην ἐπὶ τοῦ ξίφους εἰρήκασι, εὕροις ἂν ἐν Εὐριπίδου Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ· Πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξηθέριζεν ὥστε πύρινον σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.* Hinc scripserunt:

πᾶς δὲ φασγάνῳ
ἐξηθέριζεν, ὥστε πύρινον σπάθῃ
— — κολούων φασγάνου μελανδέτου.

Sed vocem *ἐξηθέριζεν*, quae nulla est, bene Piers. Verisim. p. 256 e MS. Seberi mutavit in *ἐξεθέρισεν* exstincto vocabulo *φασγάνω*, quod e glossemate originem duxisse verisimile sit. Priorem versum inserta voce *στάχυν* (cf. Hypsipil. fgm. X vs. 5.) explerunt, ita ut hi evaderent vs.:

Πᾶς δ' ἐξεθέρισεν, ὥστε πύρινον στάχυν
σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

In his *πᾶς* suspectum fuit: quare Piers. l. c. primum vs. inter duas personas distribuens correxit: *A. πῶς δ' ἐξεθέρισεν; B. ὥστε πυρ. κτλ.* i. e. interroganti alicui, fortasse Eurystheo, quomodo Hercules Lernaeae hydrae capita exciderit, respondet nuntius: „*veluti spicam triticeam gladio nigrum manubrium habente demetens.*“ Quod Musgr. contra haec monuit, *ἐξεθέρισεν*, utpote vocem graphice rem depingentem, interroganti atque adeo, quomodo res acta sit, ignoranti non convenire, parum recte se habere bene Matth. intellexit: quidni enim ea conveniat interroganti reique prorsus ignaro, si nuntius antea eadem voce usus fuerat? Itaque non opus erat, ut Musgr. ad hanc mutationem confugeret:

πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν
πύρινον, σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου.

praesertim quum sermonem de hac potissimum pugna fuisse perquam dubium sit. — *Φάσγανον* vel *ξίφος μελάνδετον* dixit Eur. Or. 819. Phoen. 1098. *μέλαν ξίφος.* Hel. 1656. Pflugk.

III. 375.

Erotian. v. *τέρθρον.* (p. 366.) *Τέρθρον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔσχατον καὶ ἐπὶ τέλει· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ ποιεῖ τὸν Ἡρακλέα λέγοντα οὕτως·*

Πέμψεις δ' ἐς ᾅδου ζῶντα κοὐ τεθνηκότα,
καί μοι τὸ τέρθρον δῆλον εἰσπορεύομαι.

Vs. 2. Heath. correxit: *ὡς πορεύομαι*, Musgr., nisi gravius mendum lateat, scribendum esse arbitratur: *εἰς ὃ πορεύομαι* (voluit haud dubie *ἐς ὃ πορεύομαι*, in quod etiam incidit Boisson.), Erfurdt. *οἷ πορεύομαι*: sed Matth. lectores ad Gr. Gr. § 472, 4 sq. ablegans idem esse dicit, ac si Euripides scripsisset: *καὶ τὸ τέρθρον, ὃ εἰσπορεύομαι, δῆλόν μοί ἐστιν.* De qua re valde dubito, nam quae Matth. l. c. exempla collegit, longe diversa sunt; attamen in illis coniecturis acquiescere nequeo, sed loco haud levem corruptelam insidere suspicor, quamvis, quo eam tollam, non habeam. Illud vero certum mihi esse videtur, ne recte quidem sese habere Praesens *πορεύομαι*.

376. IV.

Stob. LXII, 23.

Πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον
τοιοῦτον εἶναι, καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Priorem versum corruptum esse et metrum et verbum *εἶναι* e vs. 2 male insertum produnt: quare Grot. et Barnes. dederunt *πιστὸν οὖν χρὴ διάκονον*, quasi *διάκονος* secundam brevem haberet; Heath. *πιστὸν χρὴ μὲν οὖν διάκονον*. Musgr. *πιστὸν μὲν οὖν αἰνῶ γε τὸν διάκονον Τοιαῦτά τ' εἶναι καὶ κτλ.* Matth., qui bene *εἶναι* ex altero vs. huc retractum esse intellexit, in fine aliquid excidisse censet: *πιστὸν μὲν οὖν χρὴ τὸν διάκονον*. — In quo consentire viro doctissimo non possum, sed alterum illud *εἶναι*, id quod bene sensit Musgr., e simili voce depravatum esse suspicor, ac fortasse scripsit poeta: *πιστὸν μὲν οὖν αἰεὶ χρεὼν διάκονον κτλ.* h. e. *Servus fidus semper talis* (sc. *fidus*) *sit necesse est.* De forma *αἰεί* vide ad Aeol. fgm. XXVII. — Vs. 2. vulgo erat *τοιοῦτόν τ' εἶναι*, sed *τε* delevit Grot. et deest in Paris A; idem primus ed. *στέγειν* pro vulg. *στέργειν*, quod nunc praebet Paris. A. B. et Mss. Coll. Nov. ap. Musgr. — Eurysthei verba esse manifestum est.

377. V.

Stob. LXXVII, 11.

Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα
παῖδας φυτεύειν· ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ,
οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.

Vs. 3. *διαφθείρει* Paris. A. et vulgo, quod emendarunt Heath. et Valck. ad Ammon. p. 88. Ad sententiam cf. Antig. fgm. VI.

378. VI.

Stob. CXII. 7.

Νῦν δ' ἤν τις οἴκων πλουσίαν ἔχῃ φάτνην,
πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κράτει·
τὰ δ' ἔργ' ἐλάσσω χρημάτων νομίζομεν.

Vs. 1. In Paris. A. B. est *ὄκνων* pro *οἴκων* et in A. *φάτνην ἔχῃ*, quod fortasse retinendum. Grot. dedit *οἶκοι*, quod recepit Musgr., sed eo vix opus est. — Vs. 2. verba *τῶν κακιόνων κράτει* dicta esse pro *τῇ τῶν κακιόνων γνώμῃ κρατούσῃ* haud facile quisquam Matthiaeo credat; sententia longe alia est, quae verbis *πλουσίαν ἔχῃ φάτνην* perspicua fit. Est autem *φάτνη praesepis*, i. e. locus, ubi pecudibus cibus praebetur; hic translate locum significat, ubi multi homines nequam cibantur. Sententia vs. 1 igitur haec est: *nunc vero, si quis in domo sua uberem praesepem habet, i. e. multos cibat* etc. Sed qui in ditiorum domos properant homines ibique se cibari patiuntur, aut pauperes sunt aut mali atque improbi, qui convivatori adulantes

atque assentantes commodis suis consulere student, et Graece recte κολάκες dicuntur. Omnes autem, qui tali ratione alantur, a parte viri divitis, qui eos alit, stare facile intelligitur; itaque verissime dici potest: „*eum, qui in domo sua largam mensam praebeat, auctoritate malorum primis adscribi* vel *excellentissimis adnumerari.*“ Atque hoc, credo, Euripides dicere voluit. Hinc non opus esse liquet, ut cum Musgr. ἀμεινόνων pro κακιόνων vel cum Erfurdtio ἀρειόνων legatur, aut πρῶτος pro πρότερος accipiatur.

VII. 379.

Stob. XCVIII, 40.

Οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δραστέον.

Vs. 2. Piers. ap. Valck. Diatr. p. 171 pro ἀθρήσαντ' legi voluit σταθμήσαντ', sed recte Matth. monuit, ἀθρεῖν, quum sit *contemplari*, complecti etiam *iudicandi* notionem; haud raro enim sola contemplatione iudicium de aliqua re facimus. cf. Cycl. διασούς γ' ἀθρήσας. Si quid autem mutandum esset, non σταθμήσαντ', sed μετρήσαντ' scriberem, quippe quod ad literarum ductus propius accederet.

VIII. 380.

Schol. Eurip. Hecub. 821. (837). *Τὸν Δαίδαλον φασὶ ποιεῖν εἴδωλα, καὶ μετὰ τὸ πληροῦν (ἀποπληροῦν) αὐτὰ ποιεῖν ταῦτα κινεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι. ὅτι δὲ ἐκινεῖτο καὶ προΐει φωνήν, αὐτός τε Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ λέγει·*

Οὐκ ἔστιν, ὦ γεραιέ, μὴ δείσῃς τάδε·
τὰ Δαιδάλεια πάντα κινεῖσθαι δοκεῖ
βλέπει τ' ἀγάλμαθ'· ὧδ' ἀνὴρ κεῖνος σοφός.

Vs. 2. 3. citat etiam Tzetz. Chiliad. I, 518, sed Platoni comico eos assignans. In iis et apud schol. Eurip. et ap. Tzetz. legitur *δοκεῖ βλέπει τ' ἀγάλμαθ· ὅδ* (ὧδ' recte Tzetz.), cuius loco Valck. Diatr. p. 171 scripsit *πάντα κινεῖσθαι δόκει, βλέπειν τ' ἀγάλμαθ'· ὧδ' κτλ.*, fortassis recte, si quidem verum est, quod probabiliter Musgr. coniecit, his verbis ab Eurystheo irrideri senem, qui Herculem ab inferis reversum a se visum esse nuntiaverit; certe *βλέπειν*, in quod etiam Barnes. in Add. p. 520 incidit, genuinum esse videtur. Male autem Barnes. et Heath. scripserant *δοκῶν*.

IX. 381.

Athen. XI. p. 498. D. *Εὐριπίδης δ' ἐν Εὐρυσθεῖ ἀρσενικῶς ἔφη·*

Σκύφος τε μακρός

καὶ Ἀχαιὸς ἐν Ὀμφάλῃ· „Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ.“ — Hinc mutuatus est Eustath. ad Od. υ'. p. 1775, 19.

382. X.

Steph. Byz. v. *Τάρταρος.* — — *Ὁ οἰκήτωρ Ταρτάριος, καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου* (i. e. *Ταρτάρειος*) *Εὐριπίδης ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ.*

Ad hanc fabulam praeterea referri potest inc. fab. fgm. CLXX.

ΘΕΡΙΣΤΑΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Huius fabulae nusquam mentio est facta nisi in Aristophanis grammatici argum. Medeae, ubi haec leguntur: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ Σάτυροι. οὐ σώζεται.* Cuius, etsi fragmentum nullum superest neque Aristophanis grammatici, ut ex postremis verbis liquet, temporibus ullum superfuit, tamen argumentum fortassis ex titulo coniectura assequi possumus; ac non mediocriter gavisus sum, quum in eandem coniecturam, in quam ipse, etiam virum ingeniosissimum Ad. Schoellium (Tetral. Tragic. Att. p. 159. sq.) incidisse viderem. In nulla enim fabula chorus e messoribus constitit, nisi in Sosithei Lytiersa; unde in Euripidis Theristis atque in Sosithei Lytiersa argumentum admodum simile expressum fuisse probabile est. Atque hoc tanto magis mihi est persuasum, quanto saepius, ut alio loco docebo, serioris temporis poetae tragici Euripidearum fabularum argumenta sibi tractanda sumserunt Euripidemque imitati sunt. Attamen nequaquam id ita intelligi voluerim, ut in Theristis omnia prorsus eadem ratione instituta fuisse atque in Lytiersa aliquis credat, quamquam illud praefracte contendo, ab utroque poeta in universum idem argumentum esse tractatum. Quare factum esse potest, ut apud Euripidem res neque in Phrygia acta sit, neque Lytiersae ipsius persona, sed alius cuiusdam hominis similibus moribus inducta fuerit: quod in mentem etiam Welckero (Trilog. Aesch. p. 506. Append. p. 302. Trag. Graec. p. 444.) venisse videtur, qui, quum Sylei (de qua infra) argumentum huius fabulae simillimum sit, Theristas et Syleum eandem fabulam esse iudicavit. De cuius sententia postea videbimus, ubi primum Lytiersae argumentum descripserimus. Hoc exhibet Schol. Theocr. X, 41 consentiente anonymo quodam scriptore, quem primus Heerenius (in Bibl. Lit. antiq. et art. Gotting. 1790. VII. Inedit. p. 8. sq.) et post multorum *) curas Westermannus (in Mythogr. Graec. I. p. 345. sq.) edidit quemque tempo-

---

*) cf. Eichstaedt. de dram. com. sat. p. 16. sqq. G. Hermann. Opusc. I. p. 54. sq. Friebel. Satyrogr. Gr. fragm. p. 119. sq.

rum iniquitati, quae plerisque iisque praeclarissimis antiquitatis monumentis nos privavit, ereptum esse propter insigne Sosithei fragmentum operae pretium est. Scribit vero schol. Theocr. *Λιτυέρσης ὤκει Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, υἱὸς τυγχάνων νόθος τοῦ Μίδου. Γεωργὸς δὲ ὢν, τοὺς παριόντας τῶν ξένων εὐωχῶν, ἠνάγκαζε θερίζειν**) *μετ' αὐτοῦ. Εἶτα ἑσπέρας ἀποτέμνων αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν τοῖς δράγμασι συνελὼν ᾔδει. Ἡρακλῆς δὲ ὕστερον τοῦτον ἀποκτείνας ἔρριψεν εἰς τὸν Μαίανδρον ποταμὸν, ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν, ἐγκωμιάζοντες, ὡς ἄριστον θεριστήν. Τοῦτον δέ φησιν Ἀπολλόδωρος ᾠδὴν εἶναι θεριστῶν λέγων οὕτως· καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις ἰάλεμος, ἐν δὲ ὕμνοις ἴουλος, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λιτυέρσας.* (cf. Athen. XIV. p. 619. A.) *Εἶτα ἑξῆς ᾄδων ὁ Βάττος τὴν τοῦ Λυτιέρσου ᾠδήν φησι.* Lityersae mores accuratius depinxit Athen. X. p. 415. B. his verbis: *Λιτυέρσας δὲ ἦν μὲν υἱὸς Μίδου νόθος, Κελαινῶν δὲ τῶν ἐν Φρυγίᾳ βασιλεὺς, ἄγριος ἰδέσθαι καὶ ἀνήμερος ἄνθρωπος, ἀδηφάγος δ' ἰσχυρῶς. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίθεος ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσᾳ οὕτως*

Ἔσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμορφον πίθον.

τοιοῦτός ἐστι καὶ παρὰ Φερεκράτει ἢ Στράττιδι ἐν Ἀγαθοῖς κτλ. cf. Arsen. Viol. p. 337. Tzetz. Chil. II, 595. In *hac* igitur fabula apparuit rex quidam edax, qui peregrinos, quotquot eum adirent, hospitio recepit lautisque epulis instruxit, deinde eos bene cibatos in agros deduxit ac segetes secum demetere iussit. Prima nocte autem capita falce abscidit corporaque manipulis involuta domum reportavit. Huius tantae crudelitatis vindex tandem Hercules, acerrimus improborum hostis (cf. Syl. fgm. VI.) extitit, qui regem interfecit interfectumque in Maeandrum proiecit. Simile est *Sylei* argumentum: ibi enim rex hospites in vineta deductos laborare iussit posteaque interfecit, ipse vero ab Hercule interfectus est. cf. Syl. argum. Speciosa igitur est Welckeri coniectura, ad quam Schoellius p. 161 etiam accessit, Theristas et Lytiersam diversos unius fabulae titulos esse. Attamen vereor ne speciosior quam verior sit. Nam in plerisque Tragicorum Graecorum fabulis satyricis Hercules partes primarias tenuit: etiamsi igitur argumentum in universum idem fuit, tamen in singulis procul dubio discrepuit. Iam vero ea in re aliquid discriminis conspicitur, quod Lytierses hospitibus ad segetes demetendas, Syleus in vineis usus est: sic enim apertis verbis argumenti Sylei scriptor tradit: *Ἡρακλῆς — ἔσεσθαι εἰς τὸν ἀγρὸν τὸν ἀμπελῶνα ἐργάσασθαι* (et deinde: *ἀνεσπακὼς δὲ δικέλλη προορίζους τὰς ἀμπέλους.*) Hinc in Syleo chorum non ex *messoribus*, sed ex *vinitoribus* constitisse perspicuum est. Deinde in Syleo Hercules ad regem non tanquam hospes venit, sed a Mercurio tanquam servus venditur, cuius rei in Theristis nullum apparet vestigium. Quemadmodum vero haec in Syleo diversa erant, ita permulta alia aliter instituta fuisse credibile est: ac

*) Hinc chorus *Θεριστῶν*.

magnopere erret, qui duas fabulas velut Augen et Danaen, Hippolytum et Phoenicem, alias, quae forte argumenti summam similem habebant, inter se non diversas fuisse iudicet. Accedit, quod Aristophanes ipse in fine argumenti Medeae supra citati verba adscripsit: *οὐ σώζεται*, ex quibus Aristophanis tempore nullum Theristarum fragmentum superfuisse apparet; Sylei vero plura fragmenta vel nostram aetatem tulerunt eiusque argumentum e Philone (cf. infra) notum fuit, ita ut mirum esset, si Aristophanem Theristas ac Syleum diversos eiusdem fabulae titulos esse, velut Pentheum et Bacchas, Hippolytum et Phaedram, etc. fugisset. Hoc latere grammaticum doctissimum nullo modo potuisset, etiamsi, quod Schoellius obiecit, sed quod parum probabile est, Theristarum nomen tantummodo in didascaliis, Sylei vero in fabulae editionibus ipsis repertum esset: nam si quidem Aristophanes perpaululum acuminis habebat, utriusque fabulae convenientiam coniectura assequeretur necesse erat, sicuti quisque Pentheum et Bacchas in eadem fabula partes tenuisse coniiceret. — Quae quum ita sint, Theristas ac Syleum diversas unius fabulae inscriptiones fuisse persuadere mihi non possum.

Θ Η Σ Ε Υ Σ.

De huius fabulae argumento praeter ea, quae ex fragmentis ipsis colligi possunt, h. e. Theseum cum aliis adolescentibus in Cretam missum esse, ut Minotauro obiiceretur, Ariadnes ope vero Minotaurum necasse, nihil certi compertum habemus. Nec multum iuvant, quae tradunt Hygin. fab. 42. *Theseus posteaquam Cretam venit, ab Ariadne Minois filia est adamatus, adeo ut fratrem proderet et hospitem servaret: ea enim Theseo monstravit labyrinthi exitum. Quo Theseus cum introisset et Minotaurum interfecisset, Ariadnes monitu licium revolvendo foras est egressus eamque, quod fidem illi dederat, in coniugio secum habiturus avexit.* Serv. ad Virg. Aen. VI. 14. coll. Mythogr. I. 43. II. 124. *Sed tertio anno* (sc. postquam Minos Atheniensibus tributum imposuerat cf. Apollod. III. 15, 8.) *Aegei filius Theseus missus est, potens tum virtute cum forma. Qui cum ab Ariadne regis filia amatus fuisset, Daedali consilio filo iter rexit: et necato Minotauro cum rapta Ariadne victor aufugit. Quae quum omnia factione Daedali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio servandum in labyrinthum trusit.* cf. Plut. vit. Thes. c. 15—19. Diod. IV. 61. Io. Malal. Chron. p. 87. ed. Nieb. Tzetz. Chil. XI, 549. sq. Nam hinc ne cognoscitur quidem, quaenam fuerint Minois partes, quocum Theseum controversiam habuisse ex fgm. IV apparet. Hippolytum inter personas fuisse ex fgm. VIII cognoscitur. — De tempore, quo fabula acta sit, si quaeris, inde quod in Aristophanis Vespis irrisa est, ante Ol. LXXXIX, 2 eam esse doctam colligi potest, id quod eo etiam probabile fit, quia Eu-

ripides in hac tragoedia Calliae doctrina (cf. fgm. III.) usus est, cuius tragoediam grammaticam iam ante Ol. LXXXVII scriptam fuisse consequitur ex Athen. VII. p. 376. A., ubi Euripidem primum in Medea (quae acta est Ol. LXXXVII. 1.) et Sophoclem in Oedipo Rege apostropho in fine versus posito, quem a Callia acceperint, usos esse Clearchus tradit. cf. Bergk. de reliqu. com. Att. p. 116. sq.

I. 383.

Steph. Byz. v. *Εὐρώπη. λέγεται δὲ καὶ — διὰ τοῦ ι Εὐρωπία. — Εὐριπίδης ἐν Θησεῖ·*

σχεδὸν παρ᾽ αὐτοῖς κρασπέδοις Εὐρωπίας.

cf. Aristid. T. II. p. 336. de Alexandria: *καίτοι κράσπεδον Εὐριπίδου φωνῇ μάλιστ᾽ ἄν τις αὐτὴν Αἰγύπτου προσείποι.* — Welck. probabiliter hoc et sequ. fgm. ex prologo, quem Theseus loquutus sit (cf. fgm. II.), superesse coniecit. *Εὐρωπία* etiam in Ione (1607) legitur.

II. 384.

Galen. de Plat. et Hippocr. dogm. IV. 7. p. 283. ed. Bas. (T. V. p. 418. ed. Kuehn.) Plut. consol. ad Apollon. 21. (p. 112. D.) *Καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρεσκευάσθαι φαίνεται πρὸς τὰ τοιαῦτα· ἐκεῖνος γάρ φησιν*

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθὼν,
εἰς φροντίδας νοῦν συμφορᾶς τ᾽ ἐβαλλόμην,
φυγάς τ᾽ ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ᾽ ἀώρους, καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
ἵν᾽, εἴ τι πάσχοιμ᾽, ὧν ἐδόξαζον φρενὶ,
μή μοι νεωρὲς προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ.

Thesei verba sunt; cf. fgm. I. et Galen. l. c. qui versibus haec verba praemisit: *τοῦτο λαβὼν Εὐριπίδης τὸ νόημα τὸν Θησέα πεποίηκε λέγοντα· ἐγὼ δὲ κτλ.* Locum Latine expressit Cic. Tusc. III, 14, 29.

Nam qui haec audita a docto meminissem viro,
Futuras mecum commentabar miserias:
Aut mortem acerbam, aut exili maestam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali:
Ut, si qua invecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Vs. 1. Galen. omisit *τοῦτο*, Duebnerus in edit. Plut. Paris. uncis inclusit. Verbis *παρὰ σοφοῦ* Theseus avum Pittheum dicere videtur, a quo educatus erat. cf. Valck. ad Hippol. 11. — Vs. 2. Wyttenb. ad Plut. p. 745. verba *εἰς φροντίδας συμφορᾶς τε* per *ἓν διὰ δυοῖν* accipit, ut significent: *in cogitationem malorum animum conieci*; e codicum discrepantia vero genuinam scripturam esse suspicatur: *εἰς φροντίδ᾽ ἀεὶ συμφορᾶς ἐβαλλόμην* ad similitudinem Homerici *σὺ δ᾽ ἐνὶ*

φρεσὶ βάλλεο σῇσι, quam Duebnerus nescio utrum Wyttenbachii an codicum Paris. auctoritate commotus recepit. Sed vulgatam Plutarchus ipse paullo post (Consol. ad Apoll. 25. p. 114. D.) tueri videtur scribens: — καὶ τῶν ἀτρυτῶν ἕνεκα τούτου φροντίδων τε καὶ συμφορῶν. — Vs. 3. Galen. recte πάτρας ἐμῆς, Plut. πάτρας ἐμᾶς et sic Duebn., quod correxerat Valck. ad Phoen. 610. et ad Hipp. 1043. — Vs. 4. Galen. καὶ κακὰς ἄλλας ὁδοὺς, deinde ὥστ' pro ἵνα. — Vs. 5. Galen. ἐδόξαζον ποτέ. — Vs. 6. Galen. νεαραῖς et δάκοι. At etiam νεαρὸν, quod vulgo hoc loco legitur, ferri nequit, quum α correptum habeat. cf. Monk. ad Eur. Hippol. 1339. Valck. ad Phoen. 994. Elmsl. ad Soph. OC. 475. Correxit igitur Grotius νεοχμὸν, de quo dubitandum est, num alicubi secunda syllaba producta reperiatur. Musgr. e scriptura Galeni elicuit νεωρὲς, quod quum ab Elmsl. ad Soph. OC. 475 probatum, a Dindorfio et Duebnero receptum sit, ipse retinui, quamquam legendum esse suspicor νέωρον. cf. Phot. p. 297, 9. Hesych. s. v. νέωρον, νέον, idemque vocabulum revocandum videtur in Soph. OC. 475, ubi ut hoc loco, vitiose νεαρᾶς secunda producta legebatur. Elmsl. ad Soph. l. c. correxerat νεορτὸν, quae vox eadem significatione ter apud Sophoclem reperitur.

385. III.

Athen. X. p. 454. B. *Εὐριπίδης δὲ τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν. βοτὴρ δ' ἐστὶν ἀγράμματος αὐτόθι δηλῶν τοὔνομα τοῦ Θησέως ἐπιγεγραμμένον οὕτως·*

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια.
κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος·
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
τὸ δεύτερον δὲ, πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἰλιγμένος·
τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία,
λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
εἰσίν. τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι·
γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.
τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές.

Descripsit his versibus pastor quidam literarum legendique artis inscius singulas literas, ex quibus Thesei nomen, quod alicubi exaratum viderat, compositum est, sed cui et cur hoc fecerit, perdifficile est ad dicendum. Nam quod Welckerus Theseum ipsum antea nomen suum in arena inscripsisse suspicatur, quod postea pastor cum Ariadne, quippe quae Thesei amore capta eius nomen cognoscere voluisset, ut adiuvare eum posset, communicarit, et pastorem illis versibus documentum praebuisse, quo se nominis signa memoria te-

Ah! whether in guilt's chains thou now [illegible] [illegible]
Or midst the happy spirits that sing round the throne
Of Him who suffered all for sinners lost,
Thou hast no thought of any earthly thing;
Else from thy seat among the glorious host
Thou wouldst look down, and with a pitying eye
See one who mourns thy absence from her side,
Who cannot live contented, happy, or even wish to live,
Since thou art dead.
And sometimes, when in dreams I view the past,
And all thy smiles and all thy love returns,
Making me think I clasp thee to my breast,
Fondly imprinting on thy fair cheek
A kiss of welcome, as in days gone by
You came to meet me, and I dreamt that you
Had been away in some long journey,
Oh! then the anguish of the waking hour
When I must learn anew
That you are dead, and that I shall not see
Your sweet face more, nor hear your welcome voice,
Nor ever feel the pressure of your hand,
Is more than I can bear.
Oh! pardon me, my child, if I complain,
For I am very lonely now, and sad,
And you alone can understand my grief.
Sometimes I think that God has been unkind
To take you from me, you, who were to me
All that a child could be,
And fill your place with sorrow.
But then I hush the thought, for I know well
That you are safe and happy, freed from pain,
And I alone am weak and sinful now.
I pray that I may be forgiven for
The many faults which stain my life,
And meet you where no grief can ever come,
Where God shall wipe away all tears from off all faces,
Where the sun shall not smite us by day,
Nor the moon by night,
But we shall be as the angels of God in heaven.

Rhyme.

Rhyme is the jingle of two words that end alike, as *sing* and *ring*.

Rhyme is a kind of verse in which the last words of the lines have the same sound, as in the following lines:

> "Twinkle, twinkle, little star,
> How I wonder what you are!
> Up above the world so high,
> Like a diamond in the sky."

Ταρτήσια μύραινα· τὼ νεφρὼ δέ σόν
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡρπακωμένω
480. *διασπάσονται Γόργονες Τιθράσιαι,*
ἐφ' ἃς ἐγὼ δρομαῖον ὁρμήσω πόδα.

Plura in his latent Euripidea at expiscatu haud facilia. cf. schol. ad vs. 473. *μελανοκάρδιος· διὰ τὸ τῆς λέξεως φοβερὸν εἶπε μελανοκάρδιος πέτρα. οὐ γὰρ ἔχει καρδίαν ἡ πέτρα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀγρίων ἀνθρώπων, οὓς διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀγριότητα μελανοκαρδίους φασί.* [*ἐκ Θησέως Εὐριπίδου* addit cod. Flor. Θ.] *καὶ τὰ μὲν ἑαυτῷ πλάττων λέγει, τὰ δ' ἐκ Εὐριπίδου, πρὸς φύβον Διονύσου.* — Schol. ad vs. 476. (fgm. VI.) — Schol. ad vs. 478. *Ταρτησία μύραινα· μύραινα, δαίμων φοβερά· παρὰ τὸ μύρεσθαι. παρὰ τὰ ἐν τῷ Θησεῖ Εὐριπίδου.* — — *ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἔχιδναν, μύραιναν εἶπε. τὸ γὰρ Στυγὸς ἐπὶ πλησίον εἶπε τούτοις. ἔστι δὲ ταῦτα ἐν Θησεῖ πεποιημένα Εὐριπίδῃ. ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτός ἐστι σπουδάζων ὁ Εὐριπίδης οἷος ἐνταῦθα παίζων.* — Hoc fgm. sicut antecedens ad Thesei minas pertinuit.

388. VI.

Schol. Arist. Ran. 476. *Ὁ τόπος οὗτος παρὰ τὰ ἐν Θησεῖ Εὐριπίδου·*

κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κόμαις ὁμοῦ,
ῥανῶ τε πεδόσ' ἐγκέφαλον, ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖ πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Vs. 1. scribebatur *συγχέω*. Futurum Matthiaeus revocavit. cf. ad vs. 2. — Vs. 2. *ῥᾶναί τε δ'* Ald. *ῥάνατε δ'*. cod. Venet. Barnes. e Grotii emendatione ed. *ῥανεῖ τε γῆν ἐγκέφαλον* (imo *ἐγκέφαλος*), pro quo Musgr. maluit *ῥανεῖ τε πέδον*. Hermann. ad Soph. Trach. 778. *κάρα τε γάρ σου συγχέων κόμαις ὁμοῦ, ῥάνας τε πεδόσ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ὕσονται κάτω* correxit, in quibus participia *συγχέων* — *ῥάνας τε* vix expedienda esse recte Matth. dicit. Mutata deinde sententia sua ad Hec. 238. sq., ubi de locutionis *ὀμμάτων ἄπο* significatione disputat, scribi iussit: *κ. τ. γ. σ. συγχεῶν κ. δ. ** ῥανεῖ τ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο Αἱμοσταγῆ πρηστῆρε ῥ. κ.* Matth. vero ex Choerobosci in Bekk. An. Gr. p. 1290. auctoritate, qui (l. c.) Futurum *ἐκχεῶ* commemorat, restituit: *συγχεῶ — ῥανῶ τε πεδόσ' κτλ.* — Vs. 3. *αἱμοσταγεῖν*. Venet. Flor. Θ. unde Dindorf. *αἱμοσταγεῖς*. Grot. et Barnes. metri causa dederunt *αἱμοσταγεῖ πρηστῆρε*, quod probante Dindorfio ad Aristoph. schol. Vol. III. p. 409, quamquam ipse in textu Bentleii coniecturam *αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ὕσονται* pro *ῥεύσονται* exhibuit, recepimus. Vide enim de hac dualis forma Goettling. ad Theodos. p. 242. Buttm. Gr. Gr. ampliss. I. p. 49. not. 6. II. p. 401. Schneid. ad Plat. Civ. I. p. 303. — *Ῥεύσονται* hoc uno tantum loco invenitur; *αἱμοσταγὴς* etiam in inc. fab. fgm. CCXLVII. — Thesei verba esse videntur.

VII. 389.

Plut. vit. Thes. c. 15. (p. 6. D. ed. Wytt.) *τοὺς δὲ παῖδας εἰς Κρήτην κομιζομένους ὁ μὲν τραγικώτατος μῦθος, ἀποφαίνει τὸν Μινώταυρον ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ διαφθείρειν, ἢ πλανωμένους αὐτοὺς καὶ τυχεῖν ἐξόδου μὴ δυναμένους ἐκεῖ καταθνήσκειν, τὸν δὲ Μινώταυρον, ὥσπερ Εὐριπίδης φησί,*

Σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον βρέφος

γεγονέναι, καὶ

Ταύρου μεμίχθαι καὶ βροτοῦ διπλῇ φύσει.

Priorem versum Plut. de curios. 10. (p. 520. C.) sic exhibet: *σύμμικτον εἶδος καὶ ἀποφώλιον τέρας*, **ubi** *τέρας* **genuinum videtur, quod etiam Grot. praetulit; utrique vero** *ῥέθος* **praeferendum esse Musgr. dicit. Grot. pro** *μεμίχθαι* **dedit** *μέμικται*, **quod in edd. Musgr. et Barnes. migravit. In Minotauri descriptione consentit Apollod. III, 1, 4.** *οὗτος εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός.* **— Versus haud dubie e nuntii narratione, qui pugnam Theseum inter et Minotaurum descripsit, petiti sunt: nam Minotaurum ipsum, tali forma praeditum, in scenam prodiisse parum credibile est.**

VIII. 390.

Arist. Vesp. 312. sq.

Π. τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς;
Χ. ἀόνητον ἄρ' ὦ θυ-
λάκιόν σ' εἶχον ἄγαλμα.

Adnotat Scholiastes: *πράγματα βόσκειν· Ὁ λόγος ἐκ Θησέως Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ταῦτα λέγουσιν οἱ ταττόμενοι παῖδες εἰς βορὰν τῷ Μινωταύρῳ, τὸ δὲ ἑξῆς, τὸ ἀόνητον ἄρα, Ἱππόλυτός ἐστιν ὁ λέγων ἐκεῖ*

ἀόνητον ἄγαλμα, πάτερ,
οἴκοισι τεκών.

Consentit fere schol. Venet. — Priorem scholii partem ad *Παιδὸς* **apud Aristophanem verba:** *τί με δῆτ' κτλ.* **pertinere monuit iam Valck. ad Hippol. 1144, qui locus huius similis est. cf. Alc. 419. El. 509. Hec. 760. Herc. f. 718. Extrema bene sic corrigit Bergkius:**

ἀόνητον ἄγαλμ', ὦ πάτερ, οἴκοισι τεκών.

Priores versus chori sunt, quem Welckerus probabiliter ex adolescentibus, qui in Cretam missi erant, ut Minotauro obiicerentur, compositum fuisse censet. Quorum in numero etiam Hippolytus fuisse videtur, qua re factum est, ut Theseus simul cum illis in Cretam se conferret. Filium enim a Minotauro comedi nolebat, itaque huius monstri interficiendi consilium capiebat. Tradunt quidem Diod. IV. 67. Plut. vit. Thes. c. 15. Catull. LXIV. 78. Apoll. III. 15. 8 septem pueros totidemque virgines Minotauro missos esse, sed chorum ex his commixtum fuisse vix est credibile, neque commixti chori ulla apud Euripidem extant vestigia. Quare rem ita ab Euripide

institutam esse suspicor, ut pro septem pueris septemque virginibus quatuordecim adolescentes missos esse finxerit, quorum dux Hippolytus fuerit.

391. IX.

Stob. IX, 8.

Κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς
ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι.

Sententia generalis, cuius caussam affert Eurip. Andr. 684. *ἡ δ' ὁμιλία πάντων βροτοῖσι γίγνεται διδάσκαλος.* Quae a quo prolata sit explorare frustra labores. — Vs. 1. Eadem fere verba reperiuntur in Aeg. fgm. IX. — Vs. 2. *παρουσία* legi voluit Valck. et sic ed. Gaisf.

392. X.

Stob. XLV, 1.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις χρημάτων μὲν ἐνδεὴς,
δρᾶσαι δὲ χειρὶ δυνατὸς, οὐκ ἀνέξεται,
τὰ τῶν δ' ἐχόντων χρήμαθ' ἁρπάζειν φιλεῖ.

Lemma ap. Gesn. praebet: *Eur. Theseo vel Aegeo.* Paris. A. *Εὐρ. Θησεῖ Αἰγεῖ.* Hinc dubitari potest, pertineantne versus ad Theseum an ad Aegeum. Ex sententia ipsa enim, quum universa sit, qualem cuique proferre licuit, colligi nihil potest. Vs. 3. Valck. male δ' eiici voluit.

Praeterea a Stob. V, 21 errore tres versus ad Theseum referuntur, quos idem in Ecl. phys. I, 10, 4, p. 272 cum quinque aliis e Dictye citat. cf. Dict. fgm. VII. vs. 3. sq. — Pertinere autem huc videtur inc. fab. fgm. CLXXV.

Θ Υ Ε Σ Τ Η Σ.

Errasse eos, qui *Thyesten* et *Cressas* diversos unius fabulae titulos esse iudicarunt iam supra (p. 9.) ostendimus; ac profecto nulla caussa est, cur, si puerorum mactatio Cressis argumentum praebuit, alia Thyestae fata (cf. Hygin. fab. 87. 88.) aliis tragoediis repraesentata fuisse negemus, praesertim quum omnia, quae infra subiecimus fragmenta, non dubitanter sed definite ex *Thyeste* citentur. Eodem modo Sophocles Thyesten in tribus fabulis (Atreo et duabus Thyestis) in scenam produxerat; itaque Euripidis ingenio iniuriam faceremus, si praeter Cressas ab eo tragoediam, in qua Thyestes

primas partes tenuisset, scribi ullam potuisse negaremus, praecipue quum Pelopidarum historiam uberius ab Euripide tractatam esse inde etiam appareat, quod idem Plisthenem finxit. Ac Thyesten a Cressis discrepuisse eo verisimilius est, quo magis constat, in Cressis non tam Thyesten, quam Aëropen primas partes egisse. Sed quale Thyestae argumentum fuerit, propter fragmentorum tenuitatem ignoramus, neque lucis aliquid afferunt Aristophanis (Ach. 434) verba: *ὦ παῖ, δὸς αὐτῷ Τηλέφου ῥακώματα· κεῖται δ' ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν μεταξὺ τῶν Ινοῦς*, quum vel Schol. ad h. l. dubaverit, pertinerentne ad Cressas an ad Thyesten. Attamen ex iis, quae Sophocles in fabulis supra nominatis tractavit quaeque Hygin. l. c. narravit, nonnulla argumenti summam effecisse videntur. Cf. Soph. fgm. Thyest. Sicyon.

I. 393.

Stob. XCII, 3.

Πλούτου δ' ἀπορρυέντος ἀσθενεῖς γάμοι·
τὴν μὲν γὰρ εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοί,
μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.

Duos postremos vs. habet etiam Aristot. *περὶ εὐγενείας* ap. Stob. LXXXVI, 25 ita scribens: *οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν ὁ Θεόγνις οὐδὲ ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας, ὅτι Ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοί, μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις*, quo loco abusi esse videntur, qui Theognidi tragico Thyesten fabulam tribuerunt. — Fragmentum referebatur antea ad Cressas.

II. 394.

Stob. XCVIII, 21.

εἰ δ' ἄτερ πόνων
δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς.

Sententia trita est. cf. Stheneb. fgm. I. Pariter referebatur ad Cressas.

III. 395.

Gaisf. Append. Florent. ad Stob. II, 19. (Vol. IV. p. 382. ed. Lips.)

οὐ πώποτ' ἔργου μᾶλλον εἱλόμην λόγους.

a quo tamen aperte disiungendus est, qui eum excipit versus trochaicus

τῷ λόγῳ μὲν εὖ διέρχῃ πάντα, τῷ δ' ἔργῳ κακῶς.

quamquam fortassis hic quoque Euripidis est.

IV. 396.

Orion. Anthologn. VII, 4. p. 51 et post tit. VIII. farrag. Euripid. 19. p. 57. ed. Schneidew.

Γνώμης γὰρ οὐδὲν ἀρετὴ μονουμένη·

i. e. *nihil valet virtus, quae consilio caret.* ἀρετὴ pro vulg. ἀρετὴ bene Schneidewinus restituit.

397. V.

Orion. Anthologn. V, 6, p. 47. ed. Schneidew.

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Eundem versum citant Arsen. Viol. p. 287. ed. Walz. sine auctoris nomine, Plut. de Pyth. orac. 22. (p. 405. B.) adiiciens: *εἶγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας* (cf. fgm. Pind. Boeckh. p. 554.), schol. Arist. Pac. 698, ubi locus simul explicatur, ac plenius denique Theophil. ad Autol. II. 9. p. 354. (ed. Hag. Com. 1742) c. lem. *Θέστιος*

θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέῃς
σώζῃ.

Pro *θέλοντος* vett. editt. *δίδοντος*. Simillimus est Aristoph. Pac. vs. 698. *κέρδους ἕκατι κἂν ῥιπὸς πλέοι*, cuius sententiam in proverbium abisse testantur schol. Venet. ad h. l., Arsen. Viol. p. 319. ed. W. schol. Eurip. Phoen. 398. *ἡ παροιμία „κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις“ ἐπὶ τῶν εἰς κινδύνους κέρδους χάριν ἑαύτους ῥιπτούντων λαμβανομένη· ἐκφέρεται δ' οὕτως· „θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.“* Eadem specie, qua ap. Aristoph., versus inter sent. sing. Menandri 34 (p. 337. Mein.) extat, ubi Meinekius lectores ad Stob. Ecl. I, 3, 14 ablegans Simonidi Iambographo eum tribuit. Illic vero Heerenius lemma suppleverat, de Ceo cogitans. Amorgino etiam assignavit Welck. (Simonid. Amorg. reliqu. p. 88.) eodem testimonio nixus; sed verum auctorem tandem Orio et Theophilus apertis verbis indicarunt. Verum enim vero Schneidewino dubitatio suborta est, utrum Orio Sophoclis an Euripidis Thyesten dixerit, validissimumque argumentum, quo ad Sophocleam potius fabulam locum referendum esse appareret, in Arist. Pac. vs. 695 sqq. invenisse sibi visus est. In ipsum enim sententiae auctorem (Sophoclem) retortum esse ab Aristophane versiculum per ludibrium aliorsum traductum existimat, quo accedat, quod apud Orionem statim postea (nr. 9. 10.) Sophocleae fabulae versus nullo auctoris elogio citentur. Sed vereor ut haec argumenta multum valeant. Primum enim, quum sententia in proverbium abisset, fortasse iam ante Sophoclis Euripidisque tempus a lambographo quodam inventa ea ab utroque sine offensione adhiberi poterat. Deinde non perspicio rationem, cur Aristophanes ad castigandum Sophoclem potissimum Sophoclis versu uti debuerit, quod poeta comicus ferme nusquam fecit; Pacis loco nihil salis detrahitur, si Sophoclem ab Aristophane Euripidis vel cuiuscunque alius poetae versu, praesertim quum in proverbium abisset, irrisum esse statuimus. Postremo ab Orione nr. 7. tres versus afferuntur cum lemm. *ἐκ τοῦ αὐτοῦ* (sc. *Θυέστου*), quos fgm. squ. exhibuimus quosque Euripidis esse Theophili testimonio constat, qua re efficitur, ut nonnisi de Euripidea Thyeste cogitari possit. Theophilus insuper

hunc ipsum locum post illos vs. aperte ex Euripidis Thyesta citatos attulit, unde idem concludere cogeris. Huc denique accedit, quod Orio paullo post (nr. 10.) Sophoclis Thyesten citans id ipsa ratione, qua fabulam laudavit h. e. lemmate *ἐκ τοῦ ἀ Θυέστου*, postquam antea (nr. 9.) alium Sophoclis locum attulerat, accuratissime significavit. Quae quum ita sint locum Euripidi tribuere non dubitamus. — De ultima in voc. *ἐπὶ* producta vide Monk. ad Hippol. 461. Pflugk. ad Hel. 492. 1090.

VI. 398.

Orion. Anthologn. V, 7. p. 47. ed. Schneidew.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεῶν.
σπουδάζομεν δὲ πόλλ' ὑπ' ἐλπίδων μάτην
πόνους ἔχοντες οὐδὲν εἰδότες σαφὲς.

Idem fgm. habet fabulae titulo omisso sed adiecto Euripidis nomine Theophil. ad Autol. II. p. 87. ed. Wolf. (p. 353. ed. Hag. Com.), ubi etiam rectius *ἀνθρώποις* pro *ἀνθρώπων*, quod Orio praebet, scriptum est. Sed ibidem vs. 1. a reliquis disiunctus est, qua re fiebat, ut editores duo (inc. fab.) fragmenta pro uno exhiberent. — Ad eandem fabulam haud dubie pertinent versus, quos Theophilus his subiecit quosque nos infra inter inc. fab. fgm. (XCII.) dedimus.

VII. 399.

Aristot. Rhet. II. 23.

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
πιθανὸν, νομίζειν χρή γε καὶ τοἰναντίον,
ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.

Locum ad Thyesten primus rettulit Musgr. commotus testimonio schol. ad h. l. (ed. Paris. 1539. p. 43, 27.) haec scribentis: *Εὐριπίδου ταῦτα φησὶ πρὸς τὸν Θυέστην· ὃς ταῦτά φησι πρὸς τὸν Ἀτρέα, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.* Haec loco alieno posita esse Musgr. censet, quum explicationem verborum *χρὴ σκοπεῖν* in versu Theodectis (*ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν.* § 3.) sequantur. Qua in re errasse Musgravium recte Matth. (ad calcem Cressarum) monuit; scribit enim scholiastes: *εἰ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν πιθανά* (sic) *τοῖς πολλοῖς καὶ ἀληθῆ λέγειν, οὐ μέντοι γε δὲ ψευδῆ. Χρὴ νομίζειν καὶ τὸ ἐναντίον· ἤτοι ὅτι συμβαίνει πολλάκις ἀληθῆ μὲν λέγειν τινὰ, ἄπιστα δὲ καὶ ψευδῆ νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς.* Scholiastae verba corrupta sunt paullo violentius fortasse sic restituenda: *Εὐριπίδης ταῦτά φησιν ἐν τῷ Θυέστῃ* vel *Εὐριπίδου ταῦτά ἐστιν ἐκ τοῦ Θυέστου* vel simplicius *Εὐριπίδου ἐν Θυέστῃ*, nam verba *ταῦτά φησιν πρὸς τὸν* ex sequentibus irrepsisse videntur. Certe quo modo locus nunc comparatus est, non intelligitur, sintne Thyestae ad Atreum an Atrei ad Thyesten verba. Ad sententiam Matth. confert Agathonis versus (ap. Aristot. Rhet. II. 24.) *τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι, βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα.*

Ad hanc fabulam praeterea propter Ennii versum referendum videtur inc. fab. fgm. I., quod conferas.

I N Ω.

Inonis historiam ex *Euripide* narrat Hygin. fab. 4. *Athamas in Thessalia rex quum Inonem uxorem, ex qua duos filios* [*susceperat*] *perisse putaret, duxit Nymphae filiam Themistonem uxorem; ex ea geminos liberos procreavit. Postea resciit Inonem in Parnaso esse, quam bacchationis caussa eo pervenisse. Misit qui eam adducerent; quam adductam celavit. Resciit Themisto eam inventam esse, sed quae esset nesciebat. Coepit velle filios eius necare. Rei consciam, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumpsit et ei dixit, ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. Ino suos candidis, Themistonis pullis operuit. Tunc Themisto decepta suos filios occidit. Id ubi resciit ipsa se necavit. Athamas autem in venatione per insaniam Learchum maiorem filium interfecit; at Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit et dea est facta.* Ad exitum cf. Apollod. I, 9, 2. *Ἀθάμας δὲ ὕστερον διὰ μῆνιν Ἥρας* (cf. Eurip. Med. 1284. 1251. Elmsl.)) *καὶ τῶν ἐξ Ἰνοῦς ἐστερήθη παίδων· αὐτὸς μὲν γὰρ μανεὶς ἐτόξευσε Λέαρχον, Ἰνὼ δὲ Μελικέρτην μεθ' ἑαυτῆς εἰς πέλαγος ἔρριψεν.* Irae Iunonis caussam idem refert III, 3, 3. *κατὰ δὲ τὸν χρόνον τὸν καθήκοντα Διόνυσον γεννᾷ Ζεὺς λύσας τὰ ῥάμματα καὶ δίδωσιν Ἑρμῇ, ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ καὶ Ἀθάμαντα καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην. ἀγανακτήσασα δὲ Ἥρα μανίαν αὐτοῖς ἐνέβαλε. καὶ Ἀθάμας μὲν τὸν πρεσβύτερον παῖδα Λέαρχον ὡς ἔλαφον θήρευσας ἀπέκτεινεν, Ἰνὼ δὲ τὸν Μελικέρτην εἰς πεπυρωμένον λέβητα ῥίψασα, εἶτα βαστάσασα μετὰ νεκροῦ τοῦ παιδὸς ἥλατο κατὰ βυθῶν· καὶ Λευκοθέα μὲν αὐτὴ καλεῖται, Παλαίμων δὲ ὁ παῖς, οὕτως ὀνομασθέντες ὑπὸ τῶν πλεόντων· τοῖς χειμαζομένοις γὰρ βοηθοῦσιν.* cf. Schol. Eurip. 1284, ubi vero nonnulla aliter narrantur. Sed recte Valck. Diatr. p. 180. Euripidem in fabulis narrandis diversos auctores in diversis tragoediis secutum esse monuit. Ex argumento supra exhibito vero apparet, hanc fabulam ex eo genere fuisse, in quo omnia non ex fati ac deorum gubernatione fiant, sed artibus, dolis, fraudibus gerantur *(ein Intriguenstück)*. Omnia enim ab alterius uxoris contra alteram agendi ratione pendebant, qua Athamas ipse denique in miseriam rapiebatur: ratio ista igitur ita velanda atque obtegenda erat, ne altera mulier alterius consilia perspiceret. In hac potissimum re fabulae nodus positus erat, quem ex fragmentis haud amplius cognoscere atque explicare possumus, — nam ne eo quidem modo, quo Welck. fragmenta disposuit, eoque admodum dubio aliquid efficitur —, quare hanc tragoediam perditam nobis esse vehementer dolendum est. De tempore, quo docta est, nihil constat; tamen inde, quod in Aristophanis Acharnensibus (434) commemoratur, eam ante Ol. LXXXVIII, 3 actam esse probabile fit.

I. 400.

Schol. Pind. Isth. XLI, 39 ad verba poetae: — *ἐν ὕπνῳ γὰρ πίεσεν· ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει* adscribit: *τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ Εὐριπίδης κέχρηται:*

Ἰδοῦσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰν πολὺν χρόνον
νῦν ὄμμ' ἐγείρει.

Sic Piers. ap. Valck. Diatr. p. 173 scripserat pro vulg. *ἰδοῦσ' ἀδικοῦς συμφορὰν κτλ.*, idque de Venere dictum suspicabatur, de qua Ovid. Met. IV. 530. „*At Venus immeritae neptis miserata labores.* Musgr. vero dederat: *εὕδουσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰ κτλ.* h. e. *Inus calamitas, postquam diu obdormiit, nunc oculum attollit*, quam genuinam scripturam esse e contextu patere dicebat. Eandem denuo comprobavit Welck., quamquam bene Matth. dici non posse monuit: *calamitatem oculos attollere* nisi de calamitate redintegrata ac denuo saeviente. Tamen hoc negavit Welckerus. Sed eo falsus est, quod scholiastae explicationem ad Pindari verba: *ἐν ὕπνῳ πίεσεν* rettulit, quum potius ad verba *ἀλλ' ἀνεγειρομένα* pertineat. Simul autem vereor, ne locus Ciceronis (p. Sext. 31.): „*res erat et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos et vivere videretur,*“ quem ad sententiam suam tuendam attulit, contra eum pugnet. Nam *συμφορὰ εὕδουσα ὄμμα ἐγείρει* est *calamitas, quae, postquam dormivit, oculos attollit* vel *denuo vivit;* calamitas autem, dum dormit, nulla est, neque vere calamitas dici potest: verum ubi primum expergefacta est, denuo est calamitas, vel, ut recte Matthiaeus monuit, redintegrata est calamitas. Si igitur re vera ita Euripides scripsit, quod parum credibile est, verba non possunt ex prologo petita esse, nam ab initio fabulae Inonis aerumna non redintegratur, sed potius leniri videtur, quum maritum rursus repererit. Sed offensioni forma ipsa *εὕδουσα* debet esse: calamitas, dum dormit, oculos non attollit, sed postquam dormiit, quare exspectatur *εὐδήσασα*. Postremo Piersoni scriptura multo magis ad literarum (ap. Schol. Pind.) ductus sese accommodat, quam Musgravii. Quae quum ita essent, eam retinere non dubitavi. — Primo loco autem hoc fgm., quod sane de dea quadam dictum opinor, posui, quia ex prologo petitum videtur, quem Welckerus ab Inone, ego vero ab Athamante ipso recitatum esse suspicor, nam si Inonis haec verba essent, vix ipsa *Ἰνοῦς συμφορὰν*, sed *συμφορὰν ἐμὴν* vel similiter dixisset. Sin Athamantis sunt, facile explicari potest, quomodo ab eo in prologo proferri potuerunt. Nam expositis domus suae fatis haud dubie narravit, certiorem se factum esse de Inonis in Parnaso adventu et emisisse, qui eam adducerent; itaque spe addactus, eius calamitatem nunc tandem finitum iri, dicere potuit: *dea, postquam per longum tempus aerumnam vidit, nunc eius vultum erexit* h. e. *laetitiam ei dedit*, nam qui tristi animo sunt, vultu demisso adstare solent.

Post prologum ac fortasse sub finem demum primae fabulae partis Ino ipsa in scenam prodiit pannis obtecta (quos irridet Aristoph. Ach. 434) ac pallida (cf. schol. Aristoph. Vesp. 1404. *παρὰ*

δ' Εὐριπίδῃ γέγραπται ἡ Ἰνὼ κρεμαμένη καὶ ὠχρὰ ὑπὸ τῆς κακοπαθείας, quae recte Matth. sic interpretatur, ut Euripidem verbo κρέμασθαι velut αἰωρεῖν translate posuerit, quemadmodum Latini *suspensum animo* dicant, quod Aristophanes riserit), et longa oratione colloquioque cum choro habito spem suam ac metum simul prodidit haud immemor suae ipsius culpae, qua calamitates sibi et Athamanti contraxerat. (cf. fgm. IV—VI.) Cui tribuenda videntur fgm. II—VI.

401. II.

Stob. LXXXVIII. 9.

τὸ τ' εὐγενὲς
πολλὴν δίδωσιν ἐλπίδ', ὡς ἄρξουσι γῆς.

Ino his verbis spem prodit, suos filios prae Themistonis liberis propter generis nobilitatem regnaturos esse.

402. III.

Stob. LXXXVIII. 10.

Τὴν εὐγένειαν κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Welckerus haec eodem, quo antecedens fgm. refert iisque Inonem significare putat, Athamantem ea, quae ipsa inter bacchationem in connubium cum eo peccarit, prae generis nobilitate neglecturum esse. Sed haec explicandi ratio valde incerta est; unde enim habet Welckerus, Inonem inter bacchationem libidini indulsisse? certe ex fgm. V. VI hoc non sequitur. Si autem re vera Ino effrenatius vixerat, quaerendum est, unde hoc Athamas compererit, et si comperit, cur eam arcessi iusserit. Sententia est fere generalis, et mihi Themistoni potius quam Inoni convenire videtur: τιμῶσι enim idem est quod περὶ πολλοῦ ποιοῦνται. — Huc fortassis etiam pertinet inc. fab. fgm. LVII. — Vs. 1. γάμος hoc loco uxorem significat. cf. Andr. 103. Xen. Cyr. VIII, 4, 9.

403. IV.

Plut. de sera num. vind. 11. (p. 556. A.) Ὥσπερ τῆς Ἰνοῦς ἐν τοῖς θεάτροις λεγούσης ἀκούομεν, ἐφ' οἷς ἔδρασε μεταμελομένης·

Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγότων
δράσασα μηδέν.

Inonem his verbis chorum alloquutam esse perspicuum est. Duplici modo autem versus accipi possunt: nam Ino verbis τῶν πεπραγότων δράσασα aut ad ea respexit, quae narrant Apollod. I, 9. 1. Hygin. fab. II. III. quaeque Euripides in Phrixo repraesentavit (cf. Phrix. argum.), aut ad illa, quae in *hac* demum fabula commisit. Quod si

est, versus ad fabulae finem pertinent. Vs. 1. πῶς ἂν recte Valck. interpretatur *utinam*. cf. Monk. ad Hippol. 208. Pflugk. ad Med. 97.

V. 404.

Stob. LXXIII. 24.

Φεῦ·
ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
πέφυκεν ἀνδρῶν· ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

Welckero Inonis verba esse videntur eodem spectantia quo fgm. IV. Non male autem Matth. monuit, posse ea etiam ab Inone post communicatum secum Themistonis consilium dicta esse. Ad sententiam simillimum est Herc. f. 536. τὸ θῆλυ γάρ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων. Med. 231. 928. Soph. Ai. 580. Vs. 3. cf. Med. 408. sq.

VI. 405.

Stob. LXXIII. 25. Arsen. Viol. p. 486. ed. Walz. sine nom. auct. et fab.

Ὦ θνητὰ πράγματ', ὦ γυναικεῖαι φρένες,
ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτημέθα.

De hoc fgm. idem valet, quod de antecedente monuimus. Ino vero haec dicere poterat etiam Themistonis consilio comperto, quum utraque mulier nonnisi timore ducta, ne altera marito sola potiretur, ad flagitia confugeret. — Amorem similiter morbum dicit Eurip. in Dict. fgm. IX. vs. 4. Med. 330. cf. Ed. Mueller. Theor. artis antiqu. I. p. 262. not. 57.

VII. 406.

Stob. CX. 3.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.

Hoc et sequens fgm. chori verba continere videtur ex dialogo cum Inone deducta, nisi forte utrumque ad fabulae finem pertinet. cf. fgm. XXIII. Cf. Herc. fur. 105. οὗτος ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσι πέποιθεν ἀεί. Phrix. fgm. IX. Hyps. fgm. XIII.

VIII. 407.

Stob. CX. 5.

Μήτ' εὐτυχοῦσα πᾶσαν ἡνίαν χάλα,
κακῶς τε πράσσουσ' ἐλπίδος κεδνῆς ἔχου.

Cf. fgm. VII. Sententiam haud dissimilem habet inc. fab. fgm. CVI. — De voce κεδνὸς vid. Pflugk. ad Heracl. 438. Alc. 605.

408. IX.

Stob. LXXXV. 2.

Τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾶν,
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει.

Athamas Inone in domum inducta Themistoni eam hoc et sequenti fgm. tanquam famulam commendasse videtur. Hinc factum est, ut Themisto, quum Inonem non nosset, sed pro captiva haberet (cf. Hygin. l. c.), cum ea consilium suum communicaret. Vs. 1. Grotius correxit: *πρόσπολόν μ' ἐᾶν*, Heath. *γ' ἐᾶν*, Valck. p. 276. *σ' ἐᾶν* vel *περᾶν* velut in Hippol. v. 645. *χρῆν δ' εἰς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν*, Lobeck. Aglaoph. II. p. 1235. *σ' ἑλεῖν*, Iacobs. Lectt. Stobens. p. 124. *πελᾶν*, quam formam non damnandam esse contra G. Hermannum ad Soph. OC. 1063. ostendit Ellendt. Lex. Soph. II. p. 544. Musgr. et Th. Bergk. de fgm. Soph. p. 32. *προσπολεῖν ἐᾶν* et. v. 3. *ἐρεῖ* pro *ἔχει*. Prius verum videtur. Heathius vs. 3. scripsit: *κεἰ* pro *καὶ* probante Valck. Diatr. p. 176. C. Sed scriptura vulg. bene se habet, si quidem *κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχειν* idem est, quod *ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν, diligenter observare.*

409. X.

Stob. XIII. 7. Plut. de adul. et amic. 22. (p. 63. A.) sine nom. auct. et fab.

Ἐμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται,
πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ
φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.

Cf. fgm. IX. Hi versus, quos Musgr. et Matth. inter incertarum fabularum reliquias (XXI.) rettulerunt, inter Inonis fragmenta recepti sunt Schowii auctoritate, quem recte Dindorfius sequutus est, quum etiam alia fragmenta nonnisi eodem viro docto auctore ad certas quasdam fabulas relata sint. cf. Alcmaeon. fgm. XV. Archel. fgm. XXXV. Aug. fgm. IV. Hippol. fgm. XVIII. Codicibus Schowianis autem nonnihil auctoritatis tribuendum esse, apparet ex fgm. XIII, quod, duobus locis a Stobaeo citatum, altero ad Inonem in nullo codice refertur nisi in codd. Schow., quod recte factum esse ex altero loco liquet. — Vs. 1. pro *ἐμοὶ γὰρ εἴη* Stob. habet *ἐμοὶ γένοιτο*, quod recepit Musgr.; sed cf. Valck. Diatr. p. 221.

410. XI.

Stob. XVI. 5.

Ἀμουσία τοι μήδ' ἐπ' οἰκτροῖσιν δάκρυ
στάζειν· κακὸν δὲ, χρημάτων ὄντων ἄλις
φειδοῖ πονηρᾷ μηδέν' εὖ ποιεῖν βροτῶν.

Lemma ap. Stob. deest, sed ad Inonem locus ab eodem refertur

CXIII, 3, ubi verba ἀμουσία — στάξειν citantur. Musgr. inter Antiopes fragmenta rettulerat. Hoc et sequ. fragmento Athamas Themistonem cohortatus esse videtur, ut infelicis illius mulieris (Inonis) aerumnam atque calamitates, quas Athamas ei haud dubie proposito suo accommodate narraverat, miseraretur nec morosam in eam se praeberet, sed benigne eam acciperet beneficiisque ornaret. Ad sententiam cf. Helen. 950. sq.

XII. 411.

Stob. CXII. 3.

Μὴ σκυθρωπὸς ἴσθ' ἄγαν
πρὸς τοὺς κακῶς πράσσοντας ἄνθρωπος γεγώς.

Cf. fgm. XI. Welckerus in fine vs. 2. dedit γεγῶσ', haud male, nam eodem modo ἄνθρωπος de muliere dicitur Hippol. 474, ad quem locum vide Monkium. cf. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 106; sed hac correctione ne opus quidem est, quum Athamas Themistoni haec dicere potuerit etiam genere masculino servato: sententia enim generalis est. Barnes. verba πρὸς τοὺς κακῶς cum primo vs. coniunxit, alterum a voc. πράσσοντας incepit.

XIII. 412.

Stob. IX, 5. XCIV, 6.

Κέκτησο δ' ὀρθῶς, ἂν ἔχῃς ἄνευ ψόγου,
καὶ μικρὰ σώζου τῇ δίκῃ ξυνοῦσ' ἀεί·
μήδ' ὡς κακὸς ναύκληρος εὖ πράξας ποτὲ
ζητῶν τὰ πλείον' εἶτα πάντ' ἀπώλεσεν.

Priori loco tantummodo duo priores versus citantur, quibus lemma *Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ* nonnisi in codd. Schowianis A. B. C. praefigitur. Ibi vs. 1. etiam verba ἂν ἔχῃς desunt suppleta a Valck. p. 177, quum Grot. scripsisset ὅσα κέκτησ'. — Ὀρθῶς — ἄνευ ψόγου. similiter dictum est in Herc. fur. 89, ubi cf. Pflugk. — Vs. 2. altero loco legitur: καὶ μικρὰ σώζων τοὔνεχ' ὃν σεβεῖν (sic) πρέπει, quod mutavit Grot. in οὕνεκ' εὐσεβεῖ πρέπει h. e. *quoniam id iustos decet*, improbante Valck. l. c., qui alterius loci scriptura servata ξυνών dedit. Quum versus, qualis in codd. circumfertur, habuisse se nequeat, vario modo a viris doctis tentatus est. Vir doctus ap. Gaisf. coniecit: — σώζου, νοῦν ἔχ' ὃν σ' ἔχειν πρέπει haud inepte; Iacobs. Lectt. Stob. p. 133: κἂν σμικρὰ, σῶσον, νοῦν ἔχων ὃν σ' ἐμπρέπει h. e. *acquirere stude recta ratione, quae sine probro habere possis: et licet sint exigua, serva tamen ea mente, quam te habere decet.* Cuius emendationis extremam partem intelligere se non posse dicens Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 23.) alteram quidem Stobaei (in Tit. IX.) scripturam comprobat: sed quum altera scriptura certe mira sit, corrigendum esse censet: καὶ σμικρὰ σώζων τἄνδιχ', ἅ σε σέβειν πρέπει. coll. Phoen. 480, ita ut ὀρθῶς et ἄνευ ψόγου posita sint ἐκ παραλλήλου, de qua figura vide ad Erechth. fgm. IV.

vs. 44. Equidem, quum fieri vix posse credam, ut, qua ratione versus altera scriptura ex altera originem ducere potuerit explicetur, duos priores versus ab Euripide in duabus diversis fabulis, sed paullulum immutatos, adhibitos esse opinor, quod saepius factum esse aliquoties monui. (cf. Erechth. fgm. XIX. Aeg. fgm. IX.). Quare hoc loco poetam ita scripsisse suspicor, ut Stob. XCIV, 6 dedit accepta Anonymi correctione *νοῦν ἔχε κτλ.*; in alia vero fabula sic, ut Stob. altero loco exhibuit. Facile autem in codd. Schow. propter similitudinem utriusque loci lemma *Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ* ex tit. XCIV. errore inferri potuit. cf. Erechth. l. c. — Vs. 4. Valck. l. c. dedit *μηδὲ πάντα γ' ἀπολέσῃς*, et sane hoc ex instituta oratione exspectatur; sed bene vulgatam defendit Matth. cf. Pors. ad Or. 1035. Matth. Gr. Gr. § 631. 2. Exemplis huius constructionis ibi collectis adiunxit Pflugk. l. c. Dio Chrys. VI. p. 201. Reisk. XII. p. 391. R. De particulae *εἶτα* vi Gaisf. conferri iubet Dawes. Misc. crit. p. 284. Pors. adv. p. 275. — Welck. non improbabiliter Athamantem his iisque, quae sequente fgm. continentur, Inoni praecepta dedisse censet, qualia ex proposito, eam in aedibus suis sine sui ipsius domusque incommodo simulque a Themistone tutam retinendi, consequerentur. Matthiaeo contra Inonis Themistonem a suscepto filios trucidandi consilio dehortari cupientis verba esse videntur, quod minus credibile est.

413. XIV.

Stob. IV. 9.

Πολλοί γε θνητῶν τῷ θράσει τὰς συμφορὰς
ζητοῦσ' ἀμαυροῦν κἀποκρύπτεσθαι κακά.

Cf. fgm. XIII. sub fin. Vs. 1. pro *θράσει* cod. Par. A. *πάθει*, sed recte vs. 2. *κἀποκρύπτεσθαι* consentientibus codd. Schow. et Gesn. marg. ap. Matth. pro vulg. *κἀπικρύπτεσθαι*.

414. XV.

Stob. CV. 19.

Ἄνασσα, πολλοῖς ἐστιν ἀνθρώποις κακὰ,
τοῖς δ' ἄρτι λήγει, τοῖς δὲ κίνδυνος μολεῖν.
κύκλος γὰρ αὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς
θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αἴξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει τε καὶ διῄζεται πάλιν.

Welckero Inonis Themistonem de Inonis adventu sollicitam consolantis, mihi vero chori verba esse videntur cum fgm. XX. ad eandem scenam pertinentia. — Tres postremos versus citat etiam Plut. Consol. ad Apoll. 6. (p. 102. B.), unde Gatak. ad M. Anton VII. 40. et Musgr. dederunt *κύκλος γὰρ αὐτὸς* pro eo, quod Stob. praebet *κύκλος γὰρ ἕρπει*. Valck. Diatr. p. 6. *ὠὐτός*. Vs. 2. Paris. A. *κίνδυνον*. Vs. 4. vulgo erat *γενεὰ*, sed Plut. *γενεᾷ*. Valck. *γέννᾳ* et *τῶν μὲν αὖξ*. Vs. 5. Musgr. *κἀνθερίζεται* et sic Duebn. haud scio an codices sequutus edidit.

XVI. 415.

Stob. XLI. 1.

Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών·
μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις, καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα
πύθοιντ' ἂν ἅστοι πάντες, ἃ κρύπτειν χρεών.

Themisto his verbis Inoni, quacum consilium liberorum eius interficiendorum communicaverat, taciturnitatem commendasse videtur. — Vs. 2 et 3 cum parte quarti habet Plut. de garrul. 10. (p. 507. B.), vs. 2 cum parte tertii Schol. Pind. Pyth. III. 66. Vs. 1. cf. Ion. 446. *καί τι σιγῶσ', ὧν σιωπᾶσθαι χρεών.* Vs. 2. Pro *λέπας* schol. Pind. *σέλας* praebet, pro *λαμπτῆρος* Scalig. ap. Valck. corrigi voluit *σπινθῆρος*. Vs. 3. Stob. *κἂν πρὸς ἓν εἴποις ποτέ*, quod e Plut. Valck. correxit. Vs. 4. Pro *ἃ* Erfurdt. ad Soph. Ai. p. 633. correxit *ὧν*, quod male recepit Matth., qui etiam legi *ἂν* posse dicit.

XVII. 416.

Stob. LXXXIX. 9.

Ἐπίσταμαι δὲ πάνθ', ὅσ' εὐγενῆ χρεών,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν, ἵν' ἀσφαλές,
ὁρᾶν θ', ἃ δεῖ με, κοὐχ ὁρᾶν, ἃ μὴ χρεών,
[γαστρὸς κρατεῖν δέ. καὶ γὰρ ἐν κακοῖσιν ὢν
ἐλευθέροισιν ἐμπεπαίδευμαι τρόποις.]

His verbis Inonis responsionem ad fgm. XVI. contineri docet Plut. de garrul. 9. (p. 506. C.) ubi dicit: *ἡ δὲ Εὐριπίδειος Ἰνὼ παρρησίαν ἄγουσα περὶ αὑτῆς, εἰδέναι φησὶ Σιγᾶν κτλ.* (vs. 2.). Tres priores vs. citat etiam Orio Anthologn. I, 5. p. 41, ed. Schneidewin. (c. lemm. *ἐξ Εὐρ. Ἠνοῦς*), sed. vs. 1. *ὅσαις* (sic) *γενῆ* pro *ὅσ' εὐγενῆ*, vs. 2. *σιγᾶν δ' ὅπου χρὴ* pro *σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ*, vs. 3. *ἃ μὴ πρέπει* praebet. — Vs. 2. *χρὴ* pro *δεῖ* legitur etiam in Anon. Epit. Rhet. ap. Walz. Rhet. Gr. Vol. III. p. 643, 28, qui hunc vs. laudavit, sed *δεῖ* praeter Stob. tuetur Plut. l. c., de exil. 16. (p. 606. C.) et Gellius loco postea citato, idque genuinum esse inde verisimile fit, quod Euripides Aeschyli (ap. Gell. XIII. 18.) ex Prometheo Ignifero versum expressit, si quidem Gellio fides habenda est. (cf. inc. fab. fgm. CCXXVIII.). Nam haec sententia omnino apud tragicos frequens est. cf. Valck. Diatr. p. 175. Pors. ap. Blomf. ad Aesch. Sept. 615. — Vs. 3. Orionis scriptura *ἃ μὴ πρέπει* fortasse alteri praeferenda erit, male enim *χρεών* in fine primi et tertii versus repetitur, quamquam dictionem similem exhibent Bacch. 910. 922. Ion. 558. Phoen. 720. — Duos postremos versus uncis inclusi, quum aperte, quod Matth. iam perspexit comprobante Pflugkio l. c. p. 25, a praecedentibus disiungendi sint; nam cur Ino se verbis *γαστρὸς κρατεῖν* (*ἐπίσταμαι*) praedicaverit difficile est intellectu. Quo accedit, quod Orio tantummodo tres priores vs. attulit. Ex alia igitur fabula,

si modo Euripidis sunt, extremi petiti esse videntur. Hinc vero pro δὲ scribendum esse δεῖ facile apparet. Neque opus est, ut vs. 4 cum Luzacio Exercit. crit. p. 22. sq. κἂν γὰρ ἐν κακοῖσιν ὦ vel cum Musgravio καὶ γὰρ ἂν (imo ἦν) κακοῖς συνῶ ad evitandum illud ὢν de muliere dictum corrigatur, Valck. dedit κρατεῖν τε pro κρατεῖν δέ. Vs. 5. Gesn. marg. ap. Matth. et Paris. B. ἐμπεπαίδευμαι pro ἐκπεπαίδευμαι.

417. XVIII.

Stob. LXVIII. 12.

Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι.
χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ δὴ τροφὴ δόμοις παρῆν,
ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο·
νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν
ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι
νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

Procul dubio recte Welck. sententiam (p. 622.) egregie explicans haec verba Inoni tribuit. Minus enim Athamanti, cui Matth. ea assignavit, conveniunt; sed facile Ino hac fucata atque simulata oratione, qua Themistonem honorare videbatur, uti poterat, ut eam falleret suumque consilium celaret. — Vs. 2. χρῆν, quod sententia requirit, — sermo enim est de re, quae non fit, quum fieri debeat — pro vulg. χρὴ reposuit Grot. Ceteroquin χρὴ et χρῆν sexcenties confusa sunt. cf. Elmsl. ad Med. 560. 860. 1327. Interptt. ad Hippol. 345. Pro ὅτι πλείστας Erfurdt. ad Soph. Ai. 1109. (p. 630.) Porsoniano quodam (ad Orest. 64.) praecepto nixus scripsit, ὅπως πλείστας, ne brevis syllaba finalis contra morem Atticorum (?) ante mutam cum liquidam produceretur. Sed bene hoc praeceptum everterunt Seidl. ad Eur. El. 1053. Dind. ad Aristoph. Acharn. 545. Math. Gr. Gr. § 25. Musgr. haud dubie auctore Valck. (ad Hippol. 928.) ὁτιπλείστας una voce comprehendit. Vs. 3. ex cod. Paris. B. auctoritate εἴπερ δὴ dedimus, quum in reliquis praeter Paris. A. et Trinc., in quibus nec δὴ nec ἄν legitur, soloece reperiatur εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῆν. Correxit Pflugk. (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 24.) εἴπερ ἐν δόμοις τροφὴ παρῆν. Ad verborum transpositionem autem non confugiendum est, si locus alia ratione sanari potest; quare, si quis in codicis scriptura εἴπερ δὴ acquiescere nolit, scribere possit: ὥπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῇ. Vs. 4. Male post παρῆν Musgr. interpunxit et ὡς vertit *sic*; est enim pro ἵνα positum et vertendum: *ut*. cf. Valck. ad Hippol. 928. Heath. soloece ἐξέβαλλ' ἂν δωμάτων. cf. Valck. l. c. et Diatr. p. 176. Matth. Gr. Gr. § 519. Vs. 6. κίνδυνον μέγαν ῥίπτοντες. Plura huius dicendi usus exempla ex Euripide aliisque scriptoribus collegit Elmsl. ad Heracl. 149. Vs. 7. Recte Musgr. ἑρματίζονται vertit: *velut saburram recipiunt.*

Inonis post communicatum secum Themistonis consilium sermonibus fortassis etiam adnumeranda sunt. fgm. V. VI.

XIX. 418.

Stob. XXXVIII. 8.

Τίς ἆρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα
βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον;
ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
ἐν χερσὶν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ παρ' ὄμματα
ἐσθ' ἡμίν; ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας
τομαῖς ἀφαιρεῖν ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις
πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Ino a Themistonis colloquio digressa quum eius invidiam et consilium cognosset, haec verba pronuntiasse videtur, ut recte Matth. monuit; minus probabiliter Welckerus ea et quae fgm. XXI. XXIII. XXIV. continentur, post Themistonis liberorum et matris ipsius mortem patefactam sive a choro sive a famulo, qui rem nuntiaverat, prolata esse suspicatur. — Versum 2. respici ab Ael. Hist. An. III, 17. *λέγει μὲν οὖν Εὐριπίδης δυσώνυμον ὄντα τὸν φθόνον.* adnotavit Valck. Diatr. p. 176. In eodem vs. *ἔφυσε* per zeugma ad matrem relatum esse animadvertas, de qua dicendi ratione vide Pors. ad Phoen. 34. Vs. 3. Pro *ποῦ καί ποτ* Valck. scribi maluit *τί δή ποτ'*, quo non opus est. cf. Pflugk. ad Hecub. 515. Vs. 5. Heath. grammaticas rationes efflagitare dicit, ut scribatur: *ὡς ἦν μόχθος ἂν ἰατροῖς μέγας*, et in eadem sententia est Pflugk. (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 24.), qui interrogationis signo post *ὄμματα* posito correxit: *ὡς μόχθος ἡμῖν ἦν ἂν ἰατροῖς κτλ.*, sed eo non opus esse recte Matth. monuit lectores ad Gr. Gr. § 568, 2. ablegans. Parum autem sibi constitit, quod contra metrum edidit *ἡμῖν*, in Gr. Gr. § 145, 8. vero *ἦμιν* scribendum esse docuit. Sed potius *ἡμίν* scribi debet. cf. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 478. Vs. 6. haud dubie recte Valck. l. c. et ad Hippol. 516. correxit *ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις* pro vulg. *ἢ πότοις ἢ φαρμάκοις*, consentiente Wyttenb. ad Plut. p. 702 et Blomf. Gloss. ad Aesch. Prom. 488., qui docte de diversis *φαρμάκων* generibus apud Graecos disputavit. Vs. 7. Simillimus est Med. vs. 471.

XX. 419.

Stob. CXXIV. 7. Arsen. Viol. p. 162. ed. Walz. c. lem. *Εὐριπίδου.*

Γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μήδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Chori verba esse sive Themistonem post liberorum caedem sive Inonem post filii necem consolantis manifestum est.

420. XXI.

Stob. X, 23. c. l. *Ἰνοῦς.* XCIII, 4. c. l. *Ἴωνι* pro *Ἰνοΐ.*

Βίᾳ νυν ἕλκετ', ὦ κακοὶ, τιμὰς, βροτοὶ,
καὶ κτᾶσθε πλοῦτον, παντόθεν θηρώμενοι
σύμμικτα, μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ.
ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος.

Inoni Matth. hoc fgm. tribuit eodemque refert, quo fgm. XIX. — Vs. 1. *ἕλκειν τιμὰς*, ut *ἕλκειν δόξαν* (Oenei fgm. X.) similiter dictum est, ut in Alex. fgm. XIX *ἕλκειν τύχας*, *vi arripite honoris sortem.* Altero Stob. loco pro *βίᾳ νυν ἕλκετ'* legitur *καὶ νῦν ἑφέλκετ'* et vs. 4. *σύμμικτ'* (imo *σύμμιχθ'*) *ἃ μὴ δίκαια*, quod utrumque nescio an recipiendum sit. Vs. 4. Pors. Tracts. p. 211 coniecit *ἐπεὶ τόδ' ἐξαμᾶσθε δύστηνον θέρος* eo fortasse offensus, quod prima vocis *ἀμᾶσθε* syllaba correpta est; sed eodem modo reperitur in Soph. Antig. 602. (cf. Meinek. ad Euphor. p. 112). Nec facile Ellendtio Lex. Soph. l. p. 95, verbum *ἀμᾶν, metere* a verba *ἀμᾶν, condere* diversum esse dicenti quisquam credat.

421. XXII.

Polluc. Onon. VII, 178. *Εὐρ. ἐν Ἰνοΐ.*

Κοίλοις ἐν ἄντροις ἄλυχνος, ὥστε θὴρ μόνος.

De Athamante hoc dictum esse coniecit Valck. Diatr. p. 180., recte opinor; versus ex nuntii de furore Athamantis, quo filium interfecit, narratione petitus est. Cf. O. Muell. Orchom. p. 174.

422. XXIII.

Stob. CV. 1.

Ὁρᾷς τυράννους διὰ μακρῶν ἠὐξημένους
ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί' ἡμέρα
τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.
ὑπόπτερος δ' ὁ πλοῦτος· οἷς γὰρ ἦν ποτε,
ἐξ ἐλπίδων πίπτοντας ὑπτίους ὁρῶ.

Aut nuntii, qui de furore et facinore Athamantis rettulit, aut chori ea de re certioris facti verba esse videntur. Eodem referam inc. fab. fgm. XXIV. — Apud Stob. lemma deest; sed ex Inone versus esse deductos apparet ex Philostr. vit. Apoll. VII, 4. *ὁ ὑποκριτὴς ἤδη ἐπέραινε τὰ ἰαμβεῖα (ἐπὶ τῇ Ἰνοῖ τῷ δράματι), ἐν οἷς ὁ Εὐριπίδης διὰ μακρῶν ηὐξηθέντας τοὺς τυράννους ἁλίσκεσθαί φησιν ὑπὸ μικρῶν.* Hinc etiam *ηὐξημένους* pro eo, quod Stob. praebet *ἠσκημένους*, restitutum est. Vs. 2. 3. habet Plut. Consol. ad Apoll. 6. (p. 104. A.) sed ita scriptos: *μικρότατα τὰ σφ. κ. μ. ἡ. τὰ μὲν κ. ὑ. τὰ δ' ἦρ' ἄνω.* Stob. Gesneri *ὑψωθέντα δὴρ' ἄνω*, quae e Plut. emendavit Grot. Plutarchi scriptura habet multa, quibus se commendet et Matthiaeo

vera videtur; sed vulgatam tuentur Philo Iud. de Somn. § 24. (p. 644. M. p. 588. P.) *ἡ μία γὰρ, ὡς ἔφη τις, ἡμέρα τὸν μὲν καθεῖλεν ὑφόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.* de vit. Mos. I. p. 607. *τύχης γὰρ ἀσταθμητότερον οὐδὲν, ἄνω καὶ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πεττευούσης· ἡ μία πολλάκις ἡμέρα τὸν μὲν ὑψηλὸν καθαιρεῖ, τὸν δὲ ταπεινὸν μετέωρον ἐξαίρει.* et Io. Laurent. Lyd. de mens. p. 61. ed. Schow.

XXIV. 423.

Stob. LXXXVI. 8.

Φειδώμεθ' ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα,
κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι.

Hoc et sequens fgm. cui assignem haereo. Videtur tamen a Themistone pronuntiatum esse versu 2 Inonis filios respiciente. Vs. 2. *ἀποπτύωμεν.* i. q. *μίσωμεν.* cf. Pflugk. ad Hel. 75.

XXV. 424.

Schol. Aristoph. Plut. 521. *καὶ Εὐρ. ἐν Ἰνοῖ* (sic cod. Ven.).

πολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπιστοι Θεσσαλοί.

Eadem praebet Suid. v. *ἀνδραποδίζω*, sed longe aliter schol. Eurip. Phoen. 1416. *λοιδορεῖ δὲ Θεσσαλοὺς ὁ Εὐριπίδης, πολλοί γάρ εἰσιν, ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλοῖς.* Quae cum intellectu difficilia sint, Hemsterh. ad Arist. l. c. legendum esse coniecerat: *πολλοί γάρ εἰσιν·* (vel *πάρεισιν* vel *παρῆσαν*) *ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλῶν.* qua coniectura nunc carere possumus. De re ipsa autem, h. e. de infidelitate ac perfidia Thessalorum idem vir praeclarissimus ad schol. l. c. multa congessit lectu haud indigna.

De exitu fabulae spectatores haud dubie deorum aliquis certiores facit, cuius ex narratione petiti videntur versus, quos servavit Athenag. Leg. pro Christ. c. 26. (p. 307. ed. Hag. Com. 1742) sic scribens: *Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν — — θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι*

Πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον,

καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς

Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

In his praecipue Futurum *κεκλήσεται* dei sermonem indicat. Haec Dindorfius inter Euripideae Inonis fragmenta (XXV) rettulit, fortassis recte, quamquam, id quod bene Valck. monuit, etiam Sophoclis (ex Athamante) esse possunt. — Sine ratione vero a quibusdam ad Inonem relatum est inc. fab. fgm. CLXII.

I Ξ I Ω N.

Ixionis historiam tradunt schol. Apoll. Rhod. II. 62. (e Pherecyde) et Schol. Eurip. Phoen. 1192. Valck. *φησὶ δὲ, ὡς γαμήσας Δῖαν τὴν Ἰϊονέως θυγατέρα πολλὰ ὑπέσχετο δώσειν θῶρα. Ἐλθόντος δὲ ἐπὶ ταῦτα τοῦ Ἰϊονέως, βέρεθρον ποιήσας καὶ πυρακτώσας σκεπάζει αὐτὸ λεπτοῖς ξύλοις καὶ κόνει λεπτῷ· ἐμπεσὼν δὲ ὁ Ἰϊονεὺς ἀπόλλυται. Λύσσα δὲ τῷ Ἰξίονι ἐνέπεσε διὰ τοῦτο, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἤθελεν ἁγνίσαι οὔτε θεῶν οὔτε ἀνθρώπων· πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. Ἐλέησας δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἁγνίζει καὶ ἁγνισθεὶς ἠράσθη τῆς Ἥρας. Ὁ δὲ Ζεὺς νεφέλην ὁμοιώσας Ἥρᾳ παρακοιμίζει αὐτῷ, καὶ ὕστερον ποιήσας τετράκνημον τροχὸν καὶ δεσμεύσας αὐτὸν τιμωρεῖται.* Extrema narrat etiam Nonn. Narr. ad invectiv. 2, 31. p. 171. (cf. Westermann. Mythogr. Gr. I. p. 386, 18. sq.) Hyg. fab. LXII. His summa fabulae contineri videtur. Eodem procul dubio referendum est, quod refert Plut. de aud. poet. 4. (p. 19. E.) *Ἑτέρας δ' ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν παρέχουσι μαθήσεις, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδοροῦντας ὡς ἀσεβῆ καὶ μιαρὸν „οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι.“* Hinc Ixionem hominem perfidum, impium atque nefarium fuisse apparet, qui tamen, ut egregie Welckerus monuit, non tam pravitate sua spectatores offendit, quam quod omnibus sophistarum artibus imbutus dicendique peritissimus improbitate tanquam in artis formam ac systema redacta diis virtutique impudentissime irrisit. Cf. fgm. I. II. Fortassis igitur ex mente Protagorae loquutus est, nam is primus artem docuisse fertur malam rem speciosis argumentis ita defendendi atque exornandi, ut honesta ac laudabilis esse videretur. (cf. fgm. V.). Ixioni vero aliquem obloquutum esse, ex fgm. III. elucet, sed quis ille fuerit, ignoramus. — Sub finem fabulae haud dubie Mercurius, qui ex Iovis imperio Ixionem ad inferos deduxerat, in scenam prodiit et poenas, quas ille solvebat, descripsit. — Idem argumentum ante Euripidem tractaverat Aeschylus.

425. I.

Plut. de aud. poet. 3. (p. 18. E.) Stob. II. 8.

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς.

Ixionis verba esse manifestum est.

426. II.

Stob. LI. 11,

Τά τοι μέγιστα πάντ' ἀπεργάζεται βροτοῖς
τόλμ' ὥστε νικᾶν· οὔτε γὰρ τυραννίδες
χωρὶς πόνου γένοιντ' ἄν, οὔτ' οἶκος μέγας.

Haec etiam Ixionis verba esse veri simile est. Vs. 1. correxit Grot.

ἀπειργάσθη, sed rectius Heath. et Musgr. ἀπείργασται, Boisson. et Welck. ἐργάζεται, quod recipiendum. Vs. 2. Musgr. τολμαῖς τὸ νικᾶν i. e. τὸ νικᾶν τόλμαις, male. cf. Androm. 693. (702). Belleroph. fgm. IV. vs. 4. A Grotio verbo τόλμα non debebat verti *intrepida virtus*, sed potius *audacia*. Sententiam similem praebet Erechth. fgm. XIX. Temen. fgm. X.

III. 427.

Stob. X. 7.

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνὴρ,
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον, οὐδὲ βούλεται,
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Nescio cuius Ixioni adversantis verba sunt. — Vs. 2 et 3. in Polyid. fgm. VI. iterati sunt, sed primus ita scriptus: ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον κτλ. quod nescio an recipiendum sit. Si vero vs. 1. ita recte se habet, ut a Stob. X. 7. editus est, cum Welckero Ixionem fabulae satyricae vice extremum in tetralogia locum tenuisse crediderim. Vs. 1. Paris A. ἐπὶ τῷ.

IV. 428.

Schol. Apoll. Rhod. III, 62. Φλεγύου δὲ παῖς καὶ Ἰξίων, ὡς καὶ Εὐριπίδης·

Φλεγύαντος υἱὲ, δέσποτ' Ἰξίων *

Nuntii vel famuli Ixionem alloquentis esse perspicuum est. — Schaef. ad l. c. p. 224. versum haud dubie recte supplevit adiecto ἄναξ. — Ad idem fgm. pertinere monuit Pflugk. (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 24.) locum in Bekk. An. Gr. Vol. III. p. 1185. σημειοῦνται οἱ τεχνικοί τινα περιττοσυλλάβως κλινόμενα, ἤγουν διὰ τοῦ ντ, καὶ ἔχοντα πάντα τὰ τοῦ κανόνος· εἰσὶ δὲ ταῦτα, οἷον· Ἀφίας Ἀφίαντος παρ' Εὐφορίωνι (ἔστι δὲ ὄνομα κύριον), Φλεγῦας Φλεγύαντος παρ' Εὐριπίδῃ· (ἔστι δὲ ἐθνικὸν) Extremorum verborum ineptias nemo curabit.

V. 429.

Diog. Laert. IX. 55. φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ (Πρωταγόρου) ἐς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν Ἰξίονι. Falsum esse Philochorum neque commemorare Euripidem Protagorae mortem potuisse Clintonus (Fast. Hell. II. p. 365. 377) temporum rationibus evicit; similiter erraverunt ii, qui poetam in Palamede ad Socratis mortem respexisse narrant, quamvis Palamedes longe ante Socratis mortem acta sit. Philochori error inde originem duxisse potest, quod, quum Ixion per totam fabulam maxime Protagorae dogmatis usus esset, in adversarii sermonibus, homini nequam cavendum esse ne mari se committat, vel simile quid legebatur, quo Philochorus ad Protagorae mortem spectari censebat. —

Ad Ixionem Welckerus praeterea refert inc. fab. fgm. CLXXI.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

Hippolyti tragoediae duae editiones fuere, quarum quidem posterior tantum aetatem tulit (cf. Hippol. argum. gr. sub fin.), prior tamen a multis vet. scriptoribus respecta est, ut ex eorum testimoniis cognosci possit, eam ab illa non prorsus diversam fuisse, sed in universum idem argumentum esse complexam. Hinc etiam in alteram eamque correctiorem editionem plura ex priori transisse probabile est, quamquam tota fabulae oeconomia mutata esse videtur. Praeclare id docuit et discrimen inter utramque editionem exposuit Valck. (praef. ad Hippol. p. XVIII.) sic scribens: „sunt inter fragmenta prioris editionis, omissa Barnesio, quae mihi paene persuaserint totam dramatis oeconomiam in editione fuisse secunda mutatam: in prima colloquutam cum Hippolyto Phaedram; nec per interpretem, sed ipsam amorem verbis obscurioribus indicasse privigno novercam, non ab oraculo reversum Theseum, sed ab inferis reducem in scenam prodiisse; atque adeo in Hippolyto priori eandem nonnunquam rerum fuisse dispositionem, qualis multo deterior obtinet in Hippolyto Senecae; cui suspicor lectam Hippolytum Euripidis priorem. Nec tamen impediunt ista, quominus centeni versus aut prorsus iidem in utraque fuerint editione, aut in altera, tantum hic illic voce mutata, leviter interpolati.“ Haec Valckenari sententia fragmentis ipsis verbisque argumenti Gr. scriptoris confirmatur, qui de superstite Hippolyto agens: *ἐμφαίνεται γάρ*, ait, *ὕστερος γεγραμμένος. τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι.* h. e. *nam inhonestum illud et reprehensione dignum* (sc. *prioris editionis*) *hoc dramate* (i. e. *altera editione*) *emendatum est.* Ita rectissime argumenti scriptor: multo inhonestior atque impudentior, ut ex fgm. VIII. atque e Seneca colligi potest, Phaedra in priori Hippolyto in scenam prodiit: qua in re maxime caussa est quaerenda, quod fabula Atheniensibus displicuit posteaque correctior iterum ab Euripide docta est. Omnino vero Euripides ad hanc tragoediam componendam uxoris suae effrenatione adductus est, si fides habenda scriptori vit. cod. Mediol. et Havn. haec tradenti: *λέγουσι δὲ αὐτὸν γήμαντα τὴν Μνησιλόχου θυγατέρα Χοιρίλλαν καὶ νοήσαντα τὴν ἀκολασίαν αὐτῆς γράψαι τὸ δρᾶμα πρὸς τὸν Ἱππόλυτον, ἐν ᾧ θριαμβεύει τὴν ἀναισχυντίαν τῶν γυναικῶν, ἔπειτα δὲ ἀποπέμπεσθαι.* In qua si igitur Phaedra libidini nimis cedens ipsa se offerebat Hippolyto, nutricem non cohortantis ac pellicientis, ut in superstite Hippolyto, sed dissuadentis amicae partes tenuisse Welckerus bene monuit. — Ut autem prior illa editio ab altera facilius distingueretur, grammatici utrique cognomen imposuerunt, hanc *Ἱππόλυτον Στεφανίαν* vel *Στεφανηφόρον*, illam priorem *Καλυπτόμενον* appellantes. Nam ab Euripide ipso ita inscriptas esse nemo mihi persuadeat. *Ἱππόλυτος καλυπτόμενος* autem vocatur a Poll. On. IX. 50. (fgm. XVII.) et Stob. XII, 10. (cf. fgm. IV.), *παρακαλυπτόμενος* a schol. Theocr. II, 50., quod cognomen viri docti

Hippolyte, martyr chrétien, mort à Rome en 235 ou 236. Il fut d'abord prêtre de l'Église de Rome, puis, sous le pape Zéphyrin, il se sépara de l'Église et devint le chef d'un parti d'opposition. Il fut exilé en Sardaigne avec le pape Pontien, et tous deux y moururent. Leurs corps furent ramenés à Rome et ensevelis le même jour, le 13 août. Hippolyte était un écrivain fécond, mais presque tous ses ouvrages sont perdus. Il a écrit contre les hérésies, sur l'Écriture sainte, sur la chronologie, sur la discipline ecclésiastique, etc. Il nous reste de lui une Chronique, un Traité contre les hérésies, un Traité sur l'Antéchrist, un Traité sur les Bénédictions d'Isaac et de Jacob, un Traité sur la Résurrection, un Traité sur la Pâque, un Traité sur la Théophanie, un Traité sur le Cantique des Cantiques, un Traité sur les Psaumes, un Traité sur les Proverbes, un Traité sur Daniel, un Traité sur Zacharie, un Traité sur la Fin du monde, un Traité sur la Fin de l'univers, un Traité sur la Fin des temps, un Traité sur la Fin de la vie, un Traité sur la Fin de la mort, un Traité sur la Fin de l'enfer, un Traité sur la Fin du paradis, un Traité sur la Fin de la terre, un Traité sur la Fin du ciel, un Traité sur la Fin de Dieu, un Traité sur la Fin de l'homme, un Traité sur la Fin de la nature

si quo additamento ad utramque fabulam distinguendam opus est, hoc ex tempore, quo utraque docta est, repetendum atque altera editio *prior*, altera *posterior* nominanda erit. Posterior in scenam prodiit Ol. LXXXVII, 4. (cf. Argum. Gr. sub fin.), prior quo tempore acta sit, ignoratur.

Prorsus diversam rationem sequutus est Fritzschius ad Aristoph. Thesm. 547. Priorem enim tragoediam non *Hippolyti*, sed *Phaedrae* nomine inscriptam fuisse censet, quum Aristophanes duobus locis (Thesm. 547. et Ran. 1041.) *Phaedram* apertis verbis commemorarit, et semel Clemens Alex. (cf. sub fin. fab.) versus quosdam, quos Stobaeus e Sophoclis Phaedra attulit, Euripidi tribuerit. Praeterea Eustathii locum quendam, ubi Euripidis Phaedra citatur, auxilio vocavit, quem ad Hippolytum superstitem pertinere iam Monk. ad vs. 760. monuit. Sed quod Aristophanis locos attinet, Fritzschium, nisi opinione praeiudicata rem accessisset, fugere non potuisset, Aristophanem non de fabulis (eorumque titulis) Euripideis loqui, sed de personarum moribus, quas Euripides maxime in tragoediis repraesentaverit: itaque Aristophanes utroque loco plurali numero *Φαίδρας* usus est, unde tamen nemo ne somnians quidem, quantum scio, collegit, Euripidem duas fabulas *Phaedrae* nomine inscriptas composuisse. Ipse igitur, si recte video, Aristophanem censeo voluisse loco Thesmoph. vs. 347. *Μελανίππας ποιῶν Φαίδρας τε, Πηνελόπην δὲ οὐπώποτ' ἐποίησ' κτλ.* indicare: Euripidem personas, quales Melanippe ac Phaedra essent, saepius in tragoediis suis introduxisse; nunquam vero tam castam atque honestam, qualis Penelope fuisset. Hinc igitur recte colligi poterit, tempore, quo Thesmophoriazusae fabula in scenam prodiit, utramque Melanippam atque Hippolytum dudum scriptas fuisse. Quod denique Clementis locum attinet, miror Fritzschium magis Clementi quam Stobaeo confisum esse, quamvis Stobaeum, quum vel fabulae titulum, ab Clemente omissum, adiecerit et multa cum Sophocleae Phaedrae cum Euripideae Hippolyti fragmenta servarit, fontem fide digniorem adhibuisse manifestum sit*). Quae quum ita sint, vereor, ne Fritzschius specie quadam obcaecatus iudicaverit.

Initio dramatis, quod ut Sophoclis Aiax, Aristophanis Nubes aliaeque fabulae prima luce incipiebat, Phaedra, velut Theocriti Pharmaceutria, die vix illucescente amore e somno excitata in scenam processit, coelo ac nocti aerumnam suam quaesta lunam, furtivi amoris testem, invocavit simulque, se ad magicam artem poculaque amoris confugisse indicavit, ut Hippolyti amorem sibi conciliaret. cf. Schol. Theocr. II. 10. *ταῖς ἔρωτι κατεχομέναις τὴν σελήνην μεταπαλεῖσθαι σύνηθες, ὡς καὶ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν πράττουσαν ἐν τῷ καταπαλυπτομένῳ Ἱππολύτῳ.* Cuius ex sermone fortasse petita sunt fgm. I. II.

*) Praeterea Clemens saepius Sophoclis et Euripidis nomina confudit. cf. Oedip. fgm. XVI.

I. 430.

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 12. (p. 742. P.) Stob. LXXIII, 23.

ἀντὶ γὰρ πυρὸς
πῦρ ἄλλο μεῖζον ἡδὲ δυσμαχώτερον
ἔβλαστον αἱ γυναῖκες.

Ap. Clem. legebatur: *ἀντὶ πυρὸς δὲ γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον καὶ δυσμαχώτερον βλάστον γυναῖκες.* Apud Stob. *ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐκβλαστοῦμεν γυναῖκες πολὺ δυσμαχώτερον.* Ex hac utraque scriptura elicuit Grot. versus, quos supra exhibuimus. Sed vs. 2. aperte scribendum est: *πῦρ ἄλλο μεῖζον πολύ τε δυσμαχ. κτλ.* Nam *ἡδὲ* particulam, quamvis alienum a tragicis esse eius usum dicere nolim (cf. Markl. ad Iphig. Aul. 812. Pors. Advers. p. 37. ed. Lips.) tamen non temere in Euripidem inferam, quippe qui ea in XIX. fabulis bis tantum (Hec. 323. Herc. fur. 30.) usus sit. Quo accedit, quod nec Stobaei neque Clementis scriptura ad *ἡδὲ* ducit. Spectari ad Hesiod. Op. 57. Clemens ipse monuit. — Matthiaeo haec verba ab Hippolyto prolata esse videntur propter similem eius orationem in superstite fab. vs. 611 sq., at vero, si Stobaeus, ut Welckerus opinatur, re vera *ἐβλαστοῦμεν* ex Euripidis mente scripsit, rectius Phaedrae sermonem tribuemus. Vs. 2. ad sententiam cf. Oedip. fgm. XV.

II. 431.

Stob. LXIII. 23.

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεόν.

Phaedrae verba esse perspicuum est, quae male Valck. ad Hipp. 522. nutrici tribuit. — Vs. 2. sq. Blomf. ad Prom. vs. 59.

Phaedrae orationem haud dubie chori parodus excepit, quam nutricis cum choro ac paullo post cum Phaedra colloquium sequutum est. In quo locum habuisse fgm. III — VI. et inc. fab. fgm. IV. admodum probabile est.

III. 432.

Stob. CV. 43.

Ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάρος εὐπραξίαν.

Verba sunt sive nutricis in Phaedram invehentis, — nam similiter apud Senecam (Hippol. 204. sq.) loquitur: „*Quisquis secundis rebus exultat nimis Fluitque luxu, semper insolita appetit. Tunc illa magnae dira fortunae comes Subit libido* etc.“ — sive Thesei Hippolytum castigantis. cf. fgm. XI.

433. IV.

Stob. XII. 10.

Ἔγωγε φημὶ καὶ νόμον γε μὴ σέβειν
ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

Hoc et sequente fragmento Phaedra nutricem refellere conata esse videtur. — In edit. Schow. lemma est *Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ τῷ καλυπτομένῳ.* — Brunck. v. l. legendum coniecit: *καὶ νόμον μὴ δεῖν σέβειν*, sine causa, quum *δεῖν* post *λέγειν, φημὶ*, etc. saepius omittatur. cf. Pflugk. ad Hecub. 303. — Ad sententiam cf. Hel. 514. *λόγος γάρ ἐστιν — σοφῶν — δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.* Aeol. fgm. XX. Inc. fab. fgm. XXVIII.

434. V.

Stob. LI. 10.

Οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν αἱ θνητῶν τύχαι,
τολμήμασιν δὲ καὶ χερῶν ὑπερβολαῖς
ἁλίσκεταί τε πάντα καὶ θηρεύεται.

Cf. fgm. IV.

435. VI.

Stob. XXIX, 34.

Τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

Eundem versum citant Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 10. (p. 741. P.) *Πάλιν Εὐριπίδου μὲν ἐν Κτιμένῳ* (*Τημένῳ* mutarunt viri docti et sic ed. Klotzius): „*τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θ. σ.*“, unde inter Temeni fragmenta (XI.) relatus est, et eodem modo (h. e. *καὶ* pro *χὠ* praebentes) fabulae nomine omisso Apostol. XIX, 75., Arsen. Viol. p. 453. ed. Walz., Anon. Gramm. in Cram. An. Gr. Oxon. Vol. IV. p. 255, ubi etiam *δ' αὖ* pro *γὰρ*, et cum alio versu Schol. Hom. Il. *δ'*, 249. sic coniunctum:

αὐτός τι νῦν δρᾶ, χοὔτω δαίμονας κάλει.
τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

Prior vs. citatur etiam a Suid. v. *Αὐτός τι* et *Σὺν Ἀθήνῃ* sic scriptum: *αὐτός τι, νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει*, quam scripturam haud immerito probant Pors. Praef. ad Hec. p. XXXVIII. et Dindorf. Num uterque vs. huc referendus sit, dubitari potest; sed alterum certe hic recipiendum esse putavimus, quum fabulae nomen apud Clementem corruptum sit, ac facile, etiamsi recte viri docti illud correxerint, Euripides eodem versu in duabus fabulis uti potuerit. cf. Aeg. fgm. IX. — Si autem uterque versus huc pertinet, Phaedra iis excusasse videtur, quod ipsa factura est ea, quae facientem Euripides in superstite fabula nutricem introduxit, h. e. quod ipsa Hippolyto amorem suum professura est. In eadem scena haud dubie locum habuerunt, quae Plut. de aud. poet. 8. sub fin. (p. 28. A.)

καὶ ὁ σύσκηνος (h. e. Εὐριπίδης) αὐτοῦ (Σοφοκλέους) πάλιν, ὁρᾷς τήν τε Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ πεποίηκεν, ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου, quae perperam a Matthiaco intellecta esse verissime Welckerus monuit.

VII. 436.

Stob. LXIII, 3. Plut. cum princ. philos. esse. II, 13. (p. 778. B.)

Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

Senis haec verba esse, vel alius cuiusdam, quocum Hippolytus colloquutus sit, coniecit Valck. ad Hippol. 113., sed multo probabilius Welckerus ea Phaedrae assignat utpote ex ea scena petita, in qua Phaedra amorem suum professa est. — Vs. 2. in edd. Stob. Triuc. Gesn. τοῖς διώκουσιν ἄγαν legebatur, ap. Plut. νοσοῦσιν ὁμοίως τοῖς ἀγαθὰ ἠρημένοις, quae correxerunt Muret. Var. Lect. IX, 18. Salmas. Grot. νοσοῦσιν tamen vitiose retinuit Duebnerus.

VIII. 437.

Zenob. p. 18. Diogenian. p. 181. Suid. v. ἄκαιρος. Apost. II, 20. Arsen. Viol. p. 34. ed. Walz.

Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

Ἱππόλυτος εἶπε τοῦτο πρὸς τὴν Φαίδραν λέγουσαν αὐτὸν φιλεῖν ὑπὲρ ὅλους. Sic Arsen. similiter Suid. et Apostol. Hic versiculus, etsi a nullo scriptore aperte Euripidi tributus est, et propter dactylum in quinto pede dubitationem movet, (cf. Pors. praef. ad Hec. p. XIX.) *), tamen non temere omittendus esse mihi videtur, quum Euripidem, nisi eundem versum, certe simillimam sententiam Hippolyto tribuisse rear. Eiusdem tanquam proverbii meminit Schol. Hipp. 597. ed. Valck. καὶ ἔστιν ὁμοία τῇ παροιμίᾳ, εὔνοια ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας.

IX. 438.

Stob. XXXI. 3.

Ὦ πόντι' Ἀιδὼς, εἴθε τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
ξυνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξήρου φρενῶν.

Hippolyti responsionem ad Phaedrae conditionem his versibus contineri manifestum est. Quem Welckerus his dictis rubore suffusum caput obvolvisse censet, sicut in superstite fabula (vs. 243.) Phaedra pudore affecta caput velo sibi obtegi iusserit.

Postquam Phaedra repulsam passa scenam reliquerat, ut mortem sibi consciscerat, Hippolytus vehementer in mulierum genus invectus esse videtur, cuius ex sermonibus fortasse superest inc. fab.

*) De praecepto illo Porsoniano, quod verissimum esse haud quaquam negaverim, nescio an eximendi sint ii versus, qui voce διαφέρειν clauduntur;

fgm. XLVI. Post eius abitum Theseus, ab inferis reversus in scenam prodiit.

439. X.

Stob. CXIX. 8.

Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος,
ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τε πράσσουσιν καλῶς
καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ.

Thesei ab inferis modo redeuntis verba esse iam Valck. ad Hippol. 792 ostendit. — Vs. 1. cf. Soph. El. 86. *ὦ φάος ἀγνὸν καὶ γῆς ἰσόμοιρος ἀήρ.* — Vs. 2. Ex extremis verbis colligi potest, Theseum iam mali quid animo praesagivisse. Fortassis autem non temere Euripides eum ab inferis redeuntem introduxit, nimirum ut Phaedram, si quid e Seneca (Hipp. 526. 623.) concludendum, quippe Theseum ab inferis reversurum esse non opinatam, denuo de matrimonio cogitantem seque tanquam viduam Hippolyto offerentem fingere posset. At haec in coniectura sunt posita. Certiora contra sunt, quae Valck. ad Hipp. 1253. ex loco Philem. gramm. (*v. βίβλος* p. 36. ed. Osann.) *„Οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ ἐν τῇ κατ' Εὐριπίδην Φαίδρᾳ, ἔνθα μνήμη πεύκης κεῖται, φασὶ πεύκην ῥηθῆναι τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον, τὴν κατὰ τοῦ Ἱππολύτου, ὡς ξυλίνην οὖσαν καὶ ἴσως ἐκ πεύκης"* quocum consentiunt Eustath. ad Il. ξ'. p. 633, 21. et Phavorin. *v. βίβλος*, collegit, Phaedram per tabulam quandam ligneam, quae *πεύκη*, non *δέλτος*, ut in superstite fabula, appellata esset, accusasse Hippolytum. Simulque e verbis *τὴν ἐν τῇ χειρὶ τῆς Φαίδρας δέλτον* probabile fit, Phaedram, siquidem morte Hippolyti comperta demum ipsa se interfecit, id quod e Seneca concludi potest, paulo post Thesei adventum in scenam prodiisse moerore afflictam ac marito tristitiae caussam ex ipsa quaerenti ad interrogationes non respondisse, sed tacito tabulam istam, quam manu tenebat, tradidisse.

440. XI.

Stob. XCIII, 3. Apostol. XIX. 82. Arsen. Viol. p. 455. ed. Walz.

Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἢ φειδὼ βίου.

Versiculus a Theseo in filium dictus esse videtur. cf. fgm. III. — Arsen. pro *τέ* habet *δέ*.

441. XII.

Stob. LXXIII. 55.

Θησεῦ, παραινῶ σοι τὸ λῷστον, εἰ φρονεῖς,
γυναικὶ πείθου μηδὲ τἀληθῆ κλύων.

Valckenario (ad Hipp. 901.) probante Matthiaeo chori verba esse

---

nisi enim egregie fallor, haec vox quippe usitatissima, *τρισυλλάβως* pronuntiata est. cf. Meleag. fgm. XVII.

videntur eo loco in priori editione posita, ubi nunc leguntur vs. 901 sq., h. e. in scena, in qua Theseus filium graviter obiurgavit isque se defendit; sed fortasse Hippolyti ipsius verba sunt. Vs. 1. legebatur vulgo *παραινῶ καὶ τὸ λώϊστον φρονεῖν.* quod primus correxit Piers ad. Moer. p. 300. scribens: *καὶ τὸ λῷστον νῦν φρονεῖν.* Brunck. *καὶ τὸ λῷστον σοι φρονεῖν.* Gaisf. *σοι τὸ λῷστον εἰ φρονεῖς,* quod praeeunte Matth. Dindf. Welck. recepi. *φρονεῖς* habent etiam Paris. A. B. — Vs. 2. Blomf. ad Prom. 282. pro *γυναικὶ πείθου* legi iubet *πιθοῦ γυναικί,* quod iure Matth. improbavit. Sententiam simillimam praebet Stheneb. fgm. VII.

XIII. 442.

Stob. LXXXII. 1.

Φεῦ φεῦ· τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
φωνήν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.
νῦν δ' εὐρύοισι στόμασι τἀληθέστατα
κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν, ἃ χρὴ δοκεῖν.

Hi versus manifesto a Theseo prolati sunt, quum Hippolytus a Phaedrae criminationibus sollerter se defendisset. Valck. (Diatr. p. 256.) minus recte eos versuum Hipp. 486 sq. loco lectos esse suspicatus est; margini autem edit. Barnes. ap. Matth. adscripsit: vid. Hippol. 1022. etc. vel 1074. vel. 486.; Matth. Hippolyto tribuit. — Vs. 1. 2. citat etiam Plut. praec. gerend. reip. V, 2. (p. 802. A.) unde *ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν* pro eo, quod Stob. habet: *ἵν' ὦσι μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι,* scribendum esse docuit Valck. Diatr. p. 148. 149. Ad sententiam Plutarchus ipse confert inc. fab. fgm. CXXIII. — Vs. 3. 4. praebet Clem. Alex. Strom. I, 8. § 41. p. 340. P. sed subiectos duobus aliis ex Alexandro (fgm. XII. vs. 2. 3.) deductis, quibuscum eos non cohaerere iam Valck. l. c. ostendit. Hinc *εὐρύοισι στόμασι* receptum est pro scriptura Stob. *εὐρύθμοις πιστώμασι,* qua metrum labefactatur. Valck. l. c. correxerat: *εὐρύθμοισι στόμασι,* Pors. ap. Monk. ad Hipp. 643. et Advers. p. 275. *εὐτρόχοισι στόμασι,* conferri iubens Bacch. 268. Plut. vit. Pericl. p. 155. C. — Ad sententiam cf. fab. inc. fgm. CXVI. vs. 3 sq.

XIV. 443.

Stob. Ecl. phys. I, 9, 25. p. 235. ed. Heer.

Χρόνος διέρπων πάντ' ἀληθεύειν φιλεῖ.

Aut Hippolyti sunt verba, quibus patri suadere studuit, ne fidem Phaedrae accusationi haberet, sed verum suo tempore patefactum iri crederet, aut chori sunt fallacia Phaedri cognita. Ad sententiam cf. Alex. fgm. XXI. Soph. OT. 614. *χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος.*

XV. 444.

Erotian. v. *διεβλήθησαν, παρελογίσθησαν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ φησί*

Τί δ', ἢν λυθείς με διαβάλῃς, παθεῖν σε δεῖ;

Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ ἐν Πολυείδῳ καὶ ἐν Ὀρέστῃ. — Vulgatum *λυθῇς με διαβαλεῖς* correxit Musgr. Heath. dedit *τί δ' ἦν ψευδῆ με διαβαλεῖς κτλ. Λυθείς*, ut recte Musgr. vertit, est *dimissus*, velut in Soph. Phil. 979. 1003. 1016. etc., *διαβάλλειν* autem, ut Erotian. monuit, pro *παραλογίζεσθαι* positum est, ut sententia sit: *Quid autem pati te oportet, si dimissus me deceperis?* Facile haec a Theseo ad filium dicta esse intelligitur, quum is patrem rogasset, ut tempori veri declarationem committeret. (cf. fgm. XIV.).

Ex eadem scena ductum esse suspicatur Monk. ad Hipp. 1249. inc. fab. fgm. LVIII, idque Hippolyti paedagogo tribuit Welckerus; sed, ut versus huc referendi sint, tamen eos a paedagogo dictos esse non credam: nulla enim apparet ratio, cur Euripides paedagogum in hanc fabulam introduxerit; praeterea Hippolytum a Pittheo avo educatum atque institutum esse constat. cf. Hippol. vs. 11. et Valck. ad h. l.

445. XVI.

Poll. Onom. IX, 50. *Καὶ στάσις ἵππων, ὡς Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ·*

— — *πρὸς ἵππον εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν.*

Ex nuntii narratione petita videntur, qua expositum erat, qualem Thesei exsecratio filii eventum habuisset. Valck. ad Hipp. 1183. minus probabiliter a Theseo filium abire iubente dicta esse suspicatur.

446. XVII.

Iustin. Mart. de Monarch. p. 107. ed. Colon. (p. 40. C. ed. Hag. Comit.)

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κραίνουσιν θεοί.

Heath. male *κρίνουσιν*. Recte Welck. choro hunc versum tribuerit.

447. XVIII.

Stob. V, 16.

Ὦ μάκαρ, οἷας ἔλαχες τιμὰς,
Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην·
οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη
δύναμις μείζων· ἦλθε γὰρ ἥ πρόσθ'
ἥ μετόπισθεν
τῆς εὐσεβίας χάρις ἐσθλή.

Manifesto hi versus in fabulae fine a choro pronuntiati sunt, quum Diana Hippolyti innocentiam atque integritatem declarasset eiusque cultum instituisset. — In edit. Schow. lemma est *τοῦ αὐτοῦ ἐν Ἱππολύτῳ ά.* Schow. etiam e codd. *τιμὰς* pro *τιμᾶς*, quod Brunck. dederat, adstipulante Gaisfordio recepit. Musgr. *τιμῆς*, rectius certe quam *τιμᾶς*, propter sequentes formas vulgares *σωφροσύνην*, *θνητοῦ*, *ἀρετῆς*, *ἐσθλή*. — Vs. 2. Hunc versum fortasse ante oculos habuit

schol. Aristoph. Ran. 873. sub fin. — Vs. 3 sq. cf. inc. fab. fgm. VI. VII. — Vs. 6. *εὐσεβίας* bene restituit Valck. ad Hippol. 1369. pro vulg. *εὐσεβείας*. Similiter legitur *εὐγενίας* in Aeg. fgm. XI: *ἀμελίᾳ* in Antiop. fgm. XX. vs. 2. De his formis disputarunt Dorvill. ad Charit. p. 405 sq. Monk. ad Hippol. 1365. — Post *εὐσεβίας* vulgo legebatur *ἡ*, quod auctore Valck. omiserunt Musgr., Brunck., reliqui.

XIX. 448.

Aristoph. Vesp. 748.

μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ.
κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν,
ἵν' ὁ κήρυξ φησὶ κτλ.

Ad vs. 1. adnotat scholiastes: *ἐξ Ἱππολύτου Εὐριπίδου.* Quae verba quum Valck. ad Hipp. 230. oportuisse ad sequentem vs. adscribi iudicasset, quippe qui pro vs. 229. superstitis Hippolyti lectus esset, Dindf. (in edit. Oxon.) lemmate mutato scholiastae verba sequenti versui apposuit, non admonitis lectoribus, utrum hoc codicum an Valckenari auctoritate commotus fecerit. Valckenari sententiam, quum non habeat quo nitatur, refellere longum est. Monk. ad Hipp. 216. Porsono auctore alterum vs. post vs. 216. superstitis Hippolyti inserendum esse putavit. — A quo haec dicta sint, ne coniectura quidem assequi possumus.

XX. 449.

Erotian. q. 118. ed. Fr. *Διόπῳ· τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππολύτῳ.*

Praeterea dubitari potest, sitne locus, quem Stob. LXIII, 25. e Sophoclis Phaedra affert, Clem. Alex. Strom. VI, 2, 14. (p. 745. P.) autem tres priores versus citans Euripidi tribuit:

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς χαράσσει (ταράσσει. Clem.) κἀπὶ πόντιον ἔρχεται.
καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Sophocli an Euripidi assignandus. In quo quamvis Valck. ad Hipp. 447. Sophoclei coloris detegere se nihil potuisse dixerit, tamen Brunckio, Dindorfio, Welckero praeeuntibus inter Phaedrae Sophocleae fragmenta eum recepimus.

K A Δ M O Σ.

Haec tragoedia primum innotuit, Probi ad Virg. Ecl. VI, 31. testimonio haec scribentis: „*Accipere debemus aëra, quem Euripides in Cadmo χάος appellavit sic: οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινῶς φοιτῶν ἔδος δαιμόνιον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος.*“ Ad eandem respexisse videtur Hor. Epist. ad Pis. 185 sq.

Ne pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
Aut in avem Procne vertatur, Cadmus in anguem:
Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.

Huius fabulae quale argumentum fuerit in tanta fragmentorum inopia explorari vix poterit: tamen fortasse nonnulla eorum, quae Apollodorus diversis locis (cf. III, 4, 1. 5, 4.) memoriae prodidit, in tragoedia fuerunt exposita. Tradit vero loco extremo: *Ὁ δὲ Κάδμος μετὰ Ἁρμονίας Θήβας ἐκλιπὼν πρὸς Ἐγχέλεας παραγίνεται. τούτοις δὲ ὑπὸ Ἰλλυριῶν πολεμουμένοις ὁ θεὸς ἔχρησεν, Ἰλλυριῶν κρατήσειν, ἐὰν ἡγεμόνα Κάδμον καὶ Ἁρμονίαν ἔχωσιν, οἱ δὲ πεισθέντες ποιοῦνται κατὰ Ἰλλυριῶν ἡγεμόνας τούτους καί κρατοῦσι. καὶ βασιλεύει Κάδμος Ἰλλυριῶν καὶ παῖς Ἰλλύριος αὐτῷ γίνεται. αὖθις δὲ μετὰ Ἁρμονίας εἰς δράκοντα μεταβαλὼν εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐξεπέμφθησαν.* Cf. Hygin. fab. 6. Nonni narrat. XLVI, 364—67. Schol. Dionys. Periget. 391. (in Bredow. Epist. Paris. p. 45. F. A. Wolf. Anal. Lit. IV. p. 540.) *Ἰστέον δὲ, ὅτι Κάδμος καὶ Ἁρμονία ἡ γαμετὴ μετεμορφώθησαν εἰς θηρία* [Ptolem. Hephaest. nov. hist. 1. ap. Phot. cod. CXC. in Westerm. Mythogr. Gr. p. 183, 8. *Κάδμος καὶ Ἁρμονία εἰς λέοντας μετεμορφώθησαν*] *ἐπειδὴ τοῦ Ἄρεος ὗφιν ἐφόνευσεν ὁ Κάδμος, ὃς τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ ἀνεῖλεν, Ἔριφον καὶ Δηϊλέοντα, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις* (1328) *φησὶ περὶ Κάδμου· „δράκων γενήσῃ μεταβαλών, δάμαρ τε σὴ ἐκθηριωθεῖσ', ὄφεος ἀλλάξει τύπον, ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς* Cf. Schol. Pind. Pyth. III. 153. Hinc haud dubie Valck. Diatr. p. 12. recte ad Cadmum tragoediam rettulit versus, quos ut Euripideos servavit Hermog. p. 226. (in Walz. Rhet. Gr. III. p. 180.)

Οἴμοι· δράκων μου γίγνεται τό γ' ἥμισυ,
τέκνον, περιπλάκηθι τῷ λοιπῷ πατρί.

Collat. Ovid. Met. IV, 584. *me tange, manumque Accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis.* Scholiast. ad Hermog. (in Walz. Rhet. Gr. VII. p. 833.) dicit quidem: *περὶ Κέκροπος ὁ λόγος εἰς δράκοντα μεταβαλλομένου,* sed eum Cecropem cum Cadmo confudisse in aprico est, quum Hermogenes antea tantummodo de Cadmo verba fecerit. Hi versus autem, si re vera, ut probabile visum est, ad Cadmum fabulam pertinent, ex nuntii cuiusdam descriptione petiti sunt: nam eiusmodi metamorphosim in scena factam esse parum est credibile. Non perspicio igitur rationem, cur Elmsl. ad Bacch. 1328 eos e fabula satyrica petitos iudicaverit. — Probi locum a Scaligero Coni. in Varr. p. 81. iam tractatum sic disposuit Valck. l. c.

οὐρανός θ' ἡμᾶς ὕπερ
καὶ Γῆ, βροτῶν κοινόν τε δαιμόνων θ' ἕδος·
τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ τ' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
χάος μὲν ὀνομάζουσιν.

Luzacius autem Exercit. acad. p. 97. aërem ab Euripide chaos dictum esse negans correxit: οὐρανός θ' ὑμᾶς ὕπερ δίναισι φοιτῶν ἔστι δαιμόνων ἕδος et pro χάος scripsit φάος. Priora probat Matth.; χάος vero aerem etiam ab Aristophane et Ibyco appellatum esse docuit schol. Aristoph. Av. 192. cf. Aristoph. Av. 192, Nub. 423. Ibyc. fgm. XLI. XLII. p. 202 sq. ed. Schneidew. Ibi vero Schneidewinus extrema sic emendat: τόδ' ἐν μέσῳ δὲ τοὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς Οἱ μὲν ὀνομάζουσιν χάος. monens χάος, quum a χαίνω descendat, omne significare id, quod sit vacuum lateque pateat. cf. Varr. L. L. IV, 3.

Ad eandem fabulam fortasse pertinuit inc. fab. fgm. CCXLVI.

ΚΡΕΣΦΟΝΤΗΣ.

Fabulae argumentum describit Hygin. fab. 137. *Polyphontes, Messeniae rex, Cresphontem, Aristomachi filium quum interfecisset, eius imperium et Meropen uxorem possedit.* Et fab. 184. — — *Cum qua Polyphontes, occiso Cresphonte, regnum occupavit. Filium autem eius infantem Merope mater, quem ex Cresphonte habebat, absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit. Hunc Polyphontes maxima cum industria quaerebat, aurumque pollicebatur, si quis eum necasset. Qui postquam ad puberem aetatem venit, capit consilium, ut exsequatur patris et fratrum mortem. Itaque venit ad regem Polyphontem aurum petitum, dicens se Cresphontis interfecisse filium et Meropes Telephontem. Interim rex eum iussit in hospitio manere, ut amplius de eo perquireret. Qui quum per lassitudinem obdormuisset, senex, qui inter matrem et filium internuntius erat, flens ad Meropen venit, negans eum apud hospitem esse nec comparere. Merope credens eum esse filii sui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum securi venit, inscia ut filium suum interficeret; quem senex cognovit et matrem ab scelere retraxit. Merope postquam vidit, occasionem sibi datam esse ab inimico se ulciscendi, redit cum Polyphonte in gratiam. Rex laetus quum rem divinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse, eumque interfecit patriumque regnum adeptus est.* Cf. Paus. IV, 3, 3. p. 286. Apollod. II, 8, 5. s. fin. Apollodorus eo ab Hygino recessit, quod Cresphontis filium *Aepytum* appellavit et Meropen patri suo Cypselo, Arcadiae regi, eum tradidisse narravit. Quam discrepantiam Lessingius, de re scenica censor gravissimus, ubi de hac fabula egit, Dramaturg. 40. (Op. I, 315.), eo tollere studuit, ut Cresphontis filium ab Euripide alio no-

non concludunt ulla premissa, ex illis nullam non posse concludere. Quod si ex duabus particularibus nihil sequitur, ut in tertia figura

Πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾳδίαν.
κοίλη γὰρ, ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε,
δυσείσβολός τε πολεμίοις·

τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν καλλίκαρπον

κατάρρυτόν τε μυρίοισι νάμασι
καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην
οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον,
οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.

καὶ ὑποβὰς τῶν πάλων φησὶν, ὧν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ τῆς χώρας ἐποιήσαντο, τὸν μὲν πρότερον γενέσθαι

γαίης Λακαίνης κύριον, φαύλου χθονός,

τὸν δὲ δεύτερον Μεσσήνης

ἀρετῆς ἐχούσης μεῖζον' ἢ λόγῳ φράσαι.

Τὴν δὲ Λακωνικὴν καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν αὐτοῦ φήσαντος

Πάμισον εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον

οὐ συγχωρητέον — — οὐκ εὖ δὲ οὐδ' ὅτι τῆς Μεσσηνίας ὁμοίως ἐπιθαλαττίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ, φησὶν αὐτὴν

πρόσω ναυτίλοισιν

εἶναι· Ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει,

Πρόσω δὲ βάντι ποταμὸν Ἦλις ἡ Διὸς
γείτων κάθηται — — —

Optime Musgr. intellexit, haec omnia potuise in nulla Euripidis fabula nisi in Cresphonte locum habere: nam quae iis continetur singularum Peloponnesi partium descriptio cum narratione de earum distributione inter Heraclidas coniuncta erat. (cf. fgm. III sq.) Quae partitio Cresphonte rege vivo facta (cf. Paus. IV, 3, 3. Apollod. II, 8, 4.), tam dolose ab eo instituta erat, ut ipse Messenam sortiretur (cf. Apoll. l. c.); vix igitur alio loco, quam in Cresphontis prologo commemorari potuit. — Etenim veri est simillimum, fabulae initio Cresphontis filium, Cresphontem in scenam progressum primo de Hercule, generis auctore (cf. fgm. I.), eius posteris eorumque fatis, deinde de semetipso ac domo sua copiose verba fecisse, ut non modo, qua ratione pater cum duobus filiis interfectus, ipse autem matris cura servatus esset, narraret, sed etiam se nunc caedem istam ulturum ibique regnum recuperaturum esse significaret. — Fgm. II. vs. 1. legebatur *οὐ ῥᾴδιον*, quod correxit Matth. Vs. 3. *δυσείσβολος τε πολεμίοις* pro vulg. *δύσβολος τε πολέμοις* Casaub. restituit. *δυσείσβολος*, *difficilem aditum praebens*, non nisi hoc loco et apud Thuc. III, 101. legitur. Fgm. III. vs. 1. *νάμασι* pro *ἅρμασι* et vs. 2. *εὐβοτωτάτην* pro vulg. *εὐβοτάτην* idem Casaub. correxit. Vs. 2. *ποίμναισι* pro *ποιμέσιν* Valck. ad Phoen. 248. debemus. — Fgm. VI. primus indicavit Valck. Diatr. p. 5.

453.

IX.

Stob. LV, 1. Polyb. XII, 26. (Vol. III. p. 434. ed. Schweigh.).

Εἰρήνα, βαθύπλουτε καὶ
καλλίστα μακάρων θεῶν,
ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις.
δέδοικα δὲ, μὴ πρὶν πόνοις
ὑπερβάλῃ με γῆρας,
πρὶν σὰν χαρίεσσαν προσιδεῖν ὥραν
καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς
φιλοστεφάνους τε κώμους.
ἴθι μοι, πότνια, πόλιν·
τὰν δ' ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων
τὰν μαινομέναν τ' ἔριν,
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ.

Recte Matth. haec a senum choro ab initio fabulae, fortasse post colloquium Meropes cum Polyphonte habitum, dicta esse suspicatus est, quum discordiae civiles inter optimatium factionem, cuius ope Polyphontes Cresphontem interfecerat, et inter populares viros furerent (cf. Paus. IV, 3. 3.) itaque verendum esset, ne inde bellum civile exoriretur. — Huius carminis initium quum Aristophanes in Georgis (fgm. VIII.), ubi chorus simili modo pacis bona laudat utque sibi ea contingant optat, in usum suum converterit, Bergkius (Arist. Fgm. p. 100.) illud carmen ad similitudinem Euripidis compositum fuisse ratus hoc Euripideum eodem modo, quo Aristophaneum dispositum est, constituit:

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ καλλίστα μακαρῶν θεῶν
ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις κτλ.

et in antistropha:

τὰν δ' ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων τὰν μαινομέναν τ' ἔριν
θηκτῷ τερπομέναν σιδάρῳ.

stropham vero finitam esse hoc versu, *ἴθι μοι πότνια, πάλιν*. Magnam probabilitatis speciem haec coniectura prae se fert, praecipue arridet correctio vocis *πόλιν* in *πάλιν*, quae vocabula haud raro permutata esse constat. cf. Wellauer. ad Aesch. Sept. 595. — Vs. 1. Polyb. *Εἰρήνα*, quod propter sequentes dorismos retinuimus; omittit vero *καί*. Vs. 2. Pax *καλλίστα θεῶν* appellatur etiam in Or. 1683. — Vs. 4. *πόνοις* omittit Polyb. — Vs. 6. Stob. vulgo *πρὶν γὰρ χαρίεσσαν πρόειδε κτλ.*, sed Paris. A. B. *πρίν περ χαρίεσσαν προϊδεῖν*, Polyb. *πρὶν ἂν χ. προσιδεῖν*, unde Gesn. coniectura effecit *πρὶν σὰν* recte Polybii scripturam sequutus, nam cum meliore codice usum esse etiam e scriptura *προσιδεῖν* pro *προιδεῖν* utpote ad sententiam multo accomodatiore cognosci potest. Vs. 7. recte Paris. A. Arsen. Polyb. *καλλιχόρους*, in quod Gesn. coniectura inciderat pro vulg. *καλλιχρόνους*. Stob. Cod. Voss. *καλλιχώρους*. — Vs. 9. 10. Boisson. interpunctione post *τάνδ'* posita coniunxit *πόλιν τάνδ'*, eumque sequuti sunt Matth.

Dindf. Welck.; sed non tam appositione τάνδ' ad πόλιν, quam articulo ad ἐχθρὰν στάσιν opus est; quare interpunctionem post πόλιν (cuius loco rectius fortasse πάλιν scribi supra monuimus) restituimus, pro τάνδ' autem τὰν δ' scripsimus.

X. 454.

Sext. Empiric. Pyrrhon. hypoth. III, 24, 230. p. 186. (p. 175. ed. Bekk.) Clem. Alex. Strom. III, 3, § 14. p. 575. P. Anon. Schol. εἰς εὕρεσ. in Walz. Rhet. T. VIII. p. 765. Stob. CXX, 22. Anton. Meliss. et Max. in edit. Stob. a 1609. Serm. CXLV. p. 248, 43., omnes c. lem. *Εὐριπίδου* sine nomine fabulae.

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Locum ex Cresphonte petitum esse dicit Cic. Tusc. I, 47, 115, qui eum Latine sic expressit:

Nam nos decebat, coetus celebrantes, domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanae vitae varia reputantes mala:
At qui labores morte finisset graves,
Hunc omni amicos laude et laetitia exequi.

Hoc fragmentum ante oculos habuisse censet Boisson. Georgidem Gnomol. in Boiss. An. Gr. I. p. 19. scribentem: γένεσιν μᾶλλον δακρύειν καλὸν ἢ τὸν θάνατον. Tres priores vs. citant etiam Strab. XI. p. 790. A. Plut. de aud. poet. II, 14. (p. 36. E.) Dio Chrysost. or. XXIII. p. 276. Menandr. in Walz. Rhet. Gr. T. IX. p. 282. Vs. 1. 2. habet Aristid. T. II. p. 199. Vs. 2. Aeschin. Axioch. § 10. ed. Fisch. Ad vs. 4. denique respicit Plut. Quaest. Symp. I, 3. (p. 615. D.) Ἐκεῖνον μὲν οὖν πολλῷ γέλωτι χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων ἐκέλευον οἱ κατακείμενοι. — Vs. 1. Clem. et Anon. Schol. ap. Walz. l. c. ἔδει γὰρ, Stob. ἐχρῆν μέν, frequenti confusione vocabulorum δεῖ et χρὴ, ἔδει, ἐχρῆν et χρῆν. γὰρ etiam Cicero legisse videtur. — Vs. 2. Stob. τὸν ζῶντα, sed reliqui τὸν φύντα. — Vs. 3. Anon. Schol. ap. Walz. λελασμένον pro πεπαυμένον, quod tamen cod. Venet. tuetur. Sext. Emp. καὶ κακῶν πεπ. — Verba ipsa haud dubie Meropes sunt sive ex longiore eius oratione, qua miseram suam conditionem et dolores patefecit, sive ex colloquio cum nutrice vel alia quadam amica habito petita, quibus descriptionem periculi, quod filio Cresphonti immineret, antecessisse consentaneum est. Si vero Welckerus et Bergkius cum his versibus inc. fab. fgm. CXXXI—CXXXIII. arcte coniuncta fuisse opinantur, vereor, ne a vero longe aberraverint; tria enim ista fragmenta eandem fere sententiam continent itaque nullo modo in eadem scena ab eadem persona pronuntiata esse possunt.

455. XI.

Plut. Consol. ad Apollon. 15. (p. 110. D.) *Ἡ δὲ Μερόπη λόγους ἀνδρώδεις προφερομένη κινεῖ τὰ θέατρα, λέγουσα τοιαῦτα*

Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ'· ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν, ὡς ἐγώ, βίον.

Welck. haec verba iracundiam quandam spirantia a Merope pronuntiata arbitratur, quum filii, qui omnibus ignotus paullo ante advenerat et Cresphontis interfectorem se esse professus erat, interficiendi consilium ceperat. Sed locum etiam in alia scena habere potuerunt. Vs. 1. *οὐκ ἐμοὶ μόνῃ — ἀλλὰ —*. Saepius hac consolandi ratione de qua Cic. Tusc. III, 33. loquitur, usus est Euripides. cf. Inon. fgm. XX. Hippol. 834. Med. 1017. Alc. 892. 932. Valck. Diatr. p. 179. Davis. ad Cic. l. c. Brunck. ad Soph. El. 153. Vs. 2. Grot. *ἄλλαι* dedit pro *ἀλλά*, quod recte improbavit Valck. adnot. ad schol. Phoen. 162. Vs. 3. De locutione *ἐξαντλεῖν βίον* vid. Monk. ad Hipp. 902.

456. XII.

Schol. Eurip. Phoen. 162. *περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν Νιοβιδῶν αὐτὸς Εὐριπίδης ἐν Κρεσφόντῃ λέγει*

— — — — καὶ δὶς ἑπτ' αὐτῆς τέκνα
Νιόβης θανόντα Λοξίου τοξεύμασιν.

Haec ex eadem Meropes oratione deducta esse, e qua fgm. XI, monuit Valck. in adnot. ad h. l.

457. XIII.

Plut. de esu carn. or. II. c. 5, 3. (p. 998. E.) *Σκόπει δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ Μερόπην, ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν, ὡς φονέα τοῦ υἱοῦ πέλεκυν ἀραμένην καὶ λέγουσαν,*

Ὁσιωτέραν δὴ τήνδ' ἐγὼ δίδωμί σοι
πληγήν,

ὅσον ἐν τῷ θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ, συνεξορθιάζουσα φόβῳ, καὶ δέος, μὴ φθάσῃ τὸν ἐπιλαμβανόμενον γέροντα, καὶ τρώσῃ τὸ μειράκιον. Ad eandem scenam respexit Aristot. Poet. c. 14. ubi de optima personas agnoscendi ratione egit: *οἷον ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἡ Μερόπη μέλλει τὸν υἱὸν ἀποκτείνειν, ἀποκτείνει δὲ οὔ, ἀλλ' ἀνεγνώρισεν.* et Ethic. Nicom. III, 2. *οἰηθείη δ' ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι ὥσπερ ἡ Μερόπη.*— Hospes quum procul dubio intus in domo dormiret, Meropa eum interfectura conspici non poterat nisi per eccyclema, de qua machina docte disputavit Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 265., praeterquam quod falsam vocis formam *ἐγκύκλημα* probavit.

458. XIV.

Stob. XXXI, 15.

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται, τέκνον.

Meropen his verbis se pudore affectam prodidisse, quod filio tantum periculum minitata esset, praeclare Welck. ostendit.

XV. 459.

Plut. de inimic. utilit 7. (p. 90. A.) *Εἰ γὰρ ἕτεροι πράγμασιν ἀβουλήτοις περιπεσόντες διδάσκονται τὸ χρήσιμον· ὥσπερ ἡ Μερόπη φησὶν,*

Αἳ τύχαι δέ με,
μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα,
σοφὴν ἔθηκαν.

Hoc et sequens fgm. ex ea scena petita sunt, in qua Merope cum Polyphonte marito, quo certius ab eo se vindicaret, specie in gratiam rediit; simulavit enim tranquillitatem quandam animi, ne quid mali Polyphontes suspicaretur.

XVI. 460.

Gell. N. A. VII, 3. *Recte hoc vitio dat Lucilius poëtae Euripidae, quod, quum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante consilium de nece eius cepisset, Merope fratris uxor hisce eum verbis eluserit:*

Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῂς, κτείνειν πόσις,
χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.

Cf. fgm. XV. Qua ratione Merope haec dixerit, Gellius ipse indicavit. — Vs. 2. Valck. Diatr. p. 183. optime emendavit *χρῆν* pro *χρὴ*, male autem *ἕως* pro *ὡς* scribi voluit. Primum enim *ἕως* per synizesin legi apud tragicos non solet, (cf. Brunck. ad Phoen. 89.), deinde sententia illud *ἕως* haud quaquam requirit. Non enim haec in verbis inest sententia; „*tu quoque tam diu cessare debebas a caede, usque dum opportunitas scilicet adesset,*“ sed potius haec: *tu quoque velle debebas, quum tempus scilicet* (*δῆθεν*) *aderat.* Extrema ironice dicta esse arguit *δῆθεν*, quod vulgo ita adhiberi solet. cf. Markl. ad Suppl. 321. Valck. ad Herod. V, 20.

XVII. 461.

Schol. ad Eurip. Med. 85. *τῇ δὲ διανοίᾳ ταύτῃ καὶ ἐν Κρεσφόντῃ κέχρηται οὕτως·*

Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ', ὅπερ ἅπαντες βροτοὶ,
φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.

Vs. 1. cum Barnes, scribendum videtur: *ὅπερ πάντες βροτοί.* Vs. 2. legebatur *φίλων*, quod correxit Valck. l. c. Ad sententiam cf. Med. 86. *ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ.* Ter. Andr. II, 5, 15. Gataker. ad M. Antonin. XII, 4. — Polyphontis scelus suum excusantis verba esse (ex eadem scena, ex qua fgm. XV. XVI. ducta) optime iam monuit Valck. Diatr. p. 183. In eadem Cresphontis umbram indignabundam apparuisse Polyphonti et Meropae haud

aspectabilem et pronuntiasse verba, quae Lat. expressit Ennius ap. Auct. ad Heren. II. 25, 39.

Eho tu, Di, quibus est potestas motus superum atque interum,
Pacem enim inter sese conciliant, conferunt concordiam

Welck. e verbis, quae Auct. ad Her. his versibus subiecit: „*nam ita pro suo iure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit* etc.“ concludit. —

Haud multum post, quam Merope Polyphonti reconciliata erat, pater eius (ut recte ex Inc. Auct. Rhet. ad Herenn. II, 24, 38. collegit Valck. Diatr. p. 183. probante Welck. p. 836.), Cypselus, quippe non modo de discordia inter coniuges, sed etiam de Polyphontis in Cresphontem, Cypseli nepotem, crudelitate certior factus ex Arcadia eo consilio advenit, ut filiam reposceret ac secum reduceret. Quod Merope deprecata est his verbis:

Iniuria abs te afficior indigna, pater:
*Nam si improbum Polyphontem**) *existimaveras,*
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem invitam invitum cogis linquere?

Cui Cypselus respondit:

Nulla te indigna, o nata, afficio iniuria:
Si probus est, bene locavi, sin est improbus,
Divortio te liberabo incommodis. Duxi probum;
Erravi; post cognovi, et fugio cognitum.

Hinc simul intelligitur, qua re factum sit, ut Merope post Cresphontis mortem Polyphonti, mariti interfectori nuberet; sed quomodo instituerit Euripides, ut Cypselus verum cognosceret, et quid agentem eum in Cresphontis et Meropes vindicta introduxerit, ne coniectura quidem assequi possumus: attamen Cypselum in Polyphonte necando adiuvisse nepotem probabile est. Hanc caedem non in ipsa scena peractam, sed a nuntio relatam esse, vix ex quod moneam.

462. XVIII.

Stob. XCIV, 3.

Κέρδη τοιαῦτα χρή τινα κτᾶσθαι βροτῶν,
ἐφ' οἵσι μέλλει μή ποθ' ὕστερον στένειν.

Haec verba a choro sub fabulae finem nuntio de Polyphontis nece accepto pronuntiata esse videntur. Cum his versibus Stob. duos

*) *Polyphontem* pro eo, quod vulgo hic legitur: *Cresphontem*, scribendum esse cum aliando Welck. praeclare ostendit tum verba ipsa (vs. 4.) et fabulae argumentum luculenter docent.

alios coniunxit, quos supra e Dictye petitos esse docuimus. Cf. Dict. fgm. XII.

Falso praeterea a Plut. de adul. et amic. 22. (p. 63. A.) Meropae versus quidem tribuuntur, quasi e Cresphonte petiti essent, qui in Erechtheo locum habuerunt. cf. Erechth. fgm. XXIII. vs. 18 sq.

K P H Σ Σ A I.

Hac fabula, quae a mulierum Cressarum choro, qui una cum Aërope, Catrei, Cretensium regis, filia Argos venerat, nomen habebat, Atrei et Aëropes historiam expressam fuisse cum ex fgm. XI. tum ex testimoniis schol. Soph. Ai. 1297. Schol. Arist. Ran. 873. Acharn. 432 liquet. Dicit enim ille ad Soph. l. c., ubi Teucer Agamemnonem his verbis „*αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ λαβὼν ἑπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας πατὴρ ἐφῆκεν ἄλλοις ἰχθύσιν διαφθορέα*“ carpit: *ἡ ἱστορία ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου, ὅτι διαφθαρεῖσαν αὐτὴν* (sc. *Ἀερόπην*) *λάθρα ὑπὸ θεράποντος ὁ πατὴρ Ναυπλίῳ παρέδωκεν ἐντειλάμενος ἀποποντῶσαι· ὁ δὲ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἐνεγγύησεν Πλεισθένει.* Similiter Apollod. III, 2, 2. *Ἀερόπην δὲ καὶ Κλυμένην Κατρεὺς Ναυπλίῳ δίδωσιν εἰς ἀλλοδαπὰς ἠπείρους ἀπεμπολῆσαι· τούτων Ἀερόπην μὲν ἔγημε Πλεισθένης, καὶ παῖδας Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον ἔτεκε κτλ.* Mirum est, quod et schol. Soph. et Apollod. narrant, Aëropen nuptam fuisse Plistheni, quum in hac fabula certe et alias apud Euripidem Atrei coniux fuerit (cf. fgm. XI. Helen. 390 sq.), multo mirabilius autem quod Apollod. eam *Plisthemi* Agamemnonem et Menelaum peperisse, tradit. Sed consentiunt Schol. Eurip. Or. 5., Schol. Hom. Il. II. 249., Servius ad Virg. Aen. I. 458, rem ita explicantes, ut Agamemnonem et Menelaum, quum Plisthenes in aetatis flore mortuus esset, ab Atreo educatos itaque pro eius filiis habitos et ita appellatos esse dicant. Hanc vero difficultatis expediendae viam a grammaticis ipsis excogitatam esse facile intelligitur. Neque credibilius est, quod alii Aëropen primum Plisthenis, Atrei filii, deinde post Plisthenis mortem Atrei coniugem fuisse narrant. Fortassis autem Euripides alium auctorem sequutus Atreum non tanquam Pelopis (ut alibi cf. Orest. 5. Iph. T. 3) sed tanquam Plisthenis filium introduxit, ut Aërope primum Plisthenis i. e. patris, deinde Atrei i. e. filii uxor fuerit, cui Agamemnonem et Menelaum peperierit. Eodem modo Aeschylus, qui in Agam. 1506 Atreum aperte Agamemnonis patrem dixit, in eadem fabula (1390. 1485. 1516. 1518.) sobolem i. e. Agamemnonem (Atrei) et Aegisteum (Thyestae filium) modo Tantalidas, modo Pelopidas, modo Plisthenidas nominavit. (cf. Klaus. ad Aesch. Agam. 1485. Schneidewin. Ibyc. p. 147.) unde Plisthenem

quendam iam antiquitus ab aliis ante Atreum, ab aliis ante Pelopem inter Agamemnonis maiores commemoratum fuisse perspicuum est. — Praeter Atreum et Aëropen Thyestae in hac fabula partes fuisse consequitur ex Schol. Aristoph. Acharn. 432., quippe qui ad Aristophanis verba „*τῶν Θυεστείων ῥακῶν*“ adnotans: „*ἤτοι τὰ τῶν Κρησσῶν ἢ αὐτοῦ τοῦ Θυέστου,*“ dubitet, significaritne Aristophanes Thyesten pannis obtectum, qualis in Cressis, an qualis in Thyeste fabula in scenam prodierit. Nam hoc, credo, indicare scholiastam voluisse nemo putabit, se nescire, utrum Cressarum (chori ipsius) an Thyestae panni dicti sint. Quum praeterea Schol. Aristoph. Ran. 873 ad verba Aristoph. „*ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μοναῳδίας*“ adnotaverit: — *Ἀπολλώνιος δὲ, ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε* (sc. *Εὐριπίδης*) *πορνεύουσαν*, quae verba Welck. male ad illud vitium rettulit, cuius caussa Aërope Nauplio tradita est, dubitari non poterit, quin Aërope cum Thyeste adulterans fuerit introducta. Haec igitur argumenti summa fuisse videtur. Thyestes supplex ac pannis obtectus in fratris domum eo consilio venit, ut, si fieri posset, regno potiretur. Quam ob caussam mox in Aëropes amorem sese insinuavit et cum ea adulteravit, ut per eam vellus aureum, quocum regnum coniunctum credebatur (cf. Schol. Orest. 989. Senec. Thyest. 223.), suum faceret. Quo accepto controversia inter fratres de imperio exorta videtur, quae tamen postremo a Iove ipso signo quodam in coelo exhibito (cf. fgm. III.) in Atrei gratiam composita est. (Plat. de Rep. p. 269. A.) Atreus fratrem nunc urbe expulit (cf. Hygin. fab. LXXXVI.), mox autem, adulterio uxoris cum illo comperto revocavit, quasi in gratiam cum eo redire vellet, re vera autem, ut ab eo crudelissime se vindicaret. Thyestes rediit; cui reverso Atreus lautas quidem epulas, inter cibos vero eius liberos assos apposuit (cf. fgm. VIII. IX. X.), ac post coenam demum patefecit, quid ille comedisset. Thyestes summo dolore perculsus et maximo fratris odio incitatus vehementissime Atreum eiusque domum exsecratur; Aerope autem, nisi ab Atreo (mortis) supplicio affecta est (cf. fgm. XI.), ipsa se interfecit. Fabula denique eo fortasse finita est, ut deus quidam exponeret, qualem eventum exsecrationes istae essent habiturae. — De argumento huius tragoediae, quam una cum Alcmaeone Psoph., Telepho et Alcestide Ol. LXXXV, 2 actam esse supra monuimus (cf. p. 4.), breviter disputavit Ad. Schoell. de Tetral. Trag. Att. p. 130, cuius sententiam, quatenus ad compositionem tetralogicam spectat, alio loco examini subiiciemus. Cressas praeterea non eandem fabulam cum Thyesta effecisse, ut quibusdam visum est, ad Thyestae argumentum ostendimus.

463. I.

Stob. LXXIV, 2.

Οὐ γάρ ποι' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινοὺς, οὐδ' ἀφεῖναι' ἐὰν κρατεῖν·
πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν· εἰ δέ τις κυρεῖ
γυναικὸς ἐσθλῆς, εὐτυχεῖ κακὸν λαβών.

Dubium est, sintne Thyestae verba ex controversia cum fratre petita an Atrei de uxoris cum fratre adulterio conquerentis. cf. fgm. V. VI. — Vs. 3. *πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστι* sc. *γυναικὶ, mulieri enim nulla fides habenda.* cf. Valck. ad Hipp. 395. Fortasse scribere malis: *πιστὸν γὰρ οὐκ ἔνεστιν.* Sententia simillima est in Steneb. fgm. VII. El. 933.

II. 464.

Stob. XXIX, 23.

Οὐκ ἄν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν,
αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

Atrei in fratrem invehentis verba esse videntur. Vs. 1. cf. inc. fab. fgm. XXXIX. Vs. 2. cf. Archel. fgm. VIII.

III. 465.

Achill. Tat. *περὶ σφαίρας* in Petavio Uranolog. p. 122. 140.

Δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
δήμους τ' ἔσωσα καὶ τύραννος ἐζόμην.

Atrei verba esse manifestum est. Cf. Strab. I. p. 43. A. Schol. Eur. Or. 989. *ὁ δὲ Ἀτρεὺς βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι αὐτοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία, ἔφη δεῖξαι, ὅτι χρυσόμαλλος ἀρνειὸς αὐτῷ ἐτέχθη. Τούτου δὲ ὑπονοθεύσας τὴν γυναῖκα Θυέστης ἔκλεψε τὸν ἀρνειόν. Μὴ δυνηθεὶς οὖν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν δεῖξαι ὁ Ἀτρεὺς ἔμελλεν ἀφαιρεῖσθαι τὴν βασίλειαν ἐκείνου τὸ ὑπ' αὐτοῦ ὑποσχεθὲν δείκνυντος, εἰ μὴ, ὡς ἄν φιλόσοφος, ἀπέδειξεν αὐτοὺς ἀσεβοῦντας, εἰ Θυέστην βασιλέα ἕλωνται, τεκμήριον δὲ τῆς βασιλείας τὸν ἥλιον καὶ τὰς Πλειάδας ἐκ δύσεως πορευομένους εὑρίσκοντα. Καὶ οὕτως ἐβασίλευσε καὶ τὸν ἀδελφὸν σφόδρα ἐτιμωρήσατο.*

IV. 466.

Stob. XCI, 7. Ant. Meliss. et Maxim. in Edit. Stob. a. 1609. Serm. CXXXV. p. 214, 43.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν
ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

Procul dubio Thyestae verba sunt. — Vs. 2. habet etiam Stob. XCII, 5.

V. 467.

Stob. LXXII, 4.

Γαμεῖτε, νῦν γαμεῖτε, κἄτα θνήσκετε
ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικὸς ἢ δόλοις.

Ab Atreo haec dicta esse uxoris scelere comperto perspicuum est. Ex extremis verbis colligi simul potest, Aëropen cum Thyesta Atrei vitae insidias paravisse, ab hoc vero esse detectas.

468. VI.

Stob. CIX, 7.

Λύπη μὲν ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί.
εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
κρύπτοντα καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε.
γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.

Atreus haud dubie loquitur ad flagitia uxoris respiciens. Vs. 1. pro ἄτη Paris. A. αὖτη et sic etiam Valck. in marg. Stob. Grot. adnotavit: A. Ms. *λυπῶν μὲν αὖτη*, unde ad Hippol. 219. scribendum esse coniicit: *λυπεῖ*, quo haud quaquam opus est. Vs. 2. sq. Ad sententiam comparat Valck. Hipp. 465. sq. *ἐν σοφοῖσι γὰρ τάδ' ἐστι θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.* sed multo aptius conferas Oedip. fgm. III.

469. VII.

Apollon. Dysc. in Bekk. An. Gr. p. 514, 5. *Ἔτι μέντοι φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς παρὰ [Εὐριπίδῃ] καὶ ἔτι ἄλλοις ποιηταῖς ὀνοματικῆς συντάξεως ἔτυχεν. ἐν μὲν γὰρ Κρήσσαις*

Ἐγὼ χάριν σὴν παῖδας οὐ κατακτενῶ.

Recte Welck. hoc fgm. eodem, quo fgm. VI, rettulisse et versiculum Aëropae tribuisse, minus recte autem statuisse videtur, Aëropen eo Thyestae propositum, ut filios suos Agamemnonem et Menelaum interficeret, dum ipse Atreum necare vellet, reiecisse; nam ni egregie fallor, Aërope haec Atreo dixit, quum is eam adulterii ream Thyestae liberos mactare iussisset. — Bast. ad Greg. Cor. p. 32 hunc vs. citans dedit: *ἐγὼ χάριν σὴν παιδά σου κατακτενῶ*, quae scriptura vera esse nequit. De locutione *χάριν ἐμὴν, σὴν* κτλ., *mea, tua caussa*, etc. vid. Pflugk. ad Helen. 1373.

470. VIII.

Athen XIV. p. 640. A. *Πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, τῶν τοιούτων ἡμῖν παρατιθεμένων ἐπιδορπισμάτων ἔφη τις τῶν παρόντων*

Αἳ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται;
πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ
μόσχων τε σὰρξ τέρεινα χηνεία τε δαὶς
καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα.

φησὶν ὁ Εὐριπίδης ἐν Κρήσσαις. Atrei fratrem alloquentis et ad coenam, qua ei liberos assos apposuit, invitantis verba esse liquet. — Vs. 1. extat etiam in Hippol. 435, unde hoc loco infersus esse videtur, (quamquam Euripides non raro eodem versu in diversis tragoediis usus est. cf. Aeg. fgm. IX.), nam parum cum sequentibus cohaeret. — Vs. 4. legebatur vulgo *μόσχων τέρειναι σάρκες χήνεια τε*

δαὶς, ubi vitiosum spondeum viri docti vario modo removere studuerunt. Heath. coni. ἡ χηνεία δαὶς, quasi de certo quodam ferculo, vel de cibo hominum fama celebrato et aliunde noto sermo esset; Piers. ἡδεῖά τε δαὶς, Musgr. σάρκε. Rectius fortasse Pors. Miscell. Tract. p. 246. μόσχων τε σὰρξ τέρεινα, quod Dindorfius recepit et equidem retinui, nisi forte verborum transpositione vitata scribendum est: τέρεινα σάρξ τε. — Vs. 5. πεπτὰ) Hunc locum fortasse respicit schol. Aristoph. Equ. 1178. ἐλατὴρ δὲ πέμματος εἶδος· τινὲς μὲν ἄζυμα, τινὲς δὲ πεπτὰ, ὧν εἷς καὶ Εὐριπίδης, quod scholion ex parte lacerum redintegrandum esse ex schol. Acharn. 245 monuit Dindorf. Schol. Aristoph. Vol. III. p. 415. med. Κροτητὰ Schweigh. ad Athen. Animadv. T. VII. p. 499. interpretatur placenta, quae dum franguntur aut manducantur, crepitent (*Prasselkuchen*); Musgr. vertit: *intrita*. Duos postremos vs. habet etiam Plut. non poss. suav. viv. sec. Epic. 16. (p. 1097. D.)

IX. 471.

Athen. XI, p. 504. B. καὶ Εὐριπίδης ἐν Κρήσσαις

Τὰ δ' ἄλλα χαῖρε κύλικος ἑρπούσης κύκλῳ.

Hic vs. ab Atreo dictus inter coenam esse videtur. Piers. correxit τὰ δ' ἄλλ' ἔχαιρε. Mitscherlich. ad Hor. Od. I, 9, 9. τὰ δ' ἄλλα χαίρου. Ego, siquidem coniectura opus, proponam χαίρειν, in quo Infinitivo pro Imperativo adhibito nemo haerebit.

X. 472.

Athen. III. p. 97. A.

— *νόμος δὲ λείψαν' ἐκβάλλειν κυσίν*

ἐν Κρήσσαις ὁ Εὐριπίδης ἔφη. Atreus sub coenae finem dixisse videtur, postquam Thyestae liberorum capita pedesque ostenderat.

XI. 473.

Schol. Aristoph. Vesp. 760. ad verba Aristophanis „Ἅιδης διακρινεῖ" adnotat: Ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην· κρινεῖ ταῦτα. Haud dubie recte Toup. Emend. ad Suid. T. III. p. 178. ad verba κρινεῖ ταῦτα etiam apud Euripidem Ἅιδης supplendum esse intellexit, quamvis minus recte scripserit: Ἅιδης διακρινεῖ ταῦτα: puto enim ab Euripide profectum esse (Ἅιδης δὲ) κρινεῖ ταῦτα, quae Atreus Aëropae dixit, simul atque omnia eius flagitia in memoriam ei revocaverat et mortem subeundam esse aperuerat. — Ante mortem vero Aërope tristitiam suam monodia quadam prodidisse videtur, si quid ex Quinctiliani (XI. 3, 73) verbis: „*ut sit Aërope in tragoedia tristis*" etc. et ex epigrammate Nicodemi (in Anthol. Pal. VI. 316.) Ἀερόπης δάκρυον διερῆς (i. e. *humectatae lacrimis* cf. Aristoph. Av. 212.) κτλ. colligi potest.

474. XII.

Etym. M. p. 796, 10. v. φλήναφος. *Εὐριπίδης παράγωγον ῥῆμα ἀπὸ τούτου ποιήσας φησὶν ἐν Κρήσσαις*

— πρὶν ἂν ἐκφλῆναί με καὶ μαθεῖν λόγον.

Pro *ἄν*, quod et metro officit et grammaticae rationi repugnat, quum πρὶν cum Inf. temporis praeteriti coniunctum ἄν asciscere non soleat, Sylburg et Heath. dederunt γὰρ et bene verterunt: „*priusquam ineptias exuerim et rationem didicerim.*“ Musgr. quasi integer esset locus pro *μέ* scribi jussit *σέ*. — Cui haec verba assignanda sint vix accurate definias.

Welck. praeterea ad hanc fabulam refert inc. fab. fgm. XXXVI.

K R H T E Σ.

Huius fabulae argumentum, quum duo tantum fragmenta supersint, obscurum est, ex parte tamen coniectura ex iis colligi potest, quae tradit Schol. Aristoph. Ran. 873 ad poetae verba „*Ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονῳδίας Γάμους δ' ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην*“ adscribens: „*ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶ Ἴκαρον μονῳδοῦντα ἐποίησε· καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν τοῦ Ἰκάρου μονῳδίαν ἐν τοῖς Κρησί· θρασύτερον γὰρ δοκεῖ εἶναι τὸ πρύσωπον. — — Τιμαχίδας δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς Κρησὶ μῖξιν Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον.* Hunc mirificum ac flagitiosum Pasiphaës in taurum amorem hac tragoedia expressum fuisse luculenter apparet e Ioan. Malal. Chronogr. IV. p. 105. „*ἐν οἷς χρόνοις ἦσαν ὁ Δαίδαλος καὶ ὁ Ἴκαρος θρυλλούμενοι ἕνεκα τῆς Πασιφάης, γυναικὸς τοῦ Μίνωος βασιλέως, καὶ τοῦ Ταύρου, τοῦ ποταρίου αὐτῆς· ἐξ οὗ ἔτεκε μοιχευθεῖσα υἱὸν τὸν κληθέντα Μινώταυρον, μεσιτεύσαντος τῇ μοιχείᾳ τῆς πορνείας τοῦ Δαιδάλου καὶ τοῦ Ἰκάρου. Ὁ δὲ Μίνως βασιλεὺς τὴν Πασιφάην ἀποκλείσας ἐν τῷ κουβουκλείῳ μετὰ δύο δουλίδων παρεῖχεν αὐτῇ τροφὴν, καὶ εἴασεν αὐτὴν ἐκεῖ, μηκέτι ἑωρακὼς αὐτήν. καὶ ἐκείνη θλιβομένη, ὡς λυθεῖσα τῆς βασιλικῆς ἀξίας, νόσῳ βληθεῖσα ἐτελεύτα· ὁ δὲ Δαίδαλος καὶ ὁ Ἴκαρος ἐφονεύθησαν, ὁ μὲν Ἴκαρος φεύγων τῆς φρουρᾶς, ὡς πλέει ἐποντίσθη, ὁ δὲ Δαίδαλος ἐσφάγη. Περὶ δὲ τῆς Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα ὁ Εὐριπίδης ὁ ποιητής.* quem locum iam Bentl. (Epist. ad Mill. p. 470 sq.) ad Cretenses retulit. Cf. Liban. Apol. Socr. T. III. p. 64. de Orchest. T. III. p. 375. Orat. XIX. p. 497. B. — *κεκλεῖσθαι τοῖς ὑποκριταῖς τὸ θέατρον, ἵνα μὴ τραγῳδὸς εἰσελθὼν Πασιφάην μιμήσηται τὴν ἐξοκείλασαν εἰς ἀλλότριον ἔρωτα.* Rem uberius illustrant Apollod. III, 1, 4. Palaeph. de Incred. II. Liban. Narrat. 16. p. 1104. Hygin. (fab. XL.) hoc loco fortassis, ut saepius, Euripidem sequutus: *Pasiphae, Solis filia, uxor Minois, sacra deae Veneris per aliquot*

*annos non fecerat. Ob id Venus amorem infandum illi obiecit, ut taurum, quem ipsa amabat, (alia) amaret *). In hoc Daedalus exul cum venisset, petiit ab eo auxilium. Is ei vaccam ligneam fecit, et verae vaccae corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit. Ex quo compresso (*lege *compressu) Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana. Tunc Daedalus Minotauro Labyrinthum inextricabili exitu fecit, in quo est conclusus. Minos re cognita, Daedalum in custodiam coniecit. At Pasiphae eum vinculis liberavit. Itaque Daedalus pennas sibi et Icaro filio suo fecit et accomodavit, et inde avolarunt. Icarus altius volans a sole cera calefacta, decidit in mare, quod ex eo Icarium pelagus est appellatum. Daedalus pervolavit ad regem Cocalum in insulam Siciliam.*“ In extremis consentiunt Schol. Hom. Il. II, 145. Palaeph. de Incred. XIII. Severi narrat. I. p. 537. (in Westermanni Mythogr. Gr. p. 373, 32.) ac satis probabile est, quum Icarum in hac fabula egisse testimonio schol. Aristoph. l. c. constet, in Cretensibus ea etiam expressa fuisse, quae extremo loco narrata sunt: h. e. Daedalum cum Icaro filio propter vaccam illam, quam Pasiphaae fabricaverat, in Labyrintho inclusum esse, inde vero alis arte confectis aufugisse atque ipsum quidem pervenisse Camicum ad Cocalum regem, Icarum vero in mare praecipitasse. Ac fortassis versus huc spectantes aut integros aut certe parum mutatos e Cretensibus deduxit Aristophanes (Pac. 140) hosce:

τί δ', ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;
πῶς ἐξολισθεῖν πτηνὸς ὢν δυνήσεται;

ad quem locum schol. adnotat: *τοὺς τραγικοὺς παίζει διὰ τὰ περὶ Ἰκάρου λεγόμενα.* Quae si vera sunt, versus ad Cretenses pertineant oportet, nam in nulla alia tragoedia, quantum memini, Icari historia tractata fuit. Dubitationem vero aliquam movet alius schol. ad eundem locum: *ἢ ἐπεὶ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα μετὰ τὴν τῆς Χιμαίρας ἀναίρεσιν ἐπανελθὼν εἰς Κόρινθον ἀπατῆσαι ὡς ἔξων γυναῖκα, καὶ ἐπιβιβάσας τοῦ Πηγάσου εἰς μέσην ῥῖψαι τὴν θάλατταν.* Quibus versus istos ad Stheneboeam pertinuisse et de Pegaso pronuntiatos esse verisimile fit. Uter scholiastes rectius iudicaverit nunc vix explorabitur; attamen mihi extrema e scholiastae coniectura prodisse videntur. —

Sed ut ad Cretenses redeamus, de huius tragoediae dispositione ac singularum partium institutione nec quidquam innotuit neque coniectura indagari potest: ex fgm. II tamen liquet, rem in Creta actam esse et chorum e Iovis Idaei mystis constitisse. De anno, quo docta sit, si quaeris, e fgm. II. vs. 8, si quidem ibi recte *κραθεὶσ'* vel *κολληθεὶσ'* legitur, colligi potest, eam ante Ol. LXXXVII scenae commissam esse non posse; nam elisiones in fine versuum Callias introduxisse fertur (cf. Athen. VII. p. 276. X. p. 453. E.), quem tra-

*) Parum Euripidea videntur, quae narrat Apollod. l. c. init. *ὀργισθεὶς δὲ αὐτῷ* (sc. Minoi) *Ποσειδῶν, ὅτι μὴ κατέθυσε τὸν ταῦρον, τοῦτον μὲν ἐξηγρίωσε, Πασιφάην δὲ ἐλθεῖν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ παρεσκεύασεν.*

goediam suam grammaticam non multum ante Ol. LXXXVII scripsisse consentaneum est. cf. Herm. El. D. Metr. p. 36. fin. Welcker. in Mus. Rhen. 1833. p. 149. sq. Wex. ad Soph. Antig. T. I. p. 273. Bergk. de reliqu. com. Att. p. 107. sqq.

475. I.

Aristoph. Ran. 1398. (1356.)

Ἀλλ' ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα,
τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε.

Schol. *τοὺς Κρῆτας λέγει· ἔστι δὲ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου.* (Sic codd. Rav. Ven. Θ. M.) *οὐ μόνον ἐν Τροίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν Κρήτῃ Ἴδη ἐστὶν, ὡς καὶ ὁ Λυκόφρων φησίν· ἐπεὶ δὲ ἐν Κρήτῃ ἦν ἡ τοῦτο λέγουσα, διὰ τοῦτο λέγει, Ἴδης τέκνα τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε.* Pasiphaës igitur videntur verba esse.

476. II.

Porphyr. de abstin. IV, 19. p. 172 sq. *Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων· λέγουσι δὲ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς Μίνω*

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας
τέκνον Εὐρώπας καὶ τοῦ μεγάλου
Ζανὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου,
ἧκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
οἷς αὐθιγενὴς τιμηθεῖσα δοκοὺς
στεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει
καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ'
ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπάρισσος.
ἁγνὸν δὲ βίον τείνομεν, ἐξ οὗ
Διὸς Ἰδαίου μύστης γενόμην,
καὶ νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτας
τὰς τ' ὠμοφάγους δαῖτας τελέσας,
μητρί τ' ὀρείᾳ δᾷδας ἀνασχὼν,
καὶ Κουρήτων
Βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς.
πάλλευκα δ' ἔχων εἵματα φεύγω
γένεσίν τε βροτῶν καὶ νεκροθήκης
οὐ χριμπτόμενος, τήν τ' ἐμψύχων
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

Vs. 1. Chorus alloquitur Minoem, filium Europae, quae ab aliis Phoenicis, ab aliis Agenoris filia habebatur. cf. Apollod. III, 1, 1. *τινὲς δὲ Εὐρώπην οὐκ Ἀγήνορος, ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσι. ταύτης Ζεὺς ἐρασθεὶς*

ranges into the Maestrian. Other Danian localities in Jutland, Denmark, Scandinavia and Germany are Faxe, Stevns Klint, Kjølby Gaard, Sejerslev, Rørdal, Lellinge, Hemmoor, Ahlten, Lägerdorf, Kronsmoor, Hemmoor, Vordenberg, Kalkberg, Bünde, Rügen, Quedlinburg, Ciply, Mons, Obourg, Hainin, Maestricht, Kunrade, Vijlen, Gulpen, Rijkholt, Lanaye, Visé, Hallembaye, Orp-le-Grand, Folx-les-Caves, Jauche, Lincent, Hesbaye, Haccourt, Fouron-le-Comte, Fouron-St-Martin, Fouron-St-Pierre, Fouron-St-Remy, Fouron-St-Servais, Fouron-St-Jean, Fouron-St-Lambert, Fouron-St-Nicolas

quam Euripidi. Attamen etiam Lobeckius mendum hoc loco latere sibique non displicere ait σπονδάς. — Vs. 13. τελέσας vertit Musgr. *valedicens*, ne secum ipse, ut ait, pugnaret sacerdos hic crudivoras epulas celebrare se professus idemque paullo infra suam ab animalium esu abstinentiam praedicans; sed iure dubitat Maltby ad Morell. Thes. prosod. p. 413., an recte hoc fieri non possit, ipseque coniicit: τάς τ' ὠμοφάγου δαιτὸς τελετάς. Attamen neque illa Musgravii interpretatione, neque mutatione opus est: nam Musgr. non perspexit, verba ὠμοφάγους δαῖτας cum genitivo Ζαγρέως coniungenda neque de sacerdotum, sed Dionysii Zagrei epulis h. e. de sacrificiis ei factis intelligenda esse. Hinc τελεῖν vulgarem suam vim tenere neque repugnantiae quid his versibus inesse consentaneum est. — Vs. 20. cf. Valck. ad Hipp. 952.

Ad hanc fabulam porro magna cum probabilitatis specie a Valck. Diatr. p. 42. et Welckero p. 802. refertur inc. fab. fgm. CXXXVIII.

ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ.

Huius fabulae quale argumentum fuerit plane ignotum est; tamen huc videntur facere, quae tradunt Apollod. II, 8, 2. Τληπόλεμος (Herculis filius) οὗν κτείνας οὐχ ἑκὼν τὸν Λικύμνιον, (Electryonis e Midea filium, Alcmenae fratrem) — τῇ βακτηρίᾳ γὰρ αὐτοῦ θεράποντα πλήσσοντος ὑπέδραμε — πρὶν ἐξελθεῖν ἐκ Πελοποννήσου, φεύγων οὖν μετ' οὐκ ὀλίγων ἦκεν εἰς Ῥόδον κἀκεῖ κατῴκει. cf. Paus. II, 22, 8. Diod. IV, 48. Hoc secundum Homerum (Il. II, 653.) Argis, secundum Pindarum (Ol. VII, 27.) Tirynthe fiebat. Praeterea hanc tragoediam respexerunt Hesych. v. Λικυμνίοις βολαῖς. τῶν ἐν τῷ Εὐριπίδου Λικυμνίῳ μνημονεύοι ἂν ἴσως. κεραυνοῦται γὰρ ἡ ναῦς κατὰ τὸν ἐκεῖ λόγον, οὐχ ὡς αὐτοῦ τοῦ Λικυμνίου τῆς Φωκίδος κατεσκεμμένου. et Schol. Aristoph. Av. 1242. ad verba Λικυμνίαις βολαῖς adnotans: Ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως „Λικυμνίαις βολαῖς" φησὶ „ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται." ἐν δὲ ἐνίοις τῶν σχολικῶν ὑπομνήμασι ταυτὶ γέγραπται „ἴσως ὁ Λικύμνιος ἐνεπύρισε τινῶν οἰκίας." ἐν δὲ τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Ἀπολλωνίου ταῦτα γέγραπται, ὅτι ἠμίφλεκτόν τινα εἰσάγει εἰς τοιοῦτό τι κεκεραυνωμένου ἀπὸ τῆς περιστάσεως ἐκείνης, εἴη δ' ἂν τοῦ Εὐριπίδου μεμνημένος ἀγγέλου τοῦ ἐν τῷ Λικυμνίῳ. λέγει γὰρ ἐπὶ τελευτῆς ἐκεῖνος. „ἐν Λικυμνίῳ, δράματι Εὐριπίδου, εἰσήχθη τις κεραυνοβολούμενος." Hinc quidem navem vel hominem quendam a fulmine ictum esse, et id nuntium aliquem in scena enarrasse cognoscimus, sed ad argumentum neutro loco quidquam lucramur.

477. I.

Diog. Laert. III, 63. ὁ γοῦν φαῦλος λέγεται παρ' αὐτῷ (Πλάτωνι) καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Λικυμνίῳ φέρεται ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους οὑτωσί.

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθὸν,
πᾶσαν ἐν ἔργῳ παρατεμνόμενον
σοφίαν, λέσχης ἀτρίβωνα.

Primum versum citant etiam Eustath. ad Il. ω. p. 1492, 28. Etym. M. p. 789, 34. v. φαῦλος, quam vocem explicat ἁπλοῦν καὶ ἀπονήρευτον. Suid. s. v. ἰδέα et v. φαῦλον. Phot. p. 469. ed. Herm. v. φαῦλον. Schol. Plat. p. 84. Bachm. An. Gr. I, p. 412, 7. ubi est: Εὐριπίδης ἐν Ἡρακλεῖ (sic)· φαῦλον κτλ. Locus haud dubie vitiosus et sic restituendus: Εὐριπίδης ἐν [Λικυμνίῳ τὸν] Ἡρακλῆ φαῦλον, ἄκομψον κτλ. Plut. vit. Cim. p. 480. E. vit. Marc. p. 310. C. Μάρκελλον δὲ ἠτιῶντο, ὅτι τὸν δῆμον εἰθισμένον πολεμεῖν ἢ γεωργεῖν, τρυφῆς δὲ καὶ ῥαθυμίας ἄπειρον ὄντα καὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδειον Ἡρακλέα, φαῦλον, ἄκομψον (ὄν), τὰ μέγιστά τε ἀγαθὸν σχολῆς ἐνέπλησε κτλ. Iulian. Orat. II. p. 99. ed. Petav. cf. Valck. Diatr. p. 222. C. Musgr. περιτεμνόμενος. — Vs. 3. ἀτρίβων eadem significatione qua ἀτριβής, *imperitus, inscius* alcis rei, ap. Dion. Hal. Rhet. III, 52. adhibitum est. cf. Schaef. ad Dion. Hal. p. 415.

II. 278.

Stob. XXIX, 7.

Ἡόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ.

Cf. Apostol. XVI, 29. Sophocli versum tribuit Schol. Hermog. (p. 341. ap. Ruhnk. ad Xen. Mem. II, 1, 20.) in Walz. Rhet. Gr. Vol. V. p. 441. Ad sententiam cf. Archel. fgm. VIII. inc. fab. fgm. XXXIX.

III. 479.

Steph. Byz. v. Τενθρανία. Λέγεται καὶ Τενθράντιος. Εὐριπίδης Λικυμνίᾳ (sic)

Τενθράντιον δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός.

Τὸ Τένθραντος ἄστυ etiam Aesch. in Suppl. 565. commemorat. Pro Τενθράντιος alibi legitur Τενθράνιος, et in Epigr. Cyzic. III, 2. ἡ Τενθραντιὰς γῆ.

IV. 480.

Macrob. Saturn. I, 18. *Et ne quis opinetur diversis diis Parnassum montem dicatum, idem Euripides in Licymnio Apollinem Liberumque unum eundemque deum esse significans scribit:*

Δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε, Παιὰν Ἄπολλον εὕλυρε.

Chorus his verbis deos Delphicos alloquitur; nam Euripidem Apollinem Bacchumque esse unum eundemque deum dixisse quis credat? Saepius vero illi coniunguntur et alterius artes facultatesque alteri tribuuntur. cf. Limbourg-Brouw. hist. de la civil. mor. et relig. des Grecs. etc. Vol. VII. p. 386 sqq.

481. V.

Stob. Ecl. phys. Vol. I, 5, 6. p. 156. ed. Heer.

Τὸ τῆς ἀνάγκης οὐ λέγειν ὅσον ζυγόν.

Editur cum lemmate *ἐν Διδύμοις*, unde Musgr. tragoediam *Διδύμους* Euripidi tribuit, cuius argumentum Castoris Pollucisque cum Ida et Lynceo post Leucippidum raptum disceptationem et certamen fuisse suspicatur. Probabilius vero Valck. Diatr. p. 17. in lemmate *ἐν Διδύμοις* latere coniecit *ἐν Λικυμνίῳ*, cuius sententiam viri docti ad unum omnes amplexi sunt. Non minus improbandum est, quod Musgr. vertit: *necessitatis iugum non tale est, quod ferri possit*, quasi Euripides scripsisset *στέγειν* pro *λέγειν*; optimam enim *λέγειν* praebet sententiam. Ad sententiam cf. Helen. 514.

482. VI.

Hesych. *Θριάζειν, φυλλολογεῖν, ἐνθουσιᾶν, ἐνθουσιάζειν. Εὐριπίδης Λικυμνίῳ καὶ Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Μαινομένῳ.* cf. Etym. M. p. 455. Herm. ad Hom. hymn. Merc. 552.

Falso huc transtulit Welck. p. 1594. versus, quos citat Schol. Aristoph. Pac. 957; sunt enim Herculis verba in Herc. fur. 928. Rectius vero fortassis huc rettuleris inc. fab. fgm. XV. idque e prologo ductum conieceris. — Dubitanter praeterea Schol. Aristoph. Pac. 527. ex hac fabula citat Teleph. fgm. XVIII.

MELANIPPAE.

Euripidem duas huius nominis fabulas scripsisse, alteram *Μελανίππης τῆς σοφῆς*, alteram *Μελανίππης δεσμώτιδος* nomine inscriptam, etsi maxima fragmentorum pars simpliciter ex Melanippa citetur, tamen non magis dubium esse potest, quam duas huius poetae extitisse Alcmaeones, quamvis harum quoque fabularum fragmenta a veteribus scriptoribas confusa ac maximam partem simpliciter ex Alcmaeone allata sint. Nam de *Μελανίππῃ τῇ σοφῇ*, Dionysius Hal. et Gregorius Corinth. locis infra exhibitis ita loquuntur, ut eam peculiare drama fuisse appareat; ex quo Schol. Aristoph. tribus locis (Ran. 1275. 100. et Lys. 1127. cf. fgm. I. IX. et IV.) Schol. Aristot. (Eth. Nicom. V, 1. cf. fgm. VII.) et Gregor. Corinth. (cf. fgm. I.) apertis verbis versus quosdam laudarunt, quemadmodum Athen. XII. p. 523. E. XIV. p. 614. D. et Orio Anthol. V, 3. p. 147. (cf. fgm. XXVII. XXVIII.) definite *Μελανίππης δεσμώτιδος* fragmenta attulerunt. Accedit, quod, quae Hygin. fab. 186. de Melanippes fatis narrat, ut infra apparebit, nullo modo in una eademque fabula

locum habere potuerunt; ea enim, ut hoc statim moneam, minimum duodeviginti annorum spatium implent et plures personas habent, quam una tragoedia capere poterat. Itaque fragmenta pro argumentis suis inter duas easque diversas fabulas dispertire non dubitavimus, quarum argumenta, quoad fieri potuit, subsequentibus exposuimus.

I. *Μελανίππη ἡ σοφή.*

Argumenti partem praebet Dion. Hal. Rhet. VIII, 10. *Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐν ὅλῳ δράματι λόγον ἐσχηματισμένον περαίνει ἐν τῇ Μελανίππῃ τῇ Σοφῇ· κἀκεῖ δὲ τὸ σχῆμα διπλοῦν, τὸ μὲν αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ, τὸ δὲ τοῦ ὑποκειμένου προσώπου τῆς Μελανίππης. συγγέγονεν Ἀναξαγόρᾳ ὁ Εὐριπίδης· δόγμα δ' ἦν Ἀναξαγόρου τὸ ὁμοῦ πάντα χρήματα. μετὰ ταῦτα, συγγενόμενος Σωκράτει καὶ κρείττονος λόγου μετασχών, ἀξιώσας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸν Ἀναξαγόρου λόγον μνήμης ἐν τοῖς δράμασιν, ἐξήγαγεν αὐτὸ τὸ δόγμα ἐν τῇ Μελανίππῃ τῇ Σοφῇ. ἡ γοῦν ἀρχὴ τοῦ λόγου αὐτῷ αἰνίττεται τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον εὔνοιαν. φησὶν γὰρ ἡ Μελανίππη· κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα. ὁ μὲν Εὐριπίδου σχηματισμὸς οὗτος· ὁ δὲ τῆς Μελανίππης (ὅτι* Valck.) *τίς τὰ παιδία ἐξέθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια. ὁ δὲ πατὴρ οἰόμενος εἶναι τοῦτο τέρας γνώμην ποιεῖται κατακαῦσαι τὰ παιδία. ἡ δὲ σῶσαι βουλομένη τὰ τέκνα, ὅτι μηδέν ἐστι τὸ τέρας, φιλοσοφεῖ. καὶ οὕτω τὴν αὑτῆς χρείαν διοικεῖται ἐν παραινέσεως σχήματι φιλοσοφοῦσα.* Ibid. IX, 11. *Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει. πρότερον δὲ δείξωμεν ἐν ὅλῳ δράματι ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικούμενον ἐν τῷ Αἰόλῳ —. Ἡ Μελανίππη Σοφὴ τὸ δρᾶμα Εὐριπίδου, ἐπιγέγραπται μὲν Σοφὴ ὅτι φιλοσοφεῖ, καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης (φιλοσοφούσης) μητρός ἐστιν (τῆς Ἵππης* vel *Ἱπποῦς), ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία. ἔχει δὲ διπλοῦν σχῆμα, τὸ μὲν τοῦ ποιητοῦ, τὸ δὲ τοῦ προσώπου τοῦ ἐν τῷ δράματι, τῆς Μελανίππης· τὸ μὲν τοῦ ποιητοῦ τοιόνδε, τὸ δὲ τοῦ προσώπου τοιόνδε. Ἀναξαγόρᾳ προσεφοίτησεν Εὐριπίδης. Ἀναξαγόρου δὲ λόγος ἐστὶν, ὅτι πάντα ἐν πᾶσιν [ἦν], εἶτα ὕστερον διέκριθη. μετὰ ταῦτα ὡμίλησε καὶ Σωκράτει καὶ ἐπὶ τὸ εὐπορώτερον ἤγαγε τὸν λόγον. ὁμολογεῖ οὖν τὴν διδασκαλίαν τὴν ἀρχαίαν διὰ τῆς Μελανίππης· κοὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος κτλ.* (cf. fgm. IV.) *οὕτω μὲν ὁ ποιητὴς σχηματίζει τὸ αὐτοῦ, ἡ δὲ Μελανίππη ἐπαιδεύθη (ἐπλήσθη* Valck. sed equidem malim *ἐπληρώθη. πληροῦν* enim de viri officio dici solet. cf. Iacobs. Addit. ad Athen. p. 249 sq.) *μὲν ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, γέγονε δὲ ταύτῃ παιδία, ἐξέθηκε δ' αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια, ὁ δὲ πατὴρ ἡγεῖται ἐκ βοὸς εἶναι, καὶ ὡς τέρας βούλεται κατακαῦσαι. βοηθοῦσα αὕτη (αὐτὴ* Welck.) *ἡ Μελανίππη ἀποφαίνεσθαι πειρᾶται, ὅτι τέρας οὐδέν ἐστιν. οὕτω τὸ δρᾶμα ὅλον ἐσχηματίζοντα ἐγγυτάτω δεῖ εἶναι τοῦ λῦσαι τὸ σχῆμα μετὰ τῆς ἀσφαλείας τοῦ σχήματος. περιερχομένη γὰρ πάσας αἰτίας τοῦ σῶσαι τὰ παιδία λέγει· εἰ δὲ παρθένος φθαρεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδία καὶ φοβουμένη τὸν πατέρα σὺ φόνον δράσεις; ὥστε καὶ τὸ αὐτῆς πρᾶγμα λέγει ἐν σχήματι συμβουλῆς.* Greg. Corinth. ad Hermog. in Walz. Rhet. Gr. VII. p. 1313. *Ἡ δὲ τῆς Σοφῆς Μελανίππης ἱστορία αὕτη· Ἕλληνος τοῦ Διὸς Αἴολος τεκνωθεὶς ἐκ μὲν τῆς Εὐρυδίκης ἐγέννησε Κρήτην* (corrige *Κρηθέα*) *καὶ Σαλμωνέα καὶ Σίσυφον, ἐκ δὲ τῆς Χείρωνος θυγατρὸς Ἵππης κάλλει δια-*

φέρουσαν Μελανίππην. αὐτὸς μὲν οὖν φόνον ποίησας ἐπ' ἐνιαυτὸν ἀπῆλθε φυγάς, τὴν δὲ Μελανίππην Ποσειδῶν διδύμων παίδων ἔγκυον ποίησεν· ἡ δὲ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς προσδοκίαν τοὺς γεννηθέντας εἰς τὴν βούστασιν ἔδωκε τῇ τροφῷ θεῖναι κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κατασπείραντος. ὑπὸ δὲ τὴν κάθοδον τοῦ δυνάστου τὰ βρέφη τινὲς τῶν βουκόλων φυλαττόμενα μὲν ὑπὸ τοῦ ταύρου*), θηλαζόμενα δὲ ὑπὸ μιᾶς τῶν βοῶν ἰδόντες, ὡς βουγενῆ τέρατα τῷ βασιλεῖ προσένεγκαν. ὁ δὲ τῇ τοῦ πατρὸς Ἕλληνος γνώμῃ πεισθεὶς ὁλοκαυτοῦν τὰ βρέφη κρίνας Μελανίππῃ τῇ θυγατρὶ προσέταξεν, ἐνταφίοις αὐτὰ κοσμῆσαι. ἡ δὲ καὶ τὸν κόσμον αὐτοῖς ἐπέθηκε, καὶ τὸν λύγον εἰς παραίτησιν ἐξέθηκε φιλότιμον. Exitus fabulae haud dubie iis continetur, quae tradit Hygin. fab. CLXXXVI. *Melanippen, Desmontis**) filiam sive Aeoli, ut alii poetae dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex qua procreavit filios duos. Quod quum Desmontes rescisset, et Melanippen excaecavit et in munimento occlusit: cui cibum atque potum exiguum praestari iussit, infantes autem feris proiici.* Quae Hyginus his subiunxit in altera Melanippa expressa erant, quam conferas. Ex iisdem vero probabile fit, Melanippam, quum se servare alia ratione liberos non posse intellexisset, se ipsam esse eorum matrem professam gravissimo illo supplicio ab Aeolo patre affectam esse. — De tempore, quo fabula docta sit, certi nihil constat; inde tamen, quod eam in Thesmophoriazusis (547) Aristophanes irrisit, ante Ol. XCI, 2. actam esse consequitur. Latine eam Ennius expressit. cf. Both. Poet. Scen. Lat. Vol. V. p. 56.

483. I.

Plut. Amator. XIII, 4. (p. 756. B.) Ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην, ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης ἐκείνης

Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ,

μεταλαβὼν δὲ χορὸν ἄλλον [ἐθάρρει (γὰρ), ὡς ἔοικε, τῷ δράματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιττῶς], ἤλλαξε τὸν στίχον, ὡς νῦν γέγραπται

Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.

Priorem versum plenum exhibent Lucian. Iov. trag. 41.) T. II. p. 689. Reitz. T. II. p. 505. ed. Iacobitz.) Athenag. Legat. de Christ. p. 23. ed. Colon. (p. 283. D. ed. Hag. Com.) Iustin. Mart. p. 41. (qui locum ex Hecuba citat coniunctum cum Troad. vs. 886.)

Ζεύς, ὅστις ὁ Ζεύς· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ
κλύων.

Antea legebatur Ζεύς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς κτλ. quod eiecto ἐστὶν correxit Pors. ad Eur. Or. 412. contra disputante Blomfieldio Gloss. ad Aesch. Agamm. 155, qui scribi maluit: Ζεὺς ὅστις ἐστὶν, οὐ γὰρ etc. Sed Porsoni correctionem et Luciani codd. et Euripides ipse confirmant,

*) cf. Varro de RR. II, 5, 5, cuius verba ad fgm. III. attulimus.

**) Hoc nomen, quod in tota antiquitate non amplius occurrit, ex Melanippae cognomine Δεσμῶτις originem duxisse ac depravatum esse videtur.

qui prorsus eadem dicendi ratione in Herc. fur. 1263. usus est. Longe aliter locum conformari voluit Grokius (loc. obscur. e Plut. Moral. illustr. Stargard 1839.), qui sententia perperam intellecta correxit: *ὁ Ζεὺς γὰρ οὐδέν ἐστιν, οἶδα, πλὴν λόγος*, vel *ὁ Ζεὺς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν λόγος*. Hanc enim loco inesse sententiam credidit: *Iuppiter, quisquis est; nam eum nescio nisi ratione*, quamquam cum ex Plutarchi verbis tum ex Euripidis correctione ipsa *ὡς λέλεκται ἀληθείας ὕπο*, cognosci facillime poterat, *λόγον* hoc loco non *rationem*, sed *sermonem*, *famam* significare. Sciens igitur eiusdem viri docti Plutarcheorum verborum emendationem (prorsus otiosam) silentio praetermitto. — Altero versu eoque correcto, quem Euripides haud dubie in tragoediae exempla, quae in publicum emisit, intulit, ut adversariorum calumnias et insidias effugeret, (cf. Valck. Diatr. p. 37), — nam bis tragoediam actam esse parum verisimile est, — Aristophanes in Ran. 1275. (1244) in usum suum convertit, ubi schol. addit: *Μελανίππης τῆς σοφῆς ἡ ἀρχή*. Eundem habet Hermog. *περὶ μεθοδ. δεινοτ.* in Walz. Rhet. Gr. III. p. 434. B. et dimidio auctiorem praebet. Greg. Corinth. comment. in Hermog. (in Reisk. Orat. XIII. p. 949.) in Walz. Rhet. VII. q. 1312. *ἐν δὲ τῇ Μελανίππῃ παρεισάγει ταύτην προοιμιαζομένην*

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε [*Αἴολον* addendum videtur]

Paullo ante vero idem Gregorius haec dixerat: *Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο· οὗτος ὁ στίχος ἐν δυσὶν εὕρηται δράμασιν Εὐριπίδου, ἔν τε τῷ λεγομένῳ Πιρίθῳ* (cf. Pirith. fgm. V, vs. 4.) *καὶ ἐν τῇ σοφῇ Μελανίππῃ*. — Ab his igitur verbis prologus incipiebat, quo Melanippe, ut in Euripideis prologis fieri solebat, non modo suam et maiorum suorum originem exponebat, sed praecipue historiam suam enarrabat (cf. fgm. III.) et philosophiam, cuius cognitione haud mediocriter gloriabatur, se a matre tanquam hereditatem accepisse fatebatur (cf. fgm. II.).

II. 484.

Clem. Alex. Strom. I, 15. § 73. (p. 361. P.). (Cyrill. c. Iulian. IV. p. 134. B.) *Ἱππὼ δὲ ἡ θυγάτηρ τοῦ Κενταύρου* (sc. *Χείρωνος*) *συνοικήσασα Αἰόλῳ ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν τὴν πάτριον ἐπιστήμην. μαρτυρεῖ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Ἱπποῦς ὧδέ πως·*

ἦ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
χρησμοῖσι σαφέσιν ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Hos vs., qui valde corrupti apud Clem. legebantur, ex Cyrillo emendavit Valck. ad Phoen. 536. Melanippes mater, a Clemente hoc loco et Strom. I, 21. § 132. (p. 399. P.) *Ἱππὼ* dicta, a Cyrillo, Greg. Corinth. (cf. argum.) et Hygino (cf. fgm. XI.) *Ἵππη* nominatur. — Melanippe hoc loco de matris doctrina loquitur, quam postea (fgm. V. vs. 1.) se quoque comparasse profitetur.

485. III.

Steph. Byz. v. *Βοιωτία* de Boeoto. *Νικοκράτης δέ φησιν, ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης**) *ἦν παῖς. — — — καὶ Εὐριπίδης.*

Τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν —

Probabiliter primus Musgr. versum ad Melanippam rettulit, sed eum in prologo sedem habuisse haud recte suspicatus est Matth. Nam aut ex Melanippes cum nutrice dialogo, quo illa propter instantem patris adventum hanc geminos in bubili exponere iussit, aut ex Hipponis oratione (cf. fgm. XI.) s. epilogo ductus est. — Barnes. et Musgr.pro *καλεῖν* dederunt *καλεῖ*.

Paullo post Aeolus ipse, postquam, ut Theseus in Hippolyto, per annum abfuerat, modo in patriam reversus in scenam processisse videtur, cui bubulci Melanippae infantes quippe quos a bove partu editos crederent, quum a tauro custoditi, a vacca vero nutriti essent, tradebant timentes, ne quid mali hoc miraculum urbi afferret. Pastorum narrationem, quae in hac scena locum haberet oportebat, fortasse respexit Varro RR. II, 5, 5, ubi tauri liberos custodientis memor fuit: *Novi*, inquit ille, *maiestatem boum — praeterea scio hunc esse, in quem potissimum Iuppiter se convertit — hunc esse, qui filios Neptuni e Menalippa***) *servarit, ne in stabulo infantes grex boum obtereret.* Deinde multum consultabatur et in utramque partem disputabatur, utrum infantes servandi an interficiendi essent. Mortem suadebat Hellen, Aeoli pater, teste Greg. Corinth. (cf. argum.) et Ennio (fgm. 2.). *Mi ausculta, nate, pueros iube cremarier;* servare eos conata erat Melanippe, at frustra. Pater ei liberos mandabat, quos vestibus feralibus ornaret, ornatos igni traderet.

486. IV.

Aristoph. Lys. 1126.

Ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι.
αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω.
τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους
πολλοὺς ἀκούσασ' οὐ μεμούσωμαι κακῶς.

Schol. ad versum 2. adnotat: *ὁ στίχος ἐκ σοφῆς Μελανίππης Εὐριπίδου.* Sed reliqui quoque Euripideam orationem sapiunt, ut eos, si ab Euripide non ita profecti sunt, certe proxime ad Melanippes Euripideae versuum exemplum fictos iudicandum sit. Sine dubio igitur

---

*) Eandem narrationem, qua *Aeoli* iunioris et *Boeoti* mater non *Melanippe*, sed *Arne* dicebatur, ab Melanippes historia longe discrepantem sequuti sunt Diod. Sic. V, 67. Schol. Il. II. 494. Eustath. ad Dionys. Perieget. 426. cf. Welcker. p. 893. adnot. 3.

**) Haec forma apud Graecos rara et calami errore tantummodo orta (cf. Aristot. Poet. c. 15. Vit. Eurip. e cod. Paris. Theophil. ad Autol. II. p. 94.) apud Romanos frequens est. cf. Melanippae Ennianae fragmenta. R. Klotz. ad Cic. Tusc. III, 9. 20.

als Gemahl Hera's und Vater Hephaistos' und des Ares, Hermes, Apollon, Dionysos, Perseus, Minos, Herakles, Tantalos, Pelops, Dardanos, Aeakos, Rhadamanthys, Sarpedon, Europa, Helena, Kastor und Polydeukes, Aphrodite, Persephone, Athena, Artemis, Leto, Hebe, Eileithyia, Hekate, Themis, Eos, Selene, Pandora

Egregie Welckerus hos vs., qui simpliciter ex Melanippa citantur, ad eandem scenam retulit. Quum enim Aeolus eiusque pater Hellen multa contra Melanippam disputassent, Melanippe his verbis ad eorum scrupulos atque dubitationes respondit, iisque, ut bene Valck. Diatr. p. 184. et Heer. ad h. l. perspexerunt, populare illud figmentum, Iovem nomina factaque hominum tabulis suis inscribere, reiicere studuit. — Tres extremos versus, qui cum antecedentibus vulgo continuo ordine legebantur, segregavit Grotius et pro fragmento incerti poetae edidit, quem sequuti sunt Valck. Musgr., Pflugk. (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 25.), Welck., alii. Sed quum in omnibus codicibus cuncti versus continuo tenore exstarent, Heerenius extremos quidem denuo recipere non dubitavit, sed alii personae tribuit, ut his ad priores responderetur. At vero iidem plures ob rationes dubitationem movent: nam primum verba *ταύτας τίσεις* non habent, quo referantur; deinde offensioni etiam est, quod, quum tres tantummodo in scena esse potuerint colloquentes Hellen, Aeolus, Melanippe, aut Hellen neptem aut Aeolus filiam verbis *ὦ γύναι*, neque *ὦ τέκνον* vel similiter allocutus sit. Si autem horum alterutri tribuendi sint versus, Helleni potius quam Aeolo eos assignari velim. — Locum ipsum illustrarunt Valck. Diatr. p. 184 sq. et Iacobs. Animadv. ad Anthol. Gr. III, 1. p. 142. — Vs. 4. Interrogationis signum post *δικάζειν* primus adiecit Valck. In sequentibus ed. Cant. *ὁπωσοῦν*, Heer. *ὁ πᾶς οὖν* ex codicibus optimis V. A. E., Musgr. *οὐδ' ἅπας ἂν*, sed rectius Grot. et Valck. *ὁ πᾶς ἄν*. Vs. 7. Pors. Adv. p. 275. pro *πέμπειν* correxit *πέμψει'*, vulgatam sine syntaxi esse dicens; sed bene Boiss. *ἐξαρκέσειεν* repetendum esse monuit. — Vs. 8. De sententia cf. Archel. fgm. XXXVII. — Vs. 10. *τίσεις* correxit Grot. pro vulg. *τοῖσι*, quod codices confirmarunt. — Vs. 11. Heeren. post *πονηρόν ἐστι* verba *δήποτ' ἂν φίλον* vel simile quid supplendum esse suspicatur.

489. VII.

Schol. ad Aristot. Ethic. Nicom. V, 1. *τοῦτο ἐκ τῆς σοφῆς Μελανίππης· λέγει γὰρ ἐν αὐτῇ· δικαιοσύνης τὸ χρύσεον πρόσωπον.* In altero cod. Paris. est: *δικαιοσύνης τηλαυγὲς χρυσοῦν πρόσωπον.* Primus vulgavit hoc fragmentum, quod memoriter a scholiasta citatum esse intelligitur, Osannus e duobus codd. Paris. in F. A. Wolfii Anal. Lit. IV. p. 533. Equidem id ad eandem Melanippae cum patre disceptationem referam.

490. VIII.

Dion. Hal. Rhet. VIII, 10. (l. c. argum. fab. init.) Melanippae verba affert: *τίς τὰ παιδία ἐξέθηκεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια*, quae Musgr. sic in metrum troch. redegit:

τίς τὰ παιδί' ἐξέθηκεν εἰς πατρὸς βουφόρβια;

Facile autem apparet, hunc locum non esse diversum ab eo, quem paullo post idem Dionys. (IX, 11. cf. argum.) attulit, sed tantummodo ab rhetore pro usu suo paulum immutatum esse. Duplex enim

articulus eiusque collocatio orationem pedestrem prodit. Alterum locum: *εἰ δὲ παρθένος φθαρεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδία, καὶ φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ φόνον δράσεις*; versibus sic adstrinxit Valck. Diatr. p. 183.

εἰ δὲ παρθένος
φθαρεῖσά γ' ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια,
φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

in quibus Welckerus verba *τὰ παιδία* (non itidem vero *πατρὸς* ad *βουφόρβια*) iure desiderare videtur. Ac facile *τὰ παιδία* in fine primi vs. adiici potest: nam hanc vocem non Euripideam esse, cum Matth. affirmare non ausus sim. cf. Phaeth. fgm. IX. Musgr. hunc locum ab illo diversum iudicans dedit:

εἰ δὲ παρθένος
φθαρεῖσά (γ) ἐξέθηκέν (νυν) τὰ παιδία
φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

et eodem modo Toup. Emend. in Suid. T. III. p. 21., praeterquam quod *καὶ* pro *νυν* intulit, utroque male verba *εἰς βουφόρβια πατρὸς* omittente. — Melanippam his verbis sibi aditum ad professionem, se ipsam esse infantium illorum matrem, patefecisse manifestum est.

IX. 491.

Aristoph. Thesm. 272.

Ὄμνυμι τοίνυν Αἰθέρ', οἴκησιν Διός.

Schol. adnot. *ἐκ τῆς Μελανίππης Εὐριπίδου.* Paullo aliter versum exhibent Scholl. Rav. et Ven. Ran. 100. *Εὐριπίδου ἐκ Μελανίππης*

Ὄμνυμι δ' ἱρὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός

consentiente Suida v. *παρακεκινδυνευμένον*, qui, ut solet, scholiastam exscripsit. Edit. Aldina praebebat: *ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους*, unde Berglerus, quum Sophocles Melanippam non composuerit, probabili coniectura effecit: *ἐκ Μελανίππης σοφῆς.* Haud dubie posterior versus re vera Euripidis est, in quo Aristophanes, quum in Thesmophoriazusis praecessisset — *ἢν δὲ μὴ ὀμόσῃς ἐμοὶ* —, usui suo accommodate pro *ἱρὸν* posuit *τοίνυν.* De correctione *ἱρὸν* pro *ἱερὸν*, quam cum Dindorfio et Fritzschio ad Thesm. l. c. recepimus, ad Archel. fgm. XXII. monuimus. — Verba manifesto Melanippae sunt, quae, quum alia ratione infantes servari non posse intellexisset, non modo se eorum matrem esse profitebatur, sed etiam, ex quo eos peperisset, narrabat, eaque omnia patri diffidenti iuramento sanciebat. — Ex eadem scena Welck. ducta opinatur inc. fab. fgm. CXXXIX. et CXXVIII.

X. 492.

Stob. LXXIV, 6. c. lemm. *ἐκ Μελανίππης Εὐρ.*

Τίσασθε τήνδε· καὶ γὰρ ἐντεῦθεν νοσεῖ
τὰ τῶν γυναικῶν· οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι

ἢ συγγενείας οἵνεκ' οὐκ ἀπώλεσαν
κακὴν λαβόντες· εἶτα δ' οὕτω τἄδικον
πολλαῖς ὑπερρύηκε καὶ χωρεῖ πρόσω,
ὥστ' ἐξίτηλος ἀρετὴ καθίσταται.

Aeoli filiam puniri iubentis verba esse videntur. Vs. 1. legebatur ἐνταυθοῖ, quod cum ab usu tragicorum abhorreat, Elmsleius in adnot. ad Iphig. Taur. 1010. (in Mus. crit. Cantabrig. VI. p. 302., repetit. in Eurip. Iphig. ed. Markl. p. 228. ed. Lips.) bene mutavit in ἐντεῦθεν, nam similiter ἐντεῦθεν — νοσεῖ scripsit Eur. in Or. 34. — Vs. 4. εἶτα δ' οὐ τότ' ἄδικον. Gesn. sed in marg. οὐ. Grot. εἶτα δ' οὕτω ἄδικον, at rectius in notis τἄδικον praebens. Pors. Advers. p. 304. εἶτα τοῦτο τἄδ. Elmsl. l. c. εἶτα δ' ὧδε τἄδ. — Vs. 6. Elmsl. recte ὥστ' ἐξίτηλος ἀρετὴ pro vulg. ὡς ἐξίτηλος ἡ ἀρετή. — Melanippae ad haec verba responsionem reperisse sibi visus est Welck. in inc. fab. fgm. CLXXI. vs. 3.

493. XI.

Eratosth. Catasterism. c. 18. Εὐριπίδης δέ φησι, Μελανίππην (Valck. ad Phoen. 506. rectius ex Hygini loco infra subiecto: ἐν Μελανίππῃ Ἵππην) εἶναι τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα, ὑπ' Αἰόλου δὲ ἀπατηθεῖσαν φθαρῆναι καὶ διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς φυγεῖν εἰς τὰ ὄρη, κἀκεῖ ὠδινούσης αὐτῆς τὸν πατέρα ἐλθεῖν κατὰ ζήτησιν, τὴν δ' εὔξασθαι καταλαμβανομένην πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναι μεταμορφωθῆναι καὶ γενέσθαι ἵππον. διὰ γοῦν τὴν εὐσέβειαν αὐτῆς τε καὶ τοῦ πατρὸς ὑπ' Ἀρτέμιδος εἰς τὰ ἄστρα τεθῆναι, ὅθεν τῷ Κενταύρῳ οὐχ ὁρατή ἐστιν. Χείρων γὰρ λέγεται εἶναι ἐκεῖνος. Consentiunt Hygin. Poet. Astron. II, 18. *Euripides in Melanippa Hippen Chironis Centauri filiam Theam* (corrige Thetin) *antea appellatam dicit; quae quum aleretur in monte Pelio et studium in venando maximum haberet, quodam tempore ab Aeolo, Hellenis filio, Iovis nepote, persuasam concepisse, quumque iam partus appropinquaret, profugisse in silvam, ne patri, quum virginem speraret, nepotem procreasse videretur. Itaque quum parens eam persequeretur, dicitur illa petisse a deorum potestate, ne pariens a parente conspiceretur. Quae deorum voluntate postquam peperit, in equam conversa inter astra est constituta.* cf. Schol. Germanic. vs. 206. Eudoc. Viol. p. 338. Polluc. IV. p. 141, qui inter ἔνσκευα πρόσωπα Hippen commemorans dicit: ἡ Ἵππη (ita nonnulli codd. pro εὐίππη) ἡ Χείρωνος ὑπαλλαττομένη εἰς ἵππον παρ' Εὐριπίδῃ, quae verba utrum rectius cum cod. V. post Ἄργου πολυοφθάλμου an cum reliquis codd. post πελιδνῆς Τυρούς commemorationem legantur dubitari potest. Inde ingeniose Welck. collegit, sub finem fabulae Hippes astrum de coelo descensum et pro persona inductum filiam historiae suae (quam Eratosthenes, Hyginus, reliqui respexerint,) enarratione atque exemplo suo consolatum esse eique denuntiasse, non modo eius liberos ab Aeolo denuo exponi iussos servatum, sed eam ipsam quoque aliquando vinculis exemtum iri. Quam Welckeri coniecturam eo probabiliorem duco, quo minus fabula post supplicium de Mela-

nippa sumtum finiri poterat: quum enim Melanippae culpa non tanta erat, ut digna fuisset, quae tam diro supplicio afficeretur, deerat, quo spectatorum animi acerba Melanippae sorte concitati placarentur. Quod, opinor, nulla ratione facilius, quam illa Hippes narratione fieri poterat. Attamen, quae Eratosthenes, Hyginus, schol. Germ. tradunt, locum habere etiam in Melanippes defensione potuisse non diffitear. Nam Melanippam ab acerbis patris obiurgationibus se defendisse, cum per se probabile est, tum colligi potest ex Ennio, de quo Gellius (V, 12.) dicit: *Ennius autem in ista, quam dixi, tragoedia* (Melanippa) *eas fere feminas ait incolumi pudicitia esse, quae stata forma forent* h. e. media quadam, quae et a nimiae pulchritudinis periculo et a summae deformitatis odio vacat. Propter haec verba ad Melanippen referre non dubito inc. fab. fgm. CLVI.

Chori in hac fabula verba contineri suspicor inc. fab. fragmento CXXXVI.

II. *Μελανίππη δεσμῶτις.*

Argumentum praebet Hygin. fab. 186. *Melanippen, Desmontis**) *filiam sive Aeoli, ut alii poetae dicunt, formosissimam Neptunus compressit, ex quo procreavit filios duos. Quod quum Demontes rescisset, et Melanippen excaecavit et in munimento conclusit; cui cibum atque potum exiguum praestari iussit, infantes autem feris proiici. Qui quum proiecti essent, vacca lactans veniebat ad infantes et ubera praestabat. Quod quum armentarii vidissent, tollunt eos ut educarent. Interim Metapontus rex Icariae a coniuge Theano petebat, ut sibi liberos procrearet aut regno cederet. Illa timens mittit ad pastores, ut infantem aliquem explicarent* (fort. legendum: *explorarent*), *quem regi subderet. Qui miserunt duos inventos; ea regi Metaponto pro suis supposuit. Postea autem Theano ex Metaponto peperit duos. Quum autem Metapontus priores valde amaret, quod formosissimi essent, Theano quaerebat, ut eos tolleret et filiis suis regnum servaret. Dies advenerat, ut Metapontus exiret ad Dianam Metapontinam ad sacrum faciendum. Theano occasione nacta indicat filiis suis eos supposititios priores esse. Itaque quum in venationem exierint, eos cultris interficite. Illi autem matris monitu quum in montem exissent, praelium inter se commiserunt. Neptuno autem adiuvante Neptuni filii vicerunt et eos interfecerunt. Quorum corpora quum in regiam allata essent, Theano cultro venatorio se inter-*

*) De hoc nomine ad alterius Melanippae argumentum verba fecimus.

fecit. Ultores autem Boeotus et Aeolus ad pastores, ubi educati erant, confugerunt. Ibi Neptunus eis indicat ex se esse natos et matrem in custodia teneri. Qui ad Desmontem pervenerunt eumque interfecerunt et matrem custodia liberarunt, cui Neptunus lumen restituit. Eam filii perduxerunt in Icariam ad Metapontum regem et indicant ei perfidiam Theanus. Post quae Metapontus duxit coniugio Melanippen, eosque sibi filios adoptavit, qui in Propontide ex suo nomine condiderunt Boeotus Boeotiam, Aeolus Aeoliam. Huc porro facit Strab. VI, 1, 15. p. 265. *Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν· δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον εἰρῆσθαι πρότερον Μέταβον, παρονομασθῆναι δ' ὕστερον· τήν τε Μελανίππην οὐ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δῖον νομισθῆναι· ἐλέγχειν ἡρῷον τοῦ Μετάβου καὶ Ἄσιον τὸν ποιητὴν φήσαντα, ὅτι τὸν Βοιωτὸν „Δίου ἐνὶ μεγάροις τέκεν εὐειδὴς Μελανίππη“ ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, οὐ πρὸς τὸν Μέταβον.* — Quibus quamvis satis copiose fabulae summa expressa sit, tamen res tam contorta est, et tam multa hac tragoedia continentur, ut difficillimum sit exploratu, qualis singularum partium conformatio ac scenarum fuerit dispositio. Hoc autem facile quisque concedet, ea, quae facta erant ante, quam Metapontus Dianae sacrificatum exiret, in prologo narrata fuisse: et eodem modo reliqua, quatenus ad adolescentium pugnam, Neptuni auxilium et Theanonis filiorum mortem pertinebant, nuntii cuiusdam narratione spectatoribus innotuisse. Ea de re autem ambigi potest, utrum post illorum mortem scena mutata res non amplius Icariae ante Metoponti aedes, sed apud pastores acta sit, a quibus Aeolus et Boeotus educati erant, ibique Neptunus etiam in scenam processerit: an haec omnia pariter atque ea, quae postea fiebant, h. e. Desmontis (Aeoli) regis interfectio, Melanippae liberatio, reliqua, tantummodo narratione quadam patefacta sint, quam Aeolus vel Boeotus sub fabulae finem Melanippa matre Icariam perducta et Theanonis perfidia patefacta Metaponto regi protulerit. Utrumque habet quo commendetur. Ne quis autem ei, quod postremo loco posuimus, temporis rationes obstare opinetur, meminerit velim, multum temporis in tragoedia consumtum esse primum ea scena, in qua Theanoni filiorum mors nuntiabatur, deinde ea, in qua mortui in scenam proferebantur et prolati a matre deplorabantur, porro ea, in qua mortem ipsa sibi consciscebat, et aliis denique scenis, in quibus Metapontus rex de his rebus certior factus consilia sua aperiebat. Dum haec in scena fiebant, Aeolus ac Boeotus facile ad pastores confugere et inde origine sua comperta Aeolum regem aggredi eaque perficere poterant, quae supra memorata sunt, ut post Theanonis mortem reverterentur. Accedit, quod poetae locorum distantias ac temporum rationes non anxie curare solent. Altera vero opinio eo offendere potest, quod maxime Euripidi et fabulae titulo convenit, Melanippam vinculis obstrictam et caecam populo spectandam proposuisse, cuius adspectu misericordiam spectatorum excitaret. Quum igitur dubium sit, qualis fabulae institutio fuerit, non mirum poterit videri, quod singulis fragmentis non modo certum quendam locum non assignare,

sed ne coniectura quidem ubique ad verum accedere possumus, praesertim quum de fragmentorum parte non constet, sintne ex hac an ex altera Melanippa deducta. — Hanc tragoediam *Attius* Latine expressisse videtur.

XII. 494.

Athen. XII. p. 523. E. *Ὠνομάσθη δ' ἡ Σῖρις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι καὶ Εὐριπίδης ἐν δεσμώτιδι (ἢ)*) Μελανίππῃ ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος, ὡς δ' Ἀρχίλοχος, ἀπὸ ποταμοῦ.* Σῖρις urbs ad Sirim flumen in Lucania posita erat, (cf. Strabo VI, 264.), ubi etiam *Μεταπόντιον* s. *Μέταβον* oppidum, cuius Euripides in hac fabula meminit, situm erat (Strabo l. c. et sqq. Herod. IV, 15.). Welckerus haec ad prologum rettulit, quem haud improbabiliter a Neptuno pronuntiatum esse suspicatur.

XIII. 495.

Stob. LXXVI, 10.

Ἴστω δ' ἄφρων ὢν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρὶν
παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο,
τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων.
ᾧ γὰρ θεὸς δίδωσι μὴ φῦναι τέκνα,
οὐ χρὴ 'γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.

Theanonem loqui luculenter vs. 1—3. docent, quare mirandum est, quod Matth. fgm. Melanippae tribuit. Neque probari potest quod Welckerus Theanonem filiis haec dixisse suspicatur, quibus se excusaret, hos autem ad Aeoli Boeotique caedem compellaret. — Vs. 1. *ἴστω* frequens est in sententis. cf. inc. fab. fgm. XLVI. vs. 8. Pflugk., ad Alc. 150. — Vs. 2. Welck. sententiae caussa confert inc. fab. fgm. CCXVIII. — Vs. 3. De voce *χρεών* cum articulo cf. fgm. XXXII. — Vs. 4. legebatur *θεοὶ δίδωσι*, quod recte Matth. a nemine ante Valck. correctum esse miratur. Valck. primus dedit: *θεὸς δίδωσι*, sed haud scio an rectius Matth. mutato accentu scripserit *θεοὶ διδῶσι* pro *διδῶσιν ἄν*. Idem in eodem versu procul dubio recte *φῦσαι* pro *φῦναι* scribi maluit: utramque formam saepius confusam esse ostendit Elmsl. ad Med. 584. — Vs. 5. Paris. A. *τλεῖσθαι* pro *'γκαλεῖσθαι*.

XIV. 496.

Stob. LXXXVI, 9.

Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως δὴ σκοπεῖν χρεὼν
τὴν εὐγένειαν· τοὺς γὰρ ἀνδρείους φύσιν
καὶ τοὺς δικαίους τῶν κενῶν δοξασμάτων,
κἂν ὦσι δούλων, εὐγενεστέρους λέγω.

---

*) Recte ἢ delevit Dindorfius in edit. Athen. cf. fgm. XXVII.

Vs. 1. mendo laborat. Vulgatam quam exhibuimus sic correxit Grot. *ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδ' ὅπως σκ. χρ.* in quo *οὐδὲν* pro *οὐ* dictum offensioni est. Musgr. *ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδα, πῶς σκ. κρ.* Iacobs. divulsa voce *ὅπως* duabusque syllabis transpositis legendum censet: *ἐγὼ μὲν οὔ πως οἶδ' ὃ δὴ σκ. χρ.*, in qua correctione Pflugk. (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 25.) se constructionem expedire non posse dicit. Ipse igitur multa, quibuscum hoc fgm. arcte coniunctum fuerit, interiisse statuens correxit: *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' · ὧδε δὲ σκ. χρ.* In Matthiaci coniectura (infra apposita) autem propterea acquiescere se non posse dicit, quia in sequentibus aliquid exspectetur, quod affirmetur, neque vero confessio *τοῦ μὴ εἰδέναι*. Quare hoc fgm. cum fgm. IV. cohaesisse opinatur, id quod ex Alex. fgm. XVII. appareat. Sed longe a vero aberravit vir doctus: sententia enim optime se habet; vitium autem eo in versum irrepsit, quod, quum casu quodam una vel duae syllabae excidissent, ab imperito quodam librario particula *δὴ* perquam intempestive inserta est. Rectius igitur viri docti fecisse videntur, qui eiecto *δὴ* illas syllabas restituere conati fuerunt. G. Herm. coniecit: *ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ', ὅπως με δεῖ σκοπεῖν*, in extremis parum verisimiliter. Matth. *ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὡς τόδε σκ. χρ.* vel *ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ', ὅπως σκ. χρ.* quod Dindf. et Welck. receperunt. Mihi in mentem venit: *ἔγωγε μὴν οὐκ οἶδ', ὅπως σκ. χρ.* cf. Plisth. fgm. I. — Vs. 3. *κενῶν*, quod iam Gesn. in margine coniecerat pro vulg. *τέκνων* praebet Paris. B. ap. Gaisf. — De locutione *τὰ κενὰ δοξάσματα* vide ad Erechth. fgm. XXII. De sententia cf. Alcmen. fgm. IX. Dict. fgm. X. — Welck. haec verba ab uno alterove Theanonis filiorum prolata esse censet, quum illa, quo facilius natos ad facinus istud perpetrandum commoveret, Aeoli Boeotique generis obscuritatem indicasset.

497. XV.

Stob. CXV, 5. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Παλαιὸς αἶνος· ἔργα μὲν νεωτέρων,
βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

Welckero haec et quae sequenti fgm. continentur Theanonis filios ad agendum cohortantis verba esse videntur. Ad sententiam cf. Bellerph. fgm. XXVIII. Vs. 1. *παλαιὸς αἶνος*, similiter Aeol. fgm. XXVIII.

498. XVI.

Stob. XXX, 11. auct. Gesn. ex Melanippa.

Ἀργὸς πολίτης κεῖνος ὡς κακός γ' ἀνήρ.

Cf. fgm. XV. Cum hac sententia dignus est qui conferatur locus Bacch. 267 sq. Herm. — Musgr. vertit quasi esset *δεινὸς ὤν, si vafer sit*; male.

499. XVII.

Stob. LXXXIII, 3. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Ὅστις δ' ἄμικτον πατέρ' ἔχει νεανίας
στυγνόν τ' ἐν οἴκοις, μεγάλα κέκτηται κακά.

Vs. 1. legebatur *ὅστις δ' ἀμείλικτον*, quod quum metro repugnaret, Heath. et Pors. App. ad Toup. in Suid. T. IV. p. 160. probabili coniectura correxerunt. Praeterea *ἀμείλικτος* ad sententiam parum aptum est et epicorum vocabulum esse videtur; *ἄμικτος* hoc loco aptissimum est ac saepius apud tragicos reperitur. cf. Ixion. fgm. III, vs. 3. — Vs. 2. interpunctionem mutavi; vulgo enim post *στυγνόν τ'* interpungebatur. — Welck. Theanonem marito his verbis maledixisse et filios abalienare a patre voluisse suspicatur, ne verecundia patris a facinore deterrerentur.

XVIII. 500.

Stob. CXVI, 7. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ.

Welckero versiculus eodem quo fgm. XVII. spectare, filii responsionem autem inc. fab. fragmento LIII. contineri videtur. Sed vide ne hoc fgm. ad alteram Melanippam pertineat ibique ab Hellene, Aeoli patre, de se ipso pronuntiatum sit. — Toup. ap. Gaisf., quum vulgo diceretur, *ἄλλο ἢ* sive *ἄλλο πλήν*, dedit: *τί δ' ἄλλο πλὴν ὄνου σκιὰ γέρων ἀνήρ*, quod sufficit commemorasse. Neque verisimile est, quod Matth. Euripidem, quum *φωνὴν* senem dixerit, respexisse ad Tithonum videri suspicatur; aptissime enim Pflugkius (in Zimmerm. Diar. schol. 1831. p. 25.) contulit Androm. 746, ubi plura huius dictionis exempla collegit, et Phalar. Epist. LVIII. p. 208. *δῆμος ἅπας ἄτακτος, ἄνους, ἄπρακτος, ἑτοιμότατος, ἐφ' ὅ τι τύχοι μεταχθῆναι, ἄπιστος, ἀβέβαιος, ὀξύς, προδοτικός, ἐψευσμένος, φωνὴ μόνον ἀνωφελής.* cf. etiam Aeol. fgm. XXIV.

XIX. 501.

Stob. LII, 3. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Παπαῖ, νέος καὶ σκαιὸς οἷός ἐστ' ἀνήρ.

Welckerus Theanonis verba filios propter dubitationem atque cunctationem increpantis esse coniicit. Mihi potius nescio quis propter malum consilium reprehendi videtur.

XX. 502.

Stob. Ecl. Phys. I, 9, 19. p. 232. ed. Heer. c. lem. *Εὐρ. Πηνελόπῃ* (sic).

Οὐκ ἔστι πράττοντάς τι μοχθηρὸν λαθεῖν.
ὀξὺ βλέπει γὰρ ὁ χρόνος, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

Quum Euripides, ut ex Aristoph. Thesm. 547. colligi potest, Penelopam non scripserit, Musgr. probabiliter restituit *Μελανίππῃ*: nam ex Philoclis Penelopa, quod alicui in mentem venire possit, fragmentum ductum esse haud credibile est. De sententia cf. Soph. OC.

Tu, o weiser Meister, Schöpfer und Erhalter der Welten! Du hast uns Menschen mit Vernunft begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Liebe begabt, damit wir Dich lieben, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Freiheit begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Vernunft begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Liebe begabt, damit wir Dich lieben, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Freiheit begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Vernunft begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Liebe begabt, damit wir Dich lieben, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Freiheit begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Vernunft begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Liebe begabt, damit wir Dich lieben, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken. Du hast uns Menschen mit Freiheit begabt, damit wir Dich erkennen, Dich, den Urquell alles Guten und Schönen, und Dir nachstreben in Deinen Werken.

…raus extat sine auctoris nomine
… Walzius ad calcem Arsenii
…l. Bat. 1837. nr. 123.) edidit.

XXV. 507.

… Εὐρ. Μελανίππῃ.

…ηλυ πᾶν μισῶ γένος.

…oto pronuntiata esse videntur, quum
…nt. et Melanippen ad Metapontum regem

XXVI. 508.

…m. Εὐρ. Μελανίππῃ.

…ηλυ μισηθὲν γένος.
…αι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
… καὶ κεκοίνωνται ψόγον
…ιν αἱ κακαί· τὰ δ' εἰς γάμους
… ὑγιὲς ἀνδράσιν φρονεῖν.

… eius versione liquet, haec verba tribuit,
…pa tum Theanonis perfidiam, tum conditio-
…piciente pronuntiata esse iudicavit. — Vs. 3.
… γυναιξὶ omisso, post ψόγον interpunxit,
…rendum, ferendum certe est; neque ut εἰσὶ
…leamus necesse est, sed κεκοίνωνται etiam ad
Vs. 5. οὐδὲν ὑγιὲς φρονεῖν Euripides etiam in
…it.

XXVII. 509.

p. 613. D. καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελα-

…ν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
…σι χάριτας κερτόμους. ἐγὼ δέ πως
… γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
…λιν' ἔχουσι στόματα· κεἰς ἀνδρῶν μὲν οὐ
…λοῦσιν ἀριθμὸν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς.
…κοῦσι δ' οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα
…σω δόμων σώζουσι.

Welck. haec verba Melanippae tribuens monuisse videmonem esse de iis, ut Matth. arbitratus est, qui de resua tantum curent, sed Euripidem his verbis invepoetas comicos, maxime in Aristophanem, quippe qui alios viros sapientes, tum praecipue Euripidem ipsum cavillati sint. Idem ante Welckerum iam perspexerat qui (Aristoph. T. III. p. 233.) etiam elegantur locum

1453. et Wund. ad h. l. (1446.) — Welcker. fgm. alterutri Theanonis filiorum matris propositum detrectanti assignat; sed hi versus quoque in altera Melanippa locum habere potuerunt.

503. XXI.

Stob. LXXII, 13. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Μετρίων λέκτρων, μετρίων δὲ γάμων
μετὰ σωφροσύνης
κῦρσαι θνητοῖσιν ἄριστον.

Chori verba esse manifestum est: sed utrum ad hanc an ad alteram Melanippam pertineant dubitari potest. Male eidem choro Welck. inc. fab. fgm. CXXXVI. tribuit, quasi eo Melanippae laudes celebrarentur: hoc enim, si quidem re vera ex Melanippa ductum est, nonnisi in altera locum habere potuit, in qua Melanippe Anaxagorae disciplinae vehementer addicta fuit.

504. XXII.

Schol. Platon. p. 68. Ruhnk. *Ἀδώνιδος κήπους· Ἀδώνιδος κῆποι ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ ὀλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐρριζωμένων. Ἐμνήσθη δὲ αὐτῶν καὶ Εὐριπίδης Μελανίππῃ καὶ ἐνταῦθα Πλάτων.* Welckerus Theanonem imagine ab Adonidis hortis deducta usam esse coniicit, quum filii mortui in scenam inferrentur; sed Melanippe quoque in altera Melanippa hanc imaginem adhibere potuit, quum pater eam infantes interficere iusserat. — De hortis ipsis cf. Iulian. Caes. 43. ed. Petav., Toup. Epist. de Syracus. p. 339., Valck. ad Theocr. Adoniaz. vs. 113.

505 XXIII.

Stob. CXXIV, 16. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι
καὶ τἀκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

Mihi nutricis vel chori Theanonem propter filiorum mortem nimio dolori se tradentem consolantis verba esse videntur, quamadmodum Dictys in cognominata fabula Danaen consolatus est; Welckerus et Matthiaeus autem ea ad consolandam Melanippen filios interfectos arbitrantem adhibita esse censent.

506. XXIV.

Stob. LXII, 38. c. l. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ,
πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων.

Welckerus haec de pastoribus, a quibus Aeolus et Boeotus educati et nunc fortassis ad Melanippen perducti erant, dicta esse opinatur. Ad sententiam cf. Phrix. fgm. XIII. — Vs. 1. διαφθερεῖ Grot. resti-

tait per vulg. *διαφθείρει.* Idem versus extat sine auctoris nomine inter gnomas, quas e cod. Monac. Walzius ad calcem Arsenii p. 501., Beynen e codd. Voss. (Lugd. Bat. 1837. nr. 123.) edidit.

XXV. 507.

Stob. LXXIII, 10. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Πλὴν τῆς τεκούσης θῆλυ πᾶν μισῶ γένος.

Haec verba ab Aeolo vel Boeoto pronuntiata esse videntur, quum Theanonis insidias cognossent, et Melanippen ad Metapontum regem adduxissent.

XXVI. 508.

Stob. LXIX, 19. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος.
αἳ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἴσχος γυναιξὶ, καὶ κεκοίνωνται ψόγον
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί· τὰ δ' εἰς γάμους
οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγιὲς ἀνδράσιν φρονεῖν.

Mulieri jam Grot., ut ex eius versione liquet, haec verba tribuit, eaque Welck. a Melanippa tum Theanonis perfidiam, tum conditionem suam pristinam respiciente pronuntiata esse iudicavit. — Vs. 3. Musgr. commate post *γυναιξὶ* omisso, post *ψόγον* interpunxit, quod, etsi non praeferendum, ferendum certe est; neque ut *εἰσὶ* ad *αἴσχος γυναιξὶ* suppleamus necesse est, sed *κεκοίνωνται* etiam ad *αἴσχος* potest referri. Vs. 5. *οὐδὲν ὑγιὲς φρονεῖν* Euripides etiam in Phrix. fgm. IV. dixit.

XXVII. 509.

Athen. XIV. p. 613. D. *καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ ἔφη.*

Ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τοῦ γέλωτος οὕνεκα
ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους. ἐγὼ δέ πως
μισῶ γελοίους, οἵτινες μὲν ἐπὶ σοφῶν
ἀχάλιν' ἔχουσι στόματα· κεἰς ἀνδρῶν μὲν οὐ
τελοῦσιν ἀριθμὸν, ἐν γέλωτι δ' εὐπρεπεῖς.
οἰκοῦσι δ' οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα
ἔσω δόμων σώζουσι.

Recte mihi Welck. haec verba Melanippae tribuens monuisse videtur, non sermonem esse de iis, ut Matth. arbitratus est, qui de republica securi sua tantum curent, sed Euripidem his verbis invectum esse in poetas comicos, maxime in Aristophanem, quippe qui cum multos alios viros sapientes, tum praecipue Euripidem ipsum vehementer cavillati sint. Idem ante Welckerum iam perspexerat Droysenius, qui (Aristoph. T. III. p. 233.) etiam elegantur locum

vernaculo sermone expressit. Vs. 1. 2. Eustath. ad Od. σ'. p. 1837. init. sic exhibet: *οἱ γέλωτος εἵνεκα* (sic) *ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους εὐπεπρεῖς ὄπτες ἐν γέλωτι.* — Vs. 2. Musgr. *ἐγὼ δὲ πῶς.* — Vs. 3. codd. VL. *μὲν ἐπὶ σοφῶν.* A. B. *τι εἴ τι σοφῶν.* P. *τι ἔτι σοφῶν*, unde Musgr. in adnot. effinxit *οἵτινες σοφῶν ἔπι*, quod recepit Boissonad. — Vs. 4. Locutionem *ἀχάλινα στόματα*, qua Eur. etiam in Bacch. 385. usus est, illustrarunt interpretes ad Bacch. l. c. et Bergl. ad Arist. Ran. 862. — Vs. 6. Aegnimate obscuriora haec dixit Musgr., quare correxit: *οἰκεῦσι δ', οἴκους καὶ τὰ ναυστολούμενα ἔσω δόμων σώζουσι (πιστεύω πλέον)* h. e. *famulis autem, qui aedes et in aedibus convecta custodiunt, magis confido.* Bene autem locum intellexerunt Grot. et Toup. Emend. in Suid. T. I. p. 447., qui recte vertit: *domos administrant*, nisi quod *divitum* addidit.

510. XXVIII.

Orion. Anthologn. V, 3. p. 47. ed. Schneidewin. c. lem. *ἐκ Μελανίππης Δεσμώτιδος Εὐριπίδου.*

Σὺν τῷ θεῷ χρὴ τοὺς σοφοὺς ἀναστρέφειν
βουλεύματ', αἰεὶ πρὸς τὸ χρησιμώτερον.

Chori verba esse videntur Metapontum cohortantis, ut ira in Aeolum Boeotumque, filiorum suorum interfectores, desistat. — Vs. 1. legebatur — *σοφοὺς γὰρ ἀνατρέφειν*, sed procul dubio recte Schneidewinus, etsi particulae *γὰρ* sub finem reiectae exempla haud rara sunt (cf. Schaef. Mel. Crit. p. 76. Naek. ad Choeril. p. 5, Elmsl. ad Soph. OC. 115. Meinek. ad Menandr. p. 7. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 339 sq.) correxit *ἀναστρέφειν*, in quod etiam Meinekius incidit. Vs. 2. erat *χρησιμότερον.*

511. XXIX.

Stob. LXIX, 11. c. lem. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικὸς, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ' ἄμεινον, διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

A Metaponto perfidia Theanonis cognita dicta esse videntur. — Eundem locum Euseb. Praep. Ev. X. p. 466. e. Porphyrio et Simonidis Amorg. versus quosdam (fgm. CCXXIV. in Gaisf. Poet. min. fgm. VII. ed. Welck. fgm. V. p. 502. in Bergk. Poet. lyric.) affert. Matth. sententia causa confert Tacit. Agric. 6. *in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est.* Vs. 2. *εἰς ὑπερβολὴν.* cf. ad Autolyc. fgm. I. vs. 6. — Ad sententiam cf. Oedip. fgm. V.

512. XXX.

Script. vit. Eurip., quam Rossignolus in Diariis Erudit. Gall. (m. Aprili a. 1832.) e codice quodam Euripidis edidit, haec verba exhibet, quae nuper iterarunt God. Hermannus in Opusc. V. p. 202

aus der Bestimmung des Herrn Abg. Hagen, (Nr. 111) in der 2. Lesung des Gesetzes, betreffend die Einführung der Reichsgesetze über die Ertheilung der Unterstützung, über den Unterstützungswohnsitz und über die Verpflichtung zur Armenpflege vom 6. Juni 1870, vom 12. März 1871 und vom 30. April 1874 in Elsaß-Lothringen, ergiebt sich, daß die Kosten der Verpflegung der Geisteskranken, Blödsinnigen und Taubstummen, welche in Irrenanstalten, Blindenanstalten, Taubstummenanstalten, Idiotenanstalten, Epileptischen-Anstalten, Heilanstalten für Trunkfällige, Pflegeanstalten für Blödsinnige, Taubstumme, Idioten, Epileptische, Trunkfällige, Blinde, Krüppel, Cretinen, Pflegeanstalten für Kinder, welche an Epilepsie, Veitstanz, Blödsinn, Taubheit, Blindheit, Krüppelhaftigkeit, Cretinismus leiden, oder in solchen Anstalten sich befinden, nicht zu den Kosten gehören, welche in Folge des Gesetzes vom 6. Juni 1870 etc. von den Armenverbänden zu tragen sind. Es ist daher nicht nothwendig, diese Kosten in das Gesetz, betreffend die Einführung der Reichsgesetze über die Ertheilung der Unterstützung etc. in Elsaß-Lothringen, aufzunehmen.

Straßburg, 4. Januar 1875.

Kayser.

113.

Erste Lesung. 5. Sitzung. 6. Januar.

Vize-präsident Graf zu Stolberg-Wernigerode: Wir kommen zur ersten Berathung des Gesetzentwurfs, betreffend die Einführung der Reichsgesetze über die Ertheilung der Unterstützung, über den Unterstützungswohnsitz und über die Verpflichtung zur Armenpflege vom 6. Juni 1870, vom 12. März 1871 und vom 30. April 1874 in Elsaß-Lothringen. Ich ertheile das Wort dem Herrn Abgeordneten Hagen.

114.

Erste Lesung. 5. Sitzung. 6. Januar.

Abg. Hagen: Meine Herren, ich habe mir erlaubt, einen Antrag auf Nr. 111 der Drucksachen zu stellen, welcher dahin geht:

Dasselbe [sc. Gesetz] erhält, wie aus der Ueberschrift hervorgeht, nur 4 verschiedene Bestimmungen, welche

Vs. 1. Paris. A. *παιδεύουσι* pro *σπεύδουσι*. Th. Bergkius haud male pro *γάμους δ' ὅσοι* proposuit *γάμους δ' ὅσαι*, quamquam correctione non opus est. Vs. 2. *τῷ*, quod et metrum et sententia requirunt, recte praebent Voss. Arsen. Gesn., *τὼ* Paris. A. Musgr. vitiose *τό. Χρεὼν* cum articulo saepius apud Eurip. *fatum* significat. cf. fgm. XIII. vs. 3. Temen. fgm. XVII. Herc. f. 21. Hippol. 1256. Iph. T. 1486. Bacch. 515. Hel. 1652. Locum Herm. Matthiaeo teste sic illustravit: *ἡ δὲ τῷ χρεὼν πόσει μένουσα*, *quae vero ei, quem oportet, marito manet* (i. e. *semet servat*) *etiam non quaerens domum deducitur*, quae vereor, ut cuiquam arrideant. Rectius Heath. *πόσιν* pro *πόσει* scribendum esse monuit.

515. XXXIII.

Stob. XCIV, 1. c. lemm. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Ὦ τέκνον, ἀνθρώποισιν ἔστιν οἷς βίος
ὁ μικρὸς εὐκρὰς ἐγένεθ', οἷς δ' ὄγκος κακόν.

Metapontus his verbis Aeolum vel Boeotum alloquutus esse videtur. Vs. 2. legebatur *εὔκρατος. ἐγένετο δ' ὄγκος κακόν*; unde genuinum scripturam expiscatus est Pors. ad Med. 1363. De voce *εὐκρὰς* vide Antiop. fgm. XXXIV.

516. XXXIV.

Erotian. v. *Ἀλάστορες.* p. 62. *Βακχεῖος μὲν ἐν πρώτῳ φονεῖς φησὶν ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μελανίππης*

Ἴσως ἀλάστορας οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν.

Elmsl. ad Med. 1338 correxit *ἀλάστορ'*, quod praeter Welckerum viri docti probarunt. Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 25) praeterea *ἴσως* mutandum esse in *δείσας* coniecit; sed *ἴσως* fortassis recte se habuit, si quidem versus ab alio, quocum arcte coniunctus fuit, avulsus est. Haud recte autem Welck. Elmsleii emendationem improbavit ex Erotiani loco consequi dicens, in Euripidis versu numerum pluralem *ἀλάστορας* lectum esse; sed equidem in Erotiani verbis nihil aliud reperire possum, quam Baccheum voce *ἀλάστωρ* eadem significatione usum esse, qua in Euripideae Melanippae versu quodam lecta esset. Haec enim dicit Erotianus: „Baccheus in primo libro sicarios dixit *ἀλάστορας* secundum locum Euripideae Melanippae etc." De vocaculo *ἀλάστωρ* cf. inc. fab. fgm. CCLI. Plut. vit. Marc. c. 8. *ὡς αὐτὸς εἴη προστετριμμένος ἀλάστορα τῷ Μετέλλῳ ξενοκτόνον.* — Welck. hoc fgm. ad scenam refert, in qua de Metaponti filiorum caede per Aeolum et Boeotum facta sermo erat. cf. fgm. XXVIII.

517. XXXV.

Stob. CVIII, 24. c. lem. *Εὐρ Μελανίππῃ.* Plut. consol. ad Apollon. 29. (p. 116. F.) c. solo nomine Euripidis.

Τὰ προσπεσόντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
ἄριστος εἶναι σωφρονεῖν τέ μοι δοκεῖ.

Verba esse videntur chori Metapontum collaudantis, quod tam varia fata tantaque mala fortiter et animo bene composito pertulerit. cf. Aeol. fgm. XXVI. Vs. 1. Stob. τὰ τυγχάνοντα. Vs. 2. Stob. σοφὸν νομίζω pro ἄριστος εἶναι. Musgr. locum ex Stobaeo exhibuit, Plutarchi vero versus, quamquam utrumque non differre manifestum est, inter inc. fab. fgm. (CXXI) recepit.

M E L E A G R O S.

Meleagri historiam copiose narrat Apollod. I, 8, 2. *Ἐγέννησε δὲ Ἀλθαία (ἡ Θεστίου) παῖδα ἐξ Οἰνέως Μελέαγρον, ὃν ἐξ Ἄρεος γεγενῆσθαί φασι. τούτου δὲ ὄντος ἡμερῶν ἑπτὰ παραγενομένας τὰς Μοίρας φασὶν εἰπεῖν „τότε τελευτήσει Μελέαγρος, ὅταν ὁ καιόμενος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλὸς κατακαῇ.“ τοῦτο ἀκούσασα τὸν δαλὸν ἀνείλετο Ἀλθαία καὶ κατέθετο εἰς λάρνακα. Μελέαγρος δὲ ἀνὴρ ἄτρωτος καὶ γενναῖος γενόμενος τόνδε τὸν τρόπον ἐτελεύτησεν. ἐτησίων καρπῶν ἐν τῇ χώρᾳ γενομένων τὰς ἀπαρχὰς Οἰνεὺς θεοῖς πᾶσι θύων μόνης Ἀρτέμιδος ἐξελάθετο. μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς κάπρον ἐφῆκεν ἔξοχον μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ, ὃς τήν τε γῆν ἄσπορον ἐτίθει καὶ τὰ βοσκήματα καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας διέφθειρεν. ἐπὶ τοῦτον τὸν κάπρον τοὺς ἀρίστους ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάντας συνεκάλεσε καὶ τῷ κτείναντι τὸν θῆρα τὴν δορὰν δώσειν ἀριστεῖον ἐπηγγείλατο. οἱ δὲ συνελθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ κάπρου θήραν ἦσαν οἵδε· Μελέαγρος Οἰνέως, Δρύας Ἄρεος, ἐκ Καλυδῶνος οὗτοι, Ἴδας καὶ Λυγκεὺς Ἀφαρέως ἐκ Μεσσήνης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης Διὸς καὶ Λήδας ἐκ Λακεδαίμονος, Θησεὺς Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν, Ἄδμητος Φέρητος ἐκ Φερῶν, Ἀγκαῖος καὶ Κηφεὺς Λυκούργου ἐξ Ἀρκαδίας, Ἰάσων Αἴσονος ἐξ Ἰωλκοῦ, Ἰφικλῆς Ἀμφιτρύωνος ἐκ Θηβῶν, Πειρίθοος Ἰξίονος ἐκ Λαρίσσης, Πηλεὺς Αἰακοῦ ἐκ Φθίας, Τελαμὼν Αἰακοῦ ἐκ Σαλαμῖνος, Εὐρυτίων Ἄκτορος ἐκ Φθίας, Ἀταλάντη Σχοινέως ἐξ Ἀρκαδίας, Ἀμφιάραος Οἰκλέους ἐξ Ἄργους. μετὰ τούτων καὶ Θεστίου παῖδες. συνελθόντας δὲ αὐτοὺς Οἰνεὺς ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας ἐξένισε, τῇ δεκάτῃ δὲ, Κηφέως καὶ Ἀγκαίου καί τινων ἄλλων ἀπαξιούντων μετὰ γυναικὸς ἐπὶ τὴν θήραν ἐξιέναι, Μελέαγρος ἔχων γυναῖκα Κλεοπάτραν τὴν Ἴδα καὶ Μαρπήσσης θυγατέρα, βουλόμενος δὲ καὶ ἐξ Ἀταλάντης τεκνοποιήσασθαι συννηνάγκασεν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν θήραν μετὰ ταύτης ἐξιέναι· περιστάντων δὲ αὐτῶν τὸν κάπρον Τλεὺς** (nihil corrigendum est. cf. Ovid. VIII. 312.) *καὶ Ἀγκαῖος ὑπὸ τοῦ θηρὸς διεφθάρησαν, Εὐρυτίωνα δὲ Πηλεὺς ἄκων κατήκοντισε, τὸν δὲ κάπρον πρώτη μὲν Ἀταλάντη εἰς τὰ νῶτα ἐτόξευσε, δεύτερος δὲ Ἀμφιάραος εἰς τὸν ὀφθαλμὸν, Μελέαγρος δὲ αὐτὸν εἰς τὸν κενεῶνα πλήξας ἀπέκτεινε καὶ λαβὼν τὸ δέρας ἔδωκεν Ἀταλάντῃ. Οἱ δὲ Θεστίου παῖδες ἀδοξοῦντες, εἰ παρόντων ἀνδρῶν γυνὴ τὰ ἀριστεῖα λήψεται, τὸ δέρας αὐτῇ ἀφείλοντο, κατὰ γένος αὐτοῖς προσήκειν λέγοντες, εἰ Μελέαγρος λαμβάνειν μὴ προαιροῖτο. ὀργισθεὶς δὲ Μελέαγρος τοὺς μὲν Θεστίου παῖδας ἀπέκτεινε, τὸ δὲ δέρας ἔδωκε τῇ Ἀταλάντῃ. Ἀλθαία**

δὲ λυπηθεῖσα ἐπὶ τῇ τῶν ἀδελφῶν ἀπωλείᾳ τὸν θαλὸν ἧψε καὶ ὁ Μελέαγρος ἐξαίφνης ἀπέθανεν. — — — μετὰ δὲ τὸν Μελεάγρου θάνατον Ἀλθαία καὶ Κλεοπάτρα ἑαυτὰς ἀνήρτησαν, αἱ δὲ θρηνοῦσαι τὸν νεκρὸν γυναῖκες ἀπωρνεώθησαν. Consentiunt Ovid. Metam. VIII, 270 – 545. Schol. Aristoph. Ran. 1269. Lactant. fab. VIII, 4. Lutat. ad Stat. Theb. II. 481. Mythogr. Vatic. I. 146. II. 144. et Arsen. Viol. p. 401. ed. Walz. licet in singulis quibusdam a vulgari narratione recedens. Sed quamvis satis verbose fabulae argumentum ab Apollodoro et Ovidio expositum sit, tamen, quum pauca tantum fragmenta ita comparata sint, ut certum quendam locum in tragoedia assignare iis possis, difficillimum est ad definiendum, qua ratione singulae partes atque scenae adornatae fuerint. Quin etiam ne illud quidem constat, utrum Euripides aliquid novaverit necne. Ingeniose vero Welckerus, cuius ad sententiam in plerisque accedo, nexum fabulae, quantum fieri potuit, explicare conatus est (p. 752 sq.), iure in permultis a Valckenario discedens, qui (Diatr. p. 137 sq.) alioqui de huius fabulae reliquiis restituendis bene meritus est. — Ex Romanis Meleagrum *Attius* scripsit: sed utrum Sophoclis an Euripidis tragoediam ante oculos habuerit, dubium est.

518. I.

Demetr. Phaler. de elocut. 58. (in Walz. Rhet. Gr. T. IX. p. 32.) Gregor. Corinth. in Walz. Rhet. Gr. T. VII. p. 1214. Lucian. Conviv. 25. (T. III. p. 436. R. T. III. p. 498 sq. Iacob.) Schol. Aristot. Rhet. III. 9, 4.

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς, ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,
Ἀήδας ὅμαιμον, Θεστίου δὲ παρθένον.

His verbis prologi initium contineri cum verba ipsa, tum scholiastae Aristoph. Ran. 1269 testimonium (cf. fgm. III) docent. Demetr., Greg. Corinth. et Lucian. tantummodo duos priores vs. exhibent, sed tres posteriores ex schol. Aristot. l. c. supplevit Heath. — Vs. 1. citant etiam Arist. Rhet. III, 9, 4 et schol. Aristoph. l. c. Versui 2 Greg. Corinth. praeposuit *φεῦ*, versui 3 *αἲ*, *αἲ*, de his interiectionibus postea haec adiiciens: *ὡς γὰρ παρέλκει τὸ αἲ αἲ, καὶ τὸ φεῦ ἐνθάδε, οὕτω καὶ ὁ πανταχοῦ ἐμβαλλόμενος σύνδεσμος.* Similiter Demetr. Phal. Praeterea Greg. in fine vs. 2 *εὐδαίμονος* pro *εὐδαίμονα* praebet. Male huic fragmento Valck. fgm. III subiunxit: Dianam enim, quae prologum pronuntiasse videtur, si quidem res ordine chronologico enarravit, prius de Meleagri origine verba facere debuisse, quam de tempore, quo Oeneus eam neglexerat, loqui potuerit, manifestum est.

II. 519.

Pseudo-Plutarch. Parallel. 26. (p. 312. A.) *Ἄρης Ἀλθαίᾳ συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ποιήσας — ὡς Εὐριπίδης Μελεάγρῳ.* Locus depravatus est, quem sic Matthiaeus restituit: — *συνῆλθε καὶ Μελέαγρον ἐγέννησε* (vel *ἐτέκνωσε*) *ὡς Εὐρ. ἐν Μελεάγρῳ ἐποίησεν.* Fortassis recte. Non debebat autem de fide scriptoris Matth. dubitare: eadem enim tradunt Apollod. l. c. Ovid. VIII, 427. et Hygin. fab. 171. — Haec ad prologum pertinere consentaneum est.

III. 520.

Aristoph. Ran. 1269. (1240)

Οἰνεύς ποτ' ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,
θύων ἀπαρχὰς —

ubi schol. adnotat: *ἔστι μὲν ἐκ Μελεάγρου μετὰ ἱκανὰ τῆς ἀρχῆς· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος „Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας χθονός.“ τὸ δὲ λεῖπον τοῦ στίχου „οὐκ ἔθυσεν Ἀρτέμιδι.“* Valck. male, ut supra ostendimus, haec verba cum fgm. I connectens, *Οἰνεὺς* in *οὗτος* mutavit, versu 2 autem, quum trimeter iambicus tribracho claudi nequeat, sive ex Piersoni coniectura: *οὐκ ἔθυσε παρθένῳ Ἀρτέμιδι*, sive ex sua *οὐκ ἔθυσε Διὸς κόρῃ Ἀρτέμιδι* scribi iussit. Sed vix alia persona, quam Diana ipsa prologum pronuntiasse potest; ab huius enim ira omnia, quae in tragoedia tractantur, pendent; ac similiter in Hippolyto Venerem, in Bacchis Dionysum fabulae agendae praefantes invenimus. Ingeniose igitur coniecit Bergkius (de fragm. Sophocl. p. 18), Aristophanis scholiastam non Euripidis verba ipsa, sed eorum sententiam tradidisse; genuinum autem illius versus supplementum Hesychii glossa quadam contineri v. *καθωσίωσε· κατέθυσε. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ*, ita ut Artemis dixerit: *θύων ἀπαρχὰς οὐ καθωσίωσέ μοι* (imo: *καθωσίωσ' ἐμοί.*) — Verba *θύων ἀπαρχὰς* hinc citavit Eustath. ad Il. *ι'*. p. 770, 21.

IV. 521.

Aristoph. Ran. 1349 (1314.) sq.

εἰλίσσετε δακτύλοις φάλαγγες
1350. *ἰστότονα πηνίσματα*
κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας, κτλ.

Schol. adscribit: — *τὸ δὲ κέρκιδος ἐκ Μελεάγρου Εὐριπίδου.* — (schol. Venet. ad 1351: *καὶ ταῦτα Εὐριπίδου· ἔστι δὲ ἀσυνάρτητα.* unde etiam in antecedentibus Euripidea latere suspicari licet.) Welckerus ex hoc versiculo nescio an recte collegerit, chorum e mulieribus constitisse, qui carmine mulieris officia virtutesque descripserit, ut Atalantae mores a mulieris natura admodum discrepantes multo magis conspicui essent. Atalanta enim una cum clarissimis Graeciae ducibus, quos Oeneus ad apri venationem invitaverat, Calydonem pervenerat, ut venationis particeps esset. Quam simulatque Meleager

conspexit, amore virginis captus liberos ex ea suscipere cupivit. Quod consilium cum matre Althaea communicasse videtur. cf. fgm. V. VI. VII.

522. V.

Stob. LXXV, 2.

Καὶ κτῆμα δ', ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,
πλούτου δὲ κρεῖσσον· τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ,
παῖδες δὲ χρηστοὶ, κἂν θάνωσι, δώμασι
καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε
ἀνάθημα βιότου, κοὔποτ' ἐκλείπει δόμους.

Meleagri verba esse ad Althaeam prolata manifestum est. Cf. fgm. IV. — Vs. 3. Heath. *κἂν θάνωσι* tolerari hoc loco posse negans, quippe quod sententiae et poetae menti adversetur, legendum coniecit *κἀν στένωσι* vel *κἀν πένησι*. Quod satis est commemorasse. — Vs. 4. Paris. A. B. *καλόν τε*, quod recepit Gaisf. Sed recte Matth. facilius *τὲ* e sequenti *τὲ*, quam, si *τὲ* ab initio scriptum fuisset, hoc mutari in *τὸ* potuisse monuit. Equidem legi malim *καλόν τι θησαύρισμα*; non recte enim Grot. vertit: *thesaurus ille insignis* (sc. quem tu praedicas), sed *θησαύρισμα* significat *penum*, *supellectilem*. cf. El. 497. Ion. 1394. Soph. Phil. 37. — Vs. 5. *ἀνάθημα* illustravit Iacobs. ad Anthol. Pal. III. p. 104. nr. 227. In eodem vs. vulgo legitur *οὔποτ' ἂν ἐκλείπει*, Paris A. *οὔποτ' ἐκλίπει*, in quo duas scripturas *οὔποτ' ἐλείπει* et *οὐκ ἂν ἐκλίποι* Matth. confusas esse dicit.

523. VI.

Stob. LXXII, 12.

Ἡγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξειέ τις
χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν,
ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.

Meleagri verba esse videntur. cf. fgm. IV. sub fin. — Vs. 3. vulgo legebatur: *ἐσθλοῖν δέ τ' ἀμφ.* unde Valck. p. 142 coniectura effinxit *ἐσθλοῖν δέ γ' ἀμφ.* Sed Paris. A. *ἐσθλοῖν δ' ἅτ' ἀμφ.* unde recte Gaisf. elicuit *ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν*, nam prorsus simili modo Euripides loquutus est in Alcmaeon. fgm. X. vs. 2.

524. VII.

Stob. LXXXVII, 5.

Μόνον δ' ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις,
γενναιότητα κἀρετήν· καλὸς δέ τις
κἂν ἐκ πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

Meleagri verba esse suum in Atalantam amorem defendentis (cf. fgm. IV.) iam Matth. monuit. Vs. 1. Iacobs. Lectt. Stob. p. 130 scribi maluit: *μόνον δ' ἂν ἀντὶ χρ.* vel *μόνον γὰρ ἀντὶ χρ.*, haud im-

probabiliter, sed neutro opus esse Matth. dicit, conferens Od. α', 159. At mihi quoque αὐτὰ offensioni fuit, quare conieci, sicut, in Homeri loco citato est: μόνον δὲ ταῦτα χρ. Vs. 3. Musgr. male κἀκ τῶν πονηρ.

VIII. 525.

Etym. M. v. *Μελέαγρος* p. 576, 30. ἐτυμολογεῖ Εὐριπίδης·

Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν.

Eodem respicit Gramm. in Bekk. An. Gr. p. 1163. ad p. 740, 3. τέταρτον δεῖ καὶ αὐτὸν οἰκείως τοῖς πράγμασι ποιεῖν τὰς ἀναπτύξεις τῶν ὀνομάτων, ἵνα μὴ τὸν Μελέαγρον, ὥσπερ Εὐριπίδης, κακῶς ἐτυμολογήσῃ διὰ τὴν μελέαν ἄγραν· οὐ γὰρ εἰκὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ ἁπαίσιον ὄνομα θέσθαι τῷ παιδί· ἄμεινον οὖν ᾧ μέλει τὰ τῆς ἄγρας. Valck. p. 138 correxit ἀγρεύσεις, verba ex prologo petita arbitratus, sed haud dubie Althaeae sunt, quae et hoc et fgm. X. XI. filium ab Atalantae amore dehortata esse videtur. — Tales verborum lusus amant tragici. cf. Antiop. fgm. I. II. Emsl. ad Bacch. 508.

IX. 526.

Stob. LXIV, 10.

Ἡ γὰρ Κύπρις πέφυκε τῷ σκότῳ φίλη,
τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προστίθησι σωφρονεῖν.

Welck. Althaeam his versibus Meleagro cautionem et circumspectionem commendasse existimat, ne mulierem amaret, quae, si accurate spectaretur, mulieris nomine parum digna esset. Sed vide ne Atalantae ipsius sint verba e dialogo cum Althaea petita, de quo cf. fgm. XII.

X. 527.

Stob. LXXIV, 12.

Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖχ' εἶναι χρεὼν
ἐσθλὴν, θύρασι δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός.

Althaea hoc et sequenti fragmento, ut Meleagrum ab Atalantae amore revocaret, exposuit, qualis proba mulier esse deberet. Vs. 1. ad sententiam cf. Troad. 642. — Vs. 2. Valck. p. 143 formae adverbii θύρασι offensus coniiciebat θύραθεν δ' ἀξίαν vel, quod praeferebat, θυραῖοι δ' ἄξιαι: sed eam satis probam esse docuerunt Schaef. Apparat. ad Demosth. T. III. p. 434 sq. Elmsl. ad Soph. OC. 401. et ad Eur. Med. 466. adnot. t. Buttm. Gr. Gr. ampliss. § 116. 6. Idem Valck. male hoc fgm. cum sequente coniunxit.

XI. 528.

Stob. LXXIII, 29.

Εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος,
γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί;

ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν, οὔθ' ἡμεῖς ἔτι.

Althaeae verba esse consentaneum est. Cf. fgm. VIII et X. — Bene viderunt Fritzschius (in Act. Societ. Graec. Vol. I. p. 144.) et Welck. p. 755. adnot. 5., his versibus praecessisse versum velut: *πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτο εὔτακτος πόλις*, comparantes locum Aristoph. Av. 831. *καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις, Ὅπου θεὸς γυνὴ γεγοννῖα πανοπλίαν Ἕστηκ' ἔχουσα, Κλειοθένης δὲ κέρκιδα;* Vereor autem, ne Fritzschius modum excesserit, quod non solum primum versum, sed totum Aristophanis locum ex Euripidis Meleagro, in quo *Μελέαγρος* pro *Κλειοθένης* scriptum fuisset, petitum esse et his versibus praecessisse iudicavit. Certe quae idem praeterea de Meleagro Euripidis in medium protulit, ea parum cum fragmentis et veterum auctorum testimoniis conveniunt, ut bene docuit Welck. l. c. — Vs. 1. Valck. p. 143, quum hos vs. cum antecedente fgm. cohaerere putaret, ut supra monuimus, pro *μὲν* scripsit *γάρ*. — Vs. 3. Grot., ne apodosis prioribus versibus deesset, pro *γὰρ* dedit *ἐν*, quod non habet, quo referatur; Valck. coniecit *ἐκ τῆς ἐπιστήμης παρεκπεπτωκότες*, quod, quo modo sententiae satisfacere possit, haud facile est ad intelligendum. Vs. 4. Valck. pro *κεῖνοι* exhibuit *κεῖναι*, verba sive ab Ancaeo et Cephaeo sive a Thestiadis prolata esse opinatus; recte autem *εἶεν* consentientibus Paris. A. B. Voss. pro vulg. *εἶσι* dedit, et deinde *οὔθ' ἡμεῖς* e Paris. B et Voss. pro vulg. *οὐδ' ἡμεῖς*.

529. XII.

Stob. LXX, 6.

Εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτὲ,
τῶν ἐν πόνοισιν ἡμερευουσῶν ἀεὶ
βελτίον' ἂν τέκοιμι δώμασιν τέκνα.
ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ὅστις ἐκπονεῖ
σκληρὰς διαίτας οἱ γόνοι βελτίονες.

Atalantae verba esse manifestum est, sed cui dicta non item. Attamen ex sequente fragm. haud falso colligas, haec ex colloquio aut rectius e disceptatione Atalantae cum Althaea deducta esse, nam illud vix ab ulla alia quam ab Althaea neque ulli alii quam Atalantae pronuntiatum esse potest, quum Althaea, ut supra docuimus (cf. fgm. VIII—XI) maxime mulieres, qualis Atalanta erat, odisset (cf. fgm. X) et filii in eam amorem improbasset. Hanc utriusque litem, ad quam fortassis etiam fgm. XVII et XVIII pertinent, haud dubie Meleager diremit. — Vs. 2. Quum tertii versus sententia iis non respondeat, quae sequuntur: „meliorem prolem procreari ab iis, quae duriori vitae adsuetae sint," Musgr. pro *πόνοισι* scripsit *δόμοισιν* et vs. 3. *σώμασιν* pro *δώμασιν*, quorum prius certe quin recipiendum sit dubitari nequit. Iacobs. Lectt. Stob. p. 112 sq. coniecerat *τῶν ἐν ἀπόνοισιν*, locum conferens Philodemi in Anth. Pal. V. 120. Valck. p. 143 nescio quam ob caussam *τινὶ* pro *ἀεὶ* scripsit. — Vs. 3. *βελ-*

τίον' ἄν Heath. et Valck. bene pro vulg. βέλτιον ἄν. δώμασιν Valck. pro vulg. δώματι. — Vs. 4. 5. citant etiam Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 9. (p. 741. P.) et Ioan. Damasc. in Gaisf. Append. Flor. ad Stob. ed. Gaisf. Vol. IV. p. 35. (p. 402. ed. Lips.), ἐκπονουμένων pro ὅστις ἐκπονεῖ praebentes, quod nescio an praeferendum sit. Clemens praeterea hunc Critiae locum comparat: „ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου. πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρότατος; εἰ ὁ φυτεύων γυμνάζοιτο καὶ ἐσθίοι ἐρρωμένως καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα· καὶ ἡ μητὴρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἰσχύοι τὸ σῶμα καὶ γυμνάζοιτο." — Vs. 5. Append. Flor. ap. Gaisf. πόνοι pro γόνοι.

XIII. 530.

Stob. LXXIII, 31.

Μισῶ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δὲ σὲ [πλέον],
ἥτις πονηρὰ τἄργ' ἔχουσ' εἶτ' εὖ λέγεις.

Ab Althaea haec pronuntiata videri ad fgm. XII monuimus. Cavendum autem est, ne quis verba μισῶ γυναῖκας, quasi esset μισῶ τὰς γυναῖκας, in universum dicta censeat, sed ad ea cogitatione referendum est ex vs. 2 αἵτινες πονηρὰ τἄργα ἔχουσαι εἶτα εὖ λέγουσιν. Althaea enim, quum talem mulierem ante oculos habeat, se hanc maxime odisse fatetur, quamvis omnino eiusmodi mulieres oderit. — Hoc fragm. codicis Voss. auctoritate ad Meleagrum refertur, in reliquis codd. fabulae nomen deest. In optimis autem libris Paris. A. B. Voss. abest πλέον, quod, licet ex aliis inferioris notae libris a Grot. Gesn. Gaisf. adiectum sit, dubitationem tamen movet propter productam ante πλ syllabam; itaque admodum probabile est, hanc vel simillimam vocem in nonnullis codd. excidisse, a librariis vero deinde, at alieno loco, illatam esse. Quare dubito an Euripides scripserit: πλεῖον ἐκ πασῶν δὲ σέ, vel ἐκ πασῶν δὲ πλεῖστα σέ, nam Matthiaei correctio μισῶ δ' ἐγὼ γυναῖκας, ἐκ πασῶν δὲ σέ, mihi non arridet. — Vs. 2. ἔχουσ' εἶτ' εὖ legitur ex emendatione Dobraei ad Aristoph. Plut. 278 pro vulg. ἔχουσα εὖ, quum Valck. ad Hippol. 664 hiatum inserto γὲ tollere studuisset.

XIV. 531.

Macrob. Saturn. V. 18. *Morem Aetolis fuisse uno tantummodo pede calceato in bellum ire ostendit clarissimus scriptor Euripides, in cuius tragoedia, quae Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant; in eo hi versus sunt:*

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
πρόβλημα θηρὸς, βότρυσι δ' ἔστεψεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐδαίμονα.
Κύπριδος δὲ μίσημ', Ἀρκὰς Ἀταλάντη, κύνας
καὶ τόξ' ἔχουσα· πελέκεως δὲ δίστομον

in the Exchequer, and Accountant-General of the Court of Chancery, and for the Receipt of the Exchequer, and for the Office of Pleas, and for the Office of the Clerk of the Pells, and for the Office of the Auditor of the Receipt, and for the Office of the Tellers of the Exchequer, and for the Office of the Remembrancer of the Exchequer, and for the Office of the Treasurer of the Chamber, and for the Office of the Paymaster of Pensions, and for the Office of the Paymaster of Exchequer Bills, and for the Office of the Paymaster of Civil Contingencies, and for the Office of the Paymaster of Miscellaneous Services, and for the Office of the Paymaster of Miscellaneous Grants, and for the Office of the Paymaster of Compensations, and for the Office of the Paymaster of Merchant Seamen's Wages, and for the Office of the Paymaster of Merchant Seamen's Compensation for Wounds

Mar 1000

1. ch Edward
2. ch Margaret
3. ch Christina

Edward ch
1. ch Margaret
2. ch Christina

Margaret ch
1. ch Edward
2. ch Christina

Christina ch
1. ch Edward
2. ch Margaret

γέννν ἔπαλλ' Ἄγχαιος· οἱ δὲ Θεστίου
κόροι τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδὸς,
τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλάφριζον γόνυ
ἔχοιεν, ὅς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

Bell (Sir Charles), Nervous System. Exposition of the natural system of the nervous action, with observations on the application of the pathological anatomy of the nervous system. London, 1824. 8vo.

1955.

Bell (Sir Charles), Hand. The Hand, its mechanism and vital endowments, as evincing design. Fifth edition. London, 1955. 8vo.

Bell (Sir Charles), Nervous System. Exposition of the natural system of the nervous action, with observations on the application of the pathological anatomy of the nervous system. London, 1824. 8vo.

1956.

Bell (Sir Charles), Hand. The Hand, its mechanism and vital endowments, as evincing design. Fifth edition. London, 1956. 8vo.

Bell (Sir Charles), Nervous System. Exposition of the natural system of the nervous action, with observations on the application of the pathological anatomy of the nervous system. London, 1824. 8vo.

1957.

Bell (Sir Charles), Hand. The Hand, its mechanism and vital endowments, as evincing design. Fifth edition. London, 1957. 8vo.

Bell (Sir Charles), Nervous System. Exposition of the natural system of the nervous action, with observations on the application of the pathological anatomy of the nervous system. London, 1824. 8vo.

1958.

Bell (Sir Charles), Hand. The Hand, its mechanism and vital endowments, as evincing design. Fifth edition. London, 1958. 8vo.

Bell (Sir Charles), Nervous System. Exposition of the natural system of the nervous action, with observations on the application of the pathological anatomy of the nervous system. London, 1824. 8vo.

1959.

Bell (Sir Charles), Hand. The Hand, its mechanism and vital endowments, as evincing design. Fifth edition. London, 1959. 8vo.

Bell (Sir Charles), Nervous System. Exposition of the natural system of the n

et qua ratione calamitas illa publica amoveri posset, iussisse Thebanos de nece Laii quaerere. Itaque primam fabulae partem inquisitionem de caedis illius auctore continuisse verisimile fit.

III. 546

Stob. CIX, 6.

Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὑτοῦ τύχας
εἰς πάντας ἀμαθὲς, τὸ δ' ἐπικρύπτεσθαι σοφόν.

Uterque Hermannus et Welck. in eo consentiunt, Oedipodis haec verba esse; de ratione autem, qua prolata sint, dissentiunt. F. Herm. enim Oedipum sese excusasse suspicatur, quod facinus a se commissum h. e. Laii caedem adhuc tacuerit atque celaverit; Welck. verba simili modo accipit, at Oedipum propter caedem illam non culpae conscium sibi fuisse eamque culpam silentio pressisse, sed his verbis, quae multo latius pateant (— hinc pluralis *τύχαι* —), usum esse arbitratur, ut intelligeretur, qui factum esset, ut ipse caedem illam ne verbo quidem unquam tetigisset. G. Herm. denique minus probabiliter in his Oedipi excusationem indagasse sibi visus est, cur exprobrationem, Polybo se suppositum esse, silentio texerit. Ad sententiam cf. Cress. fgm. VI. Scyr. fgm. II.

IV. 547.

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 3. p. 104. ed. Heer.

Ὁρῶ γὰρ χρόνῳ
δίκην πάντ' ἄγουσαν εἰς φῶς βροτοῖς.

Sic codd. optime; sed locum depravavit Grotius scribendo *ὁρῶ γὰρ ἐν χρόνῳ* et *ἅπαντ' ἄγουσαν εἰς φάος βροτοῖς*, velut in Alcmen. fgm. VIII et Palamed. fgm. X verba sine causa in iambos adigens, quem reliquos editores sequutos esse miror. Versus enim sunt dochmiaci a choro pronuntiati, quum Laium ab Oedipode interfectum esse patefiebat aut quum reliqua Oedipi facinora innotuerant.

V. 548.

Stob. Floril. LXVII, 1.

Μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή·
ἴσην γὰρ ἀνδρὶ συμφορὰν εἶναι λέγω
τέκνων θ' ἁμαρτεῖν καὶ πάτρας καὶ χρημάτων,
ἀλόχου τε κεδνῆς· ὡς μόνων τῶν χρημάτων
ἦ κρεῖσσόν ἐστι τἀνδρὶ, σώφρον' ἢν λάβῃ.

Vs. 4. 5. Verbis *ὡς μόνων τῶν χρημάτων ἦ κρεῖσσόν ἐστι* vel gravis corruptela insidet, vel, quod probabilius est, aliquid excidit. Gesn. Grot. Gaisf. dederunt *ἦ*, Musgr. et F. Hermann. *ἢ*, Heath. *καὶ κρεῖσσόν ἐστι* locum sic explicans: *„Parem enim homini calamitatem esse dico, si ex una parte liberis et patria et facultatibus privetur, et si*

ga ahlkar ayuvan ahlkar amaryan ahlkar. Man ughan ahlkar ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar. Ahlkar ughan ahlkar ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar ughan ahlkar ughan

maluit: *νοῦν χρὴ θέασθαι κοὐδὲν ἐστ' εὐμορφίας κτλ.* quod a Welckero receptum esse miror. Primum enim a literarum ductibus aliquantulum recedit; deinde eiusmodi versus, qualem Gaisf. Euripidi tribuit, sat multi inveniuntur. — Vs. 2. Trinc. et Paris A exhibent: *μὴ τὰς φρένας καλὰς ἔχῃ*, quemadmodum in Antiop. fgm. XVII. vs. 2, unde Piers. apud Valck. not. MS. deleto *τὶς* scripsit: *ὄφελος, ὅταν μὴ τὰς φρένας καλὰς ἔχῃ* (sc. *ἡ εὐμορφία*). — Optime F. Hermannus hos versus Iocastae assignandos esse intellexit, quae iis Creonti aliisque affinibus restiterit, quum eam ab Oedipi consuetudine avocare studerent. Voce *εὐμορφίας* uxor ad excisos mariti oculos spectat, quibus se nunquam ab eo suisque in eum officiis absterritum iri dicit. cf. fgm. VIII.

VII. 550.

Stob. Ecl. Phys. I, 10, 2. p. 270. ed. Heer.

Ἑνὸς δ' ἔρωτος ὄντος οὐ μί' ἡδονή·
οἱ μὲν κακῶν ἐρῶσιν, οἱ δὲ τῶν καλῶν.

Hos versus apud Stobaeum duo alii subsequuntur:

ὃ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν· ὧν εἴην ἐγώ.

quos, quum alibi singillatim citati ad Stheneboeam referantur, ibi (fgm. VIII) eo minus exhibere dubitavimus, quo saepius locos e diversis fabulis petitos apud Stobaeum coaluisse vidimus. cf. Belleroph. fgm. XV. Facile autem fieri potuit, ut hi vs. in utraque fabula locum haberent, quùm coniuncti cum illis optimam sententiam praeberent. — Vs. 1. δ' post *ἑνὸς*, quod in codd. deest, inseruit Grot. Sententia, quam Heerenius perperam intellexit, haec est: *ab uno amore multiplex profiscitur gaudium: alii enim mala, alii bona amant.* — Locum Welck. haud improbabiliter ad eandem scenam cum antecedente fragmento rettulit, ut Iocaste amorem suum coniugalem non cupiditatibus, sed sanctimonia et officiorum suorum intelligentia contineri diceret.

VIII. 551.

Stob. Floril. LXIX, 18.

Πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνὴ,
ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ' ὑπερφρονεῖ.

Prior versus est etiam apud Stob. LXVII, 2 et totius loci sententia apud Clem. Alex. Strom. IV, c. 8, § 64. (p. 592. P.) *„πᾶσα γὰρ δούλη ἐστὶν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνὴ, ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ ξυνόντα ὑπερφέρει.* — Cum hoc fragmento probabiliter F. Hermannus duodecim versus coniunxit, quos Clem. Alex. (cf. inc. fab. fgm. CXXXIV. CXXXV.) in eodem libro servavit, et eodem metro conscriptos et ad sententiam simillimos, utpote quibus mulier quaedam probae uxoris officia exposuit. Nam inde primum, quod vs. 10 (inc. fab. fgm. CXXXV.)

fere concinit cum fragm. VI, ac praecipue vs. 12 ad oculos amissos spectare videtur; deinde quod Clemens in eodem libro vel sine fabulae nomine vel falso alia duo fragmenta ex Oedipode ducta exhibuit (cf. fgm. XIV. XVI.), admodum veri simile fit, illos XII etiam ex hac fabula petitos, atque cum his ad eandem scenam referendos esse, ex qua fgm. VI. VII. superesse vidimus. Ac profecto optime conveniunt Iocastae, qualis in hac tragoedia fuisse videtur. Non debebat autem F. Hermannus inter duos supra exhibitos et illos duodecim ita distinguere, ut duobus istis Iocasten expositionis (Oedipi) culpa a se amolitam esse et ad mariti (Laii) voluntatem rettulisse, his duodecim vero usam esse affirmaret, quum Oedipo nupta probae uxoris officia non modo exposuisset, sed ab his se nunquam recessuram esse ostendisset, ut perquam circumspecte Welck. p. 548 sq. monuit.

552. IX.

Stob. CXI, 5.

Ἐκ τῶν ἀέλπτων ἡ χάρις μείζων βροτοῖς
φανεῖσα, μᾶλλον ἢ τὸ προσδοκώμενον.

Musgr. supplevit *τέρπει*, ac simile quid Grotii menti obversatum esse videtur. — G. Herm. haec verba a choro prolata esse coniicit, quum nuntius rettulisset, Polybum, Corinthi regem atque Oedipi ex vulgari opinione patrem diem supremum obisse (cf. Hygin. l. c.): nunc enim Oedipum et a metu, ne quando patrem interficeret, liberatum fuisse et Thebanorum imperio amisso aliud regnum accepisse.

553. X.

Stob. XXXVIII, 9.

Φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν
ἀπώλεσ' αὐτὸν κἀμὲ συνδιώλεσεν.

Recte F. Herm. et Welck. hos vs. Iocastae tribuisse videntur; sed quo pertineat ille *φθόνος*, quem sibi et marito perniciosum fuisse Iocaste questa est, haud facile quisquam dixerit. Welck. eo Polybi hereditatem significari putat, qua commotus Oedipus, quum amittere eam noluisset, Polybi morte comperta nuntium Corinthum miserit, qui nunc reversus omnia, quae ad Oedipi originem spectabant, aperuerit. Certe per nuntium, sive is pastor ipse, qui Oedipum exposuerat, sive alius quicunque fuerit, neque per Periboeam ipsam rem patefactam esse persuasissimum mihi est. His autem patefactis Oedipus ad summam miseriam redactus erat, et haud dubie ita ab Euripide in scenam inducebatur, ut omnem spectatorum misericordiam concitaret, quum caecus ac pauper cum Antigona in exilium proficisceretur.

554. XI.

Stob. CV, 44.

Πολλάς γ' ὁ δαίμων τοῦ βίου μεταστάσεις
ἔδωκεν ἡμῖν μεταβολάς τε τῆς τύχης.

Haec verba et quae sequenti fragmento continentur ab Oedipo vel ab Iocasta, postquam omnia detecta erant, pronuntiata videntur.

XII. 555.

Stob. CV, 45.

Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Cf. fgm. XI. Sententiam similem praebent Inc. fab. fgm. CLXXXVI. Alcmen. fgm. XI. Chaeremo in Stob. Ecl. Phys. I, 8, 2. p. 212. ed. Heer. *τὸ τῆς τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.*

XIII. 556.

Stob. VII, 10.

Πότερα γενέσθαι δῆτα χρησιμώτερον
συνετὸν ἄτολμον, ἢ θρασύν τε κἀμαθῆ.
τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν σκαιὸν, ἀλλ' ἀμύνεται,
τὸ δ' ἡσυχαῖον ἀργόν· ἐν δ' ἀμφοῖν νόσος.

Choro tribuenda et ad eandem scenam referenda videntur, ex qua fgm. XI. XII. petita sunt. — In Gesn. et Schow. codd. lemma est *Εὐρ. ἐν Ἡρακλεῖ*, sed verum habet Paris. A. — Vs. 2. post *ἄτολμον* Pors. ad Aristoph. Av. 705. addidit *τ'*, quod Gaisf. recepit, sed facile eo carere possumus. cf. Pflugk. ad Androm. 641. Electr. 394 sq. Belleroph. fgm. IX. Chrysipp. fgm. III. Deinde Grot. *κἀμαθῆ* e Paris. A restituit pro falsa vulg. *κἐμανῆ*. — Vs. 3. Scalig. et Grot. *αὐτοῖν*. — Vs. 4. *ἀργὸν* pro vulg. *ἔργον* correxit Musgr., quae correctio firmatur locis Plut. de ser. num. vind. c. 16. (p. 559. E.) Quaest. Conviv. V, 10. c. 4, 3. (p. 685. D.) ubi *ἡσυχαῖος* et *ἀργὸς* similiter connectuntur. cf. Iacobs. lect. Stobens. p. 56 sq.

XIV. 557.

Stob. LXXIII, 28. Clem. Alex. Strom. IV, 8. § 64. (p. 592. P.) sine nom. fab.

Πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος,
κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

Chori haec verba esse de Iocasta, quippe quae apud Euripidem non mortem sibi consciverit, sed in Phoenissis etiam in scenam prodierit, pronuntiata verisimillimum est. cf. Schol. Eurip. Phoen. 61. *πῶς δὲ, φησὶν, Ἰοκάστη μετὰ τοσαῦτα δυστυχήματα ἔζη; ῥητέον, ὅτι πᾶσα γυνὴ πρὸς θάνατον δειλοτέρα μὲν ἀνδρὸς, ὀκνεῖ δὲ νοῦν ἔχουσα ἴσως· ἀεὶ γὰρ τοῖς παροῦσι δακρύοις ἐμποιεῖ τὸ θῆλυ τῆς ψυχῆς ἀναβολὴν τῷ πάθει.* Optime F. Hermannus his verbis grammatici alicuius *λύσιν* contineri

gemacht, was vorhin nach dem Text abgedruckt worden ist, und ihn dem Herrn Landvogt Escher auf Kyburg überbracht hat, auf Montag, den 16. Tag Brachmonat, in Gegenwart Herrn Landvogt Escher, Herrn Landschreiber Meyer, Herrn Landschreiber Hirzel, Herrn Landschreiber Hofmeister, Herrn Landschreiber Ziegler

XVII. 560.

Hesych. *Ἄναρθρος· ἄτονος, ἀσθενής. Εὐριπίδης Οἰδίποδι.* Eadem voce usus est Eurip. in Or. 222. *ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη*, et Sophocles in Trach. 1093., ubi male schol. *οὐκ ἔχων τὰ ἄρθρα τῶν μελῶν, διὰ τὸ σεσῆφθαι αὐτά.* cf. Valck. ad Phoen. 1538.

Ad hanc fabulam praeterea referunt

Grotius in Exc. p. 394. et in not. Ms. ad Stob. Ecl. p. 118. (ap. Gaisf. in Flor. V, 8.) versus:

Εἱμαρμένον δὲ τῶν κακῶν βουλευμάτων
κακὰς ἀμοιβὰς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς.

qui sine lemmate leguntur in Floril. l. c. et apud Plut. de aud. poet. p. 23. E. (ubi *γὰρ* pro *δὲ*) ad quem locum cf. Wyttenbach.

G. Hermannus suffragante Welckero p. 1328. adnot. versum apud Sueton. Neron. 46. extantem. Ibi enim est: „*Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum* (sc. Neronem) *publice Oedipum exsulem, atque in hoc desisse versu:*

οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄναγε σύγγαμος, πατήρ,

ubi illud obstare Matthiaeo videri miror, quod ex *Oedipode exsule* versus afferatur, quamquam ipse dubito, an ex *Euripidis* Oedipo hic versus non petitus sit.

Meinekius (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiq. 1843. p. 289.) denique versum, qui sine auctoris et fabulae nomine a Plut. Apophthegm. Cicer. 12. (p. 205. C.) citatur

Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρεν τέκνα

in quo equidem potius tragici cuiusdam versus parodiam agnoverim.

O I N E Y Σ.

Oenei argumentum in universum descripsit schol. Aristoph. Acharn. 417. *Γέγραπται τῷ Εὐριπίδῃ δρᾶμα Οἰνεύς. μετὰ δὲ τὸν θάνατον Τυδέως καὶ ἐπιστράτευσιν Διομήδους κατὰ Θηβαίων ἀφῃρέθη τὴν βασιλείαν Οἰνεὺς διὰ τὸ γῆρας ὑπὸ τῶν Ἀγρίων παίδων, καὶ περιῄει ταπεινὸς, ἄχρις οὗ ἐπανελθὼν ὁ Διομήδης Ἄγριον μὲν ἀνεῖλε, τὴν βασιλείαν δὲ Οἰνεῖ παρέδωκε.* cf. Antonin. Liberal. 37. Consentiunt etiam, si finem excipis, Hygin. fab. CLXXV. et Apollod. I, 8, 6. *Οἱ δὲ Ἀγρίου παῖδες Θερσίτης, Ὀγχηστὸς, Πρόθοος, Κελεύτωρ, Λυκωπεὺς, Μελάνιππος ἀφελόμενοι τὴν Οἰνέως βασιλείαν τῷ πατρὶ ἔδωκαν καὶ προσέτι ζῶντα τὸν Οἰνέα καθείρξαντες ἠκίζοντο· ὕστερον δὲ Διομήδης ἐξ Ἄργους παραγενόμενος μετ' ἄλλου (cum Sthenelo Capanei filio.* Hygin. l. c.) *κρύφα τοὺς μὲν Ἀγρίου παῖδας χωρὶς Ὀγχηστοῦ καὶ Θερσίτου πάντας ἀπέκτεινεν (οὗτοι γὰρ φθάσαντες εἰς Πελοπόννησον ἔφυγον), τὴν δὲ βασιλείαν, ἐπειδὴ γη-*

ραιὸς ἦν ὁ Οἰνεύς, Ἀνδραίμονι τῷ τὴν θυγατέρα τοῦ Οἰνέως γήμαντι δέδωκε, τὸν δὲ Οἰνέα εἰς Πελοπόννησον ἦγεν. Ex quibus Euripidem a vulgari mythi traditione, quam exhibuit Pherecydes ap. Schol. Hom. Il. XIV, 120, Diod. IV, 65, recessisse apparet. Fragmentorum autem paucitas tanta est, ut non modo singula tragoediae membra integritati restitui nequeant, sed ne argumenti quidem summa hinc perspicua fiat. Fabulam ante Ol. LXXXVIII, 3. scenae commissam esse inde cognoscitur, quod Aristophanes eius in Acharnensibus (vs. 417.) mentionem iniecit.

561. I.

Schol. Aristot. Rhet. III, 16.

Ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον
Καλυδῶνος, ἔνθεν αἷμα συγγενὲς φυγὼν
Τυδεὺς, τόκος μὲν Οἰνέως, πατὴρ δ' ἐμὸς
ᾤχησεν Ἄργος, παῖδα δ' Ἀδράστου λαβὼν
συνῆψε γένναν.

Prologi initium est, quo, ut ex Aristot. Rhet. III, 16, 7. cognoscitur, Oenei, Tydei, et Diomedis ipsius fata ac res in bellis Thebanicis gestae narrabantur. Diomedem loqui in Aetoliam redeuntem iam Musgr. recte monuit. — Vs. 2. Similiter dixit Eurip. in Suppl. 147. *Τυδεὺς μὲν αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός.* cf. Stat. Theb. I, 401. Valck. ad Hippol. 35. — Vs. 5. Eadem significatione, qua hoc loco *συνῆψε γένναν*, scripsit in Med. 564. *ξυναρτήσας γένος.*

562. II.

Erotian. v. *τιμωρέουσα.* p. 362. *Τιμωρέουσα, βοηθοῦσα, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Οἴνῃ* (sic) *φησίν·*

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην
σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὁλωλότων.

Eiusdem Diomedis verba (ex prologo ducta) esse perspicuum est. — Vs. 2. Erot. *καὶ* post *ἐφηβήσασι* addit.

563. III.

Athen. XV, 3. p. 666. C. *Κότταβος δ' ἐκαλεῖτο καὶ τὸ τιθέμενον ἄθλον πρὸς τοῖς νικῶσιν ἐν τῷ πότῳ, ὡς Εὐριπίδης παρίστησιν ἐν Οἰνεῖ λέγων οὕτως·*

Πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασι
κάρα γέροντος· τὸν βαλόντα δὲ στέφειν
ἐγὼ τετάγμην, ἆθλα κότταβον διδούς.

De Agrii filiis haec ab famulorum aliquo narrari suspicatus est Valck., quod probabilius mihi videtur, quam quod Welckerus coniecit, ea ab Oeneo ipso pronuntiata esse, ut superbiam Agrii filiorum patefaceret; nam plura Diomedem e servis quaesivisse ac rescisse, etiam

e sequente fragmento colligi potest. — Vs. 1. De vocabulo *πυκνὸς* de frequentia adhibito vid. Blomf. ad Aesch. Prom. 697. — Vs. 2. *βαλόντα* pro *βάλλοντα*, quod codd. praebent, correxit Heath. — Voce *γέρων* Oeneus ipse significatus esse mihi videtur, qui pro servo habebatur, non Manes, ut Schweighaeusero visum est. — Vs. 3. Legebatur *κοττάβων*, quod recte Dalecamp. Casaub. et Schweigh. in *κότταβον* mutaverunt, ut ex Athenaei verbis liquet. Dindorf. ex praecepto Valckenari, qui Eustath. ad Il. *τ'*. p. 1232, 43. citat, scripsit *κόσσαβον*, et sic extat in Plisth. fgm. VI. — De cottabo lectores ad praeclaram Iacobsii commentationem *Wielandii* Mus. Attic. III, 3. insertam (repetit. in Iacobs. Var. Script. VI. p. 407 sq.) et Beckeri Charicl. I. p. 476 sq. ablegasse sufficiet.

IV. 564.

Philostrat. Heroic. p. 663. Olear. (p. 12. Boiss.) *Νυνὶ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπέ· οἰκεῖα γεωργεῖς ταῦτα, ἢ δεσπότης μὲν αὐτῶν ἕτερος, σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον τρέφεις, ὥσπερ τὸν τοῦ Εὐριπίδου Οἰνέα*; ubi schol. ap. Boisson. *τὶς τρέφει τὸν Οἰνέα τρέφοντα αὐτόν.* Hinc. Matth. versum elicuit:

σὺ δὴ τρέφοντά νιν τρέφεις — —;

Welckerus:

σὺ δὲ τρέφοντα τοῦτον (νῦν) τρέφεις —;

Mihi autem Philostratus locum ad finem suum accommodasse, Euripides vero scripsisse videtur:

— — σὺ δὲ θρέψαντυ τοῦτοα (νῦν) τρέφεις;

Ex hoc loco manifesto consequitur, Oeneum a famulo quodam fido haud dubie Agrio eiusque filiis invitis nutritum esse.

V. 565.

Stob. CVI, 3.

Ὅταν κακοὶ πράξωσιν, ὦ ξένοι, καλῶς,
ἄγαν κρατοῦντες κοὐ νομίζοντες δίκην
δώσειν, ἔδρασαν πάντ' ἐφέντες ἡδονῇ.

Probabiliter Valckenario Oeneus, qui nec ipse nepotem agnoverat neque ab illo cognitus habebatur, Diomedem cum socio itineris his verbis alloquutus esse videbatur.

VI. 566.

Schol. Arist. Ran. 72. *οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν· Εὐριπίδου ἐξ Οἰνέως*

σὺ δ' ὧδ' ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι;
οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

Priorem versum Diomedi, alterum Oeneo tribuendum esse iam Grot. Valck. Musgr. Matth. Welck. monuerunt. Diomedes enim interrogando plura ex illo sciscitatus esse, Oeneus autem, qui tenuibus

ac mendicis vestibus, ut ex Arist. Acharn. 417 sq. collat. schol. et Timocl. ap. Athen. VI. p. 223. C. Stob. CXXIV, 19. colligi licet, in scenam prodiit, miseram suam conditionem pluribus descripsisse videtur. cf. fgm. VII.

567. VII.

Stob. CXIII, 1.

Σχολὴ μὲν οὐχί· τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν.

Oenei verba ex colloquio cum Diomede ducta esse videntur. cf. fgm. VI. — Apud Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. IV. p. 153. T. V. (p. 423. T. V. Kühn.) legitur: *τοῖς δὲ δυστυχοῦσί πως τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδυράσθαι τύχας*, quod Valck. Diatr. p. 197. et Musgr. ut Euripideum probarunt. Sed recte monuisse videtur Huschk. Anal. Crit. in Anthol. p. 57., duos diversorum scriptorum locos a Galeno confusos esse, alterum Euripidis, alterum Aeschyli Prom. 640. (652. Blomf.), et haud scio, an recte iudicaverit Porson. Adv. p. 152. fin., qui Euripidem locum Aeschyleum imitatione expressisse opinatur. Talis imitationis exempla collegimus ad inc. fab. fgm. CCXXIX.

568. VIII.

Clem. Alex. Strom. VI, 1, § 7. p. 739. P.

ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

Welck. hunc versum, qui sententiam sat vulgarem atque universalem complectitur, Oeneo assignavit, utpote quem de variis hominum moribus disseruisse opinatur, quum narraret, qua ratione ab Agrii filiis tractaretur.

569. IX.

Stob. LXXV, 3.

Ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιστὸν ἄλλο, πλὴν τέκνων·
κέρδους δ' ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ.

Ex oratione Oenei cognatos incusantis verba fluxisse manifestum est, quibus perceptis Diomedes haud dubie Oeneum interrogavit, quis ipse esset et ubinam eius liberi versarentur, ut consanguineorum crudelitati eum eriperent. Hinc factum esse, ut Oeneus nepotem, Diomedes avum cognosceret, facile intelligitur. — Vs. 1. Liberorum praestantiam Euripides aliis quoque locis extulit, velut in pulcherrimo cantico Ion. 485 sq. cf. Alcmaeon. fgm. XVI. Welck. ex eadem scena ducta esse suspicatur inc. fab. fgm. LVII. LXX. LXXIII.

570. X.

Suid. v. *Ἡρακλείαν λίθον. τινὲς τὴν Μαγνησίαν ἀπέδοσαν διὰ το τὴν Ἡράκλειαν τῆς Μαγνησίας εἶναι. οἱ δὲ ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον Ἡρακλειῶτις, ἡ δὲ Μαγνῆτις ἀργύρῳ ὁμοία ἐστὶν, ὡς Εὐριπίδης ἐν*

Οἰνεῖ· τὰς βροτῶν γνώμας σκοπῶν, ὥστε Μαγνῆτις λίθος τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν. οὐ λέγει νῦν ὑπὸ τῆς Μαγνήτιδος λίθου τὸν σίδηρον, ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμένων δόκησιν ἕλκεσθαι, πλανωμένων ὡς ἐπὶ ἀργύρῳ. Hunc locum respexit Plato in Ione p. 533. D. *ἔστι γὰρ τοῦτο τέχνη μὲν οὐκ ὂν παρὰ σοὶ περὶ Ὁμήρου εὖ λέγειν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, θεία δὲ δύναμις, ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν Μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡράκλειαν. καὶ γὰρ αὕτη ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδηροῦς, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις, ὥστ' αὖ δύνασθαι ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖν, ὅπερ η λίθος, ἄλλους ἄγειν δακτυλίους, ὥστ' ἐνίοτε ὁρμαθὸς μακρὸς πάνυ σιδηρίων καὶ δακτυλίων ἐξ ἀλλήλων ἤρτηται. κτλ.* cf. Plat. Tim. p. 80. C. Lucret. VI. v. 906 sq. Verissime Matth. contra Salmasium (in Exercit. Plin. p. 776.) et Buttmannum (in F. A. Wolfii Mus. Antiqu. Stud. II. p. 12 sq.) de hoc loco disputantes monuit, *Μαγνῆτιν λίθον* de eo lapide accipiendum esse, quem nos cum Latinis *magnetem* vocamus: id enim cum ex verbis *ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν*, tum ex Platonis testimonio luculenter consequitur. Dubium igitur vix esse potest, quin Suidas, eo haud dubie falsus, quod Euripides argenti vim cum magnetis comparavit, ut infra apparebit, inepta tradiderit, quum poetam magnetem lapidem argento similem *(talci speciem)*, de quo etiam agunt Theophr. *περὶ λίθων.* 73. — *ἡ καὶ ὄψει περιττὸν ἔχουσα καὶ, ὥς γέ τινες θαυμάζουσι, τὴν ὁμοίωσιν τῷ ἀργύρῳ μηδαμῶς οὖσα συγγενής.* Hesych. v. *Μαγνῆτις λίθος· αὕτη πλανᾷ τὴν ὄψιν, ἀργύρῳ ἐμφερὴς οὖσα.* v. *Λυδικὴ λίθος.* — *ἡ δὲ Μαγνῆτις διαπατᾷ* (sic Heindorf. pro vulg. *διεσπᾶται*) *τὴν ὄψιν, ὡς δοκεῖν ἀργύριον,* dixisse referret. Verba *ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν*, quibus Buttmannus offensus est, noli cum Boissonadio iis explicari, quae Psellus de Magnete scribit, *ὁ μέν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀποπτύει*, ut de positivo et negativo, quos dicunt physici, polo cogitandum sit; sed optime ostendit Matth., Graecos saepe tribuere rei vel personae, quae non nisi cessante illarum efficacitate locum habere possint, ut *δεινῶν ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε πόντον*, non quum flat, sed quum flare desiit. (cf. Matth. Gr. Gr. § 634. p. 1536.). Sic igitur hoc loco dici de magnete posse: *μεθίστησιν*, quum vis eius defecerit. Male vero Matth. Platonis loco deceptus Euripidis verba de eloquente esse intelligenda dicit qui sensus hominum speculans et observans mentes eorum quo velit, rapiat: sermonem enim de argento esse iam monuimus idque satis luculenter e Suida ipso liquet. Nec rectius alii interpretes sententiam perspexerunt, velut Grotius, qui versus explendi causa scripsit *σκοπήσας (sic)* et vertit: *Sententias speculatus hominum, sic trahit mentem, ut lapis Herculeus, et mox rursus aliorum rapit* (sic.); Musgr. dedit *σκότιζων*, quo metaphoram tolli iam Buttm. l. c. monuit, ipse denique *κλοπεύων* coniiciens, quam vocem minime tragici coloris esse recte Matth. adnotavit. Quare Suidam ea tantum attulisse suspicatur, quae ad propositum suum spectassent, omissis alienis, ut poetae verba sint:

— — *τὰς βροτῶν τύχας σκοπῶν*
— — — *ὥστε Μαγνῆτις λίθος*
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν.

At non erat, cur γνώμας in τύχας mutaretur, imo γνώμας ad sententiam longe praestantius erat, neque in extrema sententiae parte praeter unam syllabam ante ὥστε aliquid excidisse puto: praeterea quum *Μαγνῆτιν λίθον*, sive magnetem sive *talcum* significavit, *τὴν δόξαν ἕλκειν καὶ μεθιστάναι πάλιν* vix dici possit, verba *ὥστε Μαγνῆτις λίθος* comparationis causa adiecta, ad reliqua autem *τὴν δόξαν* κτλ. aliud quoddam supplendum esse, itaque locum in hunc modum comparatum fuisse persuasum mihi est:

(ὁρῶ τὸν ἄργυρον γὰρ αἰεί,) τὰς βροτῶν
γνώμας σκοπῶν, (ὃς,) ὥστε Μαγνῆτις λίθος,
τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησιν πάλιν.

h. e. *video enim, si mortalium sententias respicio, semper argentum (tale esse) quod sicut magnes (sc. ferrum ad se trahit) opiniones attrahat ac (sc. ubi defecit) rursus repellat*, vel brevius: *video hominum opiniones maxime argento moveri.* Quam sententiam optime huc quadrare, praecipue si praecedens fragmentum respexerit, quisque facile concedet. Ut *ἕλκειν δόξαν*, ita legitur *ἕλκειν τιμὰς* in Inon. fgm. XXI.

571. XI.

Hesych. v. *Ἀκρίξων· ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος. Εὐριπίδης Οἰνεῖ.* Vide quae docte de hac voce disputavit Lobeck. ad Soph. Ai. 1217. — Welck. locum eo rettulit, ubi Oeneus miseriam suam describit.

572. XII.

Aristoph. Acharn. 471.

καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν
ὄχληρος οὖν δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν,

ad quem locum Schol. adnotat: *τοῦτο πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.*

O I N O M A O Σ.

Oenomai historiam sat notam paucis memoriae tradidit Hygin. fab. LXXXIV. *Oenomaus, Martis et Steropes Atlantis* (ita corrigendum pro vulg. *Asteropes) filiae, filius habuit in coniugio Euareten, Acrisii filiam, ex qua procreavit Hippodamiam, virginem eximiae formae, quam nulli ideo dabat in coniugium, quod sibi responsum fuit, a genero mortem cavere. Itaque cum complures eam peterent in coniugium, simultatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset, victorque exisset (quod is equos Aquilone velociores habuit) victus autem interficeretur. Multis interfectis novissime Pelops Tan-*

tali filius cum venisset, et capita humana super valvas fixa vidisset eorum, qui Hippodamiam in uxorem petierant, poenitere eum coepit, regis crudelitatem timens. Itaque Myrtilo aurigae eius persuasit, regnumque ei dimidium pollicetur, si se adiuvaret: fide data, Myrtilus currum iunxit, et clavos in rotas non coniecit: itaque equis incitatis currum defectum Oenomai equi distraxerunt. Pelops cum Hippodamia et Myrtilo domum victor cum rediret, cogitavit sibi opprobrium futurum, et Myrtilo fidem praestare noluit, eumque in mare praecipitavit: a quo Myrtoum pelagus est appellatum. Hippodamiam in patriam adduxit suam (quod Peloponnesum appellatur); ibi ex Hippodamia procreavit Hippalcum, Atreum, Thyesten. Cf. *Nonni* narrat. ad Greg. or. in Basil. I. p. 61. Cr. (in Westermanni Script. Mythogr. p. 380.) Eudoc. p. 332. Hoc argumentum a Sophocle etiam tractatum, quomodo ab Euripide descriptum atque conformatum fuerit, e fragmentis, quae supersunt, cognosci utique nequit.

I. 573.

Stob. LXXVI, 2.

Ἀμηχανῶ δ' ἔγωγε κοὐκ ἔχω μαθεῖν,
εἴτ' οὖν ἄμεινόν ἐστι γίγνεσθαι τέκνα
θνητοῖσιν, εἴτ' ἄπαιδα καρπoῦσθαι βίον.
ὁρῶ γὰρ, οἷς μὲν οὐκ ἔφυσαν, ἀθλίους,
ὅσοισι δ' εἰσὶν, οὐδὲν εὐτυχεστέρους.
Καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος,
κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα·
λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι.

Oenomai fortasse verba sunt iis praemissa, quibus exponebat, quantas curas atque sollicitudines sibi Hippodamia filia afferret. Ad sententiam cf. Med. 1090 sq. Alc. 880 sq. inc. fab. fgm. CXXXI sq. — Vs. 6. Th. Bergk. scribi maluit *αἰσχίστη νόσος*, sine causa et, ut mihi videtur, minus apte. — Vs. 8. Musgr. correxit *λυποῦσι γὰρ φύσαντα κτλ.*, quo vix opus est; nonnunquam enim *γὰρ* in enuntiationibus, quae explicationis caussa adiectae sunt, omitti solet. Cf. Herm. ad Soph. Phil. 928. Bornem. ad Xen. Cyrop. VI, 2, 27. Matth. Gr. Gr. § 615. p. 1467.

II. 574.

Stob. LVIII, 5.

Ὃ πλεῖστα πράσσων πλεῖσθ' ἁμαρτάνει βροτῶν.

Welck. etiam hunc versum ab Oenomao sibi de se ipso dictum esse suspicatur. — *Τὸ πλεῖστα πράσσειν*, ut in Antiop. fgm. XXXVI. (quod conferas) *πολλὰ πράσσειν*, eodem modo, quo alibi *πολυπραγμονεῖν* usurpatum esse, recte Matth. monuit.

575. III.

Orion. Anthologn. V, 5. p. 47. ed. Schneidew.

Ἐγὼ μὲν, εὖτ' ἂν τοὺς κακοὺς ὁρῶ βροτῶν
πίπτοντας, εἶναί φημι δαιμόνων γένος.

Haec verba a quo pronuntiata sint, vix explores: tales enim sententiae a quavis persona proferri poterant. Optime hoc fgm. cum iis concinit, quae Euripides in Belleroph. fgm. X. protulit.— Vs. 1. cod. κακῶς, quod correxit Schneidewinus.

576. IV.

Stob. XCIX, 8.

Ἓν ἐστι πάντων πρῶτον εἰδέναι τόδε,
φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως.
χοὗτός γ' ἀνὴρ ἄριστος, αἵ τε συμφοραὶ
ἧσσον δάκνουσιν· ἀλλὰ ταῦτα γὰρ λέγειν
ἐπιστάμεσθα, δρᾶν δ' ἀμηχανῶς ἔχει.

Welck. Oenomao hos versus tribuit, eum aut haec secum reputasse aut his Pelopem, qui, quum Hippodamia a patre sibi negata esset, aegerrime id tulerat, consolatum esse censens. Ad sententiam cf. Acol. fgm. XXVI. — Vs. 1. vulgo legebatur: *ἔνεστι π. π. εἰ. τουτι*, quae Grotius sic transposuit: *ἔνεστι πάντων τουτι πρῶτον εἰδέναι*, neque vocalis *ι* in *τουτι* mensura, quae semper longa est, respecta neque considerans, *τουτι* ab tragicorum scribendi usu abhorrere. Rectius igitur Heath. dedit *τοῦτο*. Genuinam vero scripturam *τόδε* praebet Paris. B., in quod Pierson. ap. Valck. coniectura inciderat. Sed offensioni etiam erat *ἔνεστι*, itaque Musgr. scribi voluit: *ἔτ' ἐστὶ πάντων πρῶτον, ἓν δ' αἰνεῖτ' ἔτι κτλ.* satis infeliciter; scribendum vero esse *ἓν ἐστι* perspexerunt Erfurdt. Wund. Gaisf. — Vs. 3. erat *καὶ οὗτος ἀνὴρ*, pro quo Musgravius, quasi alia persona loqueretur, correxit: *Ναί· Οὗτός τ' ἀνὴρ κτλ.* Propius autem ad verum accessit Heath. scribendo: *κ' οὗτός γ' ἀνήρ*. Particulam *γὲ* tuentur etiam Trinc. Paris. A. *καὶ οὗτός γε* praebentes, *οὗτός γε καὶ* Paris. B. unde facili negotio efficitur: *χοὗτός γ'*. Sententia haec est: *et ille quidem vir optimus est* sc. qui res adversas aequo animo fert. Pro *αἵ τε συμφοραὶ* Piers. l. c. ingeniose quidem, sed otiose coniecit: *ὅν γε συμφ.* — Vs. 4. Voss. recte *ἧσσον* pro vulg. *ἧττον*.

577. V.

Stob. CXVI, 5.

Ὅστις δὲ θνητῶν βούλεται δυσώνυμον
εἰς γῆρας ἐλθεῖν, οὐ λογίζεται καλῶς.
μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους.

Welck. haec verba haud improbabiliter Pelopi certaminis cum Oenomao ineundi cupido neque pericula metuenti assignat. — Vs. 3.

cod. Voss. *νόσους* pro *πόνους*. Prorsus eandem sententiam praebet Polyid. fgm. I. vs. 3.

VI. 578.

Stob. CXXII, 8.

Ἀλλ᾽ ἔστι γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ
θνητοῖς, ὀδυρμοὶ δακρύων τ᾽ ἐπιρροαί.
ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν
καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Welckero haec verba ab Hippodamia prolata videntur, quum Pelopem, quamvis certamen cum patre instituendum dissuasisset, tamen ad interitum, quem arbitrabatur inevitabilem, ruentem vidisset. At vero possunt etiam chori verba esse ut in Troadum (vs. 610.) huius loco simillimo: *ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπραγόσιν, θρήνων τ᾽ ὀδυρμοί, Μοῦσά θ᾽, ἣ λύπας ἔχει.* cf. Hom. Odyss. XI, 212. Archel. fgm. XXVI.

VII. 579.

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 18. p. 746. P. *Εὐριπίδου ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ γράφοντος.*

τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Cuius verba sint non liquet. Ad sententiam cf. Phoenic. fgm. V.

Π Α Λ Α Μ Η Δ Η Σ.

Palamedis argumentum*) iis contineri videtur, quae Hyginus, Euripidis in enarrandis fabulis studiosissimus, tradidit (fab. CV.): *Ulysses, quod Palamedis, Nauplii filii, dolo erat deceptus, in dies machinabatur, ut eum interficeret. Tandem inito consilio, ad Agamemnonen militem suum misit, qui diceret ei, in quiete vidisse, ut castra uno die moverentur. Id Agamemnon verum existimans, castra uno die imperat moveri. Ulysses autem clam noctu solus magnum pondus auri, ubi tabernaculum Palamedis fuerat, obruit: item epistolam Phrygi captivo ad Priamum dat perferendam, militemque suum*

*) De quo praeter Welckerum p. 500. egerunt: *O. Jahn.* in dissertatione de Palamede conscripta (Hamburgi. 1836. p. 8 sq.) *Ad. Schoell.* (de Tetralog. Tragic. Attic. p. 44 sq.) *H. Planck* (de Troica Didascalia. Gotting. 1841. p. 14 sq.), consilium civile, quod Euripides in hac tetralogia spectasse videatur, non praetermittentes. De qua re equidem alio loco disseram.

priorem mittit, qui eum non longe a castris interficeret. Postero die cum exercitus in castra rediret, quidam miles epistolam, quam Ulysses scripserat, super cadaver Phrygis positam, ad Agamemnonem attulit: in qua scriptum fuit, Palamedi a Priamo missa, tantumque ei auri pollicetur, quantum Ulysses in tabernaculum obruerat, si castra Agamemnonis, ut ei convenerat, proderet. Itaque Palamedes cum ad regem esset productus et factum negaret, in tabernaculum eius ierunt, et aurum effoderunt: quod Agamemnon ut vidit, vere factum esse credidit. Quo facto Palamedes, dolo Ulyssis deceptus, ab exercitu universo innocens occisus est. In universum idem narrant Ovid. Metam. XIII, 56. Eudoc. p. 321. Schol. Eurip. Orest. 422. Tzetz. ad Lycophr. p. 46. ed. Pott. coll. Antehom. 260 sq. Serv. ad Virg. Aen. II, 80. Mythogr. Vatic. I, 35. II, 200. Schol. Stat. Theb. I, 93. et copiosissime Philostrat. Heroic. c. X. (p. 708. Olear. p. 140 sq. Boiss.). Cur autem Hyginum Euripidis potius, quam alius poetae tragici, fabulae argumentum tradidisse credendum sit, caussas bene perspexit atque explicuit Planckius l. c. p. 15, quarum primaria ea esse videtur, quod fabulae ratio in enarratione ista multo artificiosior est, quam apud ceteros auctores, et praecipue a genuina fabulae forma, quam e Cypriis carminibus Paus. X, 31, 1. tradidit, longissime distat: Euripidem vero in componendis fabulis a simplici mythi natura, praesertim si eundem iam alii poetae tractaverant, saepe magnopere declinasse constat. Cf. Antigonae, Oedipi et al. fab. argum. Iam vero Palamedis summam tribus praecipuis partibus expressam fuisse facile cognoscitur, quarum prima Ulixes Palamedi dolum insidiasque parabat. Neque Ulixes propterea tantum Palamedi infensus erat, quod eius dolo olim bello Troico interesse coactus fuerat, sed procul dubio multo magis famam atque gloriam, quam Palamedes, maximarum rerum inventor (cf. fgm. II.) sapientia ac mentis acumine nactus erat, ei invidebat. Accedebat, quod Palamedes, ut ex Virg. Aen. II, 83 sq. liquet, eo quod Agamemnoni pacem suadebat, suspicionem nonnullam praebebat, se cum hoste rem habere. Quas caussas Ulixes in prologo explicuisse videtur, ut consilium suum sceleratum excusaret. Media fabulae pars iudicium continebat, in quo orationes summa arte ab Euripide, rhetore scenico, elaboratae ab Ulixe et Palamede habebantur (cf. fgm. II sq.) et Palamedes denique Ulixis artibus fallaciisque vincebatur capitisque damnabatur. cf. Polyaen. Prooem. VII. Extrema denique fabula Palamedis necem simulque callidam rationem, qua is de morte sua Nauplium patrem certiorem per Oeacem fratrem fecit, complectebatur. Tradit enim Schol. Rav. Aristoph. Thesm. 777. *ὁ γὰρ Εὐριπίδης ἐν τῷ Παλαμήδει ἐποίησε τὸν Οἴακα τὸν ἀδελφὸν Παλαμήδους ἐπιγράψαι εἰς τὰς ναῦς* (imo *πλάτας*, ut ex Aristophane ipso liquet. Cf. fgm. VIII.) *τὸν θάνατον αὐτοῦ, ἵνα φερόμεναι αὗται ἔλθωσιν εἰς τὸν Ναύπλιον τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ ἀπαγγείλωσι τὸν θάνατον αὐτοῦ. — Ἄλλως· ὥσπερ*

*) Cypriorum postremo libro *Παλαμήδεια* titulus fuisse videtur. Cf. Schneidewin. Fragm. graec. poet. e Papyr. Paris. p. 15 sqq.

Οἴαξ τῷ Ναυπλίῳ γράφει ἐν τῷ Παλαμήδει Εὐριπίδου. ὁ γὰρ Οἴαξ ἐγχαράττει πολλαῖς πλάταις τὰ περὶ τὸν Παλαμήδην καὶ ἀφίησιν εἰς θάλασσαν, ὥστε μιᾷ γέ τινι Ναύπλιον προσπεσεῖν. Cf. Schol. Thesm. 780, 854. ed. Oxon. In fabulae fine, postquam spectatoribus a nuntio ratio, qua Palamedes mortem obierat, exposita erat, et Agamemno sepeliri eum vetuerat, Hermes, ut probabiliter Welckerus coniecit, in scenam prodiit, Palamedem necatum esse insontem patefecit omniaque, quae ex hoc facinore Agamemnoni et Ulixi aliquando eventura sint mala, paucis significavit. — Aristophanes (Thesm. 848.) ita de hac fabula iudicat:

οὐκ ἔσθ' ὅπως
οὐ τὸν Παλαμήδην ψυχρὸν ὄντ' αἰσχύνεται

haud immerito: nam fabulae consilium, sicuti modo a nobis expositum est, profecto tale fuit, quo Euripides rhetorica potius, quam poetica arte excellere potuit ac voluit. — De tempore, quo fabula acta sit, vide quae ad Alexandrum monuimus.

I. 580.

Strabo X. p. 720. C. Alm. *Τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδειχθέντων ἱερῶν νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις Εὐριπίδης τε ἐν ταῖς Βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ* (vs. 124 sq.) — — — *καὶ ἐν Παλαμήδει φησὶν ὁ χορός· οὐ σὺν Διονύσῳ κωμῶν, ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ τυμπάνων ἰάχοις.* Quae Musgr. et post eum Meinek. (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 289.) haud improbabiliter sic in versus redegit:

Οὐ σὺν Διονύσῳ
κωμῶν, ὃς ἀν' Ἴδαν
τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
τυμπάνων (ἐπ') ἰάχοις.

Vs. 2. *ἀν' Ἴδαν* **Heath. pro vulg.** *ἂν Ἴδαν* **scripsit. — Vs. 4. Matth. maluit** *ἰαχαῖς*, **sed cf. Cycl. 69.** *ἴακχον ᾠδὰν μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν.* **— Hi versus in primo cantico chori haud dubie e Danais constantis (cf. fgm. X.) locum habuisse videntur.**

II. 581.

Stob. LXXXI, 7.

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβάς τε θεὶς
ἔξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι,
ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς,
παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
γράψαντας εἰπεῖν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι.

Ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ,
δέλτος διαιρεῖ, κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

Hos versus ex oratione, qua Palamedes in iudicio se defenderit, petita esse, ad unum omnes perspexerunt. Palamedes inventis suis gloriatur, de quibus quae veteres auctores tradiderunt, diligenter collegit atque inter se conciliavit *O. Jahn.* l. c. p. 23 sq. — De hoc fragmento praeter Euripidis editores egerunt Scalig. ad Manil. Astrom. p. 319. et Hemsterh. ad Luc. T. I. p. 305 sq., qui pro *ὀρθώσας μόνον* scribi *ἁρμόσας μόνος* maluit. Sed aptissimam sententiam praebet *ὀρθώσας*, ut ipsum non latuit; *μόνος* autem pro *μόνον* iam Grotius correxerat, adstipulante nunc cod. Paris. B. — Vs. 2. Pro *φωνοῦντα* Hemsterh. correxit *φωνῆντα*, quod epicorum esse recte monuit Schaef. ad Dion. Hal. de compos. verb. p. 155. comparans simul cum verbis *ἄφωνα καὶ φωνοῦντα* locum Aristot. Poet. XII, 20. (XXI, 25.) *εἰς δὲ ἄφωνον οὐδὲν ὄνομα τελευτᾷ οὐδὲ εἰς φωνῆεν βραχύ.* Deinde Hemsterh. et Heath. *συλλαβάς τε θεὶς* dederunt pro *συλλαβὰς τιθείς*. — Vs. 4—7. in Paris. A. desunt. — Vs. 4. vulgo erat *πλοκὰς*, sed *πλακὸς* recte Paris. B. Voss. Arsen. *ὑπερπλοκὰς* una voce Gesn. marg. — Vs. 4. 5. Valesio ad Harpocrat. p. 108. eo spectare videntur, quae memoriae prodidit schol. Aristoph. l. c. (cf. fab. argum. sub fin.); sed vix credibile est, Palamedem iam eo tempore, quo in iudicio se defenderit, remis in mare proiectis Nauplium patrem de morte sua certiorem facere constituisse, idque tecte his significasse, sed aperte verba ad mutuas epistolarum communicationes spectant. — Vs. 6. *χρημάτων μέτρον γράψαντα λείπειν* Grot. probabiliter ex Scaligeri emendatione pro vulg. *γραμμάτων μέτρον γράψαντας εἰπεῖν* dedit, certe *χρημάτων* sententia requiritur et codicibus nostris etiam firmatur. Musgr. *γράφοντα λείπειν.* — Vs. 8. Hemsterh. *κακὰ* corruptum iudicans correxit *σάφα*, Heath. *κακήν.* At prorsus integer est locus, nisi quod, ut saepissime fit, *ἐστὶ* deest; vertas enim: *quae autem mala sunt hominibus in litem incidentibus, ea dirimet* etc.

Cum hoc loco coniungit God. Hermannus versus quosdam, qui apud Stob. Ecl. Phys. I, 2. p. 4. ed. Heer. Aeschyleis versibus e Prometheo (454.) citatis sine auctoris et fabulae nomine subiecti leguntur, quique in neminem, nisi in Palamedem, quadrant:

Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
βίον διώκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
θηρσὶν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
ἀριθμὸν εὗρηκ' ἔξοχον σοφισμάτων.

Euripideam dictionem in his agnovit etiam Matth. comparans Suppl. 200. *βίος πεφυρμένος καὶ θηριώδης*, ex *Aeschyli* contra *Palamede* deductos iudicavit Blomf. ad Prom. p. 35 suffragante O. *Jahnio* (de Palam. p. 6.) Ac profecto, quum idem argumentum tractassent Aeschylus et Euripides, dubitari potest, quemnam ad auctorem versus isti referendi sint. Idem cadit in locum Platonis de Rep. VII. p. 522. D. *Παγγέλοιον γοῦν, ἔφην, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει· ἢ οὐκ ἐννενόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν*

εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ ἄλλα πάντα; Quamquam haec potius ad Aeschylum spectare videntur. cf. Aesch. ap. Athen. I. p. 11. E.

III. 582.

Harpocrat. v. *Διεκωδώνισε.* Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ παραπρεσβείας ἀντὶ τοῦ διεσπείρασε καὶ ἐξήτασεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἤτοι ἀπὸ τῶν περιπολούντων σὺν κώδωσι νυκτὸς τὰς φυλακὰς, Εὐριπίδης Παλαμήδει, ἢ ἀπὸ τῶν δοκιμαζόντων τὰς μαχίμους ὄρτυγας τῷ ἤχῳ τοῦ κώδωνος, ὡς Ἀρίσταρχος. Optime Welck. hoc fgm. ad Palamedis defensionem transtulit: nam eius inventis illud etiam adnumerandum est, quod vigiles per noctem cum tintinnabulis incedentes constituit. cf. Alcidam. c. Palam. p. 74. Gorg. pro Palam. p. 117 sq. Reisk. Plin. H. N. VII. 56. 57. 202. O. *Jahn.* de Palam. p. 53 sq.

IV. 583.

Ioan. Damasc. in Stobaei Append. Flor. p. 11. (ed. Gaisf. vol. IV. p. 382.) Orion. Anthologn. I, 6, p. 41. ed. Schneidew.

Ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ', ἐφ' οἷς λέγει,
αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτέ.

Ulixis verba de Palamede pronuntiata esse videntur. — Vs. 2. Orio τὸ σοφὸν οὐκ αἰνῶ τόδε exhibet, quam scripturam Schneidewinus iure exquisitiorem dicit. Idem simul, ne quis hac scriptura probata constructionis inversione offendatur, comparari iubet Panyasid. (fgm. XVII. ed. Tzschirn.) ap. Stob. XVIII, 22. ἀρετή νύ τις ἔστι καὶ αὖτη, ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ κτλ. Sed plura eius exempla extant apud Euripidem. cf. Aeol. fgm. IV. — Huc fortassis etiam referendum eidemque Ulixi tribuendum est inc. fab. fgm. XCVIII.

V. 584.

Eustath. ad Il. β'. p. 179. (p. 236, 29.) *Σολοικοφανῆ, οἷον τοῦ Εὐριπίδου τὸ*

Πάλαι δέ σ' ἐξερωτῆσαι θέλων,
σχολή μ' ἀπεῖργε.

Ex Palamede haec fluxisse docet Schol. ad Il. β', 353 (e cod. Leidensi primum editus a Valck. ad Phoen. 292. editus): *ἀστράπτων· ὅτι ἀκαταλλήλως εἴρηται (ἔδει γὰρ ἀστράπτοντα καὶ φαίνοντα) ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδει·*

Λάϊε, πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων
σχολή μ' ἀπεῖργε.

Pro *Λάϊε* Valck. l. c. legendum coniicit *Αἶαν* vel *Αἷας*, sed Aiacis in hac fabula partes fuisse haud credibile est *), quare Th. Bergkius

*) Persuadere enim mihi nequeo, quod in mentem alicui venire possit, Aiacem sub fabulae finem, ut in Sophoclis Aiace Teucrum, in scenam prodiisse, ut Palamedis sepulturam ab Agamemnone vetitam efficeret.

scribi maluit *Ναύπλιε*, patris nomen pro patronymico *Ναυπλιάδης* adhibitum esse dicens. At Graecos pro patronymico patris nomen usurpasse, quamvis hoc Schol. Pind. Nem. IV. 32. et Schol. Aristoph. Ran. 1060 tradiderint, haud veri simile esse ad Alcmaeon. fgm. IV. ostendimus. Equidem illud *Λάϊε* errore nescio unde irrepsisse, — nam qua ratione Laium aliquis alloqui potuerit non facile intelligitur, — locum vero sic corrigendum censeo,

Πάλαι δὲ, Παλάμηδές, σ' ἐρωτῆσαι θέλων,
σχολή μ' ἀπεῖργε.

Vocabulum enim *Παλάμηδες* propter similes voces *πάλαι δέ σ'* facile excidere potuit. Quod autem praepositionem *ἐξ* a verbo *ἐρωτῆσαι* avulsam expuli, neminem credo offendet; saepius enim verba a librariis vitiose aucta sunt. cf. Ixion. fgm. II. vs. 1. Melanipp. fgm. XVII. vs. 1. — Haec verba sunt hominis cuiusdam Palamedem in iudicio de proditione percunctantis atque explorantis, neque tamen, ut Welckerus opinatur, Ulixis, sed potius Agamemnonis ad initium huius scenae referenda. — Vs. 2. *σχολῇ* citat Valck. e cod. Leidens. sed *σχολή* Venet. B et Lips. ap. Bekk. Verba *σχολή μ' ἀπεῖργε* bene interpretatur Matth. *otii absentia me retinuit*, de figura *σολοικοφανῆ*, quam Grammaticus hoc loco sibi reperisse visus est, lectores ablegans ad Gramm. Gr. § 562. 1.

585. VI.

Stob. XCI, 24.

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσιν χρήματα
μορφὴν ἔχουσι· συντρέχει δ' εἰς ἓν τόδε.
τούτων δὲ πάντες, οἵ τε μουσικῆς φίλοι,
ὅσοι τε χωρὶς ζῶσι, χρημάτων ὕπερ
μοχθοῦσιν· ὃς δ' ἂν πλεῖστ' ἔχῃ, σοφώτατος.

Ulixis verba esse Palamedem criminantis admodum probabiliter iam coniecit Valck. ad Phoen. 1331. — Vs. 1. 2. haud mediocriter viros doctos vexarunt. Codd. enim praebent praeter Paris. A: *ἀνθρώποισι πᾶσιν αἱ τύχαι μορφὴν ἔχουσι· συντρέχει δ' εἰς χρήματα.* In his primum non perspexerunt, quid sibi velit *μορφὴν ἔχειν* non addito adiectivo: deinde qua ratione fortunae mentio hoc loco apte iniici potuerit. Grotius igitur correxit: *παντοῖαι τύχαι μορφὴν ἔχ. κτλ.* et vs. 3. *τούτων δ' ἔπαινος*, et interpretatur locum: *Quodcunque fortunae aliud datur, habet querelam, sed in opes solas coit genus omne laudum.* Similiter itaque haud probabilius Musgrav.: *ἀνθρ. πᾶσιν αἱ τύχαι μορφὴν ἔχουσι· συντρέχει δ' εἰς χρήματα τούτου δὴ πάντες*, vertens: *Nemini mortalium sua sors satisfacit, et unusquisque quoad pecuniam cum hocce* (i. e. *Palamede*) *consentit.* Multo infelicius etiam Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Antiquit. 1840. p. 1229.) *ἀνθρ. π. αἱ τέχναι μορφὴν ἔχουσι συντρέχειν εἰς χρήματα.* Neque aptior est Matthiaei correctio: *ἀνθρ. παντοίαν χρήματα μορφὴν εχ. κτλ.*, qua eadem fere sententia exoritur, quae est in fine Alcestidis, Andro-

maches, Baccharum, Helenae, in Ione 384, Antiop. fgm. XXXIX e. a. l.; nam haec sententia cum sequentibus parum convenit, neque sortes hominum, sed homines ipsi ad opes spectant, quare ferri τύχαι vix potest. Hoc optime intellexit Th. Bergkius, quare loco mederi studuit scribendo: ἀνθρ. πᾶσαν αἱ τέχναι μορφ. κτλ. hac sententia: „varia esse hominum studia, sed consentire in pecuniae cupiditate," πᾶσαν μορφὴν idem significare atque παντοίαν μορφὴν, atque illud vel hoc gravius dictum esse putans. Sed Bergkius unum saltem exemplum attulisset vellem, quo significare πᾶς tale quid posse probare tur: nam πᾶσα μορφὴ potius quaeque s. omnis forma, non quaelibet vel varia forma esse potest. At vero locus, si accuratius circumspicitur, correctione ibi non indiget, ubi inferre eam viri docti voluerunt. Paris. A, quem ex meliore fonte fluxisse inde etiam cognosci potest, quod vs. 5 solus veram scripturam ἔχῃ pro soloeca reliquorum ἔχει continet, et Gesn. marg. scripturam praebent supra exhibitam, qua, si servatur, optima evadit sententia. Non enim offensioni debebat esse cuiquam μορφὴν ἔχειν simpliciter adiectivo non addito dictum; verum quemadmodum Latini *formae* vocabulum non modo de figura in universum, sed etiam de pulchra atque venusta figura adhibent, ita μορφὴ a Graecis de pulchritudine, venustate similibusque notionibus usurpatum est. Cf. Hom. Odyss. XI. 362. σοὶ δ' ἔπι μὲν μορφὴ ἐπέων, κτλ. ubi Eustath. μορφὴ explicat per κάλλος ἢ πιθανότης. Ibid. VIII, 170. Pind. Nem. XI. 13. εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων μορφὰν παραμένσεται ἄλλων, ad quem locum (a Welckero citatum) cf. Dissen. Eurip. Helen. 1384. μορφᾷ μόνον ηὔχεις. Hec. 1272. Inon. fgm. III. κἂν ἄμορφος (*pulchrae formae expers*) ᾖ γάμος. Inc. fab. fgm. CXXXV. vs. 10. Κἂν ἄμορφος ᾖ πόσις. Hec. 240. Bacch. 453. Plat. Legg. VI. p. 752. A. Sententia igitur verborum est: „*omnibus hominibus divitiae pulchritudinem habere videntur*" s. potius quum, quod pulchrum est, nobis placeat atque expetendum videatur: „*omnibus hominibus divitiae expetendae videntur.*" In sequentibus autem pro συντρέχει δ' εἰς ἓν τόδε scribi malim: συντρέχουσ' εἰς ἓν τόδε, ut ἄνθρωποι subiectum sit, quippe quod sententia efflagitari mihi videatur. Sic omnia bene procedunt: *Agamemno, omnibus hominibus divitiae expetendae videntur; in hoc uno fine persequendo conveniunt.*" Quod Welcker. etiam vs. 2. συντρέχει δ' εἰς χρήματα scribi iubet, licet vs. 1. codicis Paris. A. scripturam probaverit, valde displicet, nam voc. χρήματα glossam esse ad verba εἰς ἓν τόδε adscriptam, qua ille unus finis accurate indicaretur, perspicuum est, neque idem vocabulum in quattuor versibus ter repetitum placere cuipiam potest. Welck. praeterea inter vs. 2 et 3 versum excidisse putat, quem equidem saltem non desidero. — Vs. 3. τούτων δὲ πάντες. Gesn. marg. Paris. A. B. pro vulg. τούτου δὲ π. Euripidem his verbis tecte sophistas cavillari, bene monuit Schoell. l. c. p. 105 sqq. — Vs. 5. Paris A. ἔχῃ, reliqui codd. soloece ἔχει. —

VII. 586.

Stob. LIV. 8.

Στρατηλάται τἂν μύριοι γενοίμεθα,
σοφὸς δ' ἂν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ.

Agamemno loqui videtur Musgravio, quod probat Matth. comparans Hom. Il. β. 371. ubi simile quid Agamemno optat; at hoc loco non cupientis, sed affirmantis verba habemus, itaque veri multo similius est, Palamedem ipsum, aut, ut Welckero visum est, Oeacem pro fratre disserentem haec dixisse. Vs. 1. τἂν = τοὶ ἂν bene Gaisf. e cod. Voss. dedit pro vulg. δ' ἂν, quod ex altero versu illatum esse consentaneum est.

587. VIII.

Poll. Onom. X. 145. *Καὶ Εὐριπίδης μὲν ἐν Παλαμήδει λέγει κώπην χρυσόκολλον.* His verbis poetam illic usum esse probabile est, ubi Palamedem Oeaci fratri praecipientem introduxit, ut mortem suam multis remis insculpat remosque ita insignitos in mare immittat, quorum uno saltem Nauplius pater de filii nece certior fiat. cf. Schol. Aristoph. ll. cc. (sub fin. argum.) Utrum autem Palamedes fratri hoc tantummodo suaserit an re vera Oeax in tragoedia fecerit, dubitari potest. Certe ex Aristophanis (Thesm. 768) verbis:

φέρε, τίν' οὖν ἂν ἄγγελον
πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον
ἐκ τοῦ Παλαμήδους· ὡς ἐκεῖνος, τὰς πλάτας
ὄψω γράφων

nihil consequitur, ut recte Fritzschius monuit, quamquam idem non modo in scena id evenisse suspicatur, sed etiam (p. 291.) Oeacem simul hos versus (ab Aristophane in Thesm. 776 sq. leniter detortos) cecinisse censet:

Ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι,
δέξασθε σμίλης ὀλκούς,
κήρυκας ἐμῶν μόχθων (οἴμοι)
. . . . . .
βάσκετ', ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς,
κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή.

588. IX.

Stob. IX, 13.

Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.

Valcken. Palamedi hos vs. assignat, recte, ut opinor: Palamedes ea enim ante, quam ad mortem abiret, pronuntiasse videtur. Attamen a choro etiam proferri eadem potuisse non negaverim.

589. X.

Philostrat. Heroic. X, 12. p. 718. Olear. (p. 168. ed. Boiss.) *Ὅθεν καὶ τὸν θρῆνον τὸν παρ' Εὐριπίδῃ ἐπαινεῖ, ὁπότε Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδους μέλεσιν,*

Ἐκάνετ' ἐκάνετε, τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοί,
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν.

Ἐκ Σθενεβοίας δὲ ἡ ἀρχή. — Welck. hos vs. Bellerophonti tribuit, quem modo Tirynthem reversum esse censet, ut poenas a Proeto ac Stheneboea exigeret. — Vs. 1. Sententia admodum trita est apud Euripidem et alios. cf. Suppl. 270. Herc. fur. 103. Aug. fgm. VI, vs. 3. Alex. fgm. III. Antiop. fgm. XXXIII. Thyest. fgm. II. inc. fab. fgm. LXVI. etc. — Hunc versum afferunt etiam Fragm. poet. graec. e papyro Mus. Paris. ed. Schneidewin. p. 5. (nr. 3.), Plut. Consol. ad Apoll. 4. (p. 103. B.) et Arsen. Viol. p. 372. ed. Walz. eumque in usum suum converterunt Nicostratus com. ap. Stob. CV, 48. et Philippides ibid. CVIII, 10. Locutionis *οὐκ ἔστιν ὅστις* — apud Euripidem frequentissimae exempla congessit Elmsl. ad Med. 775. Vs. 2. De voc. *βίος* ad Antiop. fgm. XXXII. egimus.

II. 657.

Stob. LXVIII, 15.

Πολλοὺς δὲ πλούτῳ καὶ γένει γαυρουμένους
γυνὴ κατήσχυν' ἐν δόμοισι νηπία.

Welck. fragmentum ad prologum refert ideoque Bellerophonti assignat; haud dubie recte. Iidem versus enim apud Stob. LXXII, 6. iterum extant cum lemm. (in Paris. A.) *Εὐριπίδου Βελλεροφόντης*, ut dubitari possit, sintne e Bellerophonte an e Stheneboea ducti. Videntur tamen a Bellerophonte in Stheneboeae prologo de Proeto prolata esse. Barnesius inter utriusque fabulae fragmenta recepit. — Vs. 1. Idem loquendi genus extat in inc. fab. fgm. XXIV. vs. 2.

III. 658.

Stob. XXIX, 36. Apostol. III, 42. Arsen. Viol. p. 62. ed. Walz. sine nom. fab.

Ἄνευ τύχης γὰρ, ὥσπερ ἡ παροιμία,
πόνος μονωθεὶς οὐκέτ' ἀλγύνει βροτούς.

Welck. etiam hos vs. ad prologum refert iisque Bellerophontem significasse censet, qua ratione tot pericula atque insidias Stheneboea auctore sibi structas effugerit. Haud improbabiliter: nam diis tantum iuvantibus Bellerophontes Chimaeram devicit. Vs. 2. Musgr. bene correxit *ἀλδαίνει* pro *ἀλγύνει*· nam haec requiritur sententia: „*labor sine fortunae ope mortales non auget.*“

IV. 659.

Athen. X. p. 427. E. *τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ νομίζει τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι*

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός·
ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ· τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Locum ridet Aristoph. Thesm. 401 sq. *ἀνὴρ ἑρωτᾷ, τῷ κατέαγεν ἡ*

χύτρα; οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ., ad quem locum Scholiastes adnotat: ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου· διαβάλλει δὲ ὡς μοίχους τοὺς Κορινθίους. Eodem haud dubie respexit Cratin. ap. Athen. XI. p. 782. D. (Tom. II. p. 1038. ed. Dindf.)

πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσα *
ἵησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.

in quo πέει iocose pro ξένῳ positum esse non est quod moneam. Priorem versum vario modo explerunt viri docti, Pierson. ad Moer. p. 254. addito τὲ, Neuius ad Bacchyl. p. 38. δὴ, Iacobs. Animadv. ad Athen. p. 248. ἀεὶ, Fritzschius ad Thesm. l. c. adiecto σὲ, quod maxime probandum videtur. Num vero Cratinus Euripidea verba hoc loco exhibuerit, in qua sententia Valck. Diatr. p. 205. et Welck. Trag. Graec. p. 780. sunt, et praeter voc. ξένῳ nihil mutaverit, ut hic locus cum superiore coniungendus esset, perquam incertum est. Neque lucis quidquam affert corruptissima Hesychii (v. Κορίνθιος ξένος) glossa, licet eam fortassis recte Piers. l. c. in hunc modum restituerit: Κορίνθιος ξένος· ἐπὶ τῶν τὰς λάταγας ῥιπτούντων· ἀπὸ τῆς παρ' Εὐριπίδῃ Σθενεβοίας τῷ Βελλεροφῶντι ἐπιχευούσης. ὡς δὲ Ἄτταλος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν, ἐπὶ τῶν διὰ κάλλος, ὡς ὁ Βελλεροφόντης — Pertinet enim haec glossa, si quidem re vera ita comparata fuit, manifesto ad Cratini, non ad Euripidis locum: nam epichysi nullam mulierem apud Euripidem usam esse videmus; itaque Hesychium parum diligenter epichysin in Stheneboeam contulisse verisimile est, quae frustum, neque, ut Cratini mulier, vinum amico consecrabat. At fac etiam, Hesychium vera tradidisse ac Stheneboeam re vera epichysin adhibuisse, quid inde? Nonne Hesychio etiam alius Euripidis locus ante oculos obversatus esse potest nunc amissus? Haud quaquam igitur huic Hesychii glossae tantum tribuerim, ut inde quid ad Euripidem colligendum esse crederem. Sed ut ad Stheneboeae versus revertar, accedo ad Welckeri sententiam eos Stheneboeae nutrici tribuentis. Nutrix enim, ut Bellerophontem iratum atque ardore Stheneboeae puniendae flagrantem mulceret, narrabat ei, quanto amore Stheneboea ipsum, quem defunctum crediderit, amplexa sit; inter signa amoris autem illud etiam commemorabat, quod regina amico frusta de mensa decidentia consecraverit. Ac fortassis ea, quae narrantem Euripides nutricem introduxerat, ne commenticia quidem erant, sed Stheneboea ipsa facinoris poenitentia ac novo amore capta conspiciebatur.

660.

V.

Schol. Ven. Aristoph. Pac. 124. ὁ λόγος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. τινὲς δὲ οἴονται ἐκ Βελλεροφόντου παρῳδῆσαι. ἔστι δὲ ἐν Σθενεβοίᾳ παρὰ τραγικῷ οὕτως „πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται κράτος (cod. κρατ) ἔνθηρος ἢ λῃστὴς φρουρεῖται κλύδωνι δεινῷ καὶ βροτοστόνῳ βρέμει πτηνὸς πορεύσει." Euripidis verba miserandum in modum mutilata ac depravata esse nemo non videt. Attamen bene Matth. perspexit, designari iis locum monstris et periculis plenum, quibus nescio quis Stheneboeam a consilio Bellerophontem in Lyciam sequendi deterrere conatus sit. Fortassis igitur nutricis verba

sint. Sed videntur potius Bellerophontis ipsius verba esse Stheneboeae utpote Pegasum ascendere nolenti pericula describentis, quibus expositi essent, si aliud itineris genus eligerent. Nam amantem amore simulato eo adducere conabatur, ut se sequeretur. Matth. has versuum reliquias eruit:

πέλας δὲ ταύτης δεινὸς ἵδρυται κράτος
ἔνθηρος ἢ λῃστὴς ν φρουρεῖται ν —
κλύδωνι δεινῷ — βροτοστόνῳ βρέμει
πτηνὸς πορεύσει.

Vs. 1. *κράτος* quid sibi velit, non intelligo: pro quo *πάτος* vel *τύπος* vel simile quid restituendum videtur. — Vs. 2. sic videtur supplendus ac corrigendus: *ἔνθηρος, ἢ (λῃστῇσι) λῃσταῖσι φρουρεῖται πόρος.* cf. Pac. vs. 124. *καὶ τίς πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται;* — Vs. 3. *βροτοστόνῳ* quid sit haud facile dixeris; pro quo Guil. Dindorf. in Henr. Steph. Thes. Vol. I. p. 433. A. coniecit *βαρυστόνῳ*, sed rectius *βροτοστυγεῖ* vel *βροτοκτόνῳ* scripseris. Post *δεινῷ* excidisse *καὶ* videtur; *βρέμει* vero in *βρέμων* mutandum esse facile apparet. — Vs. 4. Utrum verba *πτηνὸς πορεύσει* re vera huc pertineant an ex Aristophane (vs. 126) ipso ducta a sequentis scholii initio hoc loco irrepserint, dubitari potest. Si vero huc pertinent, id quod ex orationis colore probabile fit, fortassis interpunctione in fine versus 3 posita totus versus „*πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυσθλώσομαι*“ Euripidi vindicandus est.

VI. 661.

Athen. X. p. 421. F. sq. *ἐν Σθενεβοίᾳ δ' ὁ Εὐριπίδης περὶ εὐτελείας λέγων*

Βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος
οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι.
ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβὴς τροφὸς,
θάλασσα· τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος
βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἴκαδ' ἔρχεται.

Piscatorum vel nautarum verba sunt, qui (cf. argum.) mortuum Stheneboeae corpus invenerant et Tirynthem pertulerant. Narraturi enim, quo modo corpus illud repererint, suam vivendi rationem describunt. Iisdem Welck. assignandum esse censet inc. fab. fgm. CLXIV. — Vs. 1. Grot. et Musgr. pro *πορφυροῦς* dederunt *περίφορος*, „ut locutio ducta sit a ferculis, quae in coenis lautioribus *περιφέρεσθαι* moris erat.“ Praeterea Musgr. correxit *θαλασσίοις*, *maris incolis non circumfertur victus*; sed recte iam Matth. monuit, *περιφέρεσθαι* et *περίφορος* sufficere nullo pacto posse ad lautas epulas significandas. Optime vero se habet *πορφυροῦς* et satis exquisitum videtur: ut enim alibi (apud Homerum sexcenties) mors (*θάνατος*), ita hoc loco *βίος πορφύρεος* vocatur, quia simul est *βίος θαλάσσιος*, mare (*θάλασσα*) autem vulgo *purpureum* vocari solet. — Vs. 3. Pro *τροφὸς* Grot. et Barnes. dederunt *τρίβος*, Musgr. coniecit: *οὐ πεδοστιβὴς τροφὰς τελοῦσα.* Bene vero Casaub. locum intellexit vertens:

nostra est nutrix mater humida, non illa, quae calcatur pedibus, mare, inquam. —

662. VII.

Stob. LXXXV, 6.

Κομίζετ' εἴσω τήνδε· πιστεύειν δὲ χρὴ
γυναικὶ μηδέν', ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.

Proeti Stheneboeae corpus in aedes inferri iubentis verba esse neminem fugit. Vs. 1. *κομίζετ' εἴσω τήνδε.* Similiter loquutus est Euripides in Bellerophontis fgm. XIX. — Ad sententiam loci cf. Hippol. fgm. XII. Cress. fgm. I. Valck. ad Hippol. 901. Poeta (com.) incertus ap. Arsen. Viol. p. 170. ed. Walz. *γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ὅταν θάνῃ.*

663. VIII.

Aeschin. in Timarch. c. 61. p. 21. (p. 154. Reisk. p. 355. Bekk.) et Gregor. Corinth. ap. Walz. Rhet. Gr. T. VII. p. 1322. *Ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης, ἓν τι καλλίστων ὑπολαμβάνων εἶναι τὸ σοφρόνως ἐρᾶν ἐν εὐχῆς μέρει τὸν ἔρωτα ποιούμενος λέγει που*

Ὃ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως
ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴην ἐγώ.

Ad quem locum schol. l. c. (cf. argum.) adnotat: *ταῦτα λέγει Εὐριπίδης ἐν Σθενεβοίᾳ τῷ δράματι, εἰσάγων τὸν Βελλεροφόντην γνωμολογοῦντα.* Quo ex scholiastae testimonio manifesto consequitur, hos versus, qui vulgo cum duobus aliis ex Oedipode (fgm. VII) ductis coniuncti legebantur, nisi forte in utraque fabula locum habebant, non ad Oedipum, sed huc referendos esse. Inde etiam Bellerophontis verba fuisse cognoscimus, qui post Stheneboeae necem ad Proetum reversus erat (cf. argum.), ut hunc verbis saltem castigaret. — De sententia cf. Dict. fgm. VII. vs. 3 sq.

664. IX.

Plut. Quaest. Sympos. I, 5, 1. (p. 622. C.) *Πῶς εἴρηται τὸ*

Μουσικὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Euripidis versus esse idem docet de Pyth. orac. 23. (p. 405. F.) *ὁ δ' Εὐριπίδης εἰπὼν ὡς Ἔρως ποιητὴν διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, ἐνενόησεν, ὅτι ποιητικὴν καὶ μουσικὴν ἔρως δύναμιν οὐκ ἐντίθησιν, ἐνυπάρχουσαν δὲ κινεῖ, καὶ ἀναθερμαίνει λανθάνουσαν καὶ ἀργοῦσαν.* et Amator. XVII, 25. (p. 762. B.) *ἐπεὶ, καίπερ ὢν ἐρωτικὸς ὁ Εὐριπίδης, τὸ σμικρότατον ἀπεθαύμασεν, εἰπών „Ποιητὴν ἄρα Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.* Cf. Aristid. T. I. p. 30. et 198. (ed. Iebb. p. 55 et 345.) E Stheneboea deductos esse liquet ex schol. Aristoph.

Vesp. 1069, qui errat, quum totum Aristophanis versum „ὀρθίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν e Stheneboea petitum et τὸ ᾖ ἀντὶ τοῦ ἦν (cf. schol. ad 1086) positum esse dicit. Hunc errorem iam notavit Bentl. Epist. ad Mill. p. 469. ed. Lips., simul μουσικὸν pro μουσικὴν legendum esse docens, quae correctio duobus illis Plutarchi locis, ubi est ποιητὴν, et Platonis loco confirmatur, qui (Sympos. p. 196. E.) huc respexit: πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, οὗ ἂν Ἔρως ἅψηται. Hanc ob causam Valck. Diatr. p. 206. ποιητὴν pro μουσικὴν legi mavult. Sed eundem locum sine auctoris et fabulae nomine et paullulum corrupte citat Arsen. Viol. p. 358. ed. Walz. μουσικῆς δ' ἔρως διδάσκει κτλ. — Verba eiusdem Bellerophontis γνωμολογοῦντος esse facile intelligitur.

X. 665.

Aristoph. Vesp. 111.

τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἀεὶ
μᾶλλον δικάζει.

ad quem locum schol. adnotat: παρὰ τὰ Εὐριπίδου ἐκ Σθενεβοίας

τοιαῦτ' ἀλύει νουθετούμενος ἔρως

Gatak. Advers. posth. p. 524 ad sententiam explendam addit μᾶλλον πιέζει, haud dubie recte; nam sic locum exhibent Plut. de discern. adul. et amic. 32. (p. 71. A.) οὐ γὰρ ἁπλῶς νουθετούμενος ἔρως μᾶλλον πιέζει, κατ' Εὐριπίδην, ἀλλ' κτλ. et Galen. de dogm. Hippocr. et Plat. IV, 7. p. 282, 45. (T. V. p. 411. ed. Kuehn.) νουθετούμενος ἔρως μᾶλλον πιέζει. Hinc Bellerophontem dixisse manifestum est:

τοιαῦτ' ἀλύει, νουθετούμενος δ' ἔρως
μᾶλλον πιέζει.

nam haec verba quin ad eandem Bellerophontis orationem cum fgm. VIII. IX pertineant vix dubium esse potest. — Ad sententiam cf. Dict. fgm. V.

XI. 666.

Phot. v. Ξεναπάτας· ἰδίως ἐπὶ τῶν (lacunae signum posuit Bentl. Epist. ad Mill. p. 469. ed. Lips.) ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι ἐν τοῖς πελάγεσιν ὁποῖοι ἐν τοῖς λιμέσιν. Εὐριπίδης Σθενεβοίᾳ·

τίς ἄνδρα τιμᾷ ξεναπάτην;

cf. Polluc. On. III. 58. εἴρηται δὲ ξεναπάτης παρ' Εὐριπίδῃ. Eodem vocabulo usus est Euripides in Troad. 866. et Med. 1392. (1359. ed. Elmsl.) et Pind. Olymp. X. 35. — Matth. putat verba esse Proeti ob deceptum et proditum hospitem, Welck. Bellerophontis se ipsum culpantis, sed possunt etiam Bellerophontis in Proetum invehentis esse.

Ad Stheneboeam necio an referendum sit Bellerophontis fgm. XXVI, quod conferas velim. — De alio fragmento iam antiquitus, ut videtur, huc relato vide quae ad Cretensium argumentum (s. fin.) disputavi.

ΣΙΣΥΦΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Sisyphum, fabulam satyricam, ab Euripide Ol. XCI, 1 cum Alexandro, Palamede et Troadibus scenae commissam esse testatur Ael. V. H. II. 8. Sed qui a Pseudo-Plutarcho de placit. philos. I, 6, 7. (p. 879. E. F.) I, 7, 2 et 3. (p. 880. E. F.) ex Euripidis Sisypho afferuntur versus, a Sexto Empirico quoque adv. Mathem. IX, 54. p. 562 simul cum multis aliis exhibiti, minime colorem habent fabularum sat. proprium et apertis verbis a Sexto Emp. *Critiae* tyranno tribuuntur. Quare Valck. ad Phoen. 527. 711. et Diatr. p. 209., Pors. ad Med. 284. extr., Dindorfius, Bachius (Crit. fragm. p. 65 sq.) eos Critiae assignare non dubitarunt, et nos quoque iisdem rationibus victi inter Critiae (Sisyphi tragoediae) reliquias exhibuimus. Euripideae autem fabulae tam exigua hodie notitia est — nam vix duo supersunt fragmina — ut, quale eius argumentum fuerit, prorsus ignoretur. Welckero (Trilog. Aesch. p. 559. Append. p. 865.) ab Euripide idem argumentum quod Aeschylus in *Sisypho Fugitivo* expresserit, tractatum fuisse suspicanti obloquutus est Ad. Schoellius (de Tetral. Trag. Att. p. 122. adnot.) Sisyphum dicens astutia sua peregrinos in domum pellexisse, pellectos bonis ac libertate defraudasse et fortassis etiam vita denique privasse. Tandem venisse Herculem et interfecisse illum. Ac profecto Herculis in ea, ut in plerisque fabulis satyricis, partes fuisse, ex fragm. I elucet. Ita argumentum simile fit Theristarum et Sylei. Utra sententia probabilior sit, dignoscant alii.

667. **I.**

Suid. v. *Χαίρω. Δοτικῇ τὸ εὐφραίνομαι, καὶ χαίρω σε ἐληλυθότα. Ὀρφικοὶ οὕτω λέγουσιν. Εὐριπίδης Σισύφῳ·*

Χαίρω γέ σ', ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος
— — — τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

Ita Gaisf. e codd. ABCE dedit, reliqui *χαίρω τέ γ'*, omnes autem *βέλτιστε* praebent, quod primus Valck. ad Phoen. 711 correxit. *Σισύφῳ* habet etiam Etym. M. v. *χαίρω*. p. 808, 4. Antea legebatur: *χαίρω τέ γέ σ'*, unde Valck. l. c. primum hos vs. effinxit: *χαίρω μὲν, ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος Σ' ἐλθόντα τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα*, deinde in Diatr. p. 209. *χαίρω σέ γ', ὦ βελ. Ἀλκ. τέκος Ἐλθόντα τὸν δὲ* κτλ., ut Heath. coniecerat, Pors. Adv. p. 275. proposuerat *ἐληλυθότα χαίρω σέ γ', Ἀλκμήνης τέκος, Βέλτιστε* κτλ. Toupii emendationes sciens

praetermitto. — Verba ex fabulae fine petita videntur, postquam Hercules Sisyphum interfecerat.

II. 668.

Hesych. v. *Ἐλίσσων· πλέκων, ψευδόμενος, οὐκ ἐπὶ εὐθείας λέγων ἢ κινῶν. Εὐριπίδης Σισύφῳ.* Bene coniecit Matth., Euripidem non *ἑλίσσων* per se solum, sed addito vocabulo *λόγους* ea, quam Hesychius tradiderit, vi adhibuisse.

ΣΚΙΡΩΝ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Scironis historiam narrant Plut. vit. Thes. c. 10. Paus. I, 44, 12. p. 108. Ovid. Metam. VII, 443 sq. Schol. Eur. Hipp. 976. Hygin. fab. XXXVIII. „*Procrustem, Neptuni filium: ad hunc hospes cum venisset, si longior erat, minori lecto proposito, reliquam corporis partem praecidebat: sin autem brevior statura erat, lecto longiori dato, incudibus suppositis extendebat eum, usque dum lecti longitudinem aequaret: hunc interfecit (Theseus). Scironem, qui ad mare loco quodam praerupto sedebat, et qui iter gradiebatur, cogebat eum sibi pedes lavare, et ita in mare praecipitabat: hunc Theseus pari leto in mare deiecit, ex quo Scironis petrae sunt dictae.*“ Bene vero Boettigerus (Vasengemäld. II. p. 147.) e fragm. II, ubi de aliquo (Theseo) sermo est, qui in scena ipsa in lecto decubuit, collegisse videtur, Euripidem in hac fabula ea, quae alii de Procruste tradunt, ad Scironem retulisse.

I. 669.

Poll. On. IX, 75. *τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν Σκίρωνι, λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρουσῶν·*

Καὶ τὰς μὲν ἄξει, πῶλον ἢν διδῷς ἕνα,
τὰς δὲ ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεσσάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ
τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅταν φέρῃς
πολλὰς — —

Τὰς μὲν οὖν παρθένους λέγοι ἄν τὰς κόρας, αἷς ἐνεκεχάρακτο Ἀθηνᾶς πρόσωπον (§ 44. κόρη νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἦν)· ὅθεν τὸ νόμισμα τοῦτ' Εὔβουλος ἐν Ἀγχίσῃ καλεῖ Παλλάδας. πῶλον δὲ τὸ Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον. — Haec verba utrum a Scirone an a Theseo inter epulas dicta sint haereo. Nam si Theseus narraverat, se Corinthum proficisci velle, Scironis sunt meretricularum Corinthiarum facilitatem laudantis; sin autem Theseus iam a Corintho veniebat, ipse haec dicere poterat. — Vs. 1. Meinekius (in Bergkii et Cae-

saris Diar. Antiqu. 1843. p. 298.) *εἰ δίδως* pro *ἦν διδῷς* et vs. 2. *τὰς δ' εἰ* pro *τὰς δέ* scribi iussit. Sed prior vs. emendatione haud quaquam indiget, altero autem *τὰς δὲ* ferri potest, supplendum enim est *ἦν διδῷς*: si autem correctione opus esset, corrigerem *τὰς δ', ἦν ξυν*. Ceterum *ἦν* pro vulg. *ἂν* ex tragicorum more scripsi.

670. II.

Poll. On. X, 35. *Τῶν ἀδοξοτέρων ἡ χαμεύνη καὶ τὸ χαμεύνιον. ἐν γοῦν τῷ Σατυρικῷ Σκίρωνι Εὐριπίδης φησί·*

Σχεδὸν χαμεύνη σύμμετρος Κορινθίας
παιδὸς, κναφάλου δ' οὐχ ὑπερτείνεις πόδα.

Sciro haec dixisse videtur, quum Theseus in lectulo decubuisset. — Vs. 1. autem scribendum videtur *χαμεύνῃ*, ut sententia sit: *adaptatus fere es* (Theseus) *mulierculae Corinthiae lectulo, spondam pede tuo non superas.* Nam et loco et fabulae accommodatius est, si Sciro de brevi Thesei statura iocans eum Corinthiae meretriculae lectulo congruere, quam si lectum, ut Boettigero visum est, Corinthiae puellae fere adaptatum esse dicit. Atque iocus ille eo magis huc quadrat, quum Theseus ipse de puellis Corinthiis antea sermonem instituisse videatur. In eandem coniecturam nuper incidit Meinekius l. c., qui praeterea *ὑπερτενεῖς* pro *ὑπερτείνεις* legi mavult. Sed mihi *ὑπερτείνεις* utique necessarium videtur; Theseus enim multo iustiorem Scironem supplicio afficiendi habebat causam, si se ille eodem modo ut reliquos hospites truncare periclitatus erat. — Vs. 2. De voce *κνάφαλον* (vel *γνάφαλον*, *κνέφαλον* et *κνέφαλλον*) vide Poll. On. X. 41. et Hemsterh. ad Luc. Iud. Voc. c. IV. p. 86.

671. III.

Athen. IX. p. 368. D. *Εὐριπίδης Σκείρωνι* (sic)

Οὐδὲ κωλῆνες νεβρῶν

Νεβρῶν e coniectura Casauboni scriptum est pro vulg. *νεκρῶν*.

672. IV.

Athen. l. l. p. 76. C. *τῶν δ' ἐρινῶν σύκων* (*μνημονεύει*) *Εὐριπίδης ἐν Σκίρωνι*

Ἦ προσπηγνύναι
κραδαῖς ἐριναῖς —

ἐριναῖς bene Schweigh. pro vulg. *ἐρίναις*. cf. Arcad. p. 65, 18. — Thesei verba esse videntur secum reputantis, qua ratione Scironem puniat.

673. V.

Stob. XLVI, 10.

— — ἔστι τοι καλὸν
(τοὺς) κακοὺς κολάζειν.

Verba haud dubie Thesei sunt. Similiter de se loquitur Hercules in Syl. fgm. VI. — *Τοὺς*, quod metro officit, eiecit Grot. Boiss. ed. *ἔστι τοι καλὸν κολάζειν τοὺς κακοὺς* — —. Sed Theseum tetrametris troch. usum esse parum credibile est.

VI. 674.

Cf. Palamed. fgm. XI.

Σ K Y P I A I.

Scyriarum vix aliud argumentum fuisse potest, quam quod Sophocles in eiusdem nominis fabula expressit, ex parte iis servatum, quae tradit Hygin. fab. XCVI. *Thetis Nereis, quum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Troiam expugnandam isset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem. Quem ille inter virgines filias habitu foemineo servabat nomine mutato; nam virgines Pyrrham nominarunt, quoniam capillis flavis fuit, et Graece rufum pyrrhon dicitur. Achivi autem cum rescissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores* (Ulixem, Phoenicem et Nestorem) *miserunt, qui rogarent, ut eum adiutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quaererent. Qui quum intelligere non possent, quis esset eorum, Ulysses in regio vestibulo munera foeminea posuit, in quibus clypeum et hastam, et subito tubicinem canere, armorumque crepitum et clamorem fieri iussit. Achilles hostem arbitrans adesse vestem muliebrem dilaniavit, atque clypeum et hastam arripuit. Ex hoc est cognitus suasque operas Argivis misit et milites Myrmidones.* cf. Ovid. Met. XIII, 162 sq. Nicephor. Progymn. 2 in Walz. Rhet. Gr. I. p. 428. Apollod. III, 13, 8, ex quo haud dubie huc referenda sunt, quae Hyginus omisit: — *κἀκεῖ τρεφόμενος τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ μίγνυται, καὶ γίνεται αὐτῷ* (h. e. post eius discessum) *ὁ κληθεὶς Νεοπτόλεμος κτλ.* Nam Deidamiae ille morbus, de quo in fgm. I sermo est, nonnisi in eius graviditate positus fuisse videtur. Reliqua fragmenta ad cognoscendum fabulae argumentum nihil valent, in qua quin chorus e virginibus Scyriis constiterit propter titulum dubium esse nequit.

I. 675.

Sext. Empir. adv. Math. I. § 308. (p. 671. ed. Bekk.) *ἢ τὸ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἐπὶ τῇ Λυκομήδους θυγατρὶ Δηϊδαμείᾳ λεγόμενον·*

Α. Ἡ παῖς νοσεῖ σου κἀπικινδύνως ἔχει.
Β. Πρὸς τοῦ; τίς αὐτὴν πημονὴ δαμάζεται;
Μῶν κρυμὸς αὐτῆς πλευρὰ γυμνάζει χολῆς;

πυνθάνεται γὰρ, μή τι πλευριτικὴ γέγονε διὰ τὸ τοὺς πλευριτικοὺς βήσσοντας ὑπόχολον ἀνάγειν. Perquam probabiliter Welck. coniecit, hos versus e colloquio inter Lycomedem et Deidamiae nutricem habito petitos esse, quo nutrix regi morbum i. e. graviditatem filiae patefecerit, ut Achillem in Scyro retineret; vs. 1. igitur nutricis, reliqui regis sunt. — Grot. Exc. p. 431. male dedit: ἡ παῖς νοσεῖ τε κἀπ. ἔχ. πρὸς τοῦδε; τίς μιν πημ. κτλ. primum vs. Lycomedi assignans, quem sequutus Barnes. vs. 2. 3. medico tribuit et insuper quartum a Cicerone servatum (cf. inc. fab. fgm. LXXXIX) adiecit. — Vs. 3. non mediocriter vexavit viros doctos. Valck. Diatr. p. 34 pro χολῆς scribi maluit χολῇ consentiente Blomf. Gloss. ad Aesch. Prom. 606; Ruhnk. ingeniose χειμάζει pro γυμνάζει, sed verbum γυμνάζειν non impugnandum esse, recte monuit Blomf. l. c. Itaque negare non debebat Th. Bergk. (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836. p. 80.) id vulgari significatione, ut sit *exercere*, *defatigare*, *vexare*, hoc loco adhiberi non posse; nam quam ipse ei tribuit significationem, vereor, ne eo multo minus ferenda sit. Censet enim, γυμνάζειν singulari quadam significatione adscita idem esse atque γυμνὸν τιθέναι, unde fieri, ut casum secum habeat secundum. Sed hoc parum credibile est. Nec sententiae aliquid detrahitur, si γυμνάζειν significatum vulgarem retinet. Quaerit enim, si Sexto fides habenda est, Lycomedes, num forte Deïdamia ex frigore lateris dolore, quem acuta febris comitetur et tussis, per quam exscreetur pituita biliosa, laboret, metuens, ne inde pleuritis exoriatur. Euripidem vero haec scribentem e fonte philosophiae Anaxagoreae hausisse iam Valck. l. c. perspexit ac nuper denuo exposuit Bergk. l. c. bene monens, Anaxagoram (teste Aristot. Part. An. IV. 2. ubi de felle dicit: οὐκ ὀρθῶς ἐοίκασιν οἱ περὶ Ἀναξαγόραν ὑπολαμβάνειν ὡς αἰτίαν οὖσαν τῶν ὀξέων νοσημάτων· ὑπερβάλλουσαν γὰρ ἀπορραίνειν πρός τε τὸν πνεύμονα καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰς πλευράς.) docuisse, morbos acutos ex bilis abundantia oriri, quae suffunderetur in pulmones, venas, latera, unde tussis eam eiiceret. At dubitandum est, num recte Sextus hunc locum interpretatus sit, nec potius κρυμὸς cum χολῆς coniungi debeat, ut sit frigus e felle excitum vel febris quaedam sive gastrica, quam dicunt, sive biliosa, nam (Hippocr. de nat. II. 22. in edit. Galen. ed. Chart. III. p. 147. ed. Kühn. T. XV. p. 164) οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ἀπὸ χολῆς. — Male huic fragmento Barnes. subiunxit inc. fab. fgm. LXXXIX.

676. II.

Stob. CIX, 8. Orion. Anthologn. I, 10, p. 42. ed. Schneidew.

Σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.

Welck. nutrici haec verba tribuit; haud improbabiliter: suadere enim ea regi videtur, ut filiae graviditatem occultet. Sententiae causa cf. Oedip. fgm. III.

III. 677.

Stob. CV, 16.

Φεῦ, τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι·
οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσι, τοῖς δὲ συμφοραὶ
σκληραὶ πάρεισιν εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς,
καὶ πάντ' ἀκριβῶς κἀπὶ φροντίδων βίον
οὕτω δικαίως ζῶσιν αἰσχύνης ἄτερ.

Tres priores vs. exhibet etiam Anthol. Palat. T. II. p. 311, et Io. Lyd. de mens. p. 60. (IV, 7. p. 55. ed. Bekk.) et p. 108 (IV, 62. p. 94. ed. Bekk.), qui priori loco praeponit versum: *θεοῦ γὰρ ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτῶν*, quem, quum coniunctus fuisse cum his nullo modo possit, inter inc. fab. fgm. (CLXXX) relegavimus. Vs. 3. Anth. et Ioh. Lyd. *πρὸς θεούς*. — Vs. 5. vulgo legebatur: *οὐ τῷ δικαίῳ*, quod Gesn. correxit in *σὺν τῷ δικαίῳ*, receptum id a Matth. et aliis. Sed Paris. A. B. *οὕτω δικαίως*, quod asciscere non dubitavimus.

IV. 678.

Hesych. *Ζεύγλας, ζυγοί, ἢ μέρη τοῦ ζυγοῦ· καὶ ζευκτῆρες ἱμαντόδεσμοι. καὶ τροπωτῆρες μεταφορικῶς. Εὐριπίδης Σκυρίαις.* Eandem vocem habet in Med. 479. et Hel. 1552.

ΣΥΛΕΥΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Sylei historiam paucis attigit Apollodorus II, 6, 3. *Ἡρακλῆς δὲ Ὀμφάλῃ δουλεύων τοὺς μὲν περὶ τὴν Ἔφεσον Κέρκωπας συλλαβὼν ἔδησε, Συλέα δὲ ἐν Λυδίᾳ* (ita ex Sevini et Piersoni coniectura scriptum est pro *ἐν Αὐλίδι*) *τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας* (?) *μετὰ τῆς θυγατρὸς Ξενοδίκης* *) *ἀπέκτεινε.* Cf. Diod. Sic. IV. 31. Tzetz. Chil. II. 432. Sed haec ad fabulae argumentum cognoscendum parum valent, quod accuratius descripsit Anon. Gramm. de comoed. ap. Cram. An. Gr. Paris. Vol. I. p. 7, 25. haec scribens: *σατυρικῆς δὲ (ποιήσεως ἴδιον) οὐ τὸ ἀπὸ πένθους εἰς χαρὰν ἁπαντᾶν, ὡς ὁ Εὐριπίδου Ὀρέστης, καὶ Ἄλκηστις, καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἤλεκτρα ἐκ μέρους, ὥς τινές φασιν, ἀλλ' ἀμιγῆ καὶ χαρίεντα καὶ θυμελικὸν ἔχει γέλωτα. Οἷον· Ἡρακλῆς πραθεὶς τῷ Συλεῖ, ὡς γεωργὸς δοῦλος ἔσταλται εἰς τὸν ἀγρὸν, τὸν ἀμπελῶνα ἐργάσασθαι. ἀνεσπακὼς δὲ δικέλλῃ προρρίζους τὰς ἀμπέλους, νωτοφορήσας τε αὐτὰς εἰς τὸ οἴκημα γεωργοῦ τοῦ ἀγροῦ, ἄρτους τε μεγάλους ἐποίησε, καὶ τὸν κρείττω τῶν βοῶν θύσας, καὶ τὸν πιθιῶνα διαρρήξας, καὶ τὸν κάλλιστον πίθον ἀποπωμάσας, τὰς θύρας τε ὡς τράπεζαν θεὶς, ἤσθιε καὶ ἔπινεν ἄδων, καὶ τῷ προεστῶτι δὲ τοῦ*

---

*) Extrema aliter narrat Conon. Narrat. XVII. cf. fgm. VII.

ἀγροῦ δριμὺ ἐνορῶντι, φέρειν ἐκέλευεν ὡραῖά τε καὶ πλακοῦντας καὶ τέλος ὅλον ποταμὸν πρὸς τὴν ἔπαυλιν τρέψας τὰ πάντα κατέκλυσεν. Ἔστι δὲ τοιοῦτον Εὐριπίδου δρᾶμα. τοιαῦτα δέ εἰσι τὰ σατυρικὰ δράματα. Inde simul intelligitur, quod dubium quibusdam visum est, fabulam fuisse satyricam. Quae de fabulae argumento, quod ingeniose adumbravit Schoellius (Tetral. Trag. Attic. p. 162 adnot.) incertus grammaticus narrat, confirmantur atque ex parte explicantur Philonis verbis infra subiectis. cf. maxime fgm. V. Attamen quae singularum partium dispositio fuerit, ex neutrius verbis satis accurate cognoscitur.

679. I.

Philo Iud. quod omn. prob. lib. sit. § 15. (p. 461 ed. Mang. p. 880. ed. Pfeif.) — *Πάλιν τὸν αὐτὸν σπουδαῖον οὐχ ὁρᾷς, ὅτι οὐδὲ πωλούμενος θεράπων εἶναι δοκεῖ* (sc. *Ἡρακλῆς*, cuius verba Philo antea attulit. cf. fgm. IV.), *καταπλήττων τοὺς ὁρῶντας, ὡς οὐ μόνον ἐλεύθερος ὤν, ἀλλὰ καὶ δεσπότης ἐσόμενος τοῦ πριαμένου; Ὁ γοῦν Ἑρμῆς πυνθανομένῳ, εἰ* (ita recte ed. Richterus pro vulg. *πυνθανομένοις ἡμῖν*, ad *πυνθανομένῳ* vero subaudi *Συλεῖ*) *φαῦλός ἐστιν, ἀποκρίνεται·*

Ἥκιστα φαῦλος, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον,
πρόσχημα σεμνὸς, κοὐ ταπεινὸς, οὐδ' ἄγαν
εὔογκος ὡς ἂν δοῦλος, ἀλλὰ καὶ στολὴν
ἰδόντι λαμπρὸς, καὶ ξύλῳ δραστήριος.

Facile perspicitur, a Mercurio haec dicta esse, quum Herculem Syleo venditaret. — Vs. 4. Verba *ξύλῳ δραστήριος* ambigue dicta videntur. cf. fgm. VIII.

680. II. III.

Pergit Philo l. c.:

Οὐδεὶς δ' ἐς οἴκους δεσπότας ἀμείνονας
αὑτοῦ πρίασθαι βούλεται· σὲ δ' εἰσορῶν
πᾶς τις δέδοικεν. Ὄμμα γὰρ πυρὸς γέμεις,
ταύρος λέοντος ὡς βλέπων πρὸς ἐμβολήν.

Εἶτ' ἐπιλέγει τὸ ἦθος αὐτοῦ

— σοῦ κατηγορῶ
σιγῶντος, ὡς ἂν εἴης οὐχ ὑπήκοος,
τάσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτάσσεσθαι θέλοις.

Recte viri docti, qui Euripidis fragmenta ediderunt, hos versus a Philone cum antecedentibus (fgm. I) continuo ordine tanquam unius sermonem citatos in duo fragmenta disiunxerunt, quorum alterum quattuor priores (fgm. I) alterum reliquos quattuor versus complectitur, nam prioribus laudatur, posterioribus vituperatur Hercules. Inde a vs. 5. *Οὐδεὶς δ' ἐς κτλ.* utrum Syleus an Mercurius loquatur dubitari potest; si vero Mercurius locutus est, haec verba

e scena petita sint oportet, quae ei, in qua Mercurius Herculem vendidit, praecessit. — Vs. 1. Musgr. maluit *δεσπότης*. — Operam autem consumserunt viri docti in emendando vs. 1 fragmenti III, qui ita vulgo exhibebatur: *τὸ ἦθος αὐτοῦ ** οὗ κατηγορεῖ* et cum antecedentibus connectebatur. Quem sic correxit Musgr.: *τό τ' ἦθος αὐτόθεν τε σοῦ κατηγορεῖ*, Elmsl. ad Heracl. 418. *τὸ τ' εἶδος αὖτ' αὐθαδίαν κατηγορεῖ*, in addendis vero: *τό τ' ἦθος αὖθαδές τι σου κατηγορεῖ*, utrumque bene reiectum a Matthiaeo, qui ipse proposuit: *τό τ' ἦθος αὐτὸ τοῦτό σου κατηγορεῖ σιγῶντος*, h. e. *hoc ipsum*, quod *ὄρμα πυρὸς γέμεις*, *ingenium tuum prodit*, nimirum *ὡς εἶης ἂν οὐχ ὑπήκοος*. Hoc ferri quidem, neque tamen cuiquam placere potest. Vere igitur Grotius Exc. p. 407 iudicasse videtur, qui tres posteriores versus a prioribus secrevit et novum fragmentum a verbis *σοῦ κατηγορῶ* incipere censuit, quem recentiores Philonis editores codicum auctoritate nixi sequuti sunt. Neque nos a codicum auctoritate recedere fas esse putavimus.

IV. 681.

Philo Iud. iudic. de Ioseph. § 14. (p. 53. M. p. 537. P.) Leg. allegor. III. 71. (p. 127. M. p. 98. P.) Quod omn. prob. lib. sit. § 4. (p. 449. M. p. 869. P.) et § 15. (p. 461. M. p. 880. P.) Euseb. Praep. Evang. VI. p. 242. Artemid. Oneirocr. IV. 59.

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανον,
πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε γὰρ κάτω
γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ δ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα,
πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

Versum 1, qui simul est Phoenissarum vs. 531, a Philone tantummodo loco primo citatus est. Eusebius omittit verba *πρὸς ταῦτ'*, posteaque exhibet consentiente Philone *φάσγανον*, cuius loco editores sine ratione *φάσγανα*. Vs. 2. *πίμπρη* scriptum est ex emend. Piersoni ad Moer. p. 209 pro vulg. *πίμπρα*, cuius loco Euseb. *τέμνε*, Artemid. *ὄπτα* praebet. cf. Pors. Adv. p. 216. et ad Phoen. 531. Verbum *ἐμπίμπλασθαι* eadem significatione cum participio adhibetur Hippol. 664. Arist. Ach. 235. Vesp. 201. — Vs. 4. Euseb. *γαίης ἴασιν*, Philo loco secundo et tertio *γῆ δ' ἄνω εἰς αἰθ.* pro *γῆ δ' ἄνεισ' εἰς αἰθ.* habet. — Verba Herculis esse Philo ipse loco quarto dicit, idque facile quisque coniiciat. Haud dubie enim Syleus Herculem minis eo adducere conatus fuerat, ut ille ferociam atque superbiam, quam servo parum convenienter prae se tulerat, deponeret.

V. 682.

Philo Iud. l. c. (p. 461. M. p. 880. P.) pergit: *Ἐπεὶ δὲ καὶ πριαμένου Συλέως εἰς ἀγρὸν ἐπέμφθη, διέδειξεν ἔργοις τὸ τῆς φύσεως ἀδούλωτον· τὸν μὲν γὰρ ἄριστον τῶν ἐκεῖ ταύρων καταθύσας Διὶ πρόφασιν εὐωχεῖτο· πολὺν δ' οἶνον ἐμφορήσας ἀθρόον, εὖ μάλα κατακλιθεὶς ἡκρατί-*

ξετο. Συλεῖ δὲ ἀφικομένῳ καὶ δυσανασχετοῦντι ἐπί τε τῇ βιάβῃ καὶ τῇ τοῦ θεράποντος ῥαθυμίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ περιττῇ καταφρονήσει, μηδὲν μήτε τῆς χρόας, μήτε ὧν ἔπραττε μεταβαλὼν, εὐτολμότατά φησι,

κλίθητι καὶ πίωμεν, ἐν τούτῳ δέ μου
τὴν πεῖραν εὐθὺς λάμβαν', εἰ κρείσσων ἔσῃ.

Bene Matthiaeus *εὐθὺς* pro vulg. *εὐθὺ* correxit. Cf. Wesseling. ad Diod. II. 12. Ruhnk. ad Tim. p. 127. Valck. ad Hipp. 1197. (Dindorf. praef. poet. scen. p. XXII.) Lobeck. ad Phryn. p. 144. Dissen. Explan. ad Pind. p. 545. — In sequentibus autem novissimus Philonis editor Richterus pro scriptura vulg. *λάμβαν' εἰ*, quam sententia ipsa requirit, male edidit: *λάμβανε καί*.

683. VI.

Stob. XLVI. 1.

Τοῖς μὲν δικαίοις ἔνδικος, τοῖς δ' αὖ κακοῖς
πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χθόνα.

Matthiaeo Hercules haec de se ipso dixisse videtur, quod non improbabile est. Cf. Scir. fgm. V.

684. VII.

Lexic. Sangerman. in Bekk. An. Gr. p. 85, 10. *Βαυβᾶν ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ·*

Βαυβῶμεν εἰσελθόντες· ἀπόμορξαι σέθεν
τὰ δάκρυα.

Locum primus indicavit Valck. Diatr. p. 204. Recte Matthiaeus coniecit, Herculem hos versiculos Xenodicae dixisse; mulierem enim maxime decebant lacrymae. Eam vero in matrimonium duxit Hercules, si fides habenda Cononi l. c.; quam de patris morte flentem his verbis abduxisse videtur.

685. VIII.

Eustath. in Iliad. α', p. 107, 45. Etym. Magn. p. 294, 45. Apollon. Dysc. de pronom. p. 353. C. Ioan. Alex. *τονικ. παραγγελμ.* ed. Dindf. p. 25, 5.

Εἶα δὴ, φίλον ξύλον,
ἔγειρέ μοι σεαυτὸ, καὶ γίγνου θρασύ.

Eustathius, qui e Syleo locum esse docet, *φίλον* ante *ξύλον* adiicit a reliquis omissum. *ἔγειρε* recte habet Apollon. pro *ἄγειρε*, quod Etym. habet, cuius loco Eustath. *ἔκτεινε* praebet; sed *ἔγειρε* etiam confirmatur Ioanne Alex. qui totum locum sic exhibet: *ἅπαξ που παρ' Εὐριπίδῃ εἴρηται τὸ σεαυτὸ „Εἶα δὴ ξύλον ἐγεῖραί μοι σεαυτό.“* Locum explicuit Valck. Diatr. p. 304. *τὸ ξύλον* de *nervo viri* intelligendum esse monens, quemadmodum Latini etiam *teli* vocabulo utuntur. cf. Mart. XI, 78, 6. Auct. Priap. 9. Iustin. XXXVIII. 1. Ruhnk.

ad Rutil. Lup. p. 259 sq. Mihi τὸ ξύλον ut supra (fgm. I. vs. 4) ambigue usurpatum esse videtur, ita ut ratio etiam alterius significationis i. e. *clavae* habita sit: ad hanc enim magis spectare videntur verba καὶ γίγνου θρασύ. — Herculis verba esse per se intelligitur.

Ad Syleum praeterea referuntur primum a Grotio, Barnesio, aliis versus quidam a Philone citati, sed sine caussa vel caussae specie, quos igitur ad inc. fab. fragmenta (CXLVI) relegavimus.

Deinde a Bachmanno et Fritzschio (ad Aristoph. Thesm. 425) versus, qui sine auctoris nomine afferuntur in Scholiis Lips. ad Il. β, 269.

> Ὡς αἰσχρόν ἐστι καὶ καλῶν ἀπ' ὀμμάτων
> κλαῖον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν.

respecto fabulae fgm. VII.

Probabilius vero huc retuleris inc. fab. fgm. CXXIX.

T E N N H Σ.

Tennen fabulam num Euripides scripserit plures ob rationes dubitari potest: primum ea semel tantum a Stobaeo citatur, ubi praeterea in nonnullis codd. ἐν Τημένῳ legitur; deinde vitae Eurip. scriptor, quem Elmsl. e cod. Mediol. ad calcem Baccharum edidit, (p. 174 ed. Lips.) eam inter subditicias Euripidis tragoedias retulit. Sed Tennae historiam aptam praebere tragoediae materiam potuisse non negaverim. Vide quae narrant Diod. Sic. V, 83. Paus. X, 14, 2. Tzetz. ad Lycophr. 234. Strab. VIII. p. 380. XIII. p. 604. Schol. Hom. Il. α', 38. Conon. Narrat. 28. Plut. Quaest. Gr. 28. (p. 297. D. sq.) Ovid. Met. XII, 581. Steph. Byz., Phot., Suid., Phavorin. v. Τένεδος. Zenob. VI, 9. Eudoc. p. 392. Ex quibus praecipue huc facere videntur, quae paucis tradit Conon. l. c. Τέννης καὶ Ἡμιθέα παῖδες ἦστην Κύκνῳ βασιλεῖ Τρῳάδος, καὶ Κύκνος ἀποθανούσης αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτέραν ἐπεισάγεται· ἡ δὲ ἐπιμανεῖσα Τέννῃ καὶ μὴ τυγχάνουσα καταψεύδεται τοῦ παιδὸς τὰ ἑαυτῆς· καὶ ὁ πατὴρ ἀκρίτως εἰς λάρνακα Τέννην κατακλείει, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἡμιθέαν περιαλγοῦσαν τὰδελφοῦ, καὶ ἀφίησι τῇ θαλάσσῃ· ἡ δὲ εἰς νῆσον ἐκφέρεται, καὶ οἱ ἐπιχώριοι τὴν λάρνακα ἀνακομίζονται, καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐκείνης ἴσχουσι Τέννης καὶ Ἡμιθέα, καὶ ἡ νῆσος Τένεδος ἀντὶ Λευκόφρυος ὠνομάσθη. κτλ. His supplendis inservit Plut. l. c. τῆς μητρυιᾶς τὸν Τέννην (sic) διαβαλούσης ὡς βουλόμενον αὐτῇ συγγενέσθαι, Μόλπος ὁ αὐλητὴς τὰ ψευδῆ κατεμαρτύρησεν αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τῷ Τέννῃ συνέπεσε φεύγειν εἰς Τένεδον μετὰ τῆς ἀδελφῆς. κτλ.

I. 686.

Stob. II. 17.

Φεῦ
Οὐδὲν δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένει.

Apud Gesn. legitur: *in Tenne*, ap. Grot. *in Tenye*; in Paris. A. *Τενῦ* sed abscissa in fine nominis fabulae litera; in Schow. codd. B. C. *ἐν Τημένῳ.*

T H Λ E Φ O Σ.

Telephi historia qua ratione ab Euripide in eiusdem nominis tragoedia expressa fuerit, dictu difficillimum est, quum plures poetae tragici, velut Aeschylus, Sophocles, Agathon, Iophon, Moschion, Cleophon idem argumentum tractandum sibi sumserint. Quare mirum non potest videri, quod rem disquisitione sane dignissimam explorare praeter *Welckerum* (Trag. Graec. p. 477 sq.) conati fuere: *Geelius*, de Telepho Euripidis in Annal. Instit. Belg. a. 1830, *A. Schoellius* de Tetral. Trag. Graec. I. p. 134 sq., *O. Iahnius*, Telephus et Troilus. (Kiliae, 1841.) p. 16 sq., quorum sententias ob easdem rationes, quas ad Oedipi argumentum attuli, singillatim percensere nolui. Attamen eas haud quaquam neglexi, quamquam potius ex fragmentis ipsis atque ex iis, quae veteres scriptores de Euripideae fabulae compositione memoriae tradiderunt, cognoscere atque explicare studui, quomodo ea conformata ac disposita fuerit. Primum autem huc facere videtur, quem saepissime ex Euripide hausisse vidimus, Hygin. fab. CI. „*Telephus, Herculis et Auges filius, ab Achille in pugna Chironis hasta percussus dicitur. Ex quo vulnere, quum in dies tetro cruciatu angeretur, petit sortem ab Apolline, quod esset remedium. Responsum est, ei neminem mederi posse, nisi eandem hastam*, (rectius Apostol. XIII, 36. *ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται.* ut ex Hygino ipso s. fin. et ex schol. Aristoph. Nub. l. infra citato elucet) *qua vulneratus erat. Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit, et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans, se eum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur. Achivis autem, quod responsum erat, sine Telephi ductu Troiam capi non posse, facile cum eo in gratiam redierunt, et ab Achille petierunt, ut eum sanaret. Quibus Achilles respondit, se artem medicam non nosse. Tunc Ulysses ait: non te dicit Apollo, sed auctorem vulneris hastam nominat. Quam quum rasissent, remediatus est. A quo quum peterent, ut secum ad Troiam expugnandam iret, non impetrarunt, quod is Laodicen Priami filiam uxorem haberet, sed ob beneficium, quod eum sanarunt, eos deduxit, locos autem et itinera demonstravit; inde in Mysiam est profectus.* cf. Liban. *Ἀχιλ. ἀντιλογ.* T. IV. p. 50. Dict. Cret. II, 1 sq. Schol. Aristoph. Nub. 921 sq. ad Aristophanis verba: „*καίτοι πρότερον γ' ἐπτώχευες, Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων, ἐκ πηριδίου γνώμας τρώγων Πανδελετείους*“ adnotat: *Διαβάλλει Εὐριπίδην, ὡς πτωχὸν εἰσενεγκόντα τὸν Τήλεφον, περὶ οὗ καὶ κωμῳδεῖται. Ἄλλως. ὁ Τήλεφος βασιλεὺς ἦν Μυσίας, ὃν πλανηθέντων, ὅτε εἰς*

Τροίαν ἀπήρχοντο, τῶν Ἑλλήνων καὶ δηούντων τὴν αὐτοῦ γῆν ἀντὶ τῆς Τροίας, Ἀχιλλεὺς ἔτρωσεν· καὶ πάλιν ἀποροῦντα τοῦ θεραπεύσοντος, τῆς Πυθίας, ὁ τρώσας ἰάσεται, ἀνελούσης, παραγενόμενον εἰς Θετταλίαν τῷ χρησμῷ πεισθεὶς θεραπείας ἠξίωσε. δυστυχήσαντα δὲ ὕστερον πεποίηκεν Εὐριπίδης ἐν δράματι πήραν ἔχοντα καὶ προσαιτοῦντα. Totum apparatum, quo exstructus apud Euripidem Telephus, ne cognosceretur, ad Graecorum principes pervenit, Aristophanes in Acharnensibus (v. 438—75.) ante oculos posuit, nisi forte ipse delectationis causa aliquid adiecit. Gestabat igitur Telephus *πιλίδιον Μύσιον, πτωχικὸν βακτήριον, σπυρίδιον* (*διακεκαυμένον λύχνῳ*), *κυλίσκιον* (*εἰς*) *τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον, χυτρίδιον* (*σφογγίῳ βεβυσμένον*), *ἰσχνὰ φυλλεῖα ἐν σπυριδίῳ*, (cf. Diog. La. VI, 87.), praeterea propter vulnus claudicabat. cf. Schol. Ach. 428. Ran. 890. — Dramatis scenam Argis fuisse probabiliter iam Musgr. coniecerat: id enim consequitur ex fgm. I. vs. 1, fgm. VII. et Liban. l. c., nec refragatur fgm. IX., quum inde, quod Agamemno se Mycenas sortitum esse dicit, non sequitur, rem Mycenis actam esse. Praeter Mycenas enim Agamemno etiam Argos acceperat, quae urbs fortasse versu 3. (fgm. IX.) commemorata erat, ut excidissent verba *Ἄργους τε*. Itaque probari nequit Matthiaei sententia, qui miro errore obcaecatus cum Heathio scenam in castris Graecorum ad Troiam ponens fragm. I. e Telepho expulit, quod in nulla Euripidis fabula nisi in Telepho locum habuisse potest. Nam a Telepho illud pronuntiatum esse ne Matth. ipse quidem infitiatus est; at ubi, quaeso, Telephus talia dicere potuit, nisi in cognominata fabula? In Auge, ad quam Heath. verba retulit, vix natus fuit ac profecto loquens non introductus est; in alia autem fabula omnino partes tenere nullas potuit. Quae quum ita sint, recte nos scenam Argis, ubi Euripides haud dubie Graecorum principes de bello consultaturos convenisse finxerat, ante Agamemnonis aedes fuisse putamus. Non pauca huius tragoediae supersunt fragmenta, tamen ea ad dispositionem fabulae accurate cognoscendam non sufficiunt, neque multum iuvat, quod Aristophanes eiusdem partem in Acharnensibus (v. 430 sq.) imitatione expressit et permultis aliis locis*) fabulam irrisit, quae Ol. LXXXV, 2. cum Cressis, Alcmaeone in Psophide, et Alcestide (cf. Alcest. argum. Vatic. ed. Dindorf.) acta ab Aristophane ipso (Ach. 415.) ad *παλαιὸν δρᾶμα* relata est. Latine eam expresserat Ennius, cuius imitationis quae supersunt fragmenta consuluisse non poenitebit.

I. 687.

Dion. Hal. de comp. verb. 426. ed. Schaef. *Ἐκ δὲ τῆς ποιήσεως τῆς ἰαμβικῆς τὰ Εὐριπίδου ταυτί·*

*) Causam, cur Aristophanes maxime Telephum perstrinxerit, exposuerunt Ed. Mueller. Theor. Art. Gr. I. p. 259 sq. Th. Bergk. Reliqu. com. Att. p. 137 sq.

Ὦ γαῖα πατρὶς, ἣν Πέλοψ ὁρίζεται,
χαῖρ'

τὸ πρῶτον ἀχρὶ τούτων κῶλον

ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων δυσχειμέρων
[Πὰν] ἐμβατεύεις.

τὸ δεύτερον μέχρι τοῦδε.

ἔνθεν εὔχομαι γένος.

τοῦτο τρίτον. Τὰ μὲν πρότερα μείζονα στίχου, τοῦτο δὲ ἔλαττον

Αὔγη γὰρ Ἀλέου παῖς με τῷ Τιρυνθίῳ
τίκτει λαθραίως Ἡρακλεῖ·

μετὰ τοῦτο

ξύνοιδ' ὄρος
Παρθένιον,

Οὐδετέρων αὐτῶν στίχῳ συμμετρούμενον. εἶτ' αὖθις ἕτερον στίχου τε ἔλαττον καὶ στίχου μεῖζον·

ἔνθα μητέρ' ὠδίνων ἐμὴν
ἔλυσεν Εἰλείθυια.

καὶ τὰ ἑξῆς τούτων παραπλήσια. — Telephum loqui manifestum est. Is enim eo, quem supra descripsimus (cf. argum. fab.), apparatu ornatus iam initio fabulae in scenam prodibat, et *προλογίζων* fata sua inde ab origine ad hunc diem usque narrabat, consiliumque, quo huc venerat, detegebat. Omnia igitur, quae in Auge fabula in scena repraesentata erant, in huius tragoediae prologo narrabantur, cf. Aug. argum. Ad eundem prologum sine dubio pertinent fgm. II. III. IV. — Vs. 3. initio probabiliter Musgr. *Πὰν* supplevit; *ἐμβατεύειν* de diis adhibitum est etiam ap. Aesch. Pers. 449. Soph. OC. 685. Eur. Rhes. 225.

688. II.

Locum e Diogen. Epist. 5. in Notit. Mss. T. 10, 2. p. 241. probabiliter huc retulit Boissonadius.

Πτώχ' ἀμφίβλητα σώματος λαβὼν ῥάκη
ἀρκτήρια τύχης.

Telephi verba esse facile intelligitur. Cf. fgm. I. Optimam et sententiae et metro medelam adhibuit Dobraeus vs. 2. scribendo *ἀρκτήρια ψύχους* pro *τύχης*, quod vix tolerari potest. Inutilis autem est Heckeri (Comment. Callimach. p. 92.) *ἀλκτήρια* pro *ἀρκτήρια* scribentis emendatio, *ἀρκτήρια* enim, quamvis alibi non extet, sine dubio idem significat atque *ἀλκτήρια*.

689. III.

Schol. Plat. p. 50. R. *Ψυκτηρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια, ἢ ποτηρίου εἶδος, ὡς Εὐριπίδης Τηλέφῳ.* Hoc vocabulo Telephus

in prologo usus esse videtur, ubi apparatum suum descripsit et causam, cur eo exornatus esset, exposuit.

IV. 690.

Aristoph. Ach. 439 sq.

Δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμερον,
εἶναι μὲν, ὅσπερ εἰμὶ, φαίνεσθαι δὲ μή.

Eundem locum affert Suid. v. εἶναι et φαινομένα, ubi addit: τούτεστι μὴ ἀλλάξαι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν μορφήν. — In vs. 1. haesit Meinekius (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 292.) ibique pro εἶναι τήμερον propter canonem Porsonianum εἰς τὸ σήμερον scribi iussit. Iam vero ad Pirith. fgm. V. monui, canonem istum non debere mutationis causam esse, nisi forte locus quidam medicina facillima sanari possit; sed εἰς τὸ facile in εἶναι depravari potuisse equidem persuadere mihi non possum. Itaque locum, quamquam Meinekii correctionem probo, intactum reliqui. — Verba Telephi esse e prologo petita primo adspectu apparet. Cf. fgm. I. III.

Prologum haud dubie Telephi cum regina colloquium excipiebat, quo advena Clytaemnestrae verum suum nomen itinerisque finem detegebat, et eius tutelam atque auxilium implorabat; Clytaemnestra autem Telepho non modo opem promittebat, sed etiam viam rationemque patefaciebat, qua facillime sanationem a principibus impetrare posset. Ex hac scena fortasse superest, nisi ad fabulae finem pertinet, fgm. V.

V. 691.

Stob. XXIX, 9.

Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Cf. fgm. IV. fin. Eundem vs. Stob. XXIX, 25. subiecit alii e Sophoclis Polyïdo citato, Hesiodo tribuit Anon. Gram. in Boiss. Anecd. Gr. I. p. 115. Idem extat sine fabulae et auctoris nomine inter gnomas, quas e cod. Monac. ad calcem Arsenii (p. 501.) Walzius, e cod. Voss. R. B. Beynen (Lugd. Bat. 1837. n. 120.) edidit.

Hoc colloquium chori πάροδος sequebatur, quam, ni fallor, scena excipiebat, in qua duces Agamemno, Menelaus, Achilles, Ulixes et fortassis alii primum tesseris ludentes, si fides habenda Eustathio, (cf. fgm. VI.), deinde inter se rixantes (fgm. VII. sq.) conspiciebantur.

VI. 692.

Eustath. ad Il. π'. p. 1084, 2.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

ἤγουν δύω μονάδας καὶ τέτταρα. ὃν στίχον Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ θεὶς, ὅπου κυβεύοντας ἥρωας εἰσήγαγε, καὶ μαθὼν ἐπ' αὐτῷ χλευασθῆναι ὡς εὐτελεῖ, καθὰ σκώπτει καὶ ὁ κωμικὸς, αἰδεσθεὶς περιεῖλεν ὅλον τὸ ἐπεισόδιον. Eadem fere tradit ad Od. α'. p. 1397, 20. Eodem versu usus

Ἀλλὰ τὸν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων ἐκβληθέντα καὶ ἐκ τῆς πατρίδος ἐκπεσόντα καὶ ἐκ τῆς οἰκείας ἐξορισθέντα καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἀπελαθέντα καὶ ἐκ τῶν ἀναγκαίων ἀποκλεισθέντα καὶ ἐκ τῶν φίλων ἀποστερηθέντα καὶ ἐκ τῶν συγγενῶν ἀποστατηθέντα καὶ ἐκ τῶν ἑταίρων ἀποστραφέντα καὶ ἐκ τῶν ἐπιτηδείων ἀποστατηθέντα καὶ ἐκ τῶν ἀναγκαίων ἀποκλεισθέντα καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἀπελαθέντα καὶ ἐκ τῆς οἰκείας ἐξορισθέντα καὶ ἐκ τῆς πατρίδος ἐκπεσόντα καὶ

Euripideis conglutinatum, praecipue quum singulae eius partes per se vix haberent, quo offenderent, coniunctae autem aliquid miri praeberent; haud vulgaris enim est dictio: *ὦ πόλις, κλύετε* pro *ὦ πολῖται, κλύετε.* Quam ob rem Fritzschius ad Aristoph. Thesm. p. 380. non modo totum versum ad Telephum referre non dubitavit, sed etiam e verbis in Aristophanis Pluto subsequentibus alium expiscatus est:

τί πάθω τλήμων; εἶμι δὲ ποῖ γῆς;

quem ex Telepho ductum et cum illo arcte connexum fuisse opinatur. Quod si verum est, versus choro assignandi erunt; sin autem ille solus huc pertinet, etiam ab Agamemnone proferri potuit. cf. fgm. VI. fin.

VIII. 694.

Schol. Aristoph. Nub. 888. *ἴθ' ὅποι χρήζεις· πάντα δὲ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου*

ἴθ' ὅποι χρήζεις· οὐκ ἀπολοῦμαι
τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκα.

Agamemnonis verba esse manifestum est. Cf. fgm. VI. fin. — Vs. 2. Pflugk. (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 27.) scribi vult: *τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκ'* ⏑ — —, et commode ad insertum *σῆς* conferri iubet Soph. Ai. 1111.

IX. 695.

Stob. XXXIX, 10.

Σπάρτην ἔλαχες· κείνην κόσμει,
τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.

Agamemnonem loqui liquet. Cf. fgm. VI. fin. — Priorem vs., qui in proverbium abierat, praebent etiam Plut. de tranqu. an. 13. (p. 472. D. E.) de exsil. 8. (p. 602. B.) Cic. ad Att. IV, 6, 1 sq., sed scribentes: *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει,* et similiter Diogenian. VIII, 18. nisi quod *κείναν* pro *ταύταν* habet, ut fere dubitari non possit, quin Euripides re vera ita scripserit. cf. Saupp. in Orellii et Baiteri Onom. Tull. T. III. p. 91.

Discordia fratrum sive eo finita est, ut Menelaus iratus abiret, sive potius introitu famuli interpellata, qui regem de peregrini cuiusdam (Telephi) adventu eiusque conditione certiorem faciebat. (fgm. X.)

X. 696.

Aristot. Rhet. III, 2, 10. *τὸ δὲ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησὶ, κώπας ἀνάσσειν καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν.* Reliqua supplet schol.

Κώπης ἀνάσσει κἀποβὰς εἰς Μυσίαν
ἐτραυματίσθη πολεμίῳ βραχίονι.

Hunc locum, qui diu interpretum crux fuit, primus optime Welck.

explicuit monens, eum a famulo de Telepho pronuntiatum esse. Haud dubie enim Telephus in Agamemnonis domo a Clytaemnestra receptus eius monitu se mercatorem esse simulaverat, qui in Mysiam profecturus vulneratus esset. (cf. fgm. XII.)

Paulo post Telephus ipse in medium processit, ducibus fictam quandam historiam a famulo iam significatam enarravit, ac praecipue, ne, quis esset, coniicerent, in Telephum ipsum tanquam sibi infestum acerbe invectus est. (cf. fgm. XII.) Huc pertinent fgm. XI—XIII. et ex Welckeri iudicio inc. fab. fgm. XIV.

697. XI.

Schol. Aristoph. Ach. 496. *Ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.*

Μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.

Cf. fgm. X. fin. — Vs. 1. in usum suum convertit Alexis ap. Athen. XV. p. 691. F. — De verbo *φθονεῖν* vide Dict. fgm. XV.

698. XII.

Aristoph. Ach. 445. *Εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἀγὼ φρονῶ.* ubi schol. *παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·*

Καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἀγὼ φρονῶ.

Cf. fgm. X. fin. — Paulo aliter hunc vs. affert Athen. V. p. 186. C., si quidem Euripidem neque potius comici cuiusdam locum, quo Euripideus vs. irridebatur, ante oculos habuit, scribens: *εὖ σοι γένοιτο, Τηλέφῳ δ' ἀγὼ νοῶ.* Similiter enim Aristophanes versum paullulum immutavit.

699. XIII.

Sext. Empir. adv. Eth. p. 702. (p. 557. ed. Bekk.) Stob. XCIII, 19. XCVII, 11.

Τί γάρ με πλοῦτος ὠφελεῖ νοσοῦντά γε;
σμίκρ' ἄν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπον οἰκεῖν βίοτον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

Cf. fgm. X. fin. — Apud Stob. utroque loco vs. 1. deest. Vs. 2. Stob. priori loco habet: *σμικρὰν θέλοιμ' ἄν καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων Τροφὴν ἐνοικεῖν μᾶλλον,* altero: *μίκρ' ἄν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν Ἄλυπος οἰκεῖν μᾶλλον ἢ κτλ.* Bene autem Matth. monuit, Stobaei scripturam inde originem duxisse videri, quod aliquis vs. 3. post *οἰκεῖν* adscripserit *μᾶλλον,* id supplendum, *βίοτον* contra, propter insolentiam dictionis *οἰκεῖν βίοτον,* (quae tamen satis firmatur locutione Iph. Aul. 1507 sq. *ἕτερον αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν*), eiiciendum esse significans. *Μᾶλλον* autem saepe omittitur non solum apud poëtas, sed etiam apud scriptores orationis pedestris. cf. Pflugk. ad Androm. 351.

In fine huius scenae Telephus id consequutus esse videtur, ut Agamemno se cum Achille de sanatione acturum esse promitteret.

Post Telephi abitum vero haud dubie Ulixes, sive nunc demum in scenam processit, sive Telephi orationi interfuit, nescio quo casu in suspicionem incidit, in peregrino illo Telephum ipsum latere (fgm. XIV.), cui suspicioni tantam probabilitatem apud regem conciliare conatus est, ut Agamemno dolo quodam Telepho potiri decerneret. Quo consilio capto duces in domum abeunt, chorus autem stasimum canit.

XIV. 700.

Plato Gorg. p. 521. B. *εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν κτλ.*, ad quem locum Olymp. in cod. Cizensi ap. Stallb. *Ἡ παροιμία αὕτη ἐκ τοῦ Τηλέφου ἐστὶν Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ἐρωτᾷ τις περὶ τοῦ Τηλέφου καί φησι τὸ Μυσὸν Τήλεφον. εἴτε δὲ Μυσὸς ἦν, εἴτε ἄλλοθέν ποθεν, πῶς ὅτι ὁ Τήλεφος γνωρίζεται.* Hinc vir doctus in Diar. Liter. Halens. 1840. p. 57. eleganter versus elicuit:

ὃ δ' εἴτε Μυσὸς εἴτε κἄλλοθέν ποθεν
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Τήλεφος γνωρίζεται.

in quibus facile Ulixem loquentem cognoscas. Cf. fgm. XIII. fin. — Post chori canticum Clytaemnestra et Telephus in scenam prodeunt, illa quidem terrorem metumque vultu prodens, quum Telephum a ducibus cognitum esse in aedibus comperisset.

XV. 701.

Aristoph. Lys. 707.

Ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος,
τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;

ubi schol. *ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.* — Telephum his verbis e Clytaemnestra de tristitiae causa quaesivisse manifestum est. Nec tacuit Clytaemnestra causam, sed maximum ei periculum imminere aperuit simulque consuluit, ut, si forte in vitae discrimen adduceretur, parvulum Orestem arriperet, ad aram confugeret et arrepto se mortem paraturum esse declararet, nisi fidem publicam accepisset. In hunc usum Orestem secum in scenam afferri iussit. Ex eadem scena Matth. haud improbabiliter duos alios Lysistratae versus ductos opinatur utpote tragicum colorem prodentes: vs. 714. (cf. inc. fab. fgm. CXCIX.) et vs. 717. *Ἰὼ Ζεῦ· Τί ζῆν' ἀὐτεῖς;*

XVI. 702.

Stob. LI, 8.

Τόλμα ἀεὶ, κἄν τι τρηχὺ νέμωσι θεοί.

Chori verba esse videntur Clytaemnestrae consilium confirmantis, si quidem Euripidis sunt, de qua re sane dubitari potest ac iure a Th. Bergkio (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1836. p. 80.) et Meinekio (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 292.) dubitatum est. Primum enim scrupulum iniicit pentametri usus in tragoedia

rarissimus, deinde offensioni et forma ionica τρηχύ. Quas ob causas Th. Bergkius et Meinekius aut lemma *Εὐριπίδου Τηλέφῳ* corruptum esse aut versum, ad quem illud lemma pertinuerit, excidisse statuentes hunc versum elegiaco cuidam poetae vindicari volunt. Sed equidem rem in medio relinquo, quum etiam in Andromache (vs. 103 sq.) versus elegiacus adhibitus sit.

Mox Agamemno, Ulixes ac reliqui duces, qui Telephum in domo quaesiverant, eo consilio in scenam redeunt, ut illum, si inveniant, interficiant. Telephus igitur cum parvulo Oreste ad aram confugit et puerulo mortem minitatur: duces constrictis gladiis eum persequuntur interveniente Clytaemnestra, quae marito propter immolatam Iphigeniam irascens Telephum defendit, atque illud quidem consequitur, ut duces Telephum se defendere (fgm. XX sq.) patiantur. Haec scena, in qua totius tragoediae tanquam cardo positus est, egregie expressa est opere quodam caelato cistae Etruscae, quod accuratissime nuper descripsit atque explicuit O. Iahnius l. c. Eam vero festiva imitatione irrisit Aristophanes in Acharn. 322. et Thesm. 750.

703. **XVII.**

Aristoph. Equ. 1237.

Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιε, τί ποτέ μ' ἐργάσει;

ubi schol. ὁ στίχος ἐκ τοῦ Τηλέφου Εὐριπίδου. Aut Telephi ipsius ad aram confugientis verba sunt, aut Orestis, ut bene coniecit Iahnius, si quidem ille non infans, sed iam puer erat.

704. **XVIII.**

Schol. Venet. ad Aristoph. Pac. 527. *ἐσχημάτισται ὡς ἀπὸ τοῦ βλέπω βλεπτὸς καὶ Ἀττικῶς βλέπος, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ῥέω ῥέος. ἔστι δὲ Εὐριπίδου ἐκ Τηλέφου ἢ Τληπολέμου τὸ*

ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φωτὸς ἔχθιστον τέκος.

Versus, si huc neque ad Licymnium pertinet, a Clytaemnestra pronuntiatus est, quae totius consilii se auctorem esse declarans odium suum Agamemnonis ingenue oratione patefecit.

705. **XIX.**

Ammon. de diff. voc. v. πρόξενος. *Πρόξενος πόλεως καὶ ἔθνους, ὡς παρὰ Θουκυδίδῃ, ξένος δὲ ὁ εἷς ἑνός· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἰδιόξενος· οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὐριπίδης ἐν Τηλέφῳ πρόξενον εἴρηκε τὸν ἰδιόξενον·*

κακός τίς ἐστι προξένῳ σοι χρώμενος.

Ulixis haud dubie verba sunt Clytaemnestrae dicta.

706. **XX.**

Stob. XIII, 10.

Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν ἐν χεροῖν ἔχων

μέλλοι τις εἰς τράχηλον ἐμβαλεῖν ἐμὸν,
σιγήσομαι, δίκαιά γ' ἀντείπεῖν ἔχων.

Ab his verbis Telephi defensio incipiebat, qua se hostem quidem Graecis visum, neque tamen re vera fuisse ostendit: nam necessitate quadam coactum hostiliter se egisse, quum in fines suos impetum fecissent. Huc pertinent fgm. XXI—XXV. — Hunc locum ridet Aristoph. Acharn. 318. *ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.*

XXI. 707.

Aristoph. Acharn. 470.

καὶ γάρ εἰμ' ἄγαν
ὀχληρὸς οὖν δοκῶν γε κοιράνους στυγεῖν.

ubi Schol. *τοῦτα πεπαρῴδηται ἀσήμως ἐξ Οἰνέως Εὐριπίδου. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ἐκ Τηλέφου φησὶν αὐτό.* Satis probabilis est haec Symmachi opinio, nam tota fere Acharnensium scena, in qua hi vs. leguntur, ludicra imitatione e Telepho Euripidis expressa est. cf. Script. argum. Acharn. *Δικαιόπολις — ἐλθὼν ὡς Εὐριπίδην πτωχικὴν στολὴν αἰτεῖ, καὶ στολισθεὶς τοῖς Τηλέφου ῥακώμασιν παρῳδεῖ τὸν ἐκείνου λόγον.* Hinc probabiliter Ed. Muellerus (Theor. Art. Vet. I. p. 259.) multo plura e Telephi oratione in Aristophaneis latere suspicatur, velut: vs. 593. *ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγὸν, πτωχὸς ὤν*; vs. 578: *ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε, εἰ πτωχὸς ὢν εἶπόν τι κἀτωμυλάμην*, ante quae verba pro *ὦ Ἀμαχ' ἥρως* legendum esse *Ἀγάμεμνον ἥρως* monuit; v. 1078: *ἰὼ στρατηγοὶ πλέονες ἢ βελτίονες.* Telephi igitur sunt verba. cf. fgm. XX.

XXII. 708.

Aristoph. Ach. 539.

Ἐρεῖ τις, οὐ χρῆν· ἀλλὰ τί χρῆν, εἰπάτε.

Schol. *καὶ τοῦτο ἀπὸ Τηλέφου Εὐριπίδου.* — Cf. fgm. XX. Telephus quaerit, quid aliud agendum sibi fuerit, quam Graecos agros suos vastantes propulsare. — Pro *τί χρῆν*, Erf. ad Soph. Ai. p. 630 corrigi maluit *πῶς χρῆν*, sed simile productae syllabae *τί* ante *χρ* exemplum Dindorf. ex Iph. Aul. 1345. attulit.

XXIII. 709.

Aristoph. Ach. 542.

Καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἢ πολλοῦ γε δεῖ.

Schol. *ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου.* — Cf. fgm. XX. Deest apodosis, cui haud dubie haec sententia inerat: *si quis agros vestros vastasset, consedisselisne quieti in domibus?* Welck. conferri iussit Androm. 659 sq.

XXIV.

Aristoph. Ach. 554.

Ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἄν ἐδρᾶτε. τὸν δὲ Τήλεφον
οὐκ οἰόμεσθα· νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι.

Schol. ad verba *Τὸν δὲ Τήλεφον*: *καὶ ταῦτα ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου.* — Priora non esse Euripidis, monstrat hiatus *ὅτι ἄν*, quem tolli Heath. et Boiss. voluerunt scribendo: *ὅτι γ' ἄν.* — Commode ad hunc locum comparavit Valck. (Diatr. p. 211.) Aristid. T. II. p. 16. ed. Iebb. *ἡμῖν τ' αὖ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον, φησίν, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη μανία δίδοται. τὸν δὲ Τήλεφον οὐκ οἶει τὰ αὐτὰ ταῦτα;* ad quem locum schol. adscribit: *τις τῶν ποιητῶν εἰσάγει τὸν Τήλεφον ἐλέγχοντα τὸν Ὀδυσσέα ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων οὓς πρὸς τὸν Τήλεφον εἶπε.* cf. fgm. XX.

711. XXV.

Schol. Rav. Aristoph. Acharn. 576. *κακορροθεῖ. κακῶς ἀγορεύει. καὶ τοῦτο ἐκ Τηλέφου.* — Cf. fgm. XX.

712. XXVI.

Aristoph. Thesm. 517. „*Ταῦτ' οὐ ποιοῦμεν τὰ κακά; νὴ τὴν Ἄρτεμιν Ἡμεῖς γε. κἄτ' Εὐριπίδῃ θυμούμεθα Οὐδὲν παθοῦσαι μεῖζον, ἢ δεδράκαμεν;*“ quos ad vs. schol. Rav. adnotat: *παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου*

εἰ δὴ θυμούμεθα
παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες.

Vs. 1. Matth. bene correxit *εἶτα δὴ* pro *εἰ δή*. Nec minus commendabilis est vs. 2. Fritzschii (ad Thesm. l. c.) verborum transpositio: *οὐδὲν παθόντες* quippe et ab Aristophane servata et per se multo gravior. At haud scio an rectius non senserint Iahnius, Fritzschius, Welckerus, haec verba Telepho vindicantes, quam Matthiaeus, qui iis unum e Graecorum ducibus (Agamemnonem equidem opinor) Telepho patrocinatum esse iudicavit.

713. XXVII.

Stob. XXIX, 55.

Οὐκ ἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἰμύλος μόνος.
χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.

Chorum post auditam Telephi orationem haec verba pronuntiasse iam Matth. monuit. — Vs. 1. vulgo erat: *οὐ γάρ τ' Ὀδ.*, sed *τ'* omittunt Paris. A. Voss. Trinc. Hinc correxit Valck. Diatr. p. 206, *οὐκ ἄρ' Ὀδ.*, quam correctionem firmat Plut. vit. Lys. c. 20. eundem vs. afferens. Itaque non opus est Porsoni et Elmsleii (ad Heracl. 269.) emendatione *οὔ τἄρ' Ὀδ.*

Telephi defensione Graecorum duces praeter unum Achillem placantur, qui Telephum interfici vult (fgm. XXVIII.) et regem inconstantiae arguit (fgm. XXIX.).

XXVIII. 714.

Schol. Aristoph. Ach. 8. *ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι· τοῦτο παρῳδία καλεῖται, ὅτ' ἂν ἐκ τραγῳδίας μετενεχθῇ. ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου, ἔχον οὕτως*

κακῶς ὄλοιτ' ἄν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.

Achillis verba esse videntur. cf. fgm. XXVII. fin. — Elmsl. ad Ach. l. c. coniecit: *ὀλοίτην*, Iahn. *ὄλοιτ' οὖν*, rectius.

XXIX. 715.

Aristoph. Ach. 453. „*Τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρέος;*" ubi Schol. *καὶ τοῦτο δὲ παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·*

Τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις;

θέλεις correxit Valck. Diatr. p. 210. pro vulg. *μέλλεις*. — cf. fgm. XXVII. fin.

XXX. 716.

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 16. (p. 746. P.) *καὶ μὴν ἐν Τηλέφῳ εἰπόντος Εὐριπίδου*

Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

Etiam in his facile Achillis indignantis sententiam cognoveris. Cf. fgm. XXVII. fin.

XXXI. 717.

Stob. XX, 37. Arsen. Viol. p. 489. ed. Walz. sine nom. auct. et fab.

Ὥρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν.

Agamemno hoc versu Achillem cohortatus est, ut tandem aliquando ab ira desisteret.

XXXII. 718.

Stob. XXII, 32.

Σὺ δ' εἰκ' ἀνάγκῃ, καὶ θεοῖσι μὴ μάχου.
τόλμα δὲ προσβλέπειν με, καὶ φρονήματος
χάλα. τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς
ταπεὶν' ἔθηκε καὶ συνέστειλεν πάλιν.

Haec quoque ad Achillem mitigandum sive ab Agamemnone sive a Telepho ipso pronuntiata esse videntur. — Vs. 1. ad sententiam cf. incerti poëtae vs. apud Arsen. p. 287. *θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.*

Postea Telephus rogavit Achillem, ut sibi ex Apollinis oraculo mederetur. Quod quum recusasset Achillis quippe medendi artis non peritus, Ulixes oraculum interpretatus est, eoque vulneris auctorem non Achillem, sed hastam dici ostendit. Huc spectat fgm. sq.

719. XXXIII.

Plut. de aud. 16. (p. 46. E. fin.) *Οὐ γὰρ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα*

Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν.

ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται. Ulixis verba esse manifestum est. cf. fgm. XXII sq.

In fine denique fabulae Telephus sanatus est Graecisque ex oraculi decreto itineris dux extitit.

Ad hanc fabulam porro haud improbabiliter Th. Bergkius inc. fab. fgm. CXLV. refert.

THMENIΔAI.

Triplici nomine haec tragoedia citatur, *Τημενιδῶν*, *Τημενίδων* et *Τημένου*, verus autem titulus fuisse videtur *Τημενίδαι*, ut bene Musgr. ex hoc Dioscoridis epigrammate (in Anthol. Pal. T. II. p. 377. n. 193.) collegit:

Γάλλον Ἀρισταγόρης ὠρχήσατο· τοὺς δὲ φιλόπλους
Τημενίδας ὁ καμὼν πολλὰ διῆλθον ἐγώ·
χὠ μὲν τιμηθεὶς ἀπεπέμπετο, τὴν δὲ τάλαιναν
Τρνηθὼ κροτάλων εἰς ψόφος ἐξέβαλεν.

Attamen is ter tantum affertur, ab Aeliano (fgm. XVIII.), Polluce (fgm. XII.) et scholiasta Aristophanis (fgm. XIX.) si vera ibi est Dobraei correctio; apud Stobaeum contra quinque locis exceptis constanter invenitur *Τημενίδες*. Nec mirum esse potest, quod inter se commutatae sunt formae *Τημενίδαι* et *Τημενίδες*, dubitationem vero movet forma *Τήμενος*, quae quinque illis locis (fgm. IV, V, VII, X, XIII.) apud Hesychium (fgm. XX—XXIIII.) et Clementem Alex. (fgm. XI.) extat, praesertim quum apud Stobaeum (LI, 3 sq.) post duos locos *ἐκ Τημενίδων* citatos reperiatur. Atqui hanc quoque errori originem debere existimo, fortasse compendio vocabuli *Τημενίδων* male intellecto, itaque amplecti non possum Matthiaei sententiam, qui duas Euripidis fabulas inter se diversas fuisse coniecit, alteram *Τήμενον*, alteram *Τημενίδας* inscriptam. Nam quod ad opinionem suam firmandam adiecit, fragmentorum, quae e *Τημένῳ* citentur, pleraque admonitiones ad fortitudinem et belli gerendi scientiam spectantes continere, quae vix dicas quo modo in Temenidis locum habere potuerint, haud multum valet. Primum enim omnino temerarium est dicere, fragmenta quaedam in tragoedia legi non potuisse, cuius argumentum non prorsus cognitum habemus — no-

vimus autem Temenidarum vix argumenti summam —; deinde etiam ex *Temenidis* fragmenta afferuntur ad bellum gerendum pertinentia; denique difficile est intellectu, quale Temeni tragoediae, quam Matth. fingit, argumentum esse potuerit. Nihil enim eiusmodi Temenus perpessus esse videtur, quod tragoediae aptam materiam praebuisset: certe omnes de eo mythographi tacent. Temenidarum vero argumenti summam iis contineri, quae Pausanias memoriae tradidit, epigramma supra allatum luculenter docet. Dicit autem Apollodoro (II, 8, 5.) consentiente Paus. (II, 19. 1.): *Τήμενος ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ Δηϊφόντῃ τῷ Ἀντιμάχου τοῦ Θρασυάνορος τοῦ Κτησίππου τοῦ Ἡρακλέους στρατηγῷ πρὸς τὰς μάχας ἐχρήσατο ἀντὶ τῶν υἱῶν, καὶ σύμβουλον εἰς πάντα εἶχεν, ἅτε αὐτόν τε ἐκεῖνον πεποιημένος πρότερον ἔτι γαμβρὸν καὶ τῶν παίδων ἀρεσκόμενος τῇ Τρνηθοῖ μάλιστα κτλ.* — — deinde (c. 28, 3.): *Κεῖσος καὶ οἱ λοιποὶ Τημένου παῖδες μάλιστα ἤδεσαν Δηϊφόντην λυπήσοντες, εἰ διαλῦσαί πως ἀπ' αὐτοῦ τὴν Τρνηθῶ δυνηθεῖεν. ἀφίκοντο οὖν ἐς Ἐπίδαυρον Κερύνης καὶ Φάλκης· Ἀγραίῳ γὰρ τῷ νεοτάτῳ τὰ ποιούμενα οὐκ ἤρεσκεν.* [Apollod. l. c. filios *Ἀγέλαον, Εὐρύπυλον* et *Καλλίαν* vocat] *· οὗτοι δὲ στήσαντες τὸ ἅρμα ὑπὸ τὸ τεῖχος κήρυκα ἀποστέλλουσι παρὰ τὴν ἀδελφήν, ἐλθεῖν δῆθεν ἐς λόγους αὐτῇ βουλόμενοι. ὡς δὲ ὑπήκουσε καλοῦσιν, ἐνταῦθα οἱ νεανίσκοι πολλὰ μὲν Δηϊφόντου κατηγόρουν, πολλὰ δὲ αὐτοὶ ἱκέτευον ἐκείνην, δώσειν αὐτὴν Δηϊφόντου τὰ πάντα ἀμείνονι καὶ ἀνθρώπων πλειόνων καὶ γῆς ἄρχοντι εὐδαιμονεστέρας. Τρνηθὼ δὲ τοῖσι λεχθεῖσιν ἀλγήσασα ἀπεδίδου σφίσι τὴν ἴσην, Δηϊφόντην μὲν αὐτῇ τε ἄνδρα ἀρεστὸν εἶναι φήσασα καὶ Τημένῳ γενέσθαι γαμβρὸν οὐ μεμπτόν, ἐκείνοις δὲ Τημένου προσήκειν σφαγεῦσιν ὀνομάζεσθαι μᾶλλον ἢ παισί. Καὶ τὴν μὲν οὐδὲν ἔτι ἀποκρινάμενοι συλλαμβάνουσιν, ἀναθέντες δὲ ἐς τὸ ἅρμα ἀπήλαυνον. Δηϊφόντῃ δὲ ἀγγέλλει τις τῶν Ἐπιδαυρίων, ὡς Κερύνης καὶ Φάλκης οἴχοιντο ἄγοντες ἄκουσαν Τρνηθώ· ὁ δὲ αὐτός τε ὡς τάχους εἶχεν ἤμυνε, καὶ οἱ Ἐπιδαύριοι πυνθανόμενοι προσεβοήθουν. Δηϊφόντης δὲ Κερύνην μὲν, ὡς κατελάμβανεν ἀναιρεῖ βαλών, Φάλκην δὲ ἐχόμενον Τρνηθοῦς βαλεῖν μὲν ἔδεισε, μὴ ἁμαρτὼν γένοιτο αὐτὸς ἐκείνης φονεύς, συμπλακεὶς δὲ ἐπειρᾶτο ἀφαιρεῖσθαι. Φάλκης δὲ ἀντεχόμενος καὶ ἕλκων βιαιότερον ἀπέκτεινεν ἔχουσαν ἐν γαστρί. καὶ ὁ μὲν συνεὶς, οἷα ἐς τὴν ἀδελφὴν ἐξειργασμένος ἔργα ἦν, ἤλαυνε τὸ ἅρμα ἀφειδέστερον, προλαβεῖν τῆς ὁδοῦ σπεύδων, πρὶν ἅπαντας ἐπ' αὐτὸν συλλεχθῆναι τοὺς Ἐπιδαυρίους. Δηϊφόντης δὲ σὺν τοῖς παισὶν (ἐγεγόνεσαν γὰρ καὶ παῖδες αὐτῷ πρότερον ἔτι — —) τότε δὲ ἀναλαβόντες τὸν νεκρὸν τῆς Τρνηθοῦς κομίζουσιν ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, τὸ ἀνὰ χρόνον Τρνήθιον κληθέν.* Fragmenta fere nullam ad cognoscendum fabulae argumentum vim habent, ac difficile est explicitu, quomodo ea, quae ad bellum gerendum et imperatoris scientiam spectant, locum hic habere potuerint. Coniicio autem Euripidem Hyrnethonis fratres introduxisse cum Deiphonte belligerantes et Epidaurum oppugnantes, quia ab illo privati erant regno. (cf. Apollod. II, 8, 5. *γενομένου δὲ τοῦ φόνου* (sc. *Τημένου*) *τὴν βασιλείαν ὁ στρατὸς ἔχειν ἐδικαίωσεν Τρνηθοῖ καὶ Δηϊφόντῃ.*) Quod si verum est, facile inseri poterant de bello ipso deque imperatoris prudentia sermones. Quum nihil autem bello atque oppugnatione se proficere intelligerent fratres, Cerynes et Phalces ad dolum istum confugerunt, quo Deïphonti Hyrnethonem eriperent, (cf. fgm. IV.)

repugnante tertio fratre Agraeo. (cf. fgm. 5.) Ad colloquium inter fratres sororemque habitum rettulerim fgm. VI—IX.

720. I.

Stob. LI, 2. cum lemm. *Εὐρ. Τημενίδων.*

Οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο πλὴν κρατεῖν δορί.

721. II.

Stob. L, 1. c. l. *Εὐρ. Τημενίδων.*

— — φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν.
ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανιῶν,
κακοὺς δὲ μισεῖ· τῇ πόλει μὲν οὖν νόσος
τόδ' ἐστὶ, τοῖς δὲ κατθανοῦσιν εὐκλεές.

Barnes. ad vs. 1. explendum scripsit: φ. τ. π. οὐ τὰ πάντα γ' εὐτυχεῖν, Valck. initio καὶ γὰρ adiecit.

722. III.

Stob. I, 4. c. l. *Εὐρ. Τημενίδων.*

Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται,
ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

Vs. 1. citat etiam Sext. Empir. adv. Gramm. p. 271. (p. 660. ed. Bekk.) Ad sententiam cf. Soph. Phil. 1443. — Vs. 3. cf. Soph. El. 1149. *νῦν δ' ἐκλέλοιπε ταῦτ' ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ θανόντα σὺν σοί.* Eur. Herc. f. 69. Erfurdt. ad Soph. OR. 45.

723. IV.

Stob. LIV, 15, l. c. *Εὐρ. Τημένῳ*

Τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κρίνω, καλῶς
γνῶναι τὸν ἐχθρὸν, ἢ μάλισθ' ἁλώσιμος.

Phalcis vel Cerynis verba esse videntur ad sororis raptum respicientis.

724. V.

Stob. LIV, 16, l. c. *ἐν τῷ αὐτῷ·*

Ἄρξεις ἆρ' οὕτω· χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην
ὁμῶς δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν.

Vs. 1. Paris A. B. γάρ. — Vs. 2. Valck. in marg. ed. Barnes. pro ὁμῶς scribi voluit νόμῳ, quod sane, si ὁμῶς sententiam non praeberet, recipere non dubitarem. Nam quod Matth. huius voculae reiiciendae causa monuit, eam a tragicis non usurpari, in eo vir

praeclarus falsus est; extat enim ap. Aesch. Prom. 738. Soph. Ai. 1351 etc.

VI. 725.

Stob. XIII, 8, c. l. *Εὐρ. Τημενίσιν.*

Καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παρρησία.

Non dubito, quin hic vs. initio colloquii inter Hyrnethonem fratresque habiti locum tenuerit.

VII. 726.

Stob. XXXI, 1. c. l. *Euripidis in Timaeo (sic)* ap. Gesn., *Euripides* ap. Grot., qui in adnot. Ms. *Temenisin* scribendum dicit.

Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτούς.

Alter frater Hyrnethoni haec dixisse videtur.

VIII. 727.

Stob. XXXIX, 1. c. l. *Εὐρ. Τημενίσι.*

Εἰκὸς δὲ παντὶ καὶ λόγῳ καὶ μηχανῇ
πατρίδος ἐρῶντας ἐκπονεῖν σωτηρίαν.

Welck. his verbis Deïphontem ut patriae perniciosum ab alterutro fratre incusatum esse censet.

IX. 728.

Stob CVI, 7. c. l. *Εὐρ. Τημενίσι.*

Πολλοὶ γεγῶτες ἄνδρες οὐκ ἔχουσ' ὅπως
δείξωσιν αὑτοὺς, τῶν κακῶν ἐξουσίᾳ.

Vs. 2. Matth. scribi maluit *δείξουσιν*, recte ut opinor. cf. Ellendt. Lex. Soph. II. p. 335 sq. Et *αὑτοὺς* pro vulg. *αὐτοὺς* bene correxisse videtur Musgravius. *τῶν κακῶν ἐξουσία* eadem significatione extat in Polyid. fgm. VII.

X. 729.

Stob. LI, 3, c. l. *Εὐρ. Τημένῳ.*

Τολμᾶν δὲ χρεών· ὃ γὰρ ἐν καιρῷ
μόχθος πολλὴν εὐδαιμονίαν
τίκτει θνητοῖσι τελευτῶν.

Haec verba a fratre altero alterum cohortante, ne sororem vi arreptam secum abducere dubitet, non a choro, ut Welckero videtur, pronuntiata esse videntur. Nemini autem offensioni erit, quod ille anapaestis usus est: oratione enim sororis, quae utrique patris necem crimini dederat, iratus animo concitato loquitur. Ad sententiam cf. Ixion. fgm. II.

730. XI.

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 10. (p. 741. P.) *Πάλιν Εὐριπίδης μὲν ἐν Κτιμένῳ* (leg. *Τημένῳ*). *Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.* Eundem versum cum alio coniunctum affert Schol. Ven. ad Il. δ′, 249.

Αὐτός τι νῦν δρᾶ, χοὔτω δαίμονας κάλει·
τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς συλλαμβάνει.

Priorem vs. praebet etiam Suid. v. *Αὐτός τι* et *Σὺν Ἀθήνῃ* sic scriptum: *αὐτός τι νῦν δρῶν εἶτα δαίμονας κάλει*, quam scripturam probat Pors. Suppl. praef. Hec. p. XXXVIII, haud merito. Alter versus praeterea in Hippolyto (fgm. VI.) lectus est, et sine auctoris et fabulae nomine citatur a grammatico in Cram. Anecd. Gr. Ox. Vol. IV. p. 255, 11. ubi δ' αὖ pro γὰρ et καὶ pro χὠ legitur, ab Apostolio XIX, 75. et Arsenio Viol. p. 453. ed. Walz., ubi pariter καὶ pro χὠ reperitur. — Ad sententiam cf. Aesch. Pers. 742. *ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, καὶ θεὸς ξυλλήψεται.* Eur. inc. fab. fgm. CCXXXV. Pirith. fgm. VII. vs. 3. — Chori verba in his versibus agnoscere mihi videor Deïphontem ad agendum incitantis, quum is per nuntium de uxoris raptu certior factus lamentaretur ac deos invocaret.

731. XII.

Polluc. On. IX, 27. *τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις οὐ προσεκτέον, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ — ἐν Τημενίδαις·*

Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.

732. XIII.

Stob. LVI, 14. c. l. *Εὐρ. Βοντημένῳ.* (sic.)

Ἄλλη πρὸς ἄλλο γαῖα χρησιμωτέρα.

733. XIV.

Stob. IV, 10, c. l. *Εὐρ. Τημενίσιν*

Ἀσύνετος, ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενὴς,
λαβὼν δὲ μικρὸν τῆς τύχης φρονεῖ μέγα.

Gesn. lemma habet: *in Metusiis.* Schow. *Μετουσίαις·* sed Paris. A. ut supra exhibui.

734. XV.

Stob. LXXXVIII, 2. c. l. *Εὐρ. Τημενίσι*

Φεῦ φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε.
κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγὼς,
τιμὴν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δέ πως
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

Idem fgm. praebet auctor libelli *περὶ εὐγενείας*, qui inter Plutarcheos circumfertur ed. Wyttenb. T. V. p. 965. — Vs. 3. Valck. in marg. ed. Barnes. coniecit *χρηστοῦ*, quod Matth. praeferendum duxit: sed nulla opus est emendatione. Nam et versus, qui praecedunt et qui sequuntur sententiam satis perspicuam reddunt. — Vs. 4. *ἀναμετρεῖσθαι* eadem significatione legitur in Ion. 250. et 1271. — Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. LVII.

XVI. 735.

Stob. LIV, 17. c. l. *Εὐρ. Τημενίσι.*

Ῥώμη δέ γ' ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην.

Bene correxit Matth. *δέ γ'* pro vulg. *δέ τ.* — Hic versiculus sub fabulae finem (a choro) pronuntiatus esse videtur, quum Phalces sororem nimis violento amplexu occidisset.

XVII. 736.

Stob. CXXIV, 29. c. l. *Εὐρ. Τημενίσι.*

Τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει.
κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν
πάντες· τὸ γὰρ χρεὼν μεῖζον, ἢ τὸ μὴ χρεών.

Chori Deïphontem consolantis verba esse videntur. — Vs. 1. Valck. in marg. ed. Barnes. coniecit *μέλει*, quod bene repudiavit Matth. *Μένει* hoc loco sine dubio propterea cum dativo iunctum est, quia idem, quod *πέπρωται, εἵμαρται* valet. Saepius enim verba, quae aliorum significationem nuncupant, etiam structuram eius verbi adsciscunt, cuius significationem tenent. cf. Pflugk. ad Med. 19. — Vs. 3. male vertit Grotius: *fato quod caret, fato est minus:* sententia enim est: *quod fatale est, plus pollet, quam quod non fatale est.* cf. Melanipp. fgm. XXXII. vs. 2.

XVIII. 737.

Ael. H. An. VII, 39. *ἐν δὲ τοῖς Τημενίδαις τὸν Ἡράκλειον ἆθλον ἔλαφον κέρατα ἔχειν ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησὶ τὸν τρόπον τόνδε ᾄδων· Ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσοκέρων ἔλαφον μεγάλων ἄθλων ἕνα δεινὸν ὑποστὰς κατ' ἐναύλων ὀρέων ἀβάτους, ἐπί τε λειμῶνας ποίμνιά τ' ἄλση.* Sic Iacobs. e codd. edidit pro vulg. *ἵνα* et *ἐναύλους*. Versus anapaesticos esse manifestum est, sed quos inde elicuit Valck. Diatr. p. 168, iam explosit Matth. bene monens, scribendum esse *ἦλθεν δ' ἐπὶ* κτλ., ne *ε* ante *χρ* contra usum producatur, et *τινὰ*, quod Valck. pro vulg. *ἵνα* induxerat, vehementer languere. Pariter improbabilis est Heathii sententia *ἵνα* omisso (quod Musgr. in *κῦμα* mutari voluit) *μεγάλων ἄθλων δεινὸν ὑποστάς* scribentis; nam non perspicitur, quid sit *δεινὸν μεγάλων ἄθλων*. Elmsl. ad Med. 252. not. g. et ad Bacch. 122. correxit: *Ἦλθεν δ' Επὶ χρυσοκέρων ἔλαφον μεγάλων Ἄθλων ἕνα δεινὸν ὑποστὰς Βὰς κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους Ἐπὶ λειμῶνας*

ποιμένι' ἄλση τ'. et κίνδυνον vs. 3. etiam Iacobs. ad Brunck. Anal. I. p. 498. XX. (Animad. Vol. I, 2. p. 387.) coniecit, sed ipse hanc coniecturam in adnott. ad Ael. abdicavit. In sequentibus τὲ post ἐπὶ expulerunt Heath. et Valck. uno versu comprehensis illis κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους ἐπί. In fine dedit Gesn. in marg. ποιμενικά τ' ἄλση, Heath. ποιμνήϊά τ' ἄλση, Musgr. ποιμένιά τ' ἄλση, Valck. ποίμνιά τ' ἄλση. Matth. vero dicit nec ποιμένιος nec πόιμνιος alicubi legi, in quo, quod ad ποιμένιος pertinet, falsus est. cf. Iacobs. Adnot. ad Anth. Pal. p. 866. Ipse hos vs. proposuit: Ἦλθεν δ' ἐπὶ χρυσοκέρων ἔλαφον Μεγάλων ἄθλων δείμαθ' ὑποστὰς Βὰς κατ' ἐναύλους ἀβάτους ἐπί τε Κλιτῦς, ποιμνήϊά τ' ἄλση. In his offendit primum quod vs. 2. ἕνα vel ἵνα et vs. 3. ὀρέων prorsus omissum, vs. 4. autem κλιτῦς pro λειμῶνας scriptum et ionica forma ποιμνήϊος inserta est. Iacobs. igitur ad Ael. versus sic restitui iussit:

Ἦλθεν δ' ἐπὶ χρυσοκέρων ἔλαφον
μεγάλων ἄθλον ἕνα δεινὸν ὑποστὰς
(τὰς) κατ' ἐναύλων (κορυφὰς) ὀρέων ἀβάτους
ἐπί τ' αὖ λειμῶνας ποίμνιά τ' ἄλση.

Ad vs. 3. in quo κορυφὰς excidisse putat, conferri iubet Ion. 86. Παρνησσιάδες δ' ἄβατοι κορυφαί. — Chori verba esse apparet.

738. XIX.

Aristoph. Ran. 1376. (1338.)

ἀλλά μοι ἀμφίπολοι λύχνον ἅψατε κτλ.

ubi schol. ἀλλὰ μοι ἀμφίπολοι) Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Τημενιδῶν (sic Dobraeus pro vulg. Εὐμενίδων.) Sed vereor, ne hic vs. ex Cratini *Eunidis* ductus sit, quae comoedia frequenti errore *Eumenidum* nomine citatur. cf. Meinek. Poet. com II. p. 57. 60.

739. XX.

Hesych. Αἰσίως, καλῶς, δεξιῶς· Εὐριπίδης Τημένῳ. cf. Eur. Ion. 410.

740. XXI.

Hesych. Ἀνανομήν, ἀναδασμόν. ἀνανέμειν γὰρ τὸ μερίζειν. Εὐριπίδης Τημένῳ.

741. XXII.

Hesych. Ἄπυργος, ἀτείχιστος. Εὐριπίδης Τημένῳ.

742. XXIII.

Cf. Peliad. fgm. XV.

Huc fortassis etiam pertinet Hyps. fgm. XVI.

Υ Ψ Ι Π Υ Λ Η.

Hypsipyles historiam tradit Apollodorus (III, 6, 4) his verbis: *παραγενόμενοι δὲ* (sc. *οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*) *εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη, ἥτις νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν, Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου. αἰσθόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον* (cf. Apollod. I, 9, 17.) *ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δ' Ὑψιπύλην ἀπεμπόλησαν. διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι. τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν. οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα.* **Eadem narrat Hygin. fab. LXXIV. in fine vero bene adiiciens:** *At draconem Adrastus et ceteri occiderunt, et Lycurgum pro Hypsipyle deprecati sunt ludosque puero funebres instituerunt*, **cf. fab. XV. CCLIV. Stat. Theb. IV. V. Sed qua ratione fabula conformata ac disposita fuerit, nec inde neque ex fragmentis cognosci potest, nisi forte e fgm. XII. colligendum est, Hypsipylen, quam propter Archemori mortem Lycurgus (mortis) supplicio affecturus erat, a filiis Euneo et Thoante servatam esse. In hac autem tragoedia Euripides frigida et contorta chori carmina exhibuit, si quidem fides habenda est scholiastae Aristophanis, qui ad comici (Ran. 1340.) verba: „*καίτοι τί δεῖ λύρας ἐπὶ τοῦτον; ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα; δεῦρο Μοῦσ' Εὐριπίδου κτλ.*“ adnotat:** *ἀπορίᾳ λύρας ὄστρακά τινες λαμβάνοντες ἦχον μὲν ἀπετέλουν, πάνυ δὲ ἄσημον. διαβάλλει δὲ ἐντεῦθεν Εὐριπίδην ὡς κακὸν μελοποιόν. Ἄλλως. ὅτι φαίνονταί τινες ἀγοραῖοι κρούοντες τοῖς ὀστράκοις καὶ προσάδοντες τῷ κρούματι τῷ διὰ τούτων. λέγεται δὲ εἰς Ὑψιπύλην ταῦτα, ἢ καθόλου τὴν Μοῦσαν αὐτοῦ. ἐπιλέγει γάρ, δεῦρο Μοῦσα Εὐριπίδου.* **Aristophanem re vera hoc loco Hypsipyles Euripideae respectum habuisse docent eius verba** *ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα*, **collata cum Photii loco (fgm. XVIII.), unde probabile fit, Hypsipylen crotalorum sonos cum cantu coniungentem introductam esse. Sed quod ab Aristophane Hypsipylae exagitandae causa Lemnias scriptas esse Dindorfius suspicatur, id parum veri simile esse et Fr. Hermannus de temp. reip. Platon. (1839.) p. 13. et Th. Bergk. ad Aristoph. Lemn. fgm. ostenderunt. Acta est tragoedia simul cum Phoenissis et Antiopa Ol. XCII, 2. (cf. p. 4.)**

I. 748.

Aristoph. Ran. 1242. (1213.) Macrob. Sat. I, 18. Schol. Aristoph. Nub. 604.

Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

Schol. ad Ran. 1242. adnotat: *Ὑψιπύλης ἡ ἀρχή*, **et ad vs. 1244.** *τὸ*

δὲ λοιπὸν τοῦ ἰάμβου παρθένοις σὺν Δελφίσιν, nam Aristoph. et Macrob. haec verba omiserunt. Vs. 2. verba καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασσοῦ ex Euripide citat Etym. M. p. I, 38. et Hesych. v. καθαπτός. — Dionysum loqui bene monuit Welck. comparans init. Bacch. ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα Διόνυσος, ὃν κτλ. Dionysus enim, Thoantis pater, Hypsipylen adiuverat, quum in eo esset, ut patrem servaret (cf. Stat. Theb. V, 265.); itaque initio fabulae in scenam prodiens eius fata enarrabat et se calamitatis, in quam illa inciderat, quodam modo auctorem esse significabat. Welck. ad prologum etiam refert fgm. XVII.

744. II.

Macrob. Sat. V, 18. *Licet abunde ista sufficiant ad probationem moris antiqui, quo ita loquendi usus fuit, ut Achelous commune omnis aquae nomen haberetur, tamen his quoque Euripidis nobilissimi tragoediarum scriptoris additur auctoritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris, quos* τραγῳδουμένης λέξεως *scripsit, posuit his verbis:* Ἀχελῶον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ· λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόρρω τῆς Ἀκαρνανίας (ἐν ᾗ ἐστι ποταμὸς Ἀχελῶος) φησί·

Δείξω μὲν ἀργεννοῖσιν Ἀχελῴου ῥόον.

Pro ἀργεννοῖσιν Barnes. eleganter correxit Ἀργείοισι, Valck. autem in margine ed. Barnes. ap. Matth. ἀργεννοῖσιν Ἀχ. ῥόοις. Pro ῥόον Elmsl. ad Bacch. 625. plura de usu isto a Didymo indicato disputans scribi voluit: δρόσον vel ῥόας. Haud dubie vero accipienda est Barnesii correctio. — Hypsipylen loqui manifestum est.

745. III.

Aristoph. Ran. 1357. (1322.)

Περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.

ubi schol. καὶ τὸ „περίβαλ' ὦ τέκνον" ἐξ Ὑψιπύλης. (Hoc scholion deest in optimis codd. Rav. Ven.) Recte Matth. haec verba Hypsipylae tribuisse videtur, quae Ophelten ulnis fovens inducebatur. Eodem spectat sequens fgm. Non possum autem Welckero assentiri, quod utrumque fgm. ad eam scenam refert, in qua Hypsipyle Ophelten interfectum brachiis tenuerit, sed utrumque ad eam potius pertinere suspicor, ubi Hypsipyle ante, quam ducibus viam ad fontem monstraret, puerum in gramine ponere constituit, ut interea floribus luderet.

746. IV.

Plut. de amic. mult. 2. (p. 93. D.) — ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος.

εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ αἱρόμενος

ἄγρευμ᾽ ἀνθέων ἡδομένᾳ ψυχᾷ,
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Sic versus disposuit Seidl. de vers. dochm. p. 69. Eundem locum, quem Valck. Diatr. p. 212. primus huc retulit, ante oculos habuit Plut. Quaest. Conviv. IV, 1. c. 2, 10. (p. 661. F.) sic scribens: — *ὥσπερ ὁ Ὑψιπύλης τρόφιμος ** νος ἕτερον ἀφ᾽ ἑτέρας ἱέμενος ἄγρευμα ἂν σὺν ἡδομένᾳ ψυχᾷ, ** μὴ πίον ἄπληστος ἐὼν, ἐπὶ πλεῖστον ἐξανθίζεται τοῦ λειμῶνος.* (Ita ed. Duebn.) Cum eo Valck. l. c. praeclare comparavit Stat. Theb. IV, 786 sq.

At puer in gremio vernae telluris, et alto
Gramine, nunc faciles sternit procursibus herbas,
In vultum nitens; caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum strepitus, aut obvia carpit.

Verba Hypsipyles esse videntur. (cf. fgm. III.); attamen non negaverim, posse ea etiam ex chori carmine ducta esse.

V. 747.

Orion. Anthologn. VII, 5, p. 51. ed. Schneidew.

Πρὸς τὰς χρήσεις χρὴ καὶ τὰ πράγματα σκοπεῖν,
καὶ τὰς διαίτας τῶν κακῶν τε κἀγαθῶν,
Πειθὼ δὲ τοῖς μὲν σώφροσιν πολλὴν ἔχειν,
τοῖς μὴ δικαίοις δ᾽ οὐδὲ συμβάλλειν χρεών.

Vs. 1. Schneidewinus, ut metro succurreret, scribi iussit *πρὸς τὰς δὲ χρήσεις καὶ τὰ πρ. σκ.* deleto *χρὴ*, quod admodum probabiliter ad iuvandam structurae facilitatem ab interprete interpositum iudicat; Lachmannus vero et Meinekius reliquis integris servatis correxerunt: *πρὸς τὰς κρίσεις.* — Vs. 4. legebatur *οὐδὲν*, quod iam Schneidew. correxit. — Recte Welckerus coniecisse videtur, hoc et sequente fragmento Lycurgi vel Eurydices verba contineri, quum hi de filii morte per nuntium certiores facti haud dubie accuratius in rem inquirerent atque ex Hypsipyla sciscitarentur, num forte muneribus corrupta hoc facinus commisisset.

VI. 748.

Stob. X, 26.

Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.

Cf. fgm. V. fin. Apud tragicos plerumque inter se contraria sunt *κέρδος* et *δίκη*. cf. Elmsl. ad Med. 86.

VII. 749.

Schol. Aristoph. ad Ran. 1363. (1327.) verba „*ἀνὰ τὸ δωδεκα-*

μήχανον Κυρήνης μελοποιῶν" adscripsit: *Κυρήνη ἑταίρα τις ἐπίσημος, δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη, διά τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου*

ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον.

Eadem leguntur apud Suid. v. *δωδεκαμήχονος*, nisi quod *ἄστρον* pro *ἄντρον* habet. Egregie Welck. de dracone sermonem esse monuit. Verba enim e carmine ducta videntur, quo chorus Adrasti victoriam a dracone reportatam celebravit.

750. VIII.

Stob. XX, 31.

Ἔξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.

Idem versus a Stob. XX, 11. inter duos alios affertur, quorum prior ex Archelao (fgm. XXXV.), alter ex incerta fabula (fgm. XX.) petitus est; cum neutro vero cohaeret. — Verba Amphiarai esse videntur Lycurgum placantis.

751. IX.

Eustath. ad Il. *ν'*. p. 959, 42. Philem. gram. p. 147. ed. Osann.

Εὔσημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

Εὔσημα ex emendatione Valck. Diatr. p. 214. pro vulg. *εὔφημα* scriptum est. — De *σᾶ* pro *σῶα* cf. Aristoph. fgm. 529. ed. Dindf. (inc. fab. LXXVII. ed. Bergk.) Plat. Critias. p. 111. C. Eustath. p. 959, 41. *λέγουσι δὲ καὶ σᾶ τὰ σῶα οἱ παλαιοί, παρ' οἷς καὶ σᾶ ἡ σῶα κτλ.* coll. 63, 5. 482, 19. 618, 11, Schol. Hom. Il. *ε'*, 887. Philem. gram. l. c. Moeris. p. 347. Phavorin. p. 413 sq. Thom. Mag. p. 830. Etym. M. p. 413, 39. Goettling. ad Theodos. p. 227. Poppo ad Thuc. Vol. I. p. 225. — Welck. hunc. vs. Amphiarao assignat, quem Graecis prodigia interpretatum esse suspicatur.

752. X.

Stob. CVIII, 11. Plut. Consol. ad Apoll. 16. (p. 110. F. sq.)

Οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα δυσχεραίνουσαν, ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε· φησὶ γὰρ οὕτως,

Ἔφυ μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ πονεῖ, βροτῶν,
θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνήσκει, καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν,
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

His solus Clemens Alex. Strom. IV, 7. § 54. (p. 587. fin. P.), qui tres priores et duos postremos versus affert, hunc vs. praefixit

Ἄ γ' οὖν παραινῶ, ταῦτά μου δέξαι, γύναι.

In quo cum Matth. *γ' οὖν* scripsimus pro vulg. *γοῦν*, quod ex verbis apud Clem. proxime antecedentibus exortum videtur; deinde pro *ταῦτά μου δέξαι* Pors. ad Hec. 539. scribi iussit *ταῦτά μοι δέξαι*, quod nescio an accipiendum sit. — Vs. 1. Stob. *ὅστις οὐκ ἀεὶ πονεῖ*, sed Plutarchi et Clementis scripturam tuetur Cicero (Tusc. III, 25, 59.), qui hunc locum sic Latine reddidit:

Mortalis nemo est, quem non attingit dolor
Morbusque; multis sunt humandi liberi
Rursum creandi; morsque est finita omnibus;
Quae generi humano angorem nequidquam afferunt.
Reddenda terrae est terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges. Sic iubet Necessitas.

Vs. 2. Stob. *θάπτειν τε τέκνα χἄτερα κτᾶσθαι πάλιν.* Clem. *σπείρει* pro *κτᾶται* et sic Cicero legisse videtur. Vs. 3. Stob. *αὐτοὺς δὲ θνήσκειν· κατὰ δ' ἀχθ. βρ.* Postrema correxit Grot. scribens *κἄτα δ'*, quod servavit Valck. Diatr. p. 213. et Gaisf. Sed *κἄτα*, si, ut Grot. voluit, indignantis est, non solet adiunctum habere *δέ*. Musgr. *κάρτα δ'*, multo ineptius. Bene vero se habet, quod Plut. et Clem. praebent: *καὶ τάδ'*. Sequentibus enim *εἰς γῆν φέροντες γῆν* explicatur *τάδε*, ut sententia sit: *et propter haec indignantur, quod* etc. Vs. 4. Apud Plut. et Stob. legebatur: *φέροντες· τὴν δ'* (*δ'* omitt. Stob.) *ἀναγκ.*, quod Grot. e Cicerone restituit. — Vs. 7. Clem. *στέγειν.* — Vs. 8. Deest ap. Stob., citatur vero iterum a Plut. Consol. ad Apoll. 31. (p. 117. D.) sic: *οὐδὲν γὰρ δεινὸν κτλ.* Apud Clem. legitur: *οὔ* (corrig. *οὐ*) *δεινὸν οὐδὲν κτλ.* Cum hoc versu ad verbum fere conspirat inc. fab. fgm. XXVIII.

XI. 753.

Galen. T. V. p. 615. ed. Basil. (XII. p. 376. Chart.) de voce *ἀέτωμα οἴκου* s. *ἀετός· καὶ Εὐριπίδης ἐν Ὑψιπύλῃ φησίν·*

Ἰδοὺ πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλῆσαι κόραι
*γραπτοὺς * οἷσι προσβλέπον τύπους.*

Egregie Valck. Diatr. p. 214. locum correxit et lacunam explevit scribens: *ἐξαμιλλῶνται κόραι γραπτοὺς ἐν ἀετοῖσι προσβλέπειν τύπους.* Galenus enim ostendere voluit, aedificiorum fastigium, Hippocrati *ἀέτωμα* dictum, veteribus etiam *ἀετὸν* appellatum fuisse. Hinc vocabulum *ἀετὸς* in Euripideis restituendum esse nemo infitiabitur. Valck. loco hanc sententiam substituit: *En, coelum versus spectantes puellae pictas in (templi) fastigiis imagines intueri certatim conniventur.* Haud immerito vero hac interpretatione offensus est Matth., quum *ἐξαμιλλᾶσθαι* per se significare nequeat: *intueri aliquid conniti*, itaque *κόρας*

non *puellas*, sed *oculos* indicare monuit, et ego quoque praefero Musgravii scripturam, multo minus a codicibus recedentem:

Ἰδοὺ, πρὸς αἰθέρ' ἐξαμίλλησαι κόραις
γραπτοὺς ἐν αἰετοῖσι προσβλέπων τύπους.

h. e. *Adspice: ad coelum contende oculis, pictas in fastigiis figuras contemplans.* Verba Amphiarai ad Lycurgum dicta esse videntur.

754. XII.

Schol. Aristoph. ad Ran. 1355. (1320.) verba: „*οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου*" κτλ. adnotat: *παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου*

οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν.

ἡ πρώτη δὲ ἔκφυσις τῆς ἀμπέλου οἰνάνθη λέγεται. Welckerus probabiliter hoc fgm. ad finem fabulae refert propter opus caelatum in columna decima templi Cyziceni. cf. Epigr. Cyzic. ed. Iacobs. in Anth. Gr. T. XIII. p. 630. *ἐν δὲ τῷ κατὰ δύσιν πλευρῷ ἐστιν ἐν ἀρχῇ τοῦ δέκατος πίνακος Εὔνοος* (leg. *Εὐνέως*) *γεγλυμμένος καὶ Θόας* *), *οὓς ἐγέννησεν Ὑψιπύλη, ἀναγνωριζόμενοι τῇ μητρὶ καὶ τὴν χρυσῆν δεικνύντες ἄμπελον, ὅπερ ἦν αὐτοῖς τοῦ γένους σύμβολον, καὶ ῥυόμενοι αὐτὴν διὰ τὸν Ἀρχεμόρου θάνατον τῆς παρ' Εὐρυδίκῃ τιμωρίας.* Epigrammate, quod sculpturae subiectum erat, significatur: Thoantem simul cum fratre Euneo matrem pampino aurea monstrata ex Eurydices ira et a morte erepturum esse. Cum hoc artificio Welck. aliud quoddam in vase**) expressum comparavit, in quo Hypsipile conspicitur contra Eurydicen se defendens adstantibus filiis et Amphiarao. Ac profecto, si haec artificia ad Euripidis fabulam spectarunt, de qua re dubitari vix potest, sub fabulae finem Dionyso auctore Hypsipyles filii ad matrem servandam advenerunt pampini aureae insigne ferentes.

755. XIII.

Stob. CX, 16.

Ἄελπτον οὐδὲν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών.

Haec verba nescio a quo Hypsipylae dicta esse videntur, quum sibi nullam salutis spem relictam esse censeret. Ad sententiam cf. Ino fgm. VII.

756. XIV.

Schol. Aristoph. Ran. 64. *ἢ 'τέρᾳ φράσω· — — ἀντὶ τοῦ ἄλλῳ τινὶ ὑποδείγματι, οἷον ἄλλῳ τρόπῳ. ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου.* Sic codd. Rav. Ven.

---

*) Sic Hypsipyles ex Iasone filios etiam Statius l. c. et auctor argum. Nemeor. II. Pind. vocant. Apollodorus (I, 9, 17) vero eos *Εὔνηον* et *Νεβροφόνον*, Hygin. (fab. XV.) denique *Euneum* et *Deiphilum* appellat.

**) Accurate hanc picturam descripsit atque explicuit Ed. Gerhard. in libello: „Archemoros und die Hesperiden." Berol. 1838.

XV. 757.

Harpocrat. v. *Ἀρκτεῦσαι·* — *ὅτι δὲ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης ἐν Τψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις καὶ Λυσιστράτῃ* (vs. 645, ad quem locum cf. Bergl.). Eodem haud dubie respexit gramm. in Bekk. An. Gr. p. 444, 32 et Bachm. An. Gr. I. p. 143, 25. *αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, ὡς Εὐριπίδης καὶ Ἀριστοφάνης.*

XVI. 758.

Hesych. *Ἀναδρομαὶ, αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν* (fortasse corrigendum *Τημενίσιν*, nam in Supplicibus haec vox non extat), *Τψιπύλῃ.*

XVII. 759.

Lexic. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 93, 26. *Ἐκδημία, οὐ μόνον ἀποδημία. Εὐριπίδης Τψιπύλῃ.*

XVIII. 760.

Phot. p. 180, 12. *Κροταλίξειν· οὐ διὰ τῶν χειρῶν κροτεῖν, ἀλλὰ διὰ κροτάλου τῆς κροταλισάσης, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ὁ κωμικὸς* (sic) *περὶ τῆς Τψιπύλης λέγων.*

XIX. 761.

Lexic. Sangerm. in Bekk. An. Gr. p. 109, 15. *Νεαρὸς, ἀντὶ τοῦ νέος. Εὐριπίδης Τψιπύλῃ.* Frequens est apud tragicos vocabulum.

Φ Α Ε Θ Ω Ν.

Infelix Phaëthontis fortuna, quae sane tragoediae commodissimum argumentum praebere potuit, ex praeclara Ovidii enarratione (Metam. I. fin. II. init.) tam nota est, ut denuo exponatur vix necesse sit. Itaque tantummodo superest, ut quaeramus, qua ratione tam splendidum argumentum ab Euripide tractatum fuerit, praesertim quum eodem Aeschylus in Heliadibus usus esset. Quod ut cum aliqua probabilitatis specie explorari possit, efficitur maxime duobus longioribus iisque venustissimis fragmentis (V et XV.), quae e codice Parisino *) primus H. Hasius, deinde Im. Bekkerus descripsit

*) Accuratius post G. Hermannum l. (supra) c. hunc codicem descripsit eiusque apographum (Hasianum) arte typographica diligentissime expressum publicavit Matthiaeus (Eurip. Trag. T. IX. p. 256 sq.).

et cum God. Hermanno communicavit, qui, quum etiam apographum Hasianum a F. A. Wolfio accepisset, his subsidiis instructus eo, quo excellet, ingenii acumine fragmenta illa felicissime restituit, restitutaque primum in Seebodii Misc. crit. Vol. I. p. 1., deinde in Opusc. Vol. III. edidit. Atqui neque haec neque quae praeterea supersunt fragmenta, ad compositionem fabulae penitus indagandam sufficiunt: quam ob rem plures viri docti coniecturis ea supplere conati fuerunt, quae ad artificium conficiendum necesse videbantur. Quorum e numero ante omnes qui nominetur dignus est *Goethius*, summus nostratium poeta, qui in libello „*Kunst und Alterthum*“ inscripto (IV, 2. p. 26. VI, 1. p. 749) primus tragoediam e fragmentis restituendam suscepit; at vero, ut ingenio et facultate poetica Euripidem longe superat, ita fabulam potius ex sua, quam ex Euripidis mente composuit. Post Goethium eandem in rem inquisiverunt: *Welckerus* in libro cui titulus est: „*Aeschylische Trugoedie*“ (p. 575 sq.) et Trag. Graec. p. 594 sq., I. Ev. *Rau*, de Euripidis Phaëthonte epistola ad v. cl. v. Assen. Lugd. Bat. 1832, et postremo I. A. *Hartung* in Welckeri et Naekii Mus. Rhenan. (1837.) V. p. 573 sq. Quorum sententias quod hoc loco singillatim percensere noluimus, nemo vitio nobis vertet, qui ea meminerit, quae eadem de re ad Oedipi argumentum monuimus; attamen eorum cuiusque commentationem diligenter perlustravimus, et in aliis alius aut nullius opinionem amplexi sumus, prout cum fragmentis et cum ingenio Euripidis maxime consentire videbatur.

762. I.

Strab. I. p. 33. ed. Casaub. (p. 58 sq. ed. Almel.) *Ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην φησὶ*

δοθῆναι Μέροπι τῆσδ' ἄνακτι γῆς
ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.
Καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἕω φαεννὰν Ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέροπος. Καὶ ὅλῃ γε τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται, οὐ δήπου τῆς κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας ἴδιον ὄν, μᾶλλον δὲ τῆς παρ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα διηκούσης παραλίας. Cum hoc loco conferunt alium Diog. Laert. II, 10 de Anaxagora scribentis: *φασὶ δ' αὐτὸν προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμὸν γενομένην τοῦ λίθου πτῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι· ὅθεν καὶ Εὐριπίδην μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν τῷ Φαέθοντι.* Hinc Barnes. et Valck. Diatr. p. 31 Euripidem scripsisse putant: *χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει*, sed quum, quae Diogenes affert verba, etiam in Or. 983 legantur, haud improbabiliter Matth. coniecit, Diogenem memoria lapsum commutasse Phaëthontem cum Oreste. — Ex Strabonis loco autem modo citato pariter atque ex fgm. V. vs. 34 sq. 66 sq. intelligitur, dramatis scenam in Aethiopia ad Ocea-

num fuisse, ubi Merops, Aethiopum rex, haud procul a Solis aedibus habitaret. (cf. fgm. V. vs. 5. 17.) Nec dubium esse potest, quin versus a Strabone allati (et fortassis etiam fgm. VIII.) e prologo petiti sint; at sintne a Clymene, Meropis uxore, Phaëthontis matre, an a Phaëthonte ipso pronuntiati, non liquet. Ravius (l. c. p. 9.) primum vs. sic immutans: *Αἰθιοπίδος δοθεῖσα τῆσδ' ἀν. γ. κτλ.* prologum Clymenae tribuit, ac sane mihi quoque probabilius videtur, Clymenen iam initio fabulae et suam et domus suae historiam exposuisse simulque metum prodidisse, ne Phaëthon, iuvenis acer ac fervidus, Meropi, cuius filius esse perhibebatur, deam ei matrimonio collocaturo vehementer obsisteret. Aliter sentit Hartungius Phaethonti prologum assignans. At quisquis prologum pronuntiavit hunc certe colloquium inter matrem et filium sequutum est, cuius vestigia in sequentibus fragmentis servata sunt. Iis enim Phaëthon connubii ac divitiarum (cf. fgm. II. III.) odium patefecit, illo virum libertate privari, his vero ad inertiam atque inscitiam perduci docens. Ut igitur haec mala evitaret, patriam relinquere constituit (fgm. IV); quo consilio Clymene ita perterrita est, ut illi, quem ab proposito revocare cupiebat, ipsum non Meropis, sed Solis filium esse aperiret simulque, quum ille verbis suis fidem habere non videretur, suaderet, ut Solis palatia accederet et aliquod munus sibi olim a patre promissum peteret. (fgm. V.)

II. 763.

Eustath. ad Od. *ν'*. p. 1731, 54. *ἡ δὲ τοιαύτη προλὶξ ὅτι καὶ φερνὴ λέγεται, δηλοῖ, φασὶν, ἐν Φαέθοντι Εὐριπίδης εἰπών·*

Ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Cf. fgm. I. fin. — Eodem respexit Plut. an vitios. ad infelic. suffic. 1. (p. 498. B.) ** *ὑπομένει τὸ σῶμα πεπραμένον τῆς φερνῆς ἔχων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν κτλ.* Ad sententiam cf. Antig. fgm. V. vs. 1.

III. 764.

Stob. XCIII, 2.

Δεινόν γε· τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον
σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τούτου ταὔτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρέφει,
τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης;

Cf. fgm. I. fin. Vs. 1. cod. Paris. B. *τοῦτό γ' ἔμφυτον*, quod recipi Matth. volebat. Seidl. ad El. 369 scribi maluit: *δεινόν γε τοῖς πλουτοῦσι, τοῦτο δ' ἔμφυτον, σκαιοῖσιν εἶναι· τί ποτε τοῦδ' οὖν αἴτιον;* propter locos in Archel. fgm. XXX. Phoen. vs. 606., sed haec correctio et otiosa est et durissimam efficit constructionem. Ad sententiam cf. Alcmen. fgm. X. Polyid. fgm. III. — Vs. 2. vulgo erat *τούτου αἴτιον*. Paris. A. Voss. *τοῦτο τ' αἴτιον*. B. *τούτου τ' αἴτιον*. Vir do-

ctus apud Gaisf. τῷδε (Gaisf. τοῦδε) ταῖτιον propter canonem Porsonianum. At vide quae de eo monuimus ad Pirith. fgm. V. — Vs. 3. pro συνηρεφεῖ fortasse rescribendum est συνηρετεῖ. cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 1329. Vs. 4. Heath. pro τῆς τύχης, quod, quomodo explicetur, non habet, haud improbabiliter τὴν τύχην vel τὰς τύχας legi et καὶ eadem fere significatione atque ὥσπερ accipi iubet, quod nescio an probandum sit. Musgr. verba καὶ τῆς τύχης quippe fortasse ad sequens (apud Stob.) fragmentum (h. e. Hippol. fgm. XI) pertinentia interpretatione Latina non expressit.

765. IV.

Stob. XL, 2.

Ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βοσκοῦσα γῆ.

Cf. fgm. I. fin. Idem vs. legitur inter gnomas, quas e cod. Monac. ad calcem Arsenii (p. 502) Walzius, e cod. Voss. E. R. Beynen (Lugd. Bat. 1837. p. 21. n. 139.) edidit. Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. XXXI. vs. 2.

766. V.

In codice olim Claremontano 2245, nunc Parisino 107. fol. 162. legitur:

(ΚΛΥΜ.) Μνησθεὶς ὅ μοί ποτ᾽ εἶφ᾽, ὅτ᾽ εὐνάσθη θεός,
αἰτοῦ· τί χρῄζεις ἔν· πέρα γὰρ οὐ θέμις
λαβεῖν σε. κἂν μὲν τυγχάνῃς . . . . .
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.
ΦΑΕ. πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα θερμὸν Ἰλίου;
ΚΛΥ. *) κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.
ΦΑΕ. ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν, οὐ κακῶς λέγεις.
ΚΛΥ. σάφ᾽ ἴσθι, πεύσῃ δ᾽ αὐτὸ τῷ χρόνῳ σαφῶς.
ΦΑΕ. ἀρκεῖ. πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
ἀλλ᾽ ἔρπ᾽ ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ᾽ ἔξω δόμων
δμωαὶ περῶσιν, αἳ πατρὸς κοιμωμένου
σαίρουσι δῶμα, καὶ . . . . . .
καθ᾽ ἡμέραν φοιβῶσι, κἀπιχωρίοις
ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰσόδους δόμων.
ὅταν δ᾽ ὕπνου γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ, καὶ λόγους γάμων πέρι
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, Ἰλίου μολὼν δόμους
τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ ψευδεῖς λόγοι.

*) In codice personarum vices ex more lineola indicatae sunt.

Vs. 1. Ravius μνησθεὶς refert ad Solem, cuius nomen in antecedentibus fuerit, ut hoc fere Clymene ad filium dixerit: „*Solem adiens, sine timore, — etenim exaudiet te, memor factus eius, quod mihi dixit, cum rem habui cum deo* (corrigit enim Ravius ὅτ' εὐνάσθην θεῷ) *pete unum quod petis, quodcunque id est, dic.* At equidem persuadere mihi non possum, μνησθεὶς ad Solem pertinere et passiva significatione usurpatum esse, itaque probo Hartungii emendationem lenissimam scribentis: μνησθεῖσ'. Simul amplector Ravii correctionem: ὅτ' εὐνάσθην θεῷ (cf. Ion. 17. 1484. Med. 18. etc.), praecipue quum codex in fine lineae mutilus sit; in apographo enim Hasiano extat: *ΕΙΠΕΟΤΜΑ*, in Bekk. *ΕΙΠΕCΤΙΙΑ*, ut versus evadat: μνησθεῖσ' ὅ μοί ποτ' εἶφ' ὅτ' εὐνάσθην θεῷ h. e. *memor eius, quod mihi olim deus dixit, quum rem cum eo habui.* — Vs. 2. Matth. recte monuit, αἰτοῦ τί χρῄζεις ἔν, quod Herm. scripsit, dici non posse pro αἰτοῦ ὅτι χρῄζεις, itaque post αἰτοῦ interpunxit, ut sententia esset: *Pete. Quid hoc unum est, quod petis?* Equidem scripserim: αἰτοῦ τι χρῄζων ἔν. In fine versus idem rectius scripsisse videtur οὐ καλὸν, apographa enim praebent: *ΠΕΡΑΙΓΑΡΠΟΚΑΙΑ.* — Vs. 3. Apographa in fine habent: *ΙΤΙΧΑΛΙΙΙΩΔΩΝ*, in quibus Bekkero ἐτητύμως, Hermanno σάφ' ἴσθ' ὅτι latere videbatur. Sed fortassis erat: κἂν μὲν τυγχάνῃς, τόδ' οἶσθ' ὅτι κτλ. — Vs. 7. Supra ἐπεὶ secundum Bekk. scriptum est εἴπερ, itaque Bekk. dedit: εἴπερ πατὴρ πέφυκεν, οὐ καλῶς λέγεις. Herm. ἐπεὶ πατὴρ πέφυκε, κοὐκ ἄλλως λέγεις. Ravius: εἴπερ πατὴρ πέφυκε κοὐ κακῶς λέγεις. Atque extrema quidem recte, nam in apographis est κακῶς. In iisdem est ἐπεὶ et πέφυκεν, nullum vero apparet ante οὐ copulae vestigium. Hinc Welck. probabiliter coniecit, ante οὐ a librario lineolam, qua personae vices indicarentur, omissam vel falso initio positam esse, ut verba ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν cum antecedentibus coniungenda, verba οὐ κακῶς λέγεις vero Phaëthonti assignanda essent. — Vs. 8. In apographis est: *ΠΕΤCΗΔΑΤΤΟΤΣ ΧΡΟΝΩ*, unde Herm. πεύσῃ δ' αὐτὸς τῷ χρόνῳ σαφῶς. Bene autem monuit Ravius, post σάφ' ἴσθι placere nec σαφῶς posse, quod in cod. absit, nec articulum, sed corruptelam latere in αὐτους χρονω. At quod inde αὐτὸ (h. e. *ipsa res* s. *verum*) σὺ χρόνῳ refingendum et in fine μαθὼν adiiciendum esse dicit, minus probabile est: parum enim institutae sententiae convenit χρόνῳ i. e. *post longum tempus;* multo magis vero habet, quo Welckeri sententia commendetur scribentis: πεύσῃ δ' αὐτὸς σὺ χρόνῳ βραχεῖ. — Vs. 10. in apographis est: *ΚΑΙΙΑΙΑΛ ΩΑΜΑΝ*, in quibus extrema haud explicabilia sunt. Ravius, ne iusto saepius recurrerent δῶμα, δόμων, δόμους legi maluit πόδα, velut Hec. 53. περᾷ γὰρ ἥδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα. — Vs. 11. Apographa *ΑΙΠΑΤΡΟCΙΟΙΑΩΡΙΜΟΙ*, in quibus primae literae minio ε supra scriptum, quarta a fine minio in ε mutata est superscripto α. Hinc Bekk. αἳ πατρὸς ..... τας γάμους, Burges. (Adnott. in Phaëth. fragm. in Diario, quod inscriptum est Classical Iournal. n. XLIII. 1820. p. 160 sq. repetitae in Seebod. Misc. crit. Vol. I. p. 17 sq.) πρὸς τοὺς γάμους, Ravius ὡς εἰς γάμους, Herm. vero et literis et sententiae convenientius κοιμωμένου. — Vs. 12. Verborum καὶ δόμων κειμήλια in apographis nihil nisi primae literae *ΚΑΙΛ* apparent: ac du-

iam vidit Gatak. ad Marc. Antonin. IV, 3. p. 92, qui primus eum huc retulit.

V. 783.

Postquam ambo in Philoctetae speluncam abierunt, in scenam prodiit Lemniorum chorus sese excusans, quod tam diu Philoctetam neglexerit. (cf. Dio Chr. LII. p. 549, 34. *Καὶ μὴν ὁ χορὸς αὐτῷ παραιτήσεως, ὥσπερ ὁ τοῦ Εὐριπίδου, οὐδὲν ἐδεήθη. ἄμφω γὰρ ἐκ τῶν Λημνίων ἐποιήσαντο χορόν. ἀλλ' ὁ μὲν Εὐριπίδης εὐθὺς ἀπολογουμένους πεποίηκε, περὶ τῆς πρότερον ἀμελείας, ὅτι δὴ τοσούτων ἐτῶν οὔτε προσέλθοι πρὸς τὸν Φιλοκτήτην, οὔτε βοηθήσειεν οὐδὲν αὐτῷ.* Cuius e cantico superesse videntur versus, quos servavit Stob. CXX, 10.

Ἄλις, ὦ βιοτά· πέραινε, πρίν τινα συντυχίαν
ἢ κτεάτεσσιν ἐμοῖς, ἢ σώματι τῷδε γενέσθαι.

Grotius locum in quatuor vs. digessit.

Post parodum Phrygum legati in scenam progressi primum chorum multa de Philocteta sciscitati sunt, deinde vero Philoctetae ipsi consilium suum (h. e. *δεησόμενοι Φιλοκτήτην αὐτόν τε καὶ τὰ ὅπλα ἐκείνοις παρασχεῖν ἐπὶ τῇ τῆς Τροίας βασιλείᾳ.* Dio Chr. LII. p. 551, 33.) patefecerunt. (fgm. VI.)

VI. 784.

Iustin. Mart. de monarch. p. 109. ed. Colon. (p. 41. F. ed. Hag. Com. 1742.)

Ὁρᾶτε δ' ὡς κἂν θεοῖσι κερδαίνειν καλόν,
θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
χρυσόν· τί δῆτα καὶ σὲ κωλύει λαβεῖν
κέρδος παρόν γε, κἀξομοιοῦσθαι θεοῖς;

Legatos Phrygios Philoctetae munera atque imperium offerentes loqui iam perspexit Valck. Diatr. p. 115. Quam ob rem vs. 1. *ὁρᾶτε* ferri non posse apparet, quod Musgr. mutavit in *ὅρα τ' ἔθ' ὡς κτλ.*, Valck. correxit in *ὁρᾷς γ' ὅπως*, Welck. in *ὅρα δέ γ' ὡς*, probabilius, ut mihi videtur. — Vs. 3. *λαβεῖν*, quod vulgo deerat, addidit Grot. — Opportuno tempore, ne legati Philoctetam in suas partes trahant,

intervenit Ulixes, et oratione callidissime instituta (cf. Dio Chr. LII. p. 551, 41. *καὶ τὸ ὅλον, ὡς ἔφην, δι' ὅλου τοῦ δράματος πλείστην μὲν ἐν τοῖς δράμασι σύνεσιν καὶ πιθανότητα ἐπιδείκνυται* (sc. *Ὀδυσσεύς*), *ἀμήχανον δὲ καὶ θαυμαστὴν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν*) tantum in illo patriae amorem excitat, ut Phrygum conditiones reiiciat.

785. VII.

Plut. adv. Colot. 3. (p. 1108. B.). *Ἀλλ' ἴσως ἂν ἐπὶ τούτοις καὶ γελάσειέ τις ἐννοήσας τὴν Σωκράτους πραότητα καὶ χάριν.*

Ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
τῶν ἄλλων φιλοσόφων — — οὐ μόνον
αἰσχρὸν σιωπᾶν —

Alterum versum praebent Diog. Laert. V, 3. Quint. Inst. Or. III, 1, 14, sed ille post *σιωπᾶν*: *Ξενοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν*, hic: *καὶ Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.* Scripsisse vero Euripidem

αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.

apparet e Cic. de Orat. III, 35, 141, unde simul intelligitur, qua ratione scriptura *Ἰσοκράτην* vel *Ξενοκράτην* exorta sit. Legitur enim apud Ciceronem: „Itaque ipse Aristoteles, quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ipse suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae, versumque quendam de Philocteta paulo secus dixit. Ille enim, *turpe* sibi ait *esse tacere*, *quum barbaros*, hic autem, quum Isocratem *pateretur dicere.*" Propter hunc locum etiam hoc fgm., quod Plut. Diog. Quint. sine auctoris et fabulae nomine citarunt, ad Philoctetam et ad Euripidis quidem tragoediam relatum est, nam in Aeschylea non prodibant, quantum scimus, barbari, quibus Ulixes obloqueretur necesse erat. Quod autem Matth. e Ciceronis loco consequi dicit, a Philocteta ipso versus istos pronuntiatos esse, id falsum esse dudum monuerunt Schuetz. ad Cic. Epist. 281. T. I. p. 315. et Welck. p. 528.; loquitur enim Ulixes, ac fortassis orationem suam adversus legatos a verbis illis incipit. Vide, quae praeclare de hoc fgm. disputavit Ad. Schoellius l. c. p. 144.

Troum legati infecta re discedunt, quorum post abitum chorus Philoctetae magnanimitatem carmine praedicasse eumque in consilio suo confirmasse videtur. Huc fortasse pertinent, quae de chori canticis monuit Dio Chr. LII. p. 551, 47. *καὶ τὰ μέλη οὐ μόνον ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν πρὸς ἀρετὴν παράκλησιν* (*ἔχοντα*).— Carmine finito, ni egregie fallor, in medium prodiit Actor, Philoctetae amicus. cf. Dio Chr. LII. p. 550, 14. *αὐτὸς γοῦν ὁ Εὐριπίδης τὸν Ἕκτορα* (rectius *Ἄκτορα* e cod. Meermann. Geel. in Dion. Olymp. p. 441. consentiente Hygino l. c.) *εἰσάγει, ἕνα Δημνίων, ὡς γνώριμον, τῷ Φιλοκτήτῃ προσιόντα καὶ πολλάκις συμβεβληκότα.* Nisi enim nunc in scenam processit, omnino eius persona otiosa fuit. Advenisse vero videtur, ut Philoctetae, cuius morbus certo quodam tempore redire solebat, auxilio

esset. Ac profecto mox Philoctetes conspiciebatur summis doloribus vexatus, quos ipse describens spectatores in maximam sui commiserationem rapiebat (cf. fgm. sq.); postremo autem morbi vi fractus in somnum incidebat.

VIII. 786.

Aristot. Poet. 22, 13. *οἷον, τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου καὶ Εὐριπίδου, ἓν δὲ μόνον ὄνομα μετατιθέντος, ἀντὶ κυρίου εἰωθότος γλῶτταν, τὸ μὲν φαίνεται καλὸν, τὸ δ' εὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε „φαγέδαινα, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός,“ ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ ἐσθίει τὸ θοινᾶται μετέθηκε.* Hinc Euripidem scripsisse consentaneum est:

φαγέδαινα, ἥ μοι σάρκα θοινᾶται ποδός.

Philoctetae dolores suos describentis verba esse, quae in prologo locum habere nullo modo potuerint, iam Valck. Diatr. p. 126. comprobante Welckero ostendit. — Hiatum sustulit Barnes. scribendo *φαγέδαινά γ' ἡ κτλ.*, Herm. ap. Aristot. scripsit *φαγέδαιναν, ἥ κτλ.*, Boeckh. (Trag. Graec. Princ. p. 245.) *φαγέδαινα δή μου κτλ.* Quorum quis proxime ad verum accesserit, nunc vix discernas.

IX. 787.

Hesych. v. *Αἰών. Εὐριπίδης δὲ Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει.*

ἀνέπνευσεν αἰῶνα.

Chori videntur esse, qui Philoctetam morbi vi oppressum conspiciens mortem obisse putabat. —

Hac opportunitate quin Ulixes ita usus sit, ut Actori patefaceret, quis esset et quo consilio huc venisset, utque eum oratione vaferrima in partes suas raperet, dubitari nequit. Itaque factum est, ut, dum Philoctetes morbo superatus iaceret, Actoris auxilio Philoctetae arcu sagittisque potiretur. Nam Philoctetam revera armis orbatum esse docet Dio Chr. LII, p. 548, 16. *σχεδὸν δὲ ἦσαν (τραγῳδίαι) ἄκρων ἀνδρῶν, Αἰσχύλου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου πάντων περὶ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν· ἦν γὰρ ἡ τῶν Φιλοκτήτου τόξων, εἴτε κλοπὴν, εἴτε ἁρπαγὴν δεῖ λέγειν. πλὴν ἀφῃρημένος γε τῶν ὅπλων ἦν Φιλοκτήτης ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Τροίαν ἀναγόμενος· τὸ μὲν πλέον ἄκων (ἑκών recte Welck.)· τὸ δέ τι καὶ πειθοῖ ἀναγκαίᾳ ἐπειδὴ τῶν ὅπλων ἐστέρητο, ἃ τοῦτο μὲν βίον αὐτῷ παρεῖχεν ἐν τῇ νήσῳ, τοῦτο δὲ θάρσος ἐν τῇ τοιαύτῃ νόσῳ, ἅμα δὲ εὔκλειαν.* Scena haud dubie chori carmine finita est, quo absoluto Philoctetes expergefiebat. Mox in scenam prodibat Diomedes (quem una cum Ulixe in Lemnum venisse testantur Hygin. l. c. et Dio Chr. LII. p. 551, 39.) et Philoctetae aperiebat, se a Graecis missum esse, ut et illum ipsum et Herculis arma Troiam reduceret, quippe quum Heleni vaticinio praedictum esset, Troiam sine Herculis arcu capi haud quaquam posse.

788. X.

Stob. Ecl. Eth. T. II. p. 4. ed. Heer.

Τί δῆτα, θάκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι,
σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων
οἱ τῶνδε χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων;
Ὅστις γὰρ αὐχεῖ θεῶν ἐπίστασθαι πέρι
οὐδέν τι μᾶλλον οἶδεν, ἢ πείθει λέγειν.

Manifesto hi vs. a Philocteta Heleni illud vaticinium respiciente Diomedi, neque vero, ut Welckero videtur, legatis Troum dicti sunt; cur enim verba *θάκοις ἀρχικοῖς ἐνήμενοι* minus in Diomedem quadrent, quam in legatos Troianos, non perspicio. — Nec obstat pluralis *διόμνυσθε*: invehitur enim Philoctetes in Diomedem omnesque, qui aut ipsi deorum consilia se perspexisse affirmant aut talia affirmantibus fidem habent. — Vs. 1. legebatur *ἀργικοῖς*, vox ne graeca quidem, quam correxit Valck. Diatr. p. 116. — Vs. 3. cum dictione *χειρώνακτες λόγων* Boisson. haud inepte comparat Senec. Epist. 115. *oratione manu facta.* Vocem *χειρῶναξ* habet etiam Soph. ap. Plut. de fort. 4. (p. 99. A.) et Clem. Alex. Protrept. p. 78.

Paullo post, quum Diomedes Philoctetam ad reditum commovere non posset, iterum in scenam prodiit Ulixes, at non amplius aliena forma personatus, sed sua usus, et primum hostem infestissimum diserta ac versuta oratione permulcere, deinde ad id adducere conatur, cuius causa huc venit. Ac profecto ad consilium suum consequendum multum iuvabat, quod antea Philoctetae armis potitus erat.

789. XI.

Aristot. Rhet. ad Alex. c. 18. (al. 19.) ubi de *προκαταλήψεσιν* agit: *κέχρηται δὲ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φιλοκτήτῃ τούτῳ τῷ εἴδει διὰ τοῦδε.*

Λέξω δ' ἐγώ, κἄν μου διαφθείρας δοκῇ
λόγους ὑποστὰς αὐτὸς ἠδικηκέναι·
ἀλλ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ τἀμὰ μαθήσῃ κλύων·
ὁ δ' αὐτὸς αὑτὸν ἐμφανίζει σοι λέγων.

Ulixem his verbis ad Philoctetae criminationes respondere, quibus is Laërtis filio eius pristinam in se agendi rationem exprobrarit, bene Welck. intellexit. Itaque non opus est contorta loci explicatione, quam Pflugkius (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 26. et in Sched. crit. p. 25.) proposuit dicens, loquentem queri de aliquo, qui ipse aliquid susceperit quidem (*ὑποστὰς αὐτὸς*) perficiendum, susceptum autem male persecutus sit (*διαφθείρας λόγους μου*) ideoque poena dignus sit habendus; apodosin vero „*is poenas solvat*“ post *ἠδικηκέναι* more haud insolito (cf. Lamb. Bosii Ellips. Gr. p. 794.) omissam esse. Rectius vidit Matth. iungenda esse verba *κἄν αὐτὸς δοκῇ ἠδικηκέναι*, ut sententia evadat: *dicam equidem, quamquam ipse iniuriam mihi fecisse videtur eo, quod orationem meam evertere co-*

natus est. — Vs. 3. Metro ut mederentur Grot. et Boiss. ediderunt τάμὰ σὺ μαθήσῃ, Musgr. τάμὰ φρασθήσῃ, Pflugk. l. c. τἄμ' ἐπιστήσει, Matth. τἀμ' ἀκούσεται vel τἀμὰ γνώσεται, parum recte secunda persona offensus. — Vs. 4. vulgo erat ἐμφανιεῖ, quod correxit Heath. in ἐμφανίζει. Musgr. ἐμφανῆ στήσει λ., Boisson. ἐμφανῆ θήσει λ.

XII. 790.

Stob. XX, 17.

Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,
οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

Ad hunc locum respexit auctor epist. Phalarid. 24. θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν, ὥς φασί τινες, οὐ προσήκει, in quibus Pors. ad Med. 139. 140. l. poetae ipsius verba latere ratus Euripidem sic scripsisse statuit: Θνητοὺς γὰρ ὄντας ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν Οὕτοι προσήκει — —. Ulixem his verbis persuadere Philoctetae voluisse, ut cum Graecis in gratiam rediret, iam egregie Matth. monuit.

XIII. 791.

Stob. XL, 1.

Πατρὶς καλῶς πράσσουσα τὸν εὐτυχοῦντ' ἀεὶ
μείζω τίθησι, δυστυχοῦσα δ' ἀσθενῆ.

Pariter Ulixis Philoctetam cohortantis verba sunt. Vs. 1. cum Boissonadio legendum τὸν ἀτυχοῦντ', quam correctionem et sententia et metrum poscunt. Patriae enim salus atque felicitas pendebat a Philocteta, Philoctetes autem miser (ἀτυχῶν) quidem erat, sed patriae salute ipse quoque mox morbi curationem consecuturus. Vs. 2. e cod. Paris. B. δυστυχοῦσα pro inepta scriptura vulg. δυστυχοῦντα recepi.

XIV. 792.

Stob. LIX, 18.

Μακάριος, ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει·
ἐν γῇ δ' ὁ φόρτος, καὶ πάλιν ναυτίλλεται.

Welck. haec verba ad prologum refert, sed rectius Matth. ea a Philocteta potius sub fabulae finem pronuntiata esse monuit. Dicit enim ille, se (quamvis perfidiam Graecorum satis expertum) iis tamen nunc denuo sese commissurum esse, sicut mercatorem, qui, licet antea inter procellam iuraverit, nunquam rursus mari se traditurum, tamen, ubi primum merces in terram exposuerit, lucri cupiditate victus iterum in navem redeat. — Vs. 1. habent etiam Clem. Alex. Strom. VI, 1, § 7. (p. 739. P.) et Stob. XXXIX, 13. — Vs. 2. Ad sententiam quis non meminerit Hor. Carm. I, 1, 15 sq. „*Luctantem Icariis fluctibus Africum Mercator metuens, otium et oppidi Laudat rura sui: mox reficit rates Quassas, indocilis pauperiem pati.*“

793. XV.

Himer. Orat. XIV, 1. *Ἐπόθησάν ποτε καὶ Φιλοκτήτην μετὰ τὴν νόσον οἱ Ἕλληνες καὶ πολλὰ τοῖς θεοῖς ηὔξαντο. ὁ δὲ λωφήσαντος αὐτῷ τοῦ πάθους λαβὼν εἰς χεῖρας τὰ τόξα ἐξήτει μαθεῖν, εἰ πέμπει (πέμπῃ* bene Welck.) *πάλιν φιλόσκοπος. Φιλοκτήτην μὲν οὖν ἐκεῖνον καὶ ἐπὶ τὸν ἆθλον ἤγειρεν Ὀδυσσεὺς παρὼν καὶ διδοὺς τῆς τέχνης τὸ σύνθημα.* Egregie hunc locum ad Euripidis fabulam primus retulit Wernsdorfius monens verba *λωφήσαντος τοῦ πάθους* consentire cum verbis Dionis paraphrasis (fgm. IV. fin.) *καίτοι λελώφηκε κτλ.*, ac sine dubio fabulae exitum designari videmus. Ulixis enim oratione Philoctetes mentis alacritate ac pugnandi cupidine impletur, ut arcum sibi poscat experturus, num ut antea etiamnunc a scopo nunquam aberret, velut Ulixes apud Hom. Od. XXI, 425. Nec improbabile est, Philoctetae Euripidei ipsius verba fuisse.

εἰ πέμπῃ πάλιν φιλόσκοπος

in quibus *φιλόσκοπος* ***Philoctetae*** nominis ratione habita dictum sit.

794. XVI.

Orion. Anthologn. V, 4. p. 47. et post tit. VIII. p. 35. ed. Schneidew.

Φεῦ, μήποτ᾽ εἴην ἄλλο πλὴν θεοῖς φίλος,
ὡς πάντ᾽ ἔχουσι, κἂν βραδύνωσι χρόνῳ.

Vs. 2. erat *ἔχωσι*, quod correxit Schneidewinus, qui primus etiam recte verba ad fabulae exitum pertinere monuit. At sintne ab Ulixe an a choro pronuntiata vix discernas. Neque hoc explores, num postremo Minerva in scenam progressa Ulixis conatus adiuverit et Philoctetae morbi curationem promiserit.

795. XVII.

Hesych. *Αἴρειν νοεῖς, δοξάζειν ἠγῇ. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ,* ubi Toup. Emend. in Suid. T. III. p. 300. legendum esse coniicit *αἱρεῖς, νοεῖς, δοξάζεις, ἠγῇ*, et sic fere Lexic. Sangerm. ap. Bekk. An. Gr. p. 359, 22. *αἱρεῖς, δοξάζεις, ἠγῇ.* At T. IV. p. 89. idem emendat: *αἴρειν νόον, δοξάζειν.* p. 280. autem: scribi *αἱρεῖν* (sic). Manifesto *αἴρειν νόον* scribendum est; cf. Soph. OR. 914. *θυμὸν αἴρειν*, Ai. 75. *δειλίαν αἴρειν*, Eur. Iph. A. 1598. *θάρσος αἴρειν.*

796. XVIII.

Hesych. *Ἀκριβὲς, ἄκρον. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ.*

Φ O I N I Ξ.

Fabulae argumentum paucis narrant Apollod. III, 13, 8. *οὗτος* (sc. *Φοῖνιξ ὁ Ἀμύντορος*) *ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη καταψευσαμένης φθορὰν Φθίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρωνα κομίσας ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις βασιλέα κατέστησε Δολόπων.* Schol. Plat. Leg. XI. p. 682. F. Schol. Lycophr. 421. et paullo uberius Epigr. Cyzic. III. (in Iacobs. Anth. Gr. T. XIII. p. 620 sq.) *ὁ τρίτος* (sc. *κίων*) *ἔχει τυφλούμενον Φοίνικα ὑπὸ πατρὸς Ἀμύντορος καὶ κωλύουσαν Ἀλκιμέδην τὸν οἰκεῖον ἄνδρα*

Ἀλκιμέδη ξύνευνον Ἀμύντορα παιδὸς ἐρύκει
Φοίνικος ἠδ' ἐθέλει παῦσαι χόλον γενέτου·
ὅττι περ ἤχθετο πατρὶ σαόφρονος εἵνεκα μητρὸς
παλλακίδος δούλης λέκτρα προσιεμένῳ.
κεῖνος δ' αὖ δολίοις ψιθυρίσμασιν ἤχθετο κούρῳ,
ἦγε δ' ἐς ὀφθαλμοὺς λαμπάδα παιδολέτιν.

Cum his compara Suid. v. *Ἀναγυράσιος*, Apostol. XI, 41. Arsen. Viol. p. 319. ed. Walz. *κινεῖς τὸν ἀνάγυρον· ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς τὰ κακά· ἔστι δὲ ὁ ἀνάγυρος — — καὶ ὄνομα κύριον ἥρωος· τούτου δέ τις ἔκοψε τὸ ἄλσος· ὁ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἀπέμηνε τὴν παλλακὴν, ἥ τις μὴ δυναμένη συμπεῖσαι τὸν παῖδα διέβαλεν ὡς ἀσελγῆ τῷ πατρί. ὁ δὲ ἐπήρωσεν αὐτὸν καὶ ἐγκατῴκοδόμησεν. ἡ δὲ παλλακὴ εἰς φρέαρ ἑαυτὴν ἔρριψεν. ἱστορεῖ δὲ Ἱερώνυμος ἐν τῷ περὶ τραγῳδοποιῶν ἀπεικάζων τὸν Εὐριπίδου Φοινίκα**). *ὅταν οὖν ἐπὶ οἰκείοις κακοῖς πράσσῃ τις, λέγεται κινήσεις τὸν Ἀνάγυρον.* Euripides igitur ut reliqui tragici (cf. Schol. Hom. Il. IX, 447.) longe recessit ab Homeri narratione ab omni culpa vacuum Phoenicem introducens. cf. schol. Il. IX, 453. *καὶ Εὐριπίδης δὲ ἀναμάρτητον* (Eustath. *ἄπταιστον*) *εἰσάγει τὸν ἥρωα ἐν τῷ Φοίνικι.* Homeri narrationem ex parte repetiit Arsen. Viol. p. 472. ed. W., ubi Phoenicis historiam depinxit, cum Eustathio pellicem *Κλυτίαν* appellans. Fragmenta multo pauciora supersunt, quam ut ex his de dramatis structura quidquam colligi possit; nec multum iuvant fabulae Ennianae reliquiae de Euripidis exemplari expressae. Tragoediam vero ante Ol. LXXXVIII, 3. scenae commissam esse inde consequitur, quod eius Aristophanes in Acharn. (vs. 420.) mentionem fecit.

I. 797.

Gramm. in Cram. Anecd. Gr. Paris. I. p. 403, 9. *περὶ εἰδοῦς. φησὶν ὁ Εὐριπίδης περὶ Φοινικός τινος*

πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

---

*) Hieronymi ipsius verba servasse videtur Suid. v. *ἐναύειν· ἐντεῦθεν Εὐριπίδης· ἐναυσάμενος τὸν λύχνον ἅπαντα εἶτα μέντοι τῷ Φοίνικι περιτίθησι.* cf. Bernhardy ad h. l.

Eundem vs. consentientem fere cum Aeol. fgm. II. vs. 2. etiam plures alii scriptores citarunt, quos ad Aeol. l. c. attuli. — Verba pellicis esse videntur Phoenicis formam laudantis, quippe cuius pulchritudine capta esset.

798. II.

Stob. LXXI, 1.

Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
δίδωσιν ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ.
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Vs. 1. 2. Locus est vexatissimus, cui sanando vel interpretando certatim viri docti operam dederunt. Valck. Diatr. p. 272. primus verba *τέκνα δίδωσιν ὅστις* (post *ὅστις* praeterea vulgo interpungebatur) absurda dicens et locum e duobus conflatum iudicans *τέκνα* in *νέα*, quod exceperit, versu sq. *γυνὴ*, mutari, alterum versum autem a verbis *δμῶς ἐστιν, ὅστις κτλ.* incipi iussit. Cuius ad sententiam nuperrime fere accessit Meinekius (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 290.), quum et lacunam inter primum et secundum versum statueret et *τέκνα* in *νέα* mutaret; in eo autem ab illo discessit, quod verba *δίδωσιν ὅστις* servanda duxit, et ante vs. 2. eiusmodi verba excidisse suspicatur, ut *τοῦ χρόνου τόκους δίδωσιν ὅστις κτλ.*, vel *τοῦ χρόνου τιμωρίαν δίδωσιν ὅστις κτλ.* cf. Menand. Thesaur. fgm. I. vs. 8. (Meinek. Poet. com. IV. p. 137.) *οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι, οὗτοι προσαποτίνουσι τοῦ χρόνου τόκους.* Musgr. pro *τέκνα* scripsit *τεκνοῦν*, vs. 2. autem *δμῶς τ' ἐστὶν, ὅστις κτλ.* Pors. in Kiddii Misc. Tracts p. 224. *τέκνα κἀν δμωσὶν ὅστις κτλ.* parum feliciter. Boisson., Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 409. et Welck. *τέκνα δίδωσιν ὅστις οὐκέθ' ὡραίῳ γαμεῖν*, in quibus certe de correctione *γαμεῖν* dubitari nequit, quippe quae optimorum codd. auctoritate Paris. A. B. firmetur. Neque absurda sunt, ut Valckenario visum est, verba *τέκνα δίδωσιν ὅστις*, sed significant: *si quis viro seni filiam matrimonio collocet.* Nam etsi vulgo dicitur *ἐκδιδόναι θυγατέρα, filiam in matrimonium dare*, tamen etiam locutio *διδόναι θυγατέρα* eodem sensu adhibita ab optimorum scriptorum usu non aliena est. Praeter Homerum enim (Il. VI, 192. XIX, 291. Od. II, 223 etc.) ita loquuti sunt Eur. Med. 288. Alcmaeon. fgm. VI. Herod. I, 107. V, 92. Xen. An. VII, 2, 38 etc. cf. Abresch. Dilucid. Thuc. p. 314. Neque offensioni esse debet pluralis *τέκνα* de una filia usurpatus, sed usu Euripideo commendatur. cf. Elmsl. ad Med. 323. p. 138. not. q. Valck. ad Hipp. 11. Attamen in Boissonadii coniectura valde displicet verborum collocatio, praecipue quum *ὅστις* post verbum suum positum sit: itaque scribi malim: *μοχθηρὸν, εἴ τις ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα δίδωσιν, ὅσπερ οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖν.* — Versu 3. Aristophanes in Thesm. 411. usus est. — Cf. fgm. III.

799. III.

Stob. LXXI, 8.

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ.

Hunc versiculum et antecedens fragmentum Valckenario pellex iuvencula haud dubie eo consilio pronuntiasse videtur, ut Phoenicem sibi conciliaret; sed possunt etiam ab aliquo prolata esse, qui Amyntorem, quum in eo esset, ut pellicis insusurrationibus obsequens supplicium de filio sumeret, dehortabatur (cf. fgm. V. fin.) ac monebat, ne nimis mulierculae isti confideret, quippe quum senes amatores puellis parum grati esse solerent. — Ad sententiam simillimus est Dan. fgm. XIV. vs. 4.

IV. 800.

Stob. CXVI, 36.

Ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἰ κακόν.

De hoc fgm. idem atque de antecedente valet, nisi forte Amyntoris ipsius verba sunt. — Markl. ad Eur. Suppl. 1108. correxit *τοῖς σ' ἔχουσιν* probante Valck. Diatr. p. 271. — De sententia cf. inc. fab. fgm. LXX.

V. 801.

Erotian. p. 132. *Διηπέτης* (corrig. *Διπετὴς*. cf. Rhes. 43. Bacch. 1266.), *ἀντὶ τοῦ διαυγὴς καὶ καθαρός· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι λέγων· Δμωσὶ δ' ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς ταντηρίαις πυρίδες καὶ διηπέτη κτεῖναι.* Quae probabiliter sic emendavit Valck. Diatr. p. 274.

Δμωσὶν δ' ἐμοῖσιν εἶπον, ὡς καυτήρια
ἐς πῦρ ἔδει καὶ [ταῦτα] δὴ δυπετῆ
θεῖναι.

Amyntorem loqui manifestum est. Is enim pellicis sermonibus in filium exacerbatus ac furibundus choro et nescio cui amico (Phoenicis paedagogo, si recte Welckerus coniecit) filii delictum aperiebat paratumque esse supplicium dicebat, amicus ille vero (cf. fgm. VI.) Phoenicis defensionem suscipiens illius culpam non satis in aprico esse monebat. Cui igitur tribuenda erunt fgm. VI. VII. ac fortassis inc. fab. fgm. LVIII.

VI. 802.

Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 18. (p. 746. P.) *Εὐριπίδου δὲ ἐν μὲν τῷ Οἰνομάῳ* (fgm. VII.) *γράφοντος — — ἐν δὲ τῷ Φοίνικι*

Τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἀλίσκεται.

Πτερίδης λέγει· ἃ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν. A Clemente locum sumsit Theodoret. Therap. VI. p. 102, 12. — Grotius et Musgr. metro iambico dederunt *τἀφανῆ Τεκμηρίοισιν κτλ.* — Hoc versiculo nescio quis regi suasisse videtur, ut certiora culpae indicia exspectaret ante, quam filium crudelissimo supplicio afficeret.

803. VII.

Aeschin. in Tim. c. 61. p. 21. Tayl. (p. 154. ed. Reisk. p. 355. ed. Bekk. *καὶ πάλιν* (praecessit Stheneb. fgm. VIII.) *ὁ αὐτὸς ποιητὴς ἀποφαίνεται ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν πατέρα διαβολῆς ἀπολογούμενος, καὶ ἀπειθίζων τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἐξ ὑποψίας μηδὲ ἐκ διαβολῆς ἀλλ' ἐκ τοῦ βίου τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.*

Ἤδη δὲ πολλῶν ἠρέθην λόγων κριτὴς
καὶ πόλλ' ἀμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο
τἀναντί' ἔγνων συμφορᾶς μιᾶς πέρι.
Κἀγὼ μὲν οὕτω χὤστις ἔστ' ἀνὴρ σοφὸς
λογίζομαι τἀληθὲς εἰς ἀνδρὸς φύσιν
σκοπῶν, δίαιταν ἥνπερ ἐμπορεύεται.
Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνὴρ,
οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων, ὅτι
τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.
καὶ τῷδε δηλώσαιμ' ἄν, εἰ βούλοιο σύ,
τἀληθὲς, ὡς ἔγωγε καὐτὸς ἄχθομαι,
ὅστις λέγειν μὲν εὐπρεπῶς ἐπίσταται,
τὰ δ' ἔργα χείρω τῶν λόγων παρέσχετο.

Vs. 1—6. 10—13. habet etiam Stob. Append. Flor. Vol. IV. ed. Gaisf. p. 12. (p. 383. ed. Lips.) Locum explicuit Aeschines ipse his verbis: *ἤδη πολλῶν πραγμάτων φησὶ γεγενῆσθαι κριτὴς, καὶ τὰς κρίσεις οὐκ ἐκ τῶν μαρτύρων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ὁμιλιῶν φησι ποιεῖσθαι, ἐκεῖσε ἀποβλέπων, πῶς τὸν καθ' ἡμέραν βίον ζῇ ὁ κρινόμενος καὶ ὅντινα τρόπον διοικεῖ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ὡς παραπλησίως αὐτὸν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικήσοντα, καὶ τίσι χαίρει πλησιάζων· καὶ τελευτῶν οὐκ ὤκνησεν ἀποφήνασθαι τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.* Hinc Meinekium falsum esse apparet, qui (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 290) post vs. 6 duos tresve versus excidisse putat, in quibus de bonorum hominum consortio sermo fuerit. Ac profecto nihil desideratur. — Versus ab amico pro Phoenice dictos esse egregie iam Valck. Diatr. p. 270. ex Aeschinis verbis collegit. — Vs. 3. Pro *πέρι* Grot. et Barn. *πάρα*, Valck. *ὕπερ*. — Vs. 6. Stob. Append. Flor. *βλέπων* pro *σκοπῶν* et *ἱμερεύεται* pro *ἐμπορεύεται*. Pro *ἥνπερ* Valck. *ἥντιν'*, Gaisf. et Boiss. *δίαιτάν θ' ἥν τιν'* et utraque scriptura coniuncta Sauppius (Epist. crit. ad G. Herm. Lips. 1841.) *δίαιτάν θ' ἥντιν'* κτλ. At nulla opus est emendatione. — Vss. 7. 8. 9. in Stob. Append. Flor. omissos citant etiam Diod. Sic. XII, 14., Hermog. Progymn. in Walzii Rhet. Gr. I, p. 25, Doxopater ibid. II. p. 288., Greg. Corinth. ibid. VIII. p. 739. Ad eosdem respexit Hermogen. ibid. III. p. 437. et Demosth. de fals. leg. p. 417, 17 ed. Reisk., qui eos in Aeschinem retorsit. Vs. 9 solum habent Hermogen. in Walz. Rhet. I. p. 67., III. p. 738, et Aphth. ibid. IV. p. 67. In eo Bekk. revocavit *ἔστιν οἷσπερ*, mutatum id a Wolfio, Tayl., Reisk., Valck. in *ἔσθ' οἵοισπερ*. De pronominis *ὅς* pro *οἷος* usu cf. Suppl. 746.

Pors. ad Or. 910. Advers. p. 209. Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 240. Schneid. ad Plat. Rep. T. II. p. 139. Ad sententiam cf. Plat. Conviv. p. 195. B. — Vs. 10 sq., qui apud Aeschinem desunt, subiectos habet Stob. Append. Flor. versui 6, eosque ab his disiungendos esse censuit Boissonadius; attamen etiam cum illis coniuncti, quamvis coniunctio non arctissima sit, intelligi possunt ac Phoenicis defensori optime conveniunt.

VIII. 804.

Stob. Append. Flor. p. 11. Vol. IV. ed. Gaisf. (p. 382. ed. Lips.)

Οἱ πεῖραν οὐ δεδωκότες
μᾶλλον δοκοῦντες ἢ πεφυκότες σοφοί.

Hoc et sequente fgm. Amyntor amico (paedagogo) Phoenicem defendenti respondisse videtur.

IX. 805.

Stob. XC, 6.

Μέγιστον ἆρ᾽ ἦν ἡ φύσις· τὸ γὰρ κακὸν
οὐδεὶς τρέφων εὖ χρηστὸν ἂν θείη ποτέ.

Cf. fgm. V. — Scribi malim *τὸν γὰρ κακόν.*

X. 806.

Stob. XXXVIII, 14.

Φθόνον οὐ σέβω, φθονεῖ-
σθαι δ᾽ ἐθέλοιμ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἐσθλοῖς.

Chori haec verba esse vix est, cur moneamus. — In cod. Leid. Valckenario (Diatr. p. 270) teste est lemma *Εὐρ. Φοινίσσαις.*

XI. 807.

Stob. LXXIII, 57.

Γυνή τε πάντων ἀγριώτατον κακόν.

Phoenix fraudulentia pellicis a patre oculorum lumine privatus loqui videtur. cf. Valck. l. c. p. 271. Cuius ad orationem fortassis etiam pertinuit inc. fab. fgm. XLVI. — Vulgo erat *πάντως*, sed codd. Paris. A. B. et Grot. *πάντων*. Simillimum est Oedip. fgm. XV.

XII. 808.

Stob. CXXI, 12.

Καίτοι ποτ᾽ εἴ τιν᾽ εἰσίδοιμ᾽ ἀνὰ πτόλιν
τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον,
ἀδημονοῦντα συμφοραῖς ἑλοιδόρουν,
ὡς δειλὸς εἴη θάνατον ἐκποδὼν ἔχων.

```
    if (!ctx->ctx_initialized) {
        ctx->ctx_initialized = 1;
        ctx->ctx_ctrl = ctrl;
        ctx->ctx_ctrl_len = ctrl_len;
        ctx->ctx_data = data;
        ctx->ctx_data_len = data_len;
        ctx->ctx_ctrl_off = 0;
        ctx->ctx_data_off = 0;
    }
    return ctx->ctx_ctrl_off + ctx->ctx_data_off;
}
```

Listing 8.2: Initialization of the context

```
/* Read from the control stream */
int ctx_read_ctrl(struct ctx *ctx, void *buf, int len)
{
    int avail = ctx->ctx_ctrl_len - ctx->ctx_ctrl_off;
    if (len > avail)
        len = avail;
    memcpy(buf, ctx->ctx_ctrl + ctx->ctx_ctrl_off, len);
    ctx->ctx_ctrl_off += len;
    return len;
}
```

Listing 8.3: Reading from the control stream

Φ Ρ Ι Ξ Ο Σ.

Argumenti summa iis contineri videtur, quae Hyginus (fab. II et III) narravit; nam in enarranda Inonis fortuna eum maxime ex Euripidis fabulis hausisse, et fabula IV „*Ino Euripidis*" inscripta docet et nos ad *Inonis* argumentum monuimus. Dicit vero: *Ino Cadmi et Harmoniae filia, cum Phrixum et Hellen ex Nebula natos interficere voluisset, iniit consilium cum totius generis matronis, et coniuravit, ut fruges in sementem quas darent torrerent, ne nascerentur: ita ut, cum sterilitas et penuria frugum esset, civitas tota partim fame, partim morbo interiret. De ea re Delphos mittit Athamas satellitem: cui Ino praecepit, ut falsum responsum ita referret: „si Phrixum immolasset Iovi, pestilentiae fore finem." Quod cum Athamas se facturum abnuisset, Phrixus ultro ac libens pollicetur se unum civitatem aerumna liberaturum. Itaque cum ad aram cum infulis esset adductus, et pater Iovem comprecari vellet, satelles misericordia adolescentis, Inus Athamanti consilium patefecit. Rex facinore cognito, uxorem suam Ino et filium eius Melicerten Phrixo dedit necandos. Quos cum ad supplicium duceret, Liber pater ei caliginem iniecit, et Ino suam nutricem eripuit.....* Deinde (fab. III) pergit: *Phrixus et Helle, insania a Libero obiecta, cum in silva errarent, Nebula mater eo dicitur venisse et arietem inauratum adduxisse Neptuni et Theophanes filium, eumque natos suos adscendere iussit, et Colchos ad regem Aeetam Solis filium transire ibique arietem Marti immolare. Ita dicitur esse factum.* Haec extrema quoque in fabula Euripidea locum habuisse probabile fit e Schol. Apoll. Rhod. II, 312. *Ὅτι δὲ ἡ νῆσος αὕτη ὄρνιθας ἔχει τοξευούσας τοῖς πτεροῖς ὡς βέλεσιν, ἱστορεῖ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ.* Vix autem alio tragoediae loco insula ista cum avibus suis mirabilibus commemorari poterat quam in descriptione viae, quae e Nebulae praecepto Phrixo peragranda erat; is enim aves illas vitare debebat, ne aries, quo vehebatur, ab iis interficeretur. Itaque in fabulae fine, quum Ino a Libero morti erepta esset, Phrixus et Helle autem insania obstricti tenerentur, Nebula in scenam prodiit liberisque arietem dedit, quo vecti Thebas relinquerent, simulque viam descripsit, quae iis esset pervolanda. Paulo aliter Phrixi historiam narrant Pind. Pyth. IV, 159—62. et Schol. ad h. l. Apollod. I, 9, 1., sed Euripides more suo aliquid novasse videtur, neque cum detrimento tragoediae (si quidem hoc Euripidis inventum est,) Phrixum ultro pro patria se immolaturum introducens. Fragmenta ad perspiciendam fabulae compositionem nihil fere valent. Bis hanc tragoediam recensitam esse e Schol. Aristoph. Ran. 1256. (fgm. I) discimus, neque tamen simul duplicis illius recensionis caussam cognoscimus. Itaque in ea refingenda multo cautiores quam in reliquis simus necesse est, ne fragmenta e duabus diversis recensionibus petita connectamus. Praeter Welckerum de ea paucis egit Urlichs de Achaeo (Bonn. 1834.) p. 40 sq.

811. I.

Aristoph. Ran. 1256. (1225.)

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν
Ἀγήνορος παῖς

ubi Schol. *τοῦ δευτέρου Φρίξου Εὐριπίδου ἡ ἀρχή· τὸ λοιπὸν δὲ τοῦ στίχου*

ἵκετ' ἐς Θήβης πέδον.

Vs. 1. habent etiam Lucian. Macrob. 23. Plut. dec. orat. vit. IV, 14. (p. 837. E.). Hesych. v. *Γλυκερῷ Σιδωνίῳ*. — Non dubium esse potest, quin et hoc et sequentia fragmenta (II. III. IV.) e prologo ducta sint, quo Ino, Cadmi filia, de Agenoris stirpe, de Europe virgine a Iove rapta, de Cadmi in Boeotiam migratione, deinde de semet ipsa et odio suo Phrixi Hellesque, quod insidiis clandestinis, quam duritie aperta, ne reprehenderetur, patefacere mallet, copiose verba fecerit. — Simul ex hoc fgm. intelligitur, dramatis scenam Thebis fuisse.

812. II.

Schol. Eur. Phoen. 6. *ἐν γοῦν τῷ Φρίξῳ φησίν·*

ἦσαν γὰρ, [ὡς λέγουσιν,] Ἀγήνορος κόροι
Κίλιξ, ἀφ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται,
Φοῖνιξ, ὅθενπερ τοὔνομ' ἡ χώρα φέρει,
καὶ Θάσος — —

Cf. fgm. I. — Vs. 1. verba *ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες* (sic enim, non *κόροι* apud schol. est) vulgo pro scholiastae verbis edebantur, ea vero a scholiasta tantum pro genuinis *ἦσαν γὰρ — — Ἀγήνορος κόροι* posita esse optime monuit Valck. ad Schol. Phoen. l. c., ac probabiliter versum explevit Musgr. voculis insertis *ὡς λέγουσιν*. — Valck. l. c. praeterea huc referri voluit versum, qui sine auctoris nomine legitur apud Plut. de Exil. 17. (p. 607. B.) *καὶ ὁ τοῦ Διονύσου πάππος* (sc. *φυγὰς ἦν*), *ὡς ἐξεπέμφθη τὴν Εὐρώπην ἀνευρεῖν, οὐδ' αὐτὸς ἐπανῆλθε,*

Φοῖνιξ πεφυκὼς, ἐκ δ' ὁρίζεται γένος

εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος κτλ. In quo Valck. pro *γένος* legendum coniecit *χθονός*.

813. III.

Eratosth. Catast. 14. *Ταῦρος. Οὗτος λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι διὰ τὸ Εὐρώπην ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην διὰ τοῦ πελάγους, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ἐν τῷ Φρίξῳ.* Idem tradunt Hygin. Poet. Astron. II. 21., Schol. Germ. et Eudoc. p. 392. collat. Malal. Chron. 35. — Vide fgm. I.

IV. 814.

Stob. LXXIII, 35.

Ὡς οὐδὲν ὑγιές φασι μητρυιὰς φρονεῖν
νόθοισι παισίν· ὧν φυλάξομαι ψόγον.

Inonem, Phrixi Hellesque novercam, loqui consentaneum est. cf. fgm. I. Ad sententiam haud dissimile est Aeg. fgm. I. — Vs. 1. *οὐδὲν ὑγιὲς φρονεῖν* legitur etiam in Melan. fgm. XXVI. vs. 5. In Paris A. est *ὑγιὲς οὐδέν*. —

Prologum haud dubie chori parodus, parodum colloquium inter Athamantem et Inonem habitum excepit, in quo Ino maximum mariti ac privignorum amorem simulabat, Athamas autem, vel ut Oedipus, tali uxore gaudebat. cf. fgm. V. (Fortassis etiam huc pertinet inc. fab. fgm. XLII.) Deinde de sublevanda frugum inopia sermo fuisse videtur. (fgm. VII.)

V. 815.

Stob. LXVII, 15.

Γυνὴ γὰρ ἐν κακοῖσι καὶ νόσοις πόσει
ἥδιστόν ἐστι, δώματ' ἢν οἰκῇ καλῶς,
ὀργήν τε πραΰνουσα καὶ δυσθυμίας
ψυχὴν μεθιστᾶσ'· ἡδὺ κἀπάταί φίλων.

Verba manifesto Athamantis sunt. — Eosdem vs. praebet Antipater apud Stob. LXVII, 25, ubi *ἐν νόσοισι καὶ κακοῖς*. — Vs. 4. *κἀπάταί* recte Paris. B. vulgo *καὶ ἀπάταί*. Voss. Trinc. *ἡδὺν καὶ ἀπαντᾶ*. Paris. A. *ἡδὺν καὶ ἅπαντα*. *Ἀπάταί* hoc loco haudquaquam mala significatione, sed de fallaciis quibusdam innocuis accipiendum videtur, quibus uxor in rebus adversis tristem mariti animum componere possit. cf. Hel. 1103. inc. fab. fgm. CXL. Aesch. ap. Stob. IX, 23. *Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός*. Hinc factum est, ut *ἀπάτη* apud scriptores posterioris aetatis *ludum*, *ludibrium* et similia significaret.

VI. 816.

Stob. LXXIV, 31.

Δίκαι' ἔλεξε· χρὴ γὰρ εὐναίῳ πόσει
γυναῖκα κοινῇ τὰς τύχας φέρειν ἀεί.

Facile in his quisque chori verba agnoscet Inonis orationem comprobantis. —

VII. 817.

Etym. M. p. 714, 17. *Σιροί, τὸ ἐπιτήδειον ἀγγεῖον εἰς ἀπόθεσιν πυρῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀσπρίων. Ἀμμώνιος δὲ ἱστορεῖ, ὡς οἱ Ἀττικοὶ ὀξύνοντες τὸ ὄνομα τὸ ι βραχύνουσι, καὶ ἡ τριβὴ τῆς ἀναγνώσεως ἐκτείνεται. εὑρίσκεται δὲ καὶ βραχὺ, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ Φρίξῳ·*

— — ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

cf. Draco Straton. de metr. p. 82. — Locum cod. Ms. Etymologici Leidens. ap. Valck. Diatr. p. 217 sic explet: *καὶ μῶν ἀν. κτλ.*, pro quo sine causa, ut mihi videtur, Valck. l. c. correxit

καὶ νῷν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

Athamantem vel Inonem de responso, quod servus ex oraculo Delphico tulisset, loqui manifestum est.

818. VIII.

Stob. VIII, 7.

Ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῄς, ἀνέρος οὐκ ἄξιον
δειλὸν κεκλῆσθαι καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.

Verba Inonis esse videntur vehementer ab Athamante contendentis, ut Phrixum pro patria immolari patiatur. Eodem pertinere Welckero videntur fgm. IX. X. — Vs. 1. Memorabilis est forma *ἀνέρος*, pro qua Paris. A. et Trinc. *ἀνδρὸς* praebent, alibi a tragicis in diverbiis non usitata, in melicis autem, si adhibetur, α producens. cf. Soph. Phil. 701. OR. 869. Trach. 1007.

819. IX.

Etym. M. p. 410, 13. *ζῆθι· τὸ παραστατικὸν ζῇ, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἰφιγενείᾳ* (Taur. 682.) *καὶ ἐν Φρίξῳ*

Δι' ἐλπίδος ζῇ καὶ δι' ἐλπίδος τρέφου.

cf. fgm. VIII. Possunt tamen etiam chori verba esse. — Ad sententiam cf. Inon. fgm. VII.

820. X.

Stob. XLIII, 4.

Αἱ γὰρ πόλεις εἴσ' ἄνδρες, οὐκ ἐρημία.

Cf. fgm. VIII. Ino hoc versu Athamantem cohortari videtur, ne rei frumentariae inopia patriam viris orbam fieri sinat. — De sententia cf. Valck. Diatr. p. 216 sq. Blomf. Gloss. ad Aesch. Pers. 355.

821. XI.

Stob. CXX, 18.

Τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί. πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Cum alio loco e Polyïdo fabula hoc fgm. confuderunt Schol. Aristoph. Ran. 1114 et 1526, et Schol. Plat. p. 119. cf. Polyïd. fgm. VIII. Priori autem loco scribit Schol. Aristophanis: — *ἀλλ' ὁ λέγων ἐστὶ Φρίξος. κτλ.*, quod si verum est, — nam magnopere scholiastae

non confidendum esse, quippe qui duos locos inter se diversos commutaverit, quisque videt — Phrixus hos vs. viro sane dignissimos, quum morti ultro se offerret, pronuntiavit. — Vs. *βλέπειν* i. q. *ζῆν*. cf. Erechth. fgm. II.

XII. 822.

Athen. VI. p. 264. B. sq. *οὗτοι οὖν οἱ κατὰ τὰς ὁμολογίας καταμείναντες καὶ παραδόντες ἑαυτοὺς ἐκλήθησαν τότε μὲν μενέσται, νῦν δὲ πενέσται· καὶ πολλοὶ τῶν κυρίων ἑαυτῶν εἰσὶν εὐπορώτεροι. καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν Φρίξῳ λάτριας αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τούτων*

Λάτρις πενέστης ἁμὸς ἀρχαίων δόμων.

Hinc Eustath. ad Hom. Il. π'. p. 1090, 50. — Versiculus ex oratione Athamantis deductus videtur servum *) collaudantis, qui Inonis consilium ei prodiderat. — Voc. *πενέστης* Euripides etiam in Heracl. 639. usus est.

XIII. 823.

Stob. LXII, 39.

Πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρὸν, ἡ δὲ φρὴν
τῶν οὐχὶ δούλων ἐστ' ἐλευθερωτέρα.

Idem de hoc fgm. atque de antecedente valet. — Vs. 2. de locutione *τῶν οὐχὶ δούλων* pro *τῆς τῶν οὐχὶ δούλων φρενὸς* vide Matth. Gr. Gr. § 453. — *Οὐχὶ δοῦλος* i. q. *ἐλεύθερος*. cf. Dan. fgm. XIV. — Ad sententiam cf. Melanipp. fgm. XXIV.

XIV. 824.

Iustin. Mart. de Mon. p. 109. ed. Col. (p. 41. F. ed. Hag. Comit. 1742.)

Εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
εἰς ταὐτ' ἔπρασσον, πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι,
εἰ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ.

Manifesto haec Athamas cognito Inonis facinore locutus est. — Vs. 2. Grot. et Barnes. *ἔπρασσεν*.

XV. 825.

Sext. Empiric. adv. Math. I, 13, p. 274 et 287. (p. 661 et 665. ed. Bckk.) *Οἷόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ Εὐριπίδῃ λεχθὲν ἐν Φρίξῳ*

---

*) Nescio ex quo fonte hauserit Theo, qui non servum, sed servam Athamanti facinoris indicium fecisse dicit. cf. Steph. Byz. v. *Ἅλος*. — — *Θέων δέ φησιν, ὅτι Ἅλος θεράπαινα ἦν Ἀθάμαντος, ἡ μηνύσασα τὴν Ἰνὼ φρύγειν τὰ σπέρματα.*

ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται καθ' ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λελῆθέναι,
δοκεῖ πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη,
τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν.

De Inone hos vs. pronuntiatos esse facile intelligitur, sed a quo, non itidem. — Quattuor priores vs. exhibent etiam Clem. Alex. Strom. V, 11, § 122. (p. 722. P.), Euseb. Praep. Evang. XIII, 13. p. 684, sed tanquam Diphili, Iustin. Mart. de Mon. p. 106. B. ed. Colon. (p. 38. E. ed. Hag. Com. 1742.) et Stob. Ecl. Phys. I, 4, 15. p. 110. ed. Heer. ut Euripidis. Apud Iustin. hic versus praemittitur vitiosus:

ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν,

apud Clem. vero hic:

ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίου
δίδωσιν· εἴ τις οἴεται καθ' ἡμέραν κτλ.

Vs. 1. Sext. Emp. posteriori loco *τοὐφημέρου*, Clem. et Stob. *τοὐφημέραν*. Versum 5 solus habet Stobaeus, eumque alienum ab hoc loco censet Musgr., quum nulla copula cum praecedentibus cohaereat; ferri tamen posse eum fatetur, si modo particula quaedam adiiciatur, itaque scribi iubet: *τιμωρίαν τ'*. Egregie vero monuit Matth., in asyndeto non esse haerendum, ubi primum plena interpunctio post *Δίκη*, quae vulgo inveniebatur, sublata sit: nam vs. 4 et 5 explicationem eius, quod praecesserit *ἁλίσκεται* continere. Hunc sententiarum nexum non intellexisse videntur ii qui hos vss. citarunt, itaque alterum vs. utpote a proposito suo alienum omiserunt. — Vs. 3. Heeren. pro *καὶ δοκῶν* parum probabiliter *κοὐ δοκῶν* scribi et cum sequentibus coniungi maluit. — Vs. 4. 5. ad sententiam cf. inc. fab. fgm. II. — Post quartum versum quinque alios subiiciunt Iustin. et Clem.

ὁρᾶθ' ὅσοι δοκεῖτε οὐκ εἶναι θεόν.
(δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως.)
ἔστιν γάρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράττει κακῶς,
κακὸς πέφυκώς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

Hos versus non ab Euripide profectos, sed a Christiano quodam homine subditos esse pluribus rationibus ostendit Valck. de Aristobulo c. I. II. (cf. etiam Luzac. Exerc. p. 143. sq. Boeckh. Trag. Gr. Princ. p. 158.) cuius argumentationem ii, quorum menti scrupulus insideat, inspiciant. Similiter idem Iustin. Mart. ad Graec. cohort. p. 10. et de Mon. p. 37. (ed. Hag. Com. 1742.) Sophocli versus quosdam tribuit, qui manifesto nescio cuius Christiani sunt. cf. Sophocl. inc. fab. fgm. LI. ed. Brunck. — Versum 2, quem uncis inclusimus, omittit Clemens (ed. R. Klotz), idemque vs. 4 praebet *κερδανάτω*.

XVI. 826.

Stob. CXXII, 9.

Καὶ γὰρ πέφυκε τοῦτ' ἐν ἀνθρώπων φύσει·
ἢν καὶ δίκη θνήσκῃ τις, οὐχ ἧσσον ποθεῖ
πᾶς τις δακρύειν τοὺς προσήκοντας φίλους.

Chori Inonis sortem commiserantis verba esse videntur. — Vs. 2. Musgr. *ἦν γὰρ.* male.

XVII. 827.

Stob. XCIV, 2.

Κρείσσων δὲ βαιὸς ὄλβος ἀβλαβὴς βροτοῖς,
ἢ δῶμα πλούτῳ δυσσεβῶς ὠγκωμένον.

Haec quoque chorus pronuntiasse videtur. — Vs. 1. vulgo erat *βίος* pro *βαιὸς*, quod correxit Scalig. Ceterum animadverte alliterationem in hoc versu.

XVIII. 828.

Phot. *πώγωνα πυρὸς, τὴν ἀναφορὰν τοῦ πυρός. Εὐριπίδης Φρίξῳ.* Huc procul dubio respexit Poll. On. II. 88. *ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πώγων πυρὸς, ἢ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τῆς φλογός.*

X P Y Σ I Π Π O Σ.

Fabulae argumentum iis contineri videtur, quae tradit Pseudo-Plut. in Parallelis c. 33. (p. 313. D.) *Πέλοψ, Ταντάλου καὶ Εὐρυανάσσης, γήμας Ἱπποδάμειαν, ἔσχεν Ἀτρέα καὶ Θυέστην· ἐκ δὲ Δαναΐδος *) νύμφης Χρύσιππον, ὃν πλέον τῶν γνησίων ἔστερξε. Λάϊος δὲ, ὁ Θηβαῖος ἐπιθυμήσας ἥρπασεν αὐτόν. καὶ συλληφθεὶς ὑπὸ Θυέστου καὶ Ἀτρέως, ἐλέους ἔτυχε παρὰ Πέλοπος διὰ τὸν ἔρωτα. Ἱπποδάμεια δ' ἀνέπεισεν Ἀτρέα καὶ Θυέστην ἀναιρεῖν αὐτὸν, εἰδυῖα ἔσεσθαι ἔφεδρον βασιλείας. Τῶν δ' ἀρνησαμένων αὐτὴ τῷ μύσει τὰς χεῖρας ἔχρισε. Νυκτὸς γὰρ βαθείας κοιμωμένου Λαΐου, τὸ ξίφος ἑλκύσασα καὶ τρώσασα τὸν Χρύσιππον, ἐγκαταπήγνυσι τὸ ξίφος. Ὑπονοηθεὶς δὲ ὁ Λάϊος διὰ τὸ ξίφος, ῥύεται ὑπὸ ἡμιθνῆτος τοῦ Χρυσίππου τὴν ἀλήθειαν ὁμολογήσαντος. ὁ δὲ θάψας τὴν Ἱπποδάμειαν ἐξώρισεν. ὡς Δοσίθεος ἐν Πελοπίδαις.* His supplendis inserviunt Pausan.

---

*) *Ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς* natum eum dicit Schol. Il. *β'*, 105. *ἔκ τινος Ἀξιόχης νόθον* Schol. Eurip. Orest. 5. Schol. Pind. Ol. I, 144. Sed hi, quibuscum maximam partem Hyginus (fab. 85) consentit, e fonte longe diverso neque vero ex Euripide hauserunt. cf. Welck. Tr. Gr. p. 536.

VI, 20. 4. *τὴν δὲ Ἱπποδάμειάν φασιν ἐς Μιδέαν τὴν ἐν τῇ Ἀργολίδι ἀποχωρῆσαι, ἅτε τοῦ Πέλοπος ἐπὶ τῷ Χρυσίππου θανάτῳ ἐς ἐκείνην ἔχοντος τὴν ὀργήν.* Apollod. III, 5, 5. *Λάϊον δὲ ἐξέβαλον (Ἀμφίων καὶ Ζῆθος)· ὁ δὲ ἐν Πελοποννήσῳ διατελῶν ἐπιξενοῦται Πέλοπι, καὶ τούτου παῖδα Χρύσιππον ἁρματοδραμεῖν διδάσκων ἐρασθεὶς ἁναρπάζει.* Athen. XIII. p. 602. F. sq. *ἄλλοι δέ φασι τῶν τοιούτων ἐρώτων (τοῦ παιδεραστεῖν) κατάρξασθαι Λάϊον ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὃν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν.* Idem ex *Euripide* tradit Ael. H. A. VI. 15. cf. argum. ad Aesch. Sept. c. Theb. Schol. Eurip. Phoen. 1760. Cic. Tusc. IV, 33, 71. *Atque, ut muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura concessit: quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poëtae velint? aut non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius?* Exitum paullo aliter narrant Schol. Eur. Phoen. l. c. *ὁ δὲ Χρύσιππος ὑπὸ αἰσχύνης ἑαυτὸν διεχρήσατο τῷ ξίφει.* et Hygin. fab. LXXXV. *hunc (Chrysippum) Atreus et Thyestes matris Hippodamiae impulsu interfecerunt. Pelops cum Hippodamiam argueret, ipsa se interfecit.* Ille vero, ut ipse dicit, Pisandrum sequutus est; Hyginus procul dubio cum Schol. Eur. Or. 5. et Schol. Hom. Il. II, 105., quibuscum in plerisque conspirat, ex eodem fonte (fortassis e Lycophronis vel Diogenis tragici Chrysippo) hausit. Quare Valck. Phoenissarum scholiastae non tantum confidere ac Pseudo-Plutarchi testimonium e bono fonte haustum ita contemnere debebat, ut Chrysippum dedecus a Laio sibi illatum morte voluntaria expiasse crederet: nam sic omnis rerum implicatio ab hac fabula abesset, et epicum potius carmen quam tragoediam haberemus. Mihi contra duplex fere implicatio in ea infuisse videtur: quum altera ex parte Chrysippum Laius vehementissime adolescentis amore ductus, ex altera vero Hippodamia insequeretur, quippe verita, ne privignus aliquando genuinis filiis regnum praeriperet. Ceteroquin utrum Laius Chrysippo re vera flagitium inflixerit an infligere tantum voluerit, dubitari potest: illud autem utique Euripideum esse, quod Pseudo-Plut. l. c. narrat: Chrysippum a noverca interfectum ac semimortuum in scenam illatum testimonio suo Laium a caedis suspicione liberasse, quovis pignore contenderim. cf. Eurip. Hippol. s. fin. Fragmenta autem huius fabulae multo pauciora supersunt, quam ut accuratius quidquam de singularum partium dispositione atque conformatione proferri queat. Hoc autem facile perspicitur, de Chrysippi raptu ac recuperatione nonnisi a nuntio referri potuisse. — Scriptam esse hanc tragoediam in Agathonis gratiam narrat Ael. V. H. II, 21. fin. ipse tamen dubitans.

829. I.

Clem. Alex. Strom. II, 15. § 63. (p. 462. P.) *ὁ μὲν γὰρ Λάϊος ἐκεῖνος κατὰ τὴν τραγῳδίαν φησίν·*

λέληθε δ' οὐδὲν τῶνδέ μ' ὢν σὺ νουθετεῖς,
γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Cf. fgm. II. — Vs. 2. Ad sententiam cf. Med. 1078 sq. Ovid. Met. VII, 20. *Video meliora proboque: deteriora sequor.*

II. 830.

Plut. de virt. mor. 6. (p. 446. A.) αἱ δὲ τῆς ἀκρασίας (φωναὶ) ἕτεραι καὶ διαφέρουσαι·

Γνώμην ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

καὶ

Αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

Alterum fgm. est etiam apud Stob. V, 6 sed sine lemmate. Utrumque vero ex Euripidis Chrysippo ductum esse probabile fit loco Alcinoi Isagog. in Plat. c. 24. p. 52. ed. Oxon. ὁρᾶται δέ γε ἐπὶ μὲν τῆς *Μηδείας* ὁ θυμὸς λογισμῷ μαχόμενος· λέγει γοῦν τὸ „καὶ μανθάνω κτλ." (Med. 1078 sq.) — ἐπὶ δὲ τοῦ Λαΐου τὸν Χρύσιππον ἁρπάζοντος ἐπιθυμία λογισμῷ μαχομένη. λέγει γὰρ οὕτως „Αἲ αἲ τὸ θεῖόν ἐστιν (sic) κτλ." Cf. Valck. Diatr. p. 21 sq. — Laium haec verba pronuntiasse Alcinous ipse dicit, at etiam antecedentia manifesto Laii sunt e colloquio cum Pelope deducta, quo Pelops hospitem a flagitioso isto amore avertere conabatur. Ad sententiam cf. Antiop. fgm. XLVII. Valck. ad Hippol. 380.

III. 831.

Stob. LXVI, 2.

Γνώμη σοφός μοι, καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχοι·
δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.

Sine dubio recte Valck. Diatr. p. 20. versu 2 correxit εἴη, ut Pelopis de filio votum eloquentis verba essent; nam hos vs. non posse ab aliquo prolatos esse, qui de semet ipso loqueretur, ex versu 1 apparet. Pro ἔχοι Paris A. ἔχειν. cf. Monk. ad Hippol. 383. — De asyndeto καλὸς κακὸς cf. Oedip. fgm. XVII. vs. 2.

IV. V. 832.

Plut. Erotic. 3. (p. 750. A.) ὁ δὲ Δαφναῖος, ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, τί οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, εἰ καὶ Πρωτογένης ἔρωτι πολεμήσων πάρεστιν; ᾧ καὶ παιδιὰ πᾶσα καὶ σπουδὴ περὶ Ἔρωτα καὶ δι' Ἔρωτος

Λήθῃ δὲ λόγων, λήθῃ δὲ πάτρας,

οὐχ ὡς τῷ Λαΐῳ πέντε μόνον ἡμερῶν ἀπέχοντι τῆς πατρίδος. βραδὺς γὰρ ὁ ἐκείνου καὶ χερσαῖος Ἔρως. ὁ δὲ σὸς ἐκ Κιλικίας ἀθήναζε

λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ
διαπόντιος πέταται.

τοὺς καλοὺς ἐφορῶν καὶ συμπλανώμενος. — Primus Musgr. hunc locum ad Chrysippum retulit, quamvis nec poeta nominatus sit nec fabula,

tamen admodum probabiliter, nam eodem modo Plutarchus etiam alio loco de hac fabula egit. cf. fgm. II. Musgr. autem dedit

— — λήθῃ λόγων
λήθῃ δὲ πάτρας — — —

pro eo, quod vulgo apud Plut. legebatur λήθῃ μὲν λόγων κτλ., quodque nunc a Dueb. e codd. correctum est. Mihi vero cum Welckero persuasum est, etiam verba λαιψηρὰ κύκλωσας πτερὰ, quae Musgr. silentio praetermisit, ex eodem fonte manasse, quibus equidem ut Euripidea subiungere non dubitavi verba διαπόντιος πέταται, quae antea pro Plutarcheis habebantur; satis perspicue enim produnt originem poëticam, ac sic locutus est Alexis ap. Ath. IV. p. 165. A. Euripidem, si quid video, tecte carpens. — Chori verbi esse vix est, quod moneam.

833. VI.

Sext. Emp. adv. Mathem. VI, 17. p. 360. (p. 751. ed. Bekk.) Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ παρὰ τοῖς τραγικοῖς μέλη τὰ στάσιμα, φυσικόν τινα ἐπέχοντα λόγον, ὁποῖά ἐστι τὰ οὕτω λεγόμενα.

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθὴρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ' ὑγροβόλους στάγονας νοτίους
παραδεξαμένη τίκτει θνατοὺς,
τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν,
ὅθεν οὐκ ἀδίκως
μήτηρ πάντων νενόμισται.

His Grot. (Exc. p. 417.) probabiliter subiunxit versus et si sententiam et si metrum respicis prorsus cum illis convenientes, qui leguntur apud Phil. Iud. περὶ ἀφθαρσ. κόσμ. § 11. p. 498. ed. Mang. (p. 948. ed. Pfeiff.) et de Mundo. § 11. p. 612. ed. M. (p. 1161. ed. Pf.)

Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
φύντ' εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν
τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ'
ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Locum e Chrysippo petitum esse docet Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 24. (p. 750. P.), qui verba (vs. 11.) θνήσκει δ' — — ἀπέδειξεν citat. Eadem habet Philo Iud. Leg. Allegor. I, 3. fin. p. 45. ed. M. (p. 41. ed. Pf.), de Incorrupt. Mund. § 2. ed. M. (p. 939. ed. Pf.) et § 27. p. 515. ed. M. (p. 963. ed. Pf.). Plut. de Placit. Philos. V, 19, 3. (p. 908. D.) Egit de his versibus, quorum argumentum Euripides e disciplina Anaxagorea hausit, Valck. Diatr. p. 19. sq. 35. sq. — Vs. 1. est etiam ap. Diog. Laert. VII, 60. — Vs. 3.

Toup. ad Theocr. T. II. p. 395 scribi vult ἡ δ' ὑγροβόλος, ut sit γῆ ὑγροβόλος sicut ὄρος νιφοβόλον. — Vs. 8. Verba τὰ μὲν ἐκ γαίας — πάλιν perturbato ordine affert M. Antonin. VII, 50., illa autem χωρεῖ δ' usque ad βλαστόντα Heraclid. Alleg. Hom. p. 440. ed. Gale. (Opusc. Myth.) — Vs. 10. βλαστάνοντα γῆς. Philo. M. Anton. γένη pro γονῆς et εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον. Ad sententiam cf. Suppl. 542 sq. inc. fgm. CXI. Valck. l. c. et p. 54. Wyttenb. ad Plut. p. 734. — Vs. 12. τῶν γενομένων. Musgr. γινομένων Clem. — Plut. μεταμειβόμενα pro διακρινόμενον, quod in μεταμειβόμενον mutatum Valck. ad Phoen. 838 praeferendum duxit. — Vs. 13. ἄλλο πρὸς ἄλλο, Philo tribus locis et Plut. Correxerunt Heath. et Valck. — Vs. 14. ἑτέραν pro ἰδίαν Clem. et Philo p. 515. ed. M., quod probavit Gatak. ad M. Antonin. et olim Valck. ad Phoen. l. c., mutata deinde sententia Diatr. p. 19. Tum Clem. ἐπέδειξεν, Plut. μορφὰς ἔδειξεν.

VII. 834.

Stob. CV, 13. Arsen. Viol. p. 486. ed. Walz.

Ὦ δέσποτ', οὐδεὶς οἶδεν ἄνθρωπος γεγὼς
οὔτ' εὐτυχοῦς ἀριθμὸν οὔτε δυστυχοῦς.

Verba chori esse videntur sub fabulae finem pronuntiata. — Vs. 2. Rectissime monuit Dan. Heins. in l. Rutgers. Var. Lect. IV, p. 405 durum esse, quod εὐτυχοῦς et δυστυχοῦς pro τοῦ εὐτυχοῦς et τοῦ δυστυχοῦς dictum sit; id autem positum esse pro εὐτυχίας et δυστυχίας. cf. Antig. fgm. VI. τὸ νόθον. Antiop. fgm. XII. τὸ δοῦλον, etc.

VIII. 835.

Hesych. Εἰάζων, εἶα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ. cf. Valck. Diatr. p. 21.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA *).

836. I.

Stob. Ecl. Phys. I, 3, 2. p. 26. ed. Heer. Lucian. Iup. trag. 41. (T. II. p. 689. R. II. p. 504. Iac.) Clem. Alex. Strom. V, 14, § 115. (p. 717. P.) et hinc Euseb. Praep. Ev. XIII. p. 681., Athenag. Leg. p. 5. (p. 283. C. ed. Hag. Com. 1742.)

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις.
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Duos priores versus habet etiam Plut. de Exil. 5. (p. 601. A.), ad princip. inerud. III, 4. (p. 780. D.), Quaest. natur. 29. (p. 919. B.), Clem. Alex. Protrept. II. § 25. (p. 21. P.); versum 3. Lucian. Philopatr. 12. (T. IX, p. 248.). Eodem respicit Clem. Alex. Protrept. c. VII. § 74. (p. 63. P.). Locum Latine expressit Cic. de Nat. Deor. II, 25. *Vides sublime fusum, immoderatum aethera, Qui tenero terram circumiectu amplectitur? Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Iovem.* — Vs. 2. Musgr. pro καὶ sententiam τὸν requirere dicit, sed nullam mutationis caussam esse recte monuit Schaef. Melet. p. 39. Totum locum Valck. Diatr. p. 47. e Cressis petitum censuit, quum Ennii (apud Cic. de Nat. Deor. II, 2.) versus

Adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem.

qui hinc expressus esse videatur, ex Thyeste petitus sit. Sed quum infra Cressas et Thyesten diversas fabulas fuisse docuerimus, Euripideos versus potius, si quidem hos Ennius ante oculos habuit, ad Thyesten referemus. — Sententiae caussa cf. fgm. inc. fab. CXLVII. CCXX.

837. II.

Stob. Ibid. I, 4, 21. p. 114. ed. Heer. Plut. de sera num. vind. 2. (p. 549. A.)

*) De fragmentis asterisco notatis dubitari potest, sintne Euripidis an alius poetae. Sunt vero haec: XI, XXVI, L, LXIX, LXXVII, CXXVIII, CXXX, CLI, CCXXIX, CCXXXV. Reliqua, quae meris virorum doctorum coniecturis Euripidi tribuuntur, inter anonymorum poetarum fragmenta relegavi.

Οὗτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε — μὴ τρέσῃς —
παίσει πρὸς ἦπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
στείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ.

Vs. 1. Apud Stob. est *ἡ Δίκη σε πώποτε.* — Verba *μὴ τρέσῃς* autem, quae Plutarchus habet, saepius ita in parenthesi poni solent. cf. Elmsl. ad Med. vs. 301. — Vs. 4. Stob. habet *στείχουσ' ἀμάρτει*, quod Canter. mutari voluit in *ὁμαρτεῖ*, quo recepto recte Matth. monuit legi etiam oportere *τοῖς κακοῖς*. Sed Plutarchi codd. *μάρψει*, Grot. et Barnes. *μάρπτει*. Deinde Stob. *τοὺς κακοὺς ἀεὶ βροτῶν*, quod utrum acciperet an Plutarchi scripturam retineret, dubitavit Valck. ad Phoen. 87, ita tamen, ut l. c. Plutarchum sequi mallet, in Diatr. p. 186. vero illud praeferret. Ibidem illis subiungi voluit versum: *ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη*, qui e Phrixo (fgm. XV.) citatur. Ad sententiam cf. Archel. fgm. XXXVII.

III. 838.

Stob. Ibid. I, 4, 40. p. 126. Heer.

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖς,
ὅταν τις ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ,
ἢ δεσμὸν ἢ βίαια πολεμίων κακὰ,
ἢ παισὶν αὐθένταισι κοινωνῇ δόμων.
ἦ τἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι,
εἰ ταπιεικῇ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

Tres priores versus habet etiam Stobaeus in Floril. XXVIII, 12. Verba fecerunt de his versibus Luzac. Exercit. acad. p. 154. et Valck. Diatr. p. 187 sq. Vs. 1. Stobaei codd. in Ecl. *δοκεῖ*, in Floril. *δοκεῖς*, quod etiam Valck. proposuit, qui haec interrogando proferri censet, *huiccine tu deos esse putas ad condonandum faciles?* eumque secutus est Heerenius. Sed vix reperiatur particulae *τοι* in interrogationibus adhibitae exemplum. Pro *τοι* codd. V. A. E. Eclog. Stob. *τε* praebent, quod ferri potest, si versus ex continuitate sermonis evulsos esse statuimus. Musgr. *δόκει* probante Luzacio, quod propter vs. 5 sq. tolerari nequit. — Vs. 2. Stob. Floril. *ἐκφυγεῖν*, Ecl. *ἐκφεύγειν*, quod Valck. praetulit. Utrumque probum: sed Aoristus anteferendus videtur, quia is, qui haec dicit, non saepius, sed certo quodam tempore, quum opportunitate vel necessitate coactus esset, periurio mortem effugere voluisse credendus est. — Vs. 4. Valck. pro *παισὶν* scripsit *τοῖσιν*, vehementer repugnante Luzacio, qui, etsi in eadem domo cum scelestis versari nefas haberetur, tamen ignosci a deo potuisse recte monuit homini, qui filios scelere inquinatos receperit. Hi versus igitur e tragoedia petiti esse videntur, in qua pater filios homicidio pollutos domo receperat. *Αὐθέντης* enim significat *interfectorem*; cf. Herc. fur. 1359. Thom. Mag. v. *Δεσποτεία· Αὐθεντία παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ*

τῆς δεσποτείας ὀνόματος· τὸ γὰρ Αὐθέντης οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ φονέως τάττουσιν. Plura de huius vocis usu praebent Valck. Diatr. p. 188 sqq. Lobeck. ad Phryn. p. 120. — *Τοῖσι* autem ferri vix potest, nam mirum esset, si tam universe et de toto genere haec pronuntiarentur. Musgr. *πᾶσιν*, quod multo minus placet. — Vs. 5. pro ἦ τ' ἄρα Valck. veram scripturam revocavit ἦτ' ἀρα, cuius loco potius scribere debebat ἦ τἄρα; hic versus enim ex septem illis locis est, qui a particulis ἦ τοι ἄρα per crasin conflatis incipiunt. cf. Hippol. 480. 1028. Heracl. 651. Alc. 645. 735. Iphig. Aul. 1189. — Vs. 6. item Valck. εἰ pro vulg. ἦ bene restituit. *Τὰ ἐπιεικῆ, aequitatem*, quae peccantibus nonnunquam causa cognita ignoscit, iuris severitati (*τῇ δίκῃ*) opponi praeclare monuit Luzac. l. c.

839. IV.

Athen. XIII. p. 599. F. Stob. l. c. I, 10, 1. p. 268. sine nomine auctoris.

Τὴν Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός;
ἣν οὐδ' ἂν εἴποις, οὐδὲ μετρήσειας ἄν
ὅση πέφυκε κἀφ' ὅσον διέρχεται.
αὕτη τρέφει σὲ κἀμὲ καὶ πάντας βροτούς.
τεκμήριον δὲ μὴ λόγῳ μόνον μάθῃς,
ἔργῳ δὲ δείξω τὸ σθένος τὸ τῆς θεοῦ.
ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ.
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταὐτὸν δύο,
φύουσιν ἡμῖν πάντα καὶ τρέφουσ' ἅμα,
δι' ὧν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

Euripidis versus esse praeter Athenaeum testantur Aristot. Eth. Nicom. VIII, 1, 6. (Eudem. VIII. 1. p. 1235, 16. ed. Bek.) Magn. Moral. II, 11. p. 1210, 14. ed. Bek. Quos ex Oedipode fluxisse sibi persuasit Fulv. Ursinus et ad hanc fabulam rettulit sine causa Musgravius, sed rectius ad Hippolytum cum Matthiaeo et Welckero (p. 737.) rettuleris, praesertim cum Plut. Amator. XIII. 8. (p. 756. E.) primo fragmenti nostri versui Hippolyti vs. 499 sq. subiecerit. Tractavit eos Valck. Diatr. p. 51. — Vs. 2. *ἀλλ' οὐδ'* Stob. — Vs. 3. extat etiam ap. Plut. de virt. moral. 4. (p. 442. C.). Stob. *καὶ ἐφ'*. Ad dictionem *κἀφ' ὅσον διέρχεται* cf. Andromed. fgm. VIII. vs. 2. — Vs. 6. *τῆς* Athen. et Stob., male Matth. et Dindorf. *τοῦ*. cf. Pflugk. ad Heracl. 5. — Vs. 7 sqq. affert Aristot. Nic. Eth. l. c. *Εὐριπίδης μὲν φάσκων, ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν, ἐρᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν.* Magn. Mor. l. c. *ὅταν* utroque loco, in altero *ὅταν ξηρὸν ἢ πέδον*. *Ὅταν* habet etiam Stob.; Athenaei libri *ὅτε*. Septem deinceps versus ex Athenaeo affert Eu-

stath. ad Il. ξ', p. 967, 6. (978, 23.). Huc respexerunt Plut. Amator. XXIV, 5. (p. 770. A.) *Οὕτω γὰρ „ἐρᾶν μὲν ὄμβρου γαῖαν“ οἱ ποιηταὶ λέγουσι καὶ γῆς οὐρανὸν κτλ.* M. Antonin. X, 21. *ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα, ἐρᾷ δὲ σεμνὸς αἰθήρ.* E Menandro citat Schol. Hes. Theog. 138. — Vs. 8. *ἔχει.* codd. P. V. L. Athenaei, Stob. et Valck. l. c. *ἔχῃ* opt. cod. A. Athenaei. — Vs. 12. Pro *φύουσι* Valck. dedit *τίκτουσιν*, pro *καὶ τρέφουσ'* Stob. *κἀκτρέφουσ'*. Vs. 13. Stob. et Valck. *ὅθεν* pro *δι' ὧν.*

V. 840.

Stob. Ecl. eth. II, 11. p. 341. ed. Heer.

Τὰ πλεῖστα ϑνητοῖς τῶν κακῶν αὐϑαίρετα.

Euripidis versum esse inde consequitur, quod ad proximum locum, qui est Rhadam. fgm. II, adscriptum est *τοῦ αὐτοῦ Ῥαδ.*; praecedere igitur poetae nomen debuit. Atqui hoc fgm. a Dindorfio omissum, a Matthiaco inter dubia (XXI.) receptum est, quod miror.

VI. a. b. 841.

Stob. Floril. I, 6. sine nomine auctoris. Orion. Anthologn. (Farrag. Euripid. nr. 21. post tit. VIII.) p. 57. ed. Schneidew.

Οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον·
οὐ γὰρ πέφυκε δοῦλον οὔτε χρημάτων
οὔτ' ἀσφαλείας οὔτε ϑωπείας ὄχλου.
Ἀρετὴ δ', ὅσῳπερ μᾶλλον ἂν χρῆσϑαι ϑέλῃς,
τοσῷδε μᾶλλον αὔξεται τελουμένη.

Versus Euripideos esse ex Orione patet, ubi vs. 3. pro *ἀσφαλείας* legitur *εὐγενείας* et *ὄχλων* pro *ὄχλου*, quae scripturae nescio an in textum recipiendae sint. Nam Orionem multo meliore codice usum esse quam Stobaeum, etiam ex vs. 5. apparet. Ibi enim vulgo editum erat *λειουμένη*, correctum id ad Gesn. in *τελειουμένη*, a Valck. in *αὔξετ' ἠγλαϊσμένη*: sed recte Orio praebet *τελουμένη*, in quod etiam Rittershusius coniectura inciderat.

VII. 842.

Stob. I, 7.

Ἀρετὴ μέγιστον τῶν ἐν ἀνϑρώποις καλόν.

VIII. 843.

Stob. IV, 2.

Τὸ μὴ εἰδέναι σε μηδὲν ὧν ἁμαρτάνεις
ἔκκαυμα τόλμης ἱκανόν ἐστι καὶ ϑράσους.

Paris. A. *τὸ δὲ μηδ' εἰδέναι μηδέν.* **Trinc.** *τὸ μήδ' εἰδέναι μηδέν.* **Gesn.** *τόδ' εἰδέναι σε μηδέν.* **Grot.** *τὸ μὴ εἰδέναι σε μηδὲν*, **recte, ut videtur.**

844. IX.

Stob. IV, 19.

Τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν
εἰς συμφορὰν ἵστησι πολλὰ δὴ βροτούς.

Hoc fgm. in Paris. A deest, sed Trinc. et codd. Schow. Euripidi assignant. — Vs. 2. Trinc. et quinque MSS. apud Schow. *καθίστησι* pro *ἵστησι*, omnes vero contra metrum *πολλὴν δή*, unus B. *εἰς ἡδονὰς καθῆκε πολλὰ δὴ βρ.* Schow. igitur edidit: *εἰς συμφορὰν καθῆκε πολλὰ δὴ βρ.*, quod Matthiaeo probatur. In *πολλὰ* etiam Dobraeus (Add. in Aristoph. Plut. Pors. p. 136.) coniectura inciderat. Sed displicet etiam *δὴ* et fortasse pro *πολλὴν δὴ* scribendum est *πολλάκις*.

845. X.

Athen. XV. p. 665. A. Plut. de Garrul. 1. (p. 502. C.). Stob. IV, 30.

Εἴ μοι τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος
Ἀντήνορος δὲ τοῦ Φρυγὸς δοίη θεὸς,
οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι,
σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

Duos priores versus exhibet Athenaeus, unde mutuatus est Eustath. ad Il. *ψ'*. p. 1301, 37. (1415, 12.); posteriores Plut. et Stob. Utrumque locum recte coniunxit Musgr. haud dubie indicante Athenaeo, qui citatis istis versibus pergit: *κατὰ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην, ἑταῖρε Τιμόκρατες, οὐκ ἂν δυναίμην ἀπομνημονεύειν κτλ.* in quibus verba *οὐκ ἂν δυναίμην* Euripidis esse iam Schweighaeuserus perspexit. — Vs. 1. Barnesius *μέλι* scribi maluit pro *μέλος* propter versum Hom. Il. I. 249. *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.* Sed recte Matth. aliud esse monuit, facundiam cum melle comparare, aliud facundiam ipsum mel appellare, et *εὔγλωσσον* quidem, *disertum*.

846. XI. *

Stob. IV, 29.

Ἐπὴν ἐν ἀγαθοῖς εὐνοούμενός τις ὢν
ζητῇ τι κρεῖσσον ὧν ἔχει, ζητεῖ κακά.

In editt. Menandro tribuitur, et a Meinekio inter Menandrea (fgm. inc. CLXXI.) receptum est, sed Gesn. in marg. habet: *Al. hic adscribitur Eurip.* et in codd. B. C. Schow. et hi versus et qui proxime praecedunt adscriptum habent: *Εὐριπίδου.* Si Euripidis sunt, *ἐπὴν* et *κρεῖσσον* scribendum esse pro *ἐπὰν* et *κρεῖττον*, ut vulgo editur, manifestum est. Cf. inc. fab. fgm. XXVII. s. fin.

847. XII.

Stob. IV, 31.

Εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, κεἴ σ' ἐλάνθανεν πάρος,
τὸ σκαιὸν εἶναι πρῶτ' ἀμουσίας ἔχει.

Hic locus in Paris. A. deest. — Vs. 1. *Κεἴ σ' ἐλάνθανεν* ex Valckenari coniectura scriptum est, in quam etiam Porsonus (Adv. p. 276.) incidit; libri enim *κἂν εἴ σ'*. Gesn. in marg. et Grot. *κἄν σ' ἐλάνθανεν*, soloece. — Vs. 2. libri *ἀμουσίαν*, sed in marg. ed. 1559. *ἀμουσίας*, quod cum Grotio recepimus. Ad *πρῶτα* praeterea ex consuetudine sermonis Graeci articulus requiritur; sed vide Pflugk. ad Hecub. 794.

XIII. 848.

Plut. de aud. poet. 14. (p. 36. C.) Stob. V, 2.

Ἐγὼ δ' οὐδὲν πρεσβύτερον
νομίζω τᾶς σωφροσύνας,
ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ξύνεστι.

A Stobaeo hoc fragmentum Menandro, a Plutarcho rectius Euripidi tribuitur; id enim metrum etiam probabile reddit.

XIV. 849.

Athen. IV. p. 158. E. Gell. N. A. VII, 16.

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι
κατὰ τὸν σὸν Εὐριπίδην, γραμματικώτατε,
πλὴν δυοῖν μόνον
Δήμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου,
ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν;
ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή· τρυφῇ γέ τοι
ἄλλων ἐδεστῶν μηχανὰς θηρεύομεν.

Duos priores vs. exhibet Stob. V, 7. sine nomine auctoris; Plut. de aud. poet. (14. p. 36. F.), de Stoicor. repugn. XX, 8. (p. 1043. E.) et XXI, 1. (p. 1044. B.), tertium addit ibid. XXI, 7. (p. 1044 F.) Tres priores Sext. Empiric. adv. Gramm. I, 271. p. 661. ed. Bekk., Musonius ap. Stob. XL, 9. p. 79. ed. Gaisf., Eustath. ad Il. λ'. p. 868, 33. (815, 9.). Verba *τρυφῇ γέ τοι* cum versu quinto habet etiam Teles ap. Stob. CVIII, 82. Vs. 1. Sext. Emp. *τί γὰρ δέοι*, Eustath. *καίτοι τί δεῖ πλὴν δυοῖν μόνων*. Stob. *μόνοιν*, et sic Grot. edidit. — Vs. 2. *πόματος* Wyttenb. retinuit. Sed hoc vitium pluribus Euripidis locis insidet. cf. Monk ad Hippol. 209. — Vs. 3. Gell. *ἃ τινα πάρεστι*. Sext. *ἃ δὴ πάρεστι*. — Vs. 4. Gell. *πλησμονὴ*, Athenaei libri *πλησμονῆς*. Gell. et Teles Stobaei *τρυφῇ δέ τοι*. Praeclare monuit Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiquit. 1836. p. 57.) Euripidem haec verba ex Anaxagoreae philosophiae rivulis in hortos suos deduxisse. Haec enim docere Clazomenium ap. Plut. de Placit. Philos. I, 3, 8. (p. 876. D.) *Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος ἀρχὰς τῶν ὄντων τὰς ὁμοιομερείας ἀπεφήνατο· ἐδόκει γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι,*

πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναταί τι γίνεσθαι, ἢ φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν· τροφὴν γοῦν προσφερόμεθα ἁπλῆν καὶ μονοειδῆ, οἷον τὸν Δημήτρειον ἄρτον, τὸ ὕδωρ πίνοντες· καὶ ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς τρέφεται θρὶξ, φλὲψ, ἀρτηρία, νεῦρα, ὀστᾶ, καὶ τὰ λοιπὰ μόρια. κτλ. cf. fgm. CLII. Welck. fgm. ad Telephum refert. cf. Teleph. fgm. X. fin.

850. XV.

Stob. VII, 9. cum lemmate *Εὐριπίδου Ἡρακλεῖ.* Plut. de virt. moral. 7. (p. 447. F.)

Τὸ μὲν σφαγῆναι δεινὸν, εὔκλειαν δ' ἔχει,
τὸ μὴ θανεῖν δὲ δειλὸν, ἡδονὴ δ' ἔνι.

Stob. hos vs. falso ex Hercule citavit, sed fortasse sunt Herculis verba in Licymnio (similiter enim in Bachm. An. Gr. I. p. 412, 7. versus e Licymnio citatur; cf. Licymn. fgm. I.) vel in dramate quodam satyrico, velut Syleo, prolata. Vs. 2. Stob. *τὸ μὴ θανεῖν δ' οὐ δειλὸν* recte hoc improbatum a Pors. Adv. p. 276.

851. XVI.

Stob. IX, 15.

Φεῦ φεῦ, τὸ νικᾶν τἄνδιχ' ὡς καλὸν γέρας,
τὸ μὴ δίκαια δ' ὡς ἁπανταχοῦ κακόν.
καὶ γλῶσσα φλαύρα καὶ φθόνος τοῦ μὴ φθονεῖν·
ὅσῳ κάκιον μὴ καλῶς ὠγκωμένοις.

Vs. 1. *τἄνδιχ'* ex emendatione Musgravii edidimus pro vulg. *τὰ δίκαι'*. Pro *γέρας* margo Gesn., Voss., codd. D. F. ap. Schow. *μέγα.* — Vs. 3. Pro *γλῶσσα φλαύρα* margo Gesn. et codd. C. W. ap. Schow. *γαύρα*, quod Grot. recepit. Voss. *γλαύρα*, utraque scriptura confusa. Verba *γλῶσσα φλαύρα* Musgr. recte interpretatur, *lingua maledica.* Similiter Soph. Ai. 1302. Aristoph. Nub. 834. cf. Ruhnk. ad Tim. Sophist. Lex. Platon. p. 271. Extrema verba perperam vertit Grotius et quasi legisset *ὅσῳ κάκιον εἰ μὴ κ. ὠ.*; *οἱ καλῶς ὠγκωμένοι* enim, ut recte Matth. monuit, ii sunt, qui non honesto modo, sed fraude et malis artibus ad altum dignitatis vel potentiae gradum evecti sunt.

852. XVII.

Stob. XII, 1.

Λύστηνος, ὅστις καὶ τὰ καλὰ ψευδῆ λέγων
οὐ τοῖσδε χρῆται τοῖς καλοῖς ἀληθέσιν.

Vs. 1. Schow. e quattuor Mss. ediderat: *Ἦ που χαλεπόν ἐστι τὰ ψευδῆ λέγειν*, altero versu omisso. — Vs. 2. *καλοῖς* Grot. restituit pro codd. scriptura *κακοῖς*. Pors. Adv. p. 276. fragmentum bene sic emendavit: *δύστηνος, ὅστις τὰ καλὰ καὶ ψευδῆ λέγων Οὐ τοῖσδε χρῆται τοῖς καλοῖς κἀληθέσιν*, ex quibus Boiss. prioris tantum versus correctiones recepit, iure, si fgm. sequ. respicis.

XVIII. 853.

Stob. XIII, 1.

Πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω,
ἢ σκλήρ' ἀληθῆ; φράζε· σὴ γὰρ ἡ κρίσις.

XIX. 854.

Stob. XIII, 15.

Ἀτὰρ σιωπᾶν τά γε δίκαι' οὐ χρή ποτε.

Fortasse ad Inonem pertinet. Cf. Inon. fgm. IX, XVI.

XX. 855

Stob. XX, 12.

Πόλλ' ἔστιν ὀργῆς τῆς ἀπαιδεύτου κακά.

Cohaerebat olim cum Archelai fgm. XXXIV, quod vide. Ad sententiam cf. Chaerem. ap. Stob. XX, 15. *ἡγοῦ δὲ πάντα γίνεσθαι κακὰ* et ibid. 16. *ὀργὴ δὲ πολλοὺς δρᾶν ἀναγκάζει κακά.* (fgm. inc. IX, X. ed. Bartsch.)

XXI. 856.

Stob. XX, 25.

Ὀργαὶ γὰρ ἀνθρώποισι συμφορᾶς ὕπο
δειναὶ πλάνος τε καρδίᾳ προσίσταται.

Euripidi tribuitur in Gesn. Schow. et Paris B., in A. deest.

XXII. 857.

Stob. XX, 39. Apostol. XIV, 7. Arsen. Viol. p. 378. ed. Walz.

Ὁ θυμὸς ἀλγῶν ἀσφάλειαν οὐκ ἔχει.

Sine lemmate est ap. Trinc. et Gesn., ap. Schow. cum lemmate *τοῦ αὐτοῦ* i. e. *Εὐριπίδου*, nam praecedit Euripidis locus. In Paris. A. deest. Apud Apost. adiectum est Euripidis nomen.

XXIII. 858.

Stob. XX, 40.

Ἐν τοῖς κακοῖσι συγγένει' ὅταν παρῇ
τραχεῖα κὠξύθυμος, ἀμαθίαν ἔχει.

Trinc. Gesn. Schow. sine lemmate, sed Gesn. et Schow. cum Euripidis loco tam arcte coniunctum praebent, ut huius pariter esse videatur.

XXIV. 859.

Stob. XXII, 5. Arsen. Viol. p. 217. ed. Walz.

Ὅταν δ' ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινὰ,
λαμπρῷ τε πλούτῳ καὶ γένει γαυρούμενον,
ὀφρῦν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα,
τούτου ταχεῖαν νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα·
ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον, ἵνα μεῖζον πέσῃ.

Euripidi tribuitur in Paris. A., Trinc. et ap. Schow., Philistioni (i. e. Philemoni) ab Arsen., Anton. Melissa p. XXX. p. 141. et auctore Comparat. Menandri et Philem., Menandro a Grotio, quem Valck. non sequi debebat. Vs. 1. Post ὅταν recte Meinekius (Menandr. p. 305.) δ' inseruit. Arsen. ἐὰν ἴδῃς πονηρὸν εἰς ὕψος αἰρόμενον. — Vs. 2. idem et Gaisf. λαμπρῷ e codd. dederunt pro vulg. λαμπρῶς. Arsen. τύχῃ pro γένει. — Vs. 3. Arsen. Καθηρκότα. Ad locutionem μείζω τῆς τύχης cf. Heracl. 933. μείζω τῆς τύχης φρονῶν πολύ et ad h. l. Elmsl. — Vs. 4. Auct. Compar. Menandr. et Phil. ἧξειν pro εὐθὺς. Arsen. τούτῳ τάχιον τὴν μεταβολὴν προσδόκα. — Vs. 5. a Stobaeo omissus extat apud Arsen. et Ant. Meliss., sed Arsen. post ἵνα inseruit καί. In eo tamen recte mireris dictum esse μεῖζον πεσεῖν, quod praeter hunc locum vix usquam reperias. Ad sententiam Clericus confert Iuv. X, 104. Claud. Rufin. I, 22. Ad verbum fere consentit locus Minucii Felic. p. 340. *miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius.* — Euripideos esse hos versus etiam propter vs. 2. censeo, quippe qui fere non differat a Stheneb. fgm. II. vs. 1., quare locum ad Inonem (cf. Inon. fgm. XXII.) referam.

860. **XXV.**

Stob. XXII, 6.

Κρινεῖ τίς αὐτὸν πώποτ' ἄνθρωπον μέγαν,
ὃν ἐξαλείφει πρόφασις ἡ τυχοῦσ' ὅλον;

Vs. 1. recte Valck. Diatr. p. 223. correxit κρινεῖ τίς αὐτὸν (αὐτὸν iam Barnes.) pro vulg. κρίνει τίς αὐτόν, ac postea ἀνθρώπων, cuius loco Matth. ἄνθρωπος scribi maluit. Sed accusativus optime se habet. — Vs. 2. Valck. οὐ τυχοῦσ' pro ἡ τυχοῦσ' voluit, bene id improbatum a Matthiaeo, nam ἡ τυχοῦσα πρόφασις est quaelibet vel levissima occasio.

861. **XXVI. ***

Stob. XXII, 31.

Εὐδαιμονί' εἰώθεν
ὑπερηφανίας ποιεῖν.

Euripidi assignatur in Trinc. et Paris. B. a manu prima, sed Εὐριπίδου expunctum a m. sec. In codd. Schow. et, ut videtur, in Paris. A., nam Grotius incerto tribuit, lemma deest. Quod vero Matth. dicit, Euripidis locum non esse, ex numeris apparere, non probaverim, quum locus, ut ex elisa longa vocali apparet, manifesto corruptus sit. Qui quomodo restituendus sit alii videant.

XXVII. 862.

Stob. XXIII, 5. Arsen. Viol. p. 72. ed. Walz. *Boisson.* Anecd. Gr. Vol. I. p. 114.

Ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ,
αὐτοὶ δ' ὅταν σφαλῶμεν, οὐ γιγνώσκομεν.

Stobaei, Arsen. et Boisson. codd. hos vs. Euripidi tribuunt; sed iidem ut Menandrei leguntur in *γνώμαις μονοστίχοις* ap. Meinek. p. 313. vs. 46. (Poet. com. Vol. IV. p. 341.), ubi vs. 2. sic scribitur: *αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γιγνώσκομεν.* Eandem scripturam praebet Boisson. l. c. et Orion. Anthologn. ed. Ritschl. (Ind. lectt. Bonn. 1839—40. p. VI. l. 12.) Sed facile et Euripidis et Menandri possunt esse, (quod praeter alios prudenter nuper a Schneidewino monitum est Coni. crit. p. 87. et 89.) si quidem a poetis comicis Euripidis versus aut integros aut paullum immutatos in usum suum conversos et Menandrum saepissime Euripidem imitatum esse consideramus. cf. Meinek. Poet. com. IV, p. 705 sq. Ad sententiam cf. Terent. Andr. II, 1. 9.

XXVIII. 863.

Stob. XXIX, 56.

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

Deest in Paris. A. Cf. Andromed. fgm. XXXVI. Ad sententiam Hippol. fgm. IV. Ab hoc versu fere non diversus est Hypsip. fgm. X. vs. 8.

XXIX. 864.

Stob. XXXIV, 1.

Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖσσον, ἢ σιγὴν ἔχε.

Gesn. marg. *Euripidis*, al *Dionysii*. Euripidi tribuit etiam Trinc., Grotius incerto. *Κρεῖσσον* pro *κρεῖττον* iam Dindorfius restituit. Poeta ante oculos habuisse videtur Pythagorae dictum ap. Stob. XXXIV, 8. et Arsen. Viol. p. 280. ed. Walz. *ἢ σιγὴν καίριον, ἢ λόγον ὠφέλιμον ἔχε.* Cf. Philonid. ap. Stob. XXXIII, 7. *κρεῖσσον σιωπᾶν ἐστιν ἢ λαλεῖν μάτην.* et gnom. 256, quas e cod. Monac. Walzius ad calc. Arsen. Viol. (p. 512.), e cod. Voss. L. R. Beynen (Lugd. Bat. 1837.) edidit.

XXX. 865.

Stob. XXXIX, 2.

Μὴ κάμνε πατρίδα σὴν λαβεῖν πειρώμενος.

Euripidis versum esse recte Matth. inde collegisse videtur, quod alii Euripidis loco lemmatis experti subiectus est. Quem Welck. ad Archelaum refert. Paris. B. a m. sec. *συλλαβεῖν* pro *σὴν λαβεῖν.*

XXXI. 866.

Stob. XL, 8. Apostol. IV, 8.

Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος,
ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Cum his vs., quos Barnes. ad Phoenicem (cf. fgm. XIII.) retulit, iamiam idem locum Ovid. Fast. I, 493. „*Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor, Ut volucri vacuo quidquid in ore patet,*“ comparavit. — Vs. 2. cf. Phaeth. fgm. IV, Aristoph. Plut. 1152. Cic. Tusc. V, 37. et Davis. ad h. l. Valck. Diatr. p. 270.

867. XXXII.

Stob. XLIII, 12.

Δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἀνευρίσκειν κακά.

Deest in Paris. A.

868. XXXIII.

Stob. XLIII, 13.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον·
χρὴ γὰρ τύχας μὲν τὰς μάτην πλανωμένας
μηδὲν δύνασθαι, τἀμφανῆ δ' ὑψήλ' ἄγειν.
Ὅστις κατ' ἰσχὺν πρῶτος ὠνομάζετο
ἢ τόξα πάλλων ἢ μάχῃ δορὸς σθένων,
τοῦτον τυραννεῖν τῶν κακιόνων ἐχρῆν.

Nomen Euripidis huic fgm. non adscriptum est in Trinc., quum vs. proxime praecedens ad eum relatus sit; Euripidis autem esse etiam inde liquet, quod vs. 1. ad verbum cum Hecub. vs. 805. conspirat, de qua versuum e diversis fabulis petitorum convenientia ad Aegei fgm. IX. monuimus. Totus locus deest in Paris. A. — Matth. eum in duo fgm. disiungendum esse censet, quum vs. 4. nullius particulae vinculo cum praecedentibus coniunctus sit. Sed vereor ut haec ratio sufficiat; etenim nulla particula inserta extremorum versuum sententia optime cum antecedentibus cohaeret. Vs. 2. autem probo, quod Matth. *χρῆν* legi voluit, quum sermo de eo sit, quod non fit, etsi fieri debet; itaque recte Grotius vertit: *Oportuit.* Ceterum non raro *χρὴ* et *χρῆν* inter se commutata sunt. cf. Inon. fgm. XVIII. vs. 2. — Vs. 5. Wyttenb. Bibl. crit. III, 4. p. 83. haesit in verbo *πάλλων, vibrans, quatiens*, idque a re alienum et in *βάλλων* mutandum esse iudicavit, ut esset *sagittas iaciens, emittens*; *τὰ τόξα* enim non modo *arcum*, sed etiam *sagittas* significare teste Eustath. p. 1248. Ex parte haec tantummodo vera sunt: *τὰ τόξα* enim nunquam de solis sagittis dici potest, sed indicat arcum et quidquid ad eum pertinet, h. e. arcum simul cum sagittis *(das Geschoss)*. cf. Interprett. ad Soph. Phil. 652. Eurip. Ion. 526. Hinc *τόξα πάλλειν* optime dici, *τόξα βάλλειν* vero ferri vix posse intelligitur.

869. XXXIV.

Stob. XLIII, 16.

Ἀλλ᾽ οὔποτ᾽ αὐτὸς ἀμπλακὼν, ἄλλον βροτὸν
παραινέσαιμ᾽ ἂν παισὶ προσθεῖναι κράτη,
πρὶν ἂν κατ᾽ ὄσσων τυγχάνῃ μέλας σκότος,
εἰ χρὴ διελθεῖν πρὸς τέκνων νικώμενον.

Vs. 1. Construendum esse: *ἀλλ᾽ οὔποτε παραινέσαιμ᾽ ἄν, ἄλλον βροτὸν προσθεῖναι παισὶ κράτη* vix est, quod moneamus. Vs. 3. ad *τυγχάνῃ* supplendum *ὤν*, quod nonnumquam omitti Matth. Gr. Gr. § 553. p. 1282. docuit. At haud scio an Monkii (ad Hippol. 1442.) emendatio: *πρὶν ἂν κατ᾽ ὄσσων κιγχάνῃ μ. σκ.* accipienda sit. Similiter enim dicit Eurip. Hipp. l. c. *αἰ αἰ· κατ᾽ ὄσσων κιγχάνει μ᾽ ἤδη σκότος*, ubi etiam Florent. A. 10. praebet *τυγχάνει*. De verbo *κιγχάνειν* tragicis a Porsono restituto vide Monk. l. c. *Κιγχάνῃ* si scribitur, supplendum esse *αὐτὸν*, facile apparet; *μέλας σκότος* Grotius scripsit pro vulg. *με καὶ σκ.*; Gesn. in margine voluit *τινὰ σκότος*. Vs. 4. pro *εἰ* Gesn. in margine probabiliter coniecit *ἢ*, idque Musgr. recepit vertens: *alioqui sub liberorum dominatu vitam agere oportebit.* Th. Bergkius vero servato *εἰ* in fine vs. *νικώμενον* in *τιμώμενον* mutari voluit, quod, etsi verba *νικᾶν* et *τιμᾶν* saepius confusa esse constat, hoc loco tamen minus placet; nam, ut ex praecedentibus vs. liquet, poeta dixisse videtur: eum, qui liberis ante mortem regnum tradat, ipsum sub eorum potestatem redigi. Requiritur igitur verbum *νικᾶν* vel simile quoddam. — Welckerus hos versus ad Archelaum rettulit, male, nam ibi Cisseus rex filiis imperium non tradidit, itaque de se ipso dicere non potuit *αὐτὸς ἀμπλακών*. Huius loci similis est Phaeth. fgm. VI.

XXXV. 870.

Stob. XLIV, 1.

Ἄρχεσθαι χρεὼν
κακοὺς ὑπ᾽ ἐσθλῶν καὶ κλύειν τῶν κρεισσόνων.

Euripidi tribuunt Trinc. Gesn. Grot. In Paris. A. lemma deest teste Gaisf. cf. Valck. Diatr. p. 266. Archel. fgm. XXIX.

XXXVI. 871.

Stob. XLVI, 3. Apost. X, 94.

Ἐγὼ γὰρ, ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ
βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν,
πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ᾽ ἂν οὐ τρέσας θεούς·
κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πράσσειν ἀεί.

Welckerus (p. 682.) hos versus ex Cressis ductos censet, sed p. 1594. parum sibi constans potuisse eos etiam in Telepho vel in Stheneboea legi dicit. Vs. 2. *βωμὸν προσίζειν* ad aram considere, confugisse. cf. Androm. 597 sq. Hec. 933. Herc. fur. 48. (Pflugk.)

872. XXXVII.

Stob. XLVIII, 2.

Ἀλλ' οὐ πρέπει τύραννον, ὡς ἐγὼ φρονῶ,
οὐδ' ἄνδρα χρηστὸν νεῖκος αἱρεσθαι κακοῖς·
τιμὴ γὰρ αὕτη τοῖσιν ἀσθενεστέροις.

Fortasse ex Alexandro petiti sunt versus.

873. XXXVIII.

Stob. XLIX, 4. c. lem. *Εὐριπίδου Ἠλέκτρᾳ.*

Ἡ γὰρ τυραννὶς παντόθεν τοξεύεται
δεινοῖς ἐρῶσιν, ἧς φυλακτέον πέρι.

In Electra non leguntur. Vs. 2. pro ἧς Grot. e Paris. A. dedit οἷς; utrumque falsum iudicans Valck. ad Herod. III, 53. p. 223. et Diatr. p. 226. scripsit: *δεινῶς ἐρῶσιν, οὓς φυλακτέον, πάτερ.* Haec emendatio quamvis ingeniose excogitata et admodum probabilis sit, tamen praeter *δεινοῖς* quidquam mutare non ausim, quum de loco continuitati verborum evulso satis certo iudicari non possit et dictio *φυλάσσεσθαι περί τινος*, licet exemplis careat, rationi non repugnet. Significant igitur verba *ἧς φυλακτέον πέρι, cuius (regni) caussa cavendum est (sc. ne rapiatur).* Welckerus probabiliter ad Archelaum refert. Cf. ibid. fgm. XX sq.

874. XXXIX.

Stob. LI, 6.

Σὺν τοῖσι δεινοῖς αὔξεται κλέος βροτοῖς.

Fortasse ex Archelao petitum est, ubi plures similes sententiae reperiuntur. cf. Archel. fgm. VIII. Aesch. ap. Clem. Alex. Strom. IV, 7. § 50. p. 586. P. *τῷ πονοῦντι δ' ἐκ θεῶν ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.*

875. XL. XLI.

Stob. LI, 14.

Νεανίας γὰρ ὅστις ὢν Ἄρη στυγεῖ
κόμη μόνον καὶ σάρκες, ἔργα δ' οὐδαμοῦ.

Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον, ὡς ἡδὺς βίος
ὅ τ' ὄλβος ἐξωθέν τίς ἐστι πραγμάτων.
ἀλλ' οὐκ ἔνεστι στέφανος οὐδ' εὐανδρία,
εἰ μή τι καὶ τολμῶσι κινδύνου μέτα.
οἱ γὰρ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν,
ἡ δ' εὐλάβεια σκότον ἔχει καθ' Ἑλλάδα,
τὸ διαβιῶναι μόνον ἀεὶ θηρωμένη.

Vs. 1. στυγῆ (i. e. στυγῇ) Voss. Trinc., quod si non verum, certe fe-

rendum est. Paris. A. B. ὧν omittunt. Versum 3. citat etiam Athen. XIV. p. 641. C. A quo novum fragmentum exordiri recte Matth. monuit, illud quidem similis argumenti, neque vero ullo vinculo cum iis, quae praecedunt, coniunctum. Apud Stobaeum vero saepius plura fragmenta coaluisse pluribus locis supra vidimus. Cf. Belleroph. fgm. XV. — Vs. 3. De figura dicendi ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον, ὡς ἡδὺς βίος ἐστὶ pro ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον βίον, ὡς ἡδύς ἐστιν vide ad Phaëth. fgm. V. vs. 18. — Vs. 4. Valck. Diatr. p. 227. legi voluit ὅ τ' ὄλβος ἔξωθ' εἴ τις ἐστὶ πραγμάτων: recte autem Matth. monuit, nec ἔξωθε nec ἔσωθε a tragicis unquam dictum esse. Heathius pariter hoc versu offensus, quem sententia carere dicebat, coniecit: ὅ τ' ὄλβος ὡς ἔξω μέν ἐστι πραγμάτων, *opesque quantum molestia omni expertes*, quam coniecturam Matth. propterea improbandam esse iudicavit, quod ἔξω εἶναι πραγμάτων dici non posset. Sed similiter in Troad. 345. legitur: ἔξω μεγάλων ἐλπίδων. Heracl. 110. ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα. Soph. OT. 1390. ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ. Aesch. Prom. 263. ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, παραινεῖν etc. et hunc loquendi usum tuiti sunt Lobeck. ad Phryn. p. 128. Pinzg. ad Lycurg. IV, 1. V, 37. Wund. ad Soph. Phil. 886. Tamen ipse eam nullo modo probaverim, praesertim quum versus utique nulla emendatione indigeat. Graeci enim non modo ἔξω εἶναί τινος, *ab aliqua re liberum esse*, sed eadem significatione etiam ἔξωθεν εἶναί τινος dixerunt. cf. Soph. El. 1447. συμφορᾶς γὰρ ἂν ἔξωθεν εἶην τῶν ἐμῶν τῆς φιλτάτης· Eurip. Herc. fur. 723. El. 901. Nihil igitur emendandum erat, sed particula ὡς ex antecedente versu repetita haec optima evadebat sententia: *et opulentia, quantum libera quodammodo sit a molestiis.* Πράγματα autem hoc loco *laborum, molestiarum* significationem habere ex sequentibus apparet, quibus, qui laboribus periculisque vitatis vitam degit, reprehenditur. — Vs. 5. haud dubie cum Iacobsio ad Anal. Br. VIII. p. 331. scribendum est εὐδοξία pro εὐανδρία, quod vocabulum ex vs. 7. illatum esse videtur. Ad sententiam cf. Archel. fgm. VIII—XI. — Vs. 7. extat etiam in Archel. fgm. VIII, praeterquam quod in fine legitur εὐδοξίαν pro εὐανδρίαν. — Vs. 8. σκότον ἔχειν eadem ratione positum videtur, qua nostrates dicunt: *sich im Lichte stehn, im Schatten stehn.* — Καθ' Ἑλλάδα habent Paris. A. Voss. Arsen. pro vulg. ἀν' Ἑλλάδα.

XLII. 876.

Stob. LXVII. 8.

Οἰκοφθόρον γὰρ ἄνδρα κωλύει γυνὴ
ἐσθλὴ παραζευχθεῖσα, καὶ σώζει δόμους.

Pertinet fortasse ad Phrixum. cf. Phrix. fgm. IV.

XLIII. 877.

Stob. LXIX, 3.

Οὐ πάντες οὔτε δυστυχοῦσιν ἐν γάμοις

οὔτ' εὐτυχοῦσι· συμφορὰ δ', ὃς ἂν τύχῃ
κακῆς γυναικὸς, εὐτυχεῖ δ' ἐσθλῆς τυχών.

Vs. 2. συμφορὰ δ', ὃς —. De hoc loquendi usu cf. Aeol. fgm. IV.

878. XLIV.

Stob. LXIX, 5.

Μακάριος, ὅστις εὐτυχεῖ γάμον λαβὼν
ἐσθλῆς γυναικὸς, εὐτυχεῖ δ' ὁ μὴ λαβών.

Lobeck. ad Phryn. p. 277. correxit: ὅστις ἂν τύχῃ et δυστυχεῖ δ' ὁ μὴ λαβών. At correctione nulla opus est; sententia enim haec est: *Beatus ille, cui bona uxore in matrimonium ducta fortuna favit; favit vero* (etiam) *ei, qui nullam duxit.* Si quid mutandum, vs. 2. pro εὐτυχεῖ δ' ὁ μὴ λ. scribi malim εὐτυχεῖ χὠ μὴ λαβών.

879. XLV.

Stob. LXXI, 5.

A. *Ἐγὼ παρέξω λέκτρα σοι καλῶς ἔχειν.*
B. *Δίκαιόν ἐστιν, οἵσι συγγηράσομαι.*

Ita ex emendatione Valck. Diatr. p. 228. scriptum est pro vulg. ἐγὼ γὰρ ἕξω λέκτρα αὐτοῖς καλῶς ἔχειν, δίκαιόν ἐστιν, οἷσι συγ. Idem monuit, verba esse patris cuiusdam cum filia colloquentis. Grotius scripserat: ἐγὼ γὰρ ἃ ἔχω (᾽ἄχω) λέκτρα, τάδε καλῶς ἔχειν, δίκαιόν κτλ. et verterat: *Nam quod iugale contigit foedus mihi, hoc me tenere fas ad aetatem ultimam.* Scalig. ἐγὼ γὰρ ἃ ἔχω λέκτρα τοῖς αὐτοῖς ἔχειν.

880. XLVI.

Stob. LXXIII, 1.

Δεινὴ μὲν ἁλκὴ κυμάτων θαλασσίων,
δειναὶ δὲ ποταμοῦ καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαὶ,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία·
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ, κακὸν,
οὐδ' ἂν γένοιτο γράμμα τοιοῦτ' ἐν γραφῇ,
οὐδ' ἂν λόγος δείξειεν· εἰ δέ του θεῶν
τόδ' ἐστι πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν
μέγιστος ἴστω καὶ βροτοῖσι δυσμενής.

Planudes vit. Aesop. p. 12. (28.) duo priores vs. sic exhibet: πολλαὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων, πολλαὶ δὲ ποταμῶν καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί, unde Musgr. δειναὶ ὀργαὶ et ποταμῶν recepit. — Vs. 2. θερμοῦ, quod Gesn. in marg. habet tanquam var. lect., praebet etiam Paris. A., unde recte a Dindorfio receptum est; nam ποταμοῦ πνοαὶ, quomodo θερμαὶ dici possint, non video. Ceterum memorabilis est locus, quippe ex quo colligi possit, veteribus vaporis vim non ignotam fuisse. —

Vs. 5. Sententia haec est: *nec pingendo talis descriptio fiat*; γράμμα enim non modo de literis, quae scribuntur, sed de signis quoque et imaginibus, quae depingendo efficiuntur, ponitur. Cf. Valck. ad Theocr. XV, 81. Iacobs. ad Anth. VI, p. 186. et ad Philostr. Imag. p. 580. Γραφὴ autem id, quod scriptum aut pictum est, significat, *scripturam*, *imaginem*, *picturam*. cf. Valck. ad Phoen. 131. Plat. Tim. p. 19. B. Symp. p. 193. A. Eurip. Ion. 271. δίδωσι δ', ὥσπερ ἐν γραφῇ νόμίζεται; Dio Chrys. XXI, p. 500. — Vs. 6. pro δείξειεν Gesn. marg., Par. B. Voss. Arsen. λέξειεν praebent, quam scripturam cum illa saepius confusam longe deteriorem esse iam Pors. ad Phoen. 539. ostendit. — Vs. 8. δημιουργὸς ὢν — ἵστω. De participio cum verbis sentiendi coniuncto disputarunt Valck. et Monk. ad Hipp. 304. Praecipue ἵστω saepius ita adhibitum reperitur. cf. Alc. 150. Melanipp. fgm. XIII. — Welck. hos versus ad Bellerophontem rettulit, sed mihi potius sive in priori Hippolyto sive in Stheneboea sive in Phoenice locum habuisse videntur, quamquam difficile esse scio, certi quidquam ea de re statuere, quum nulla fere reperiatur fabula, in qua Euripides in mulieres non invectus sit.

XLVII. 881.

Stob. LXXIV, 10.

Μοχθοῦμεν ἄλλως θῆλυ φρουροῦντες γένος·
ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκεν ἔνδικος,
τί δεῖ φυλάσσειν κἀξαμαρτάνειν πλέον;

Vs. 1. Paris. A. φρονοῦντες. — Vs. 2. ἔνδικος ex coniectura Gesn. dederat, quod nunc auctoritate Par. B. firmatur. Par. A. ἔνδον. Gaisf. coni. πέφυκ' ἔνδον μένειν, et id Boisson. recepit. — Vs. 3. τί δὴ φυλάσσει. Par. A. — Welck. hos vs. admodum probabiliter ad Danaën (cf. fgm. VI.) refert.

XLVIII. 882.

Stob. LXXIV, 15. Arsen. Violet. p. 171. ed. Walz. sine nomine auctoris.

Γυναικὶ δ' ὄλβος, ἢν πόσιν στέργοντ' ἔχῃ.

Arsen. male ἂν et ἔχει. Similis est locus Hec. 241 sq.

XLIX. 883.

Stob. LXXVI, 7. Schol. ad Odyss. ά, 215. Eustath. ad Odyss. ά, p. 1412, 14. (= 49.) ὅτι δὲ τῇ μητρὶ ἀνάκειται ἡ περὶ τῶν παίδων ἀκριβὴς εἴδησις, δηλοῖ καὶ Εὐριπίδης λέγων·

Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός·
ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν ὄνθ', ὁ δ' οἴεται.

καὶ Μένανδρος· αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο, ἀλλ' ὑπονοοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν. Hinc explicari potest, qui factum sit, ut Stob. hos vs. sub Menand. nomine citaverit; propter sententiarum

similitudinem enim poetarum nomina confudit, nisi re vera etiam hoc loco Menander Euripidem imitatus est. cf. inc. fab. fgm. XXVII. fin. — Ad sententiam cf. Phoen. 367. *καὶ φιλότεκνόν πως πᾶν γυναικεῖον γένος.* Herc. fur. 636. — Vs. 2. Stob. *οἶδεν υἱόν.*

884. L. *

Stob. LXXVIII, 3. Clem. Alex. Paed. I, 6, 48. p. 127. P. sine lemm.

Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.

De his versibus sub finem Aegei fabulae disputavimus. cf. Pflugk. ad argum. Med. p. 9 sq.

885. LI.

Orion. Anthologn. (farrag. Eurip. nr. 7. post tit. VIII.) p. 56. ed. Schneidew.

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.
ὅστις δὲ τοὺς φύσαντας μὴ τιμᾶν θέλῃ,
μή μοι γένοιτο μήτε συνθύτης θεοῖς,
μήτ' ἐν θαλάσσῃ κοινόπλουν στέλλοι σκάφος.

Stob. LXXIX, 2. duos priores versus cum lemmate *Εὐριπίδου Ἡρακλειδῶν* affert, sed ex incerta fabula petitos esse monuit Grotius; Trinc. simpliciter habet nomen Euripidis. — Vs. 3. Schneidewinus *τὼ φύσαντε* correxit; sed scribendum fortassis est *τὸν φύσαντα.* Ceterum vs. 3. cum praecedentibus non bene cohaeret. Recte simul Schneidew. coniunctivum *θέλῃ* offensioni esse non debere monuit, licet *ὅστις* cum Indicativo praecesserit. cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 761. Herm. de part. *ἄν.* II. c. 7. p. 95 sq. Reinh. Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 499 sq. p. 545 sq. et ad Med. 516. Matth. Gr. Gr. § 527. not. 2. et § 528. — Vs. 4. Orio vitiose *τοῖς θεοῖς.* Ad sententiam Schneidewinus confert Hor. Od. III, 2, 56. Eurip. El. 1354. (1349.) Aesch. S. c. Th. 584. *ἦ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινί, ὅλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει. Κοινόπλους* habet etiam Soph. Ai. 859.

886. LII.

Stob. LXXIX, 3. inter duos locos Euripideos, alterum ex Heraclidis, alterum ex Erechtheo petitum, hunc versum exhibet:

καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

A praecedentibus et sequentibus primus disiunxit Grotius, et scripsit: *χρὴ τοῖς κτλ.* vel *Δεῖ τοῖς κτλ.* probante Valck. Diatr. p. 228. — Welckerus ad Erechtheum refert, sine caussa.

LIII. 887.

Stob. LXXIX, 27.

Ἀλλ᾽ ἴστ᾽, ἐμοὶ μὲν οὗτος οὐκ ἔσται νόμος,
τὸ μὴ οὐ σὲ, μῆτερ, προσφιλῆ νέμειν ἀεὶ
καὶ τοῦ δικαίου καὶ τόκων τῶν σῶν χάριν.
στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν
μάλισθ᾽· ὁρίζω τοῦτο, καὶ σὺ μὴ φθόνει·
κείνου γὰρ ἐξέβλαστον, οὐδ᾽ ἂν εἰς ἀνὴρ
γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.

Vs. 2. vulgo erat: *οὔ σε μᾶτερ.* Paris. B. *οὐδὲ μῆτερ.* Pro vulg. *δεῖ* primus Scalig. *ἀεὶ* restituit. — Vs. 3. *τῶν* in Paris. A. deest. — Vs. 5. *ὀβρίζω* (sic) Trinc. et vs. sq. *ἐξέβλαστεν.* — Vs. 7. Coraes ad Nic. Damasc. p. 375. ingeniose correxit *αὐχήσειεν*; sed dubitationem movet et sententia et constructio cum genitivo. Quare locum, quum non habeam, quod substituam, corruptum reliqui. Welck. locum ad Melanippam rettulit. cf. Melanipp. fgm. XVIII.

LIV. 888.

Stob. LXXXI, 3.

Καὶ τῶν παλαιῶν πόλλ᾽ ἔπη καλῶς ἔχει.
λόγος γὰρ ἐσθλὸς φάρμακον φόβου βροτοῖς.

Male Grotius in interpretatione Latina hoc fragmentum in duos versus distinxit, quorum alterum Euripidi, alterum incerto poetae tribuit. Optimam enim coniuncti praebent sententiam.

LV. 889.

Stob. LXXXIV, 2.

Τὸν τῇ φύσει
οἰκεῖον οὐδεὶς καιρὸς ἀλλότριον ποιεῖ.

Euripidi assignat Trinc. et Gesn.; incerto Grotius. In Paris. A. deest. — Vs. 2. metri causa *ἀλλοῖον* scribendum videtur.

LVI. 890.

Stob. LXXXVII, 8.

Ἡ φύσις ἑκάστῳ τοῦ γένους ἐστὶν πατρίς.

Πατρὶς nisi ea significatione, qua *πατριὰ* solet, adhibitum est, mutandum videtur in *πάτρα*: haud dubie enim dicere voluit poeta, in amico eligendo vel consociatione cum aliquo ineunda non esse spectandum, quam illius genus stirpem habeat (*ἡ τοῦ γένους πάτρα*) h. e. non esse generis nobilitatem curandam, sed videndum, qua animi indole ipse sit.

LVII. 891.

Stob. LXXXVIII, 1.

Εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα,
ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.

Hinc sumsit auctor libelli inter Plutarcheos *περὶ εὐγενείας* p. 243. ed. Wolf. T. V. p. 964. Wyttenb. Pertinet fortasse ad Inonem. cf. Inon. fgm. III. Welck. ad Oeneum rettulit. — Vs. 2. ad sententiam cf. Temen. fgm. XV.

892. LVIII.

Stob. LXXXVIII, 8.

Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι
χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα.
πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ.

Vs. 1. ex emendatione Piersoni Verisim. p. 138. exhibitus est, quum vulgo legeretur: *τόσον δὲ παῖδας σωφρονοῦν ἐπίσταμαι.* Paris. A. habet *παῖδα*, Par. A. B. *σωφρονοῦντ'*. Grotius e coniectura dedit: *τούτου δὲ πατέρα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι.* Monk. ad Hippol. vs. 1249. hos versus ex priore Hippolyto petitos esse censuit, quam opinionem Matthiaeus, Dindorfius, Welckerus, alii probarunt. cf. Hippol. fgm. XV. sub fin. Equidem rem in medio relinquo, nam possunt etiam in Phoenice locum habuisse. cf. Phoen. fgm. V.

893. LIX.

Stob. XC. 3.

Οὐ γάρ τις οὕτω παῖδας εὖ παιδεύσεται,
ὥστ' ἐκ πονηρῶν μὴ οὐ κακοὺς πεφυκέναι.

Barnes. et Boissonad hoc fragm. inter Alcmaeonis fragmenta receperunt, quamvis in lemmate fabulae nomen omissum sit; red recte Matth. hunc errorem inde ortum esse suspicatus est, quod locus apud Stob. proxime praecedens ex Alcmaeone (fgm. X.) petitus est.

894. LX. a. b.

Plut. de aud. poet. p. 20. D.

A. Χρυσοῦ σὲ πλήθει, τούσδε δ' οὐ, χαίρειν χρεών;
B. σκαιὸν τὸ πλουτεῖν κἄλλο μηδὲν εἰδέναι.

καὶ

Τί δῆτα οὖσι δεῖ σε κατθανεῖν.
ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

Stob. XCIII, 7. secundum versum prioris fragmenti affert. Simili errore, quo Barnes. antecedens fgm. ad Alcmaeonem, hoc ad Dictyem rettulit. Versui 1. Valck. Diatr. p. 228. signum interrogationis apposuit voce *τούσδε* pro vulg. *τοῖσδε* restituta. Vs. 2. ad sen-

tentiam cf. Alcmen. fgm. X. — De altero fragmento a Valck. sine causa ad Palamedem relato sub fin. illius fabulae egimus.

LXI. 895.

Stob. XCIX, 4.

Ὅστις δὲ λύπας φησὶ πημαίνειν βροτοὺς,
δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πετρῶν ῥίπτειν ἄπο,
οὐκ ἐν σοφοῖσιν ἐστίν, εἰχέσθω δ' ὅμως
ἄπειρος εἶναι τῆς νόσου ταύτης ἀεί.

Vs. 2. legebatur: *δεῖν δ' ἂν χρόνων*, quod egregie Piers. Veris. p. 140. mutavit in *δεῖν δ' ἀγχονῶν*, quam suam etiam emendationem esse significavit Valck. ad Phoen. 335. Cf. Bacch. 246. *ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἔστ' ἄξια, ὕβρεις ὑβρίζειν.* Erechth. fgm. XXIII, vs. 26. Plut. de commun. notit. XXII, 8. (p. 1069. E.), qui ipse ad Theogn. (vs. 533. ed. Welck.) respicit, de superstit. 1. (p. 165. A.) *Ὑπολαμβάνει τις, τὸν πλοῦτον ἀγαθὸν εἶναι μέγιστον; τοῦτο τὸ ψεῦδος ἰὸν ἔχει, νέμεται τὴν ψυχὴν, ἐξίστησιν, οὐκ ἐᾷ καθεύδειν, οἴστρων ἐμπίπλησιν, ὠθεῖ κατὰ τῶν πετρῶν, ἄγχει, τὴν παρρησίαν ἀφαιρεῖται.* Diog. ap. Stob. IX, 49. Lucian. Tim. c. 26. Paris. A. *δεῖ*. Grot. dederat: *δεῖν δ' αὐτὸν ὀρέων*. — Vs. 3. Vocem *ὅμως*, praecipue vero *ἀλλ' ὅμως* in fine senarii ponere amat Euripides. Cf. Monk. ad Hippol. 358. — Vs. 4. Musgr. pro *τῆς* scribi maluit *πᾶς*. — Welckerus p. 547. fragmentum haud improbabiliter ad Oedipum rettulit. Cf. Oedip. fgm. XIV.

LXII. 896.

Stob. XCIX, 10.

Λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν νόσους.

Simillimus est locus Sophoclis e Tyrone ductus ap. Stob. XCIX, 19. *τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυσθυμίαι.*

LXIII. 897.

Stob. CII, 2.

Μέλλων τ' ἰατρὸς, τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον
ἰάσατ' ἤδη μᾶλλον, ἢ τεμὼν χρόα.

Legebatur vulgo *μέλλοντ' ἰατρὸς*, Paris. B. *μένοντ'*, quod, quomodo defendi possit, non video. Valck., etsi ferendam scripturam vulg. censet, correxit tamen (Diatr. p. 230.): *μέλλων γ' ἰατρὸς*, haec explicatione adiecta: „*medicus qui quidem prudenter cunctatur, τῇ νόσῳ διδοὺς χρόνον, suos morbo dies relinquens*, atque exspectans *τὴν κρίσιμον* tempus illud intermedium ducendo, medicus ille cunctator *sanare certius saepe solet, quam si remediis morbum irritaret* etc.“ In quibus ad Valckenarii sententiam accedendum videtur, praeterquam quod *τὲ* pro *γὲ* cum Musgravio rescribendum erit; nam qui antecesserant versus cum his olim coniuncti interciderunt.

898. LXIV.

Stob. CV, 8.

Οὐ χρή ποτ' ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα
ἔξειν τὸν αὐτὸν δαίμον' εἰσαεὶ δοκεῖν.
ὁ γὰρ θεός πως, εἰ θεόν σφε χρὴ καλεῖν,
κάμνει ξυνὼν τὰ πολλὰ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
θνητῶν δὲ θνητὸς ὄλβος· οἱ δ' ὑπέρφρονες
καὶ τῷ παρόντι τοὐπιὸν πιστούμενοι
ἔλεγχον ἔλαβον τὴν τύχην ἐν τῷ παθεῖν.

Vs. 3. Sententiae caussa dignus est qui conferatur Belleroph. fgm. XVII. vs. 4, quippe quo optime explicentur verba *εἰ θεόν σφε χρὴ καλεῖν*. Vs. 4. cf. Pflugk. ad Herc. f. 101.

899. LXV.

Stob. CV, 40.

Βέβαια δ' οὐδεὶς θνητὸς εὐτυχεῖ γεγώς.

Similes sententias congessimus ad Stheneb. fgm. 1.

900. LXVI.

Stob. CVIII, 15. Arsen. Viol. p. 289. ed. Walz.

Θνητὸς γὰρ ὢν καὶ θνητὰ πείσεσθαι δόκει.
θεοῦ βίον ζῆν ἀξιοῖς ἄνθρωπος ὤν;

Grotius male hos vs. ad Antigonam rettulit; pertinent, si quid video, ad Bellerophontem. Cf. Belleroph. fgm. XI.

901. LXVII.

Stob. CVIII, 25.

Πέπονθας, οἷα χἄτεροι πολλοὶ βροτῶν·
τὰς γὰρ παρούσας οὐχὶ σώζοντες τύχας
ὤλοντ' ἐρῶντες μειζόνων ἀβουλίᾳ.

Barnes. Melanippae fragmentis adnumeravit, quia hi versus locum e Melanippa petitum excipiunt.

902. LXVIII. *

Stob. CVIII, 43.

Ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν,
κἂν τοῖσι δεινοῖς μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς.

Hi versus a Plut. Consol. ad Apollon. 29. (p. 116. F.) Aeschylo tribuuntur, ubi vs. 1. legitur *ἀνδρῶν τάδ' ἐστιν ἐναρέτων κτλ.*, quod novissimus Plutarchi editor Fr. Duebnerus retinuit, quamquam Wyt-

tenbachius ἐναρέτων ex codicum quorundam auctoritate in ἐνδίκων mutaverat. Valck. Diatr. p. 230. C. verba Aeschylea gravitate digna iudicans scribi maluit: ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων κτλ., Musgr. ἀνδρῶν τόδ' ἐστιν, sed nulla mutationis caussa adest. — De auctore versuum res fortasse ita se habuit, ut ad fragmentum CCXXIX. verisimile nobis visum est.

LXIX. 903.

Stob. CXIII, 5.

Οὐκ ἔστι λύπης ἄλλο φάρμακον βροτοῖς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ φίλου παραίνεσις.
ὅστις δὲ ταύτῃ τῇ νόσῳ ξυνὼν ἀνὴρ
μέθῃ ταράσσει καὶ γαληνίζει φρένα,
παραυτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ.

Vs. 1. Simillimus est incerti tragici vs. ap. Arsen. Viol. p. 337. ed. Walz. λόγος μέν ἐστι φάρμακον λύπης μόνος, unde expressus videtur Menand. inc. fab. fgm. XXIII (p. 205. ed. Meinek.) vs. Λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος. Cf. etiam fgm. CV. Hippol. 477. Aesch. Prom. 378. Hor. Epist. I, 1, 33. — Vs. 4. codd. μεθ' ἧς, pro quo Gesn. in marg. legendum coniecit: μόνος, quod Grot. recepit et interpretatione expressit. Wakef. Delect. Trag. T. II. p. 275. μέθῃ μαλάσσει, quod haud dubie verum est, nam quo modo verbum γαληνίζειν cum verbo ταράσσειν coniungi possit, non video. Sermo enim de medicina est, qua tristitia animi sedetur, neque vero mens commoveatur, unde patet, verbum ταράσσειν omnino hoc loco ferri non posse. Cf. Bacch. 423. (ὁ Διὸς παῖς — εἰς τὸν ὄλβον —) δῶκ' ἔχειν οἶνον τέρψιν ἄλυπον. — Vs. 5. παρ' αὐτὰ δ'. codd., Gesn. παραυτίκ', Valck. παραυτίχ' ἡσθεὶς, tum quia particula δὲ aptum locum hic non habeat, tum quia παραυτὰ nonnisi apud seriores scriptores legatur. Sed παραυτὰ etiam Atticis non inusitatum esse ostenderunt Schaef. Appar. Demosth. T. IV. p. 221. et Lobeck. ad Phryn. p. 47. cf. Aesch. Ag. 719.; pro δ' autem cum Wakef. l. c. γ' scripserim.

LXX. 904.

Stob. CXVI, 6.

Ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις,
καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' ἀνθρώπων μολεῖν·
λαβὼν δὲ πεῖραν μεταμέλειαν λαμβάνει.
ὡς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἐν ζωτῷ γένει.

Gaisf. hoc fgm. novae comoediae poetae tribui voluit, fortassis elisione diphthongi αι vs. 2. commotus, de qua vide Matth. Gr. Gr. § 45. Eiusdem vitandae caussa Erfurdt. ad Soph. Ai. p. 516. (ed. mai.) proposuerat: τις εἰς σ' ἐβούλετ', ingeniose quidem, sed parum probabiliter, quum Imperfectum ferri nulla ratione possit. Elmsl. ad Med. 548. εἰς σ' ἕτοιμος, nimis a literarum ductibus recedens.

Equidem paullo audacius scribi maluerim: *βούλεται βροτῶν μολεῖν*. Syllabae *αιβροτων* facile in *ἀνθρώπων* transire poterant. Praeterea synonyma saepe inter se commutata sunt. Vs. 4. legebatur *οἷς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἐν τῷ γήραϊ βαρὺ*, pro quo Gesn. legi *ὡς οὐδέν ἐστι χεῖρον ἢ γῆρας βαρύ* posse monuerat, receptum id a Musgravio, qui tamen *βαθὺ* pro *βαρὺ* scribi malebat. Sed veram scripturam a nobis exhibitam servavit Paris. A. — Barnes. hoc fgm. ad Oenomaum rettulit, quia Oenomai locus apud Stob. praecedit; Welck. ad Oeneum.

905. LXXI.

Stob. CXXVI, 1.

Τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος.

Ad sententiam cf. fgm. LXXIII.

906. LXXII.

Stob. CXXVI, 6.

Ὡς σκαιὸς ἀνὴρ καὶ ξένοισιν ἄξενος
καὶ μνημονεύων οὐδὲν ὧν ἐχρῆν φίλον.

Vs. 1. *ἀνὴρ* Matthiaeus correxit pro vulg. *ἀνήρ*. Vs. 2. Heathius *φίλων* scribi voluit. Welckerus ad Archelaum rettulit.

907. LXXIII.

Stob. CXXVI, 7.

Σπάνιον δ' ἄρ' ἦν θανοῦσιν ἀσφαλεῖς φίλοι,
κἂν ὁμόθεν ὦσι· τὸ γὰρ ἔχειν πλέον κρατεῖ
τῆς εὐσεβείας· ἡ δ' ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις
ἀπόλωλ', ὅταν τις ἐκ δόμων ἔλθῃ **

Vs. 1. *σπάνιον* ex emendatione Gesneri in marg. scriptum est pro vulg. *δάνειον*. Grot., Barnes., Musgr., Valck. δ' omittunt. Vs. 2. Grotius perperam intellectis verbis *κἂν ὁμόθεν ὦσι*, i. e. *etiamsi eodem genere prognati* vel *consanguinei sint*, scribi voluit: *κἂν μὴ θάνωσι*, sed bene codicum scripturam tuitus est Valck. Diatr. p. 237. cf. Orest. 486. Iphig. Aul. 501. *τὸν ὁμόθεν πεφυκότα στέργων*. Soph. El. 157. *οἷς ὁμόθεν εἶ καὶ γονᾷ ξύναιμος*. — Vs. 4. in fine Scalig. supplevit *θανὼν*, probantibus Grot. Heath. Valck., Musgr. *νέκυς*, Boissonad. *κάτω*. Ac ne quis dubitet, quin recte de mortuo dici possit: *ἐκ δόμων ἔλθῃ* vel *ἐξέλθῃ δόμων*, conferat Alc. 767. Phoen. 1758. *ὃς ἐκ δόμων ἄθαπτος οἴχεται νέκυς*. In quibus non acquiescens Iacobsius (Lectt. Stob. p. 13.) ex scriptura, quam margo Gesn. praebet, *ἀνὴρ θάνῃ*, fortasse eruendum suspicatus est: *ὅταν τις ἐκ δόμων ἀρθεὶς φθάνῃ, simulatque quis domo elatus sepultusque fuerit*. In hunc finem conferri iussit Nic. Anth. Pal. V. 39. Lucill. ibid. IX. 92. et *ἀρθεὶς* facile potuisse in *ἀνὴρ* depravari monuit. Quae coniectura tantum abest, ut vera, ut ne speciosa quidem sit, sed illis longe posthabenda. — Welck. locum ad Oeneum rettulit.

LXXIV. 908.

Ioan. Damasc. in Gaisf. Append. ad Stob. Vol. IV. p. 36. *Εὐριπίδου Κωμικοῦ* (sic)

Ὅστις νέος ὢν Μουσῶν ἀμελεῖ,
τόν τε παρελθόντ' ἀπόλωλε χρόνον
καὶ τὸν μέλλοντα τέθνηκε.

Gaisf. scribi maluit *Σοφοκλέους Καμικίων*, quod probantes viri docti locum inter Sophoclis fragmenta retulerunt. Mihi vero haec ratio admodum incerta videtur, itaque hos vs. hic recipere non dubitavi (cf. Hypsip. fgm. XVIII), quos Th. Bergkius ad Euripidis Phoenicem pertinere opinatur.

LXXV. 909.

Anton. Melissa. I, 72. Maxim. T. II. p. 615. ed. Combef. (in edit. Stob. a. 1609. Serm. CXLV. p. 231, 33.) Aphthon. in Walz. Rhet. Gr. I. p. 68., Anon. Epitom. Rhet. p. 130. ibid., Cramer. Anecd. Oxon. Vol. IV. p. 253, 32.

Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενί.

Legitur plerumque *ἐν οὐδενὶ*, sed *ἐν* delendum esse recte monuit Pors. Adv. p. 276., idque re vera deest apud Aphthon. l. c. Ad sententiam cf. Posidipp. comic. apud Clem. Alex. Strom. VI, 2, § 13. p. 747. P. *ἄνθρωπος ὢν οὐδεὶς ἄλυπος τὸν βίον διήγαγεν, οὐδὲ μέχρι τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν.*

LXXVI. 910.

Ant. Melissa. II. 71. Maxim. T. II. p. 634. Combef. (in edit. Stob. a. 1609. Serm. LXXIX. p. 137, 42.) Cram. An. Gr. Ox. Vol. IV. p. 254 fin.

Θράσει μὲν οὐδεὶς οὐδέπω, πόνῳ δὲ καὶ
*γενναιότητι κἀπιεικείᾳ * **
ἀρετὴν ἀπεκτήσατο.

Vs. 1. *καὶ ἐπιεικείᾳ.* Cram. Heathius versum sic expleri voluit: *κἀπιεικείᾳ 'ρετὴν 'Εκτήσατ'*, quam coniecturam Boissonad. recepit. Musgr. *κἀπιεικείᾳ τρόπων* et vs. sq. *ἐπεκτήσαντο μύριοι βροτῶν.* — Ad sententiam cf. Heracl. 625. *ἃ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.* Hesiod. Op. 289.

LXXVII. * 911.

Anton. Melissa. p. 807. Maxim. T. II. p. 684. Combef. (in edit. Stob. a. 1609. Serm. CXLVIII. p. 235, 3.) Arsen. Violet. p. 140. ed. Walz. sine auctoris nomine.

Βέβαιον οὐδὲν ἔστιν ἐν θνητῶν γένει·
βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον.

Huius fragmenti prior tantummodo versus ab Heathio et Musgr. af-

fertur, sed apud Antonium et Maximum alter etiam subiectus est. Vs. 1. Arsen. *βίῳ* pro *γένει* et sic etiam Stob. CV, 47, qui eosdem versus Diphilo tribuit.

912. LXXVIII.

Anton. Meliss. et Maxim. in edit. Stob. a. 1609. Serm. CXLVIII. p. 237, 14.

Ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τοὺς φίλους εὐεργετεῖν·
ὅταν γὰρ ἡ τύχη καλῶς διδῷ, τί χρὴ φίλου;

Vs. 1. *τοὺς φίλους* correxi pro vitioso *τοῖς φίλοις*, sed quomodo versui 2 succurrendum sit, haud facile est dictu. In margine edit. Stob. a. 1609, ex qua hoc fgm. hausi, adnotatum legitur, versui consuli, si *καλῶς* eiiciatur. Ac profecto haud facile alicubi dictum reperias *καλῶς διδόναι*, quamquam dici ita potuisse nequaquam negaverim; similiter enim Sophocles (OC. 648. OR. 1081) et Euripides (cf. Pflugk. ad Androm. 751) dicunt: *εὖ διδόναι* h. e. *faustum rerum eventum dare;* itaque *καλῶς* genuinum esse potest, equidem certe eiicere hoc vix ausim. Sed ut metrum constet, scribas aut: *ἢν γὰρ τύχη καλῶς διδῷ κτλ.* aut *ὅταν τύχη γὰρ καλὰ διδῷ κτλ.* aut *ἢν ἡ τύχη γὰρ καλὰ διδῷ κτλ.*, sed articuli ad vocabulum *τύχη* omissio utpote frequentissima neminem offendet.

913. LXXIX.

Fragm. Poet. Graec. e papyro Mus. Paris. ed. Schneidew. p. 21. nr. 18.

οὐκ ἐν γυναιξὶ τοὺς νεανίας χρεών,
ἀλλ' ἐν σιδήρῳ κἂν ὅπλοις τιμὰς φέρειν.

Schneidewinus ad Aeolum refert haud improbabiliter. cf. Aeol. fgm. III.

914. LXXX.

Plat. Epist. I. p. 309. D. *Καί μοι τὸ τοῦ Εὐριπίδου κατὰ καιρόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σοι πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων*

Εὔξει τοιοῦτον ἄνδρα σοι παρεστάναι.

Ex Platonis verbis alterum elicuit versum Grot. Exc. p. 433.: *καὶ ξυμπεσόντων πραγμάτων ἄλλων ποτὲ κτλ.*, quem omisso *καί* Musgr. recepit. — Welckerus locum ad Archelaum refert.

915. LXXXI.

Aristot. Polit. V, 9. p. 1312, 22. ed. Bekk. *Ζῇ ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις ἕκαστος, ὡς βούλεται καὶ εἰς ὃ χρῄζων, ὥς φησιν Εὐριπίδης.* Goettlingio ad h. l. *εἰς „τὸ χρῄζον"* scribendum videbatur, velut Iphig. Aul. 1017. *εἰ γὰρ τὸ χρῄζον ἐπίθετο*, sed de hoc ipso loco viri docti

ambigunt. Male etiam Musgr. ed. *Εὖς ὁ χρήζων, bonus est cui bonum esse libet.*

LXXXII. 916.

Aristot. Polit. VIII, 7. p. 1328, 15. ed. Bekk. sine auctoris nomine

Χαλεποὶ πόλεμοι γὰρ ἀδελφῶν.

sed hunc vs. paroemiacum Euripidis esse patet ex Plut. de amor. frat. 5. sub fin. (p. 480. D.) Legebatur *χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι*, sed ordinem post Grot. Exc. p. 467., Gatak. Advers. p. 513. et Valck. ad Phoen. 377 restituit Goettlingius. Barnesius inter fragm. Philoct. vs. 9. rettulit, sed ad Telephum pertinere videtur. cf. Teleph. fgm. VI. fin.

LXXXIII. 917.

Aristot. Ethic. Eudem. VIII, 11. p. 1244, 10. Bek. *μὴ γάρ τι λέγει Εὐριπίδης ποιήσας·*

Λόγον δίκαιον μισθὸν ἂν λόγου φέροις,
ἔργων δ' ἐκεῖνος, ἔργ' ἅπερ παρέσχετο.

Vs. 1. legebatur *λόγου εἰσφέρῃς*, altero *ἔργον δ' ἐκείνοις ἔργα παρέσχετο*, pro quo Musgr. scripsit: *ἔργων δ' ἐκεῖνος ἔργ' ἃ καὶ π.*, sed multo probabilius Pflugk. ad Androm. 744 ἃ *καὶ* in *ἅπερ* mutavit. Mihi scriptura *ἔργον* servata scribendum olim visum est: *ἔργον δ' ἐκεῖνος, ἔργμαθ' ὃς παρέσχετο.*

LXXXIV. 918.

Aristot. Phys. II, 2. p. 194, 30. Bek. *διὸ καὶ ὁ ποιητὴς* (sc. *Εὐριπίδης*) *γελοίως προήχθη εἰπεῖν*

Ἔχει τελευτὴν, ἥσπερ οὕνεκ' ἐγένετο.

LXXXV. 919.

Polyb. V. 106. *Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἀεί ποτε Πελοποννήσιοι — κατὰ τὸν Εὐριπίδην ἦσαν ἀεὶ τλησίμοχθοί τινες κοὔποθ' ἥσυχοι δορί.* Hinc Grot. Exc. p. 423. senarium effecit *οἱ τλησίμοχθοι κοὔποθ' ἥσυχοι δορί*, probatum etiam Barnesio. *Τλησίμοχθοι* haud dubie recte ab utroque acceptum est, nam in cod. Bavar. scriptum est *πλησίμοχθοι* supra scripta litera *τ*, reliquis codicibus inter scripturas *πρυσίμοχθοι*, *προσίμοχθοι*, *πρασίμοχθοι* fluctantibus, quarum postremam comprobavit Schweigh. quasi a *πρήθω*, *accendo*, *spiro* deductam, ita ut *πρασίμοχθοι*, *belli aerumnas* vel *belli aerumnas laboresque spirantes* significaret. Sed vir doctissimus hoc vocabulum exemplis vel certe analogia paullisper firmasset vellem.

920. LXXXVI.

Strabo IV. § 7. p. 183. (Vol. II. p. 21. ed. Tzsch.) — *τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων· ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία*

Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσὶ, πῆμα δ' Ἑλλάδι
θέλων γενέσθαι, ταῦτ' ἐβούλευσεν πατήρ.

Euripides Homeri versus (Il. II. 39 sq.) *οὐδὲ τὰ ἤδη, ἃ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα. θήσειν γὰρ ἓτ' ἔμελλεν ἐπ' ἄλγεά τε στοναχάς τε Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι κτλ.* ante oculos habuisse videtur. cf. Helen. 36 sqq. — Ad Alexandrum manifesto pertinent.

921. LXXXVII.

Strabo. VIII. § 21. p. 379. (Vol. III. p. 267. ed. Tzsch.) *Τοῦ δ' οὖν Εὐριπίδου φήσαντος οὕτως· „ἦκω περικλυστὸν προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον ἱερὸν ὄχθον πόλιν Ἀφροδίτας.“ τὸ περικλυστὸν ἤτοι κατὰ βάθους λεκτέον, ἐπεὶ καὶ φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες διήκουσι δι' αὐτῆς, ἢ τὸ παλαιὸν ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν καὶ κατάρρυτον ποιεῖν τὸ ὄρος.* Hunc locum Valck. Diatr. p. 165. ita in versus redegerat

Ἧκω προλιποῦσα περίκλυστόν γ'
Ἀκροκόρινθον,
Ἱερὸν ὄχθον γ' Ἀφροδίτας

primum recte *Ἀκροκόρινθον*, quod et plurimi et optimi codd. tuentur, pro *ἄκρον Κόρινθον* scribens, et haud temere voce *πόλιν* offensus, quam fortasse nescio quis interpretationis caussa adscripserat: nam satis erat dixisse, *ἱερὸν ὄχθον Ἀφροδίτας*, *sacrum Veneris collem*, cuius dictionis Valck. plura attulit exempla. Sed eundem locum respexisse videtur Plut. Erot. XXI, 12. (p. 767. F.) *ἐπεὶ δὲ Ἔρως ἔθιγεν αὐτῆς Ἱπποδόχου τοῦ Θεσσαλοῦ, τὸν*

Ὑδατι χλωρῷ κατακλυζόμενον προλιποῦσ'
Ἀκροκόρινθον.

καὶ ἀποδρᾶσα τῶν ἄλλων ἐραστῶν κρύφα — ᾤχετο κοσμίως. Hinc Musgravius hos versus effinxit:

Ἧκω δ' ὕδατι χλωρῷ περίκλυ-
ζόμενον προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον ἱ-
ερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας.

duos scilicet dimetros anapaesticos cum paroemiaco. Vereor tamen, ut in his acquiescendum sit, quamvis ipse, quae substituam, non habeam.

922. LXXXVIII.

Strabo. XIII. § 70. p. 616. (Vol. V. p. 422. ed. Tzsch.) *Ὁ δὲ Καϊκὸς οὐκ ἀπὸ τῆς Ἴδης ῥεῖ, καθάπερ εἴρηκε Βακχυλίδης, οὔθ' ὡς Εὐριπίδης τὸν Μαρσύαν φησὶ*

τὰς διωνομασμένας
ναίειν Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις.

πολὺ γὰρ τῆς Ἴδης ἄπωθέν εἰσιν αἱ Κελαιναί. Pro *τὰς διωνομασμένας* Valck. ad Hipp. vs. 1053 scribi iussit *τὰς μὲν ὠνομασμένας*, fortassis recte, nam verbo *διονομάζεσθαι* tragicorum nullus usus est.

LXXXIX. 923.

Cic. Epist. ad Fam. XVI, 8. 2. *„Vix in ipsis tectis et oppidis frigus infirma valetudine nitatur; nedum in mari et vix sit facile abesse ab iniuria temporis.*

Ψῦχος δὲ λεπτόχρωτι πολεμιώτατον,

inquit Euripides. Cui tu quantum credas nescio; ego certe singulos eius versus singula testimonia puto.“ Orellius cum Graevio edidit *λεπτόχρωτι* pro vulg. *λεπτῷ χρωτί*, bene consentiente Valck. Diatr. p. 34. Similiter enim Euripides in Phoenissis (vs. 32) usus est forma *λευκόχρως*. Rettulerunt hunc vs. ad Scyrias (fgm. I).

XC. 924.

Cic. ad Att. VII, 11. 1. — *„occupare urbes civium, quo facilior sit aditus ad patriam? χρεῶν ἀποκοπάς, φυγάδων καθόδους, sexcenta alia scelera moliri,*

τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα —

Si habeat suam fortunam.“ Haud dubie recte hunc vs. Orellius et Baiterus (Onomast. Cic. II. p. 244.) Euripidi assignarunt, neque ego recipere eum hoc loco dubitavi, quamquam auctoris nomen a Cicerone non adiectum est, nam ullius poetae praeter Homeri et Euripidis versus omisso auctoris nomine a Cicerone citari non memini, itaque paullo post VII, 13, 4 (cf. fgm. CXII), VIII. 8. (cf. fgm. CXLV) et IX, 2, 2. (cf. fgm. CIII) eiusdem Euripidis versus tacito eius nomine allatos videmus.

XCI. 925.

Dionys. Halic. de compos. verb. p. 54. ed. Schaef. *καλῶς ἂν ἔχοι τὰ Εὐριπίδεια ταῦτα ἐπενεγκεῖν·*

Μή μοι
λεπτῶν θίγγανε μύθων, ψυχή.
τί περισσὰ φρονεῖς; εἰ μὴ μέλλεις
σεμνύνεσθαι παρ᾽ ὁμοίοις.

Sic locum in duos anapaesticos dimetros cum paroemiaco digessit Grot. Exc. p. 427, aliter neque vero probabilius Valck. Diatr. p. 248.

Μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων,
ψυχή [γε φίλη], τί περισσὰ φρονεῖς;

εἰ μὴ μέλλεις
σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις.

Elmsl. ad Med. 1049 ante ψυχὴ repeti μή μοι iussit.

926. XCII.

Theophil. ad Autol. p. 87. ed. Wolf. (p. 353. ed. Hag. Com. 1742). καὶ πάλιν Εὐριπίδης

*Σῶσαι γὰρ ὁπόταν τῷ θεῷ δοκῇ * *
πολλὰς προφάσεις δίδωσιν εἰς σωτηρίαν.

Vs. 1. Grotius supplevit τινὰ, et altero vs. scripsit πολλὴν δίδωσι πρόφασιν εἰς σωτηρίαν, procul dubie recte. Videtur hoc fgm. ex Thyeste ductum esse, nam et qui proxime praecedunt et qui sequuntur versus inde petiti sunt. cf. Thyest. fgm. VI.

927. XCIII. XCIV. XCV.

Theophil. ibid. II. p. 252. (II, 32. p. 377. D. ed. Hag. Com. 1742). Ὡσαύτως καὶ Εὐριπίδης

Ἀνάσχου πάσχων· δρῶν γὰρ ἔχαιρες. —
Νόμος τὸν ἐχθρὸν δρᾶν, ὅπου λάβῃς, κακῶς.

καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς

Ἐχθρὸν κακῶς δρᾶν ἀνδρὸς ἡγοῦμαι μέρος.

Grot. Exc. p. 429 transposuit verba: πάσχων ἀνάσχου, quo facto nec iambicus nec anapaesticus prodit numerus. Heathius ut anapaesticum efficeret: πάσχων ἀνέχου, pro quo Matth. recte maluit ἀνέχου πάσχων, receptum hoc a Dindorfio. Sed utrum anapaesticus an iambicus primus vs. fuerit, nunc vix explorari poterit.

928. XCVI.

Plut. vit. Solon. c. 22. (p. 90. D.). Τῷ μὲν γὰρ Λυκούργῳ καὶ πόλιν οἰκοῦντι καθαρὰν ὄχλου ξενικοῦ καὶ χώραν κεκτημένῳ πολλοῖς πολλήν, ὅις τοσοῖσδε πλείονα, κατ' Εὐριπίδην, — καλῶς εἶχεν — συνέχειν. Hinc Musgravius haud dubie recte dedit:

πολλοῖσι πολλὴν ὅις τοσοῖσδε πλείονα.

929. XCVII.

Plut. de aud. poet. 6. (p. 24. D.) Οὐκοῦν ὁ νέος ἡμῖν, ὅταν μὲν λέγωσι — —

Εἰ δὲ θανεῖν θέμις, ὧδε θανεῖν καλὸν,
εἰς ἀρετὴν καταλυσαμένους βίον,

εὐθὺς οἴεσθω λέγεσθαι ταῦτα περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, ἣν ὀρθότητα λόγου καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογουμένην ψυχῆς νοοῦμεν. — Codd. καταδυσαμένους, sed καταλυσαμένους,

quod Barnesius coniecerat, scribendum esse, patet ex Plut. compar. Pelop. et Marc. 3. (p. 317. E.) *ἄριστον μὲν γὰρ νικῶντα σώζεσθαι τὸν στρατηγὸν καὶ ἀποθανεῖν εἰς ἀρετὴν καταλύσαντα βίον, ὡς Εὐριπίδης φησίν*, unde simul versus Euripidis esse manifestum est. Cf. Med. 144. *θανάτῳ καταλυσαίμαν βιοτὰν κτλ.* Ad Erechtheum fortasse pertinet.

XCVIII. 930.

Plut. vit. Alex. c. 53. (p. 695. C.) de Mus. 1. (p. 1128. A.). Cic. Epist. ad Fam. XIII, 15, 2. Arsen. Viol. p. 357. ed. Walz.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Cf. Cic. Epist. ad Fam. VII. 6. 2. — *illud semper memento:*

Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.

quem Ennii versum esse dicit de Offic. III, 15, 62. Cf. Pflugk. ad argum. Med. p. 9. — Versum ad Palamedem rettulerim. cf. Palam. fgm. IV.

XCIX. 931.

Plut. Compar. Demetr. et Anton. c. 2. (p. 956. E.) *οὐδὲ γεγανωμένος καὶ ἀνθηρὸς ἐπὶ τὰς μάχας ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος προσῄει, κοιμίζων δὲ τοὺς θιάσους καὶ τὰ βακχεῖα καταπαύων,*

ἀμφίπολος Ἄρεος ἀνιέρου

κατὰ τὸν Εὐριπίδην ἐγίνετο. — Reiskius dedit *ἀνιαροῦ.*

C. 932.

Plut. vit. Fab. Max. 17. (p. 184. B.) *Οὐ μόνον δ' ἦν ἄρα τὸ φίλων πεῖραν λαβεῖν, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, οὐ σμικρὸν κακὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ φρονίμων στρατηγῶν.* Unde Boissonadius hunc haud dubie Euripideum versum effinxit:

φίλων λαβεῖν γὰρ πεῖραν οὐ σμικρὸν κακόν.

CI. 933.

Plut. de audiend. poet. 4. (p. 20. F.) Stob. Floril. III. 3. sine nomine auctoris

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείσσονες πεφυκότες.

Respicit ad hunc locum Plut. de defect. orac. 38. (p. 431. A.) *Πολλαῖς γὰρ οἱ θεοὶ μορφαῖς οὐ σοφισμάτων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἀλλὰ πραγμάτων σφάλλουσιν ἡμᾶς, ὅταν ὡς ἐπιστάμενοι τολμῶμεν ἀποφαίνεσθαι περὶ τηλικούτων. Ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὡς ὁ αὐτὸς ἀνὴρ φησιν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν.* unde patet, locum Euripidis, non Menandri esse, ut Apostolio II. 4. visum est. In extremis verbis aliud Euripidei versus fragmentum (ap. Musgr. et Matth. CXXV.)

latere suspicati sunt, quamquam iam Musgr. Plutarchum locum Iphig. Aul. 865. ὁ λόγος ἐς μέλλοντ' ἀνοίσει χρόνον respexisse coniecit; — (accommodatiorem Matth. censet locum esse Herc. fur. 1221. ἐκεῖσ' ἀνοιστέον.), — sed recte Matth. monuit, Plutarchum non tam Euripidis versum apposuisse, sed dictione ab eo saepius usurpata usum esse videri. Falsam Grotii horum verborum interpretationem: *sed hunc inhibere sermonem* (λόγον ἀναφέρειν?) *est opus* sciens praetermitto. — Ad prioris loci sententiam cf. Archel. fgm. XXXIII.

934. CII.

Plut. de aud. poet. 13. (p. 34. B.) Consolat. ad Apollon. 10. (p. 106. D.) Clem. Alex. Strom. IV, 7, § 50. (p. 586. P.) Philo. Iud. p. 868. P. (II. p. 448. M.) Cic. ad Att. IX, 2, 2.

Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

Euripidi tribuit Plut. loco priore.

935. CIII.

Plut. de aud. poet. 14. (p. 36. C.) *Καὶ τὸ (Εὐριπίδου)· Τιμᾶν τ' ἀντέτασθε, πλούτῳ δ' ἀρετὰν κατεργάσασθαι δοκεῖτ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθ' ἄνολβοι. ἆρα οὐκ ἀπόδειξιν ἔχει, ὧν οἱ φιλόσοφοι λέγουσι περὶ πλούτου καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, ὡς χωρὶς ἀρετῆς ἀνωφελῶν ὄντων καὶ ἀνονήτων τοῖς ἔχουσι;* Musgr. ed. *τιμάν τ' ἀντέτασθε* et locum vertit: *Honorem amplum geritis, et divitiis virtutem oppressisse videmini, inter bonos vero neglecti iacebitis.* Recte vero Matth. monuit, *ἀνατείνεσθαι* non posse hac significatione usurpari. Musgravii scripturam probat etiam Wyttenb., sed *ἀντέτασθε* vertit: *minamini, iactatis, honorem iactatis.* Sed *iactandi* quoque significatio verbo nusquam inest. Matthiaeo *ἀνατείνεσθαι* esse videtur: *se erigere, brachia et manus extendere ad aliquid apprehendendum*, hinc *adiuncto* genitivo *concupiscere.* At nusquam hoc loco excepto adiunctus est genitivus. Mihi igitur, quum hoc verbum primitus significet: *sursum tendere, tollere* (*ψυχὴν, ὄμμα, χεῖρας*), ut Latinorum *tollere*, etiam metaphorice adhibitum esse videtur, ut esset: *praedicare;* ita haec sententia prodit: — *et honorem praedicastis, censetis autem divitiis virtutem vobis comparasse; sed inter bonos inopes vel neglecti iacebitis.* Musgravio enim rectius Wyttenb. *κατεργάσασθαι ἀρετὰν* vertit: *virtutem vobis comparasse.* Sed omnino de loco ex continuitate sermonis extracto et procul dubio corrupto, id quod inde apparet, quod metri fere nullum vestigium adest, recte iudicare difficile est. Vereor etiam, ut forma *ἀντέτασθε* pro *ἀνατέτασθε* ferri apud tragicum poetam possit; ego saltem frustra exempla anquisivi. Eadem fortasse ratione ductus correxit Salmasius (ap. Grot.) *τιμάν τε πεπᾶσθαι κτλ.* Sed codicibus destitutus locum intactum relinquere malui, nisi metro simul succurrere possem.

CIV.

Plut. de profect. in virt. 15. (p. 84. F.) *οὕτως ἡμεῖς μήτε φυγὴν Ἀριστείδου, μήτε εἰργμὸν Ἀναξαγόρου, μήτε πενίαν Σωκράτους, ἢ καταδίκην*

Φωκίωνος ὑποδειμαίνωμεν· ἀλλὰ καὶ μετὰ τούτων ἀξιέραστον ἡγούμενοι τὴν ἀρετὴν, ὁμόσε χωρῶμεν αὐτῇ, τὸ Εὐριπίδειον ἐφ' ἑκάστῳ φθεγγόμενοι,

Φεῦ, τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἅπαν καλόν.

Eundem versum sine auctoris nomine habet Plut. vit. Pomp. 73. (p. 658. D.). Cf. Danaes fgm. XI.

CV. 937.

Plut. Consol. ad Apollon. 2. (p. 102. B.) *Κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Εὐριπίδην,*

— Ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ·
λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων,
ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

Vs. 2. 3. idem de adul. et amic. 28. (p. 69. D.) citat, ubi *γὰρ* pro *μὲν* extat. Primum versum explevit Gatak. Misc. adv. p. 487. E. *ἀλλ' ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ κτλ.* respecto Oenei fgm. VII. et Archilochi versu: *ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ καρδίαν ἰαίνεται*, quem Euripides fortasse ante oculos habuerit. Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. LXXI. Aesch. Prom. 378. Cic. Tusc. III. 30.

CVI. 938.

Plut. Consol. ad Apoll. 4. (p. 102. F.) *Τῶν μὲν γὰρ καλῶς λεγομένων ἐστὶν ἐν ὑποθήκης μέρει καὶ τοῦτο*

Μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα,
ὅ σ' ἐξεπαρεῖ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν·
μηδ', ἢν τι συμβῇ δυσχερὲς, δουλοῦ πάλιν,
ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ μίμνε, τὴν σαυτοῦ φύσιν
σώζων βεβαίως, ὥστε χρυσὸς ἐν πυρί.

Hunc locum, quem Euripidi iam Wyttenb. ad h. l. et Valck. ad Phoen. 393. 927. assignaverant, re vera eius esse docet locus Libanii Epist. 471. *τοῦτον οὔτε εὐτυχία πώποτε ἐπῆρεν, ἐν δυστυχίᾳ τε οὐκ ἔπτηξεν, Εὐριπίδου μεμνημένος.* Cf. Inon. fgm. VIII. Vs. 2. Duebnerus in novissima Plut. editione haud dubie e codd. *ἐξεπαρεῖ*, in quod etiam Matth. coniectura inciderat, pro vulg. *ἐξεπαίρῃ* dedit, eumque sequi non dubitavi, quum locus vix reperiatur, ubi ὅς post *ὧδε* simpliciter pro *ὥστε* positum coniunctivum asciverit. Vs. 4. *αὐτὸς* correxit Pors. Adv. p. 276 post Valck. ad Phoen. 927.

CVII. 939.

Plut. Ibid. 29. (p. 116. F.) Epictet. Enchir. extr.

Ὅστις δ' ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν βροτῶν,
σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θεῖ' ἐπίσταται.

Grot. Exc. p. 426. *συγκεχώρηται* dedit. Ad sententiam cf. Aeol. fgm. XXVI. Melanipp. fgm. XXXV.

940. **CVIII.**

Plut. Ibid. 34. (p. 120. A.) *Ἀλλ' ἄωρος ἐτελεύτησεν; οὐκοῦν εὐποτμότερος διὰ τοῦτο, καὶ κακῶν ἀπείρατός ἐστιν. Ὁ βίος γὰρ, φησὶν Εὐριπίδης, ὄνομ' ἔχει, πόνος ἐγώ σ'.* **Grotius Exc. p. 433. edidit:** *πόνος δ' ἔργῳ πέλει*, **quod Musgr. recepit. Sed scribendum videtur:** *πόνον λέγω δ'* **vel** *πόνος δ' ἔργῳ 'στι*, **vel** *ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνον δ' ἐγὼ λέγω.* **Sic** *ἐγὼ λέγω* **in fine Melanipp. fgm. XXX. vs. 3. legitur. Ut enim e sermonis continuitate apparet, haec sententia requiritur:** *vita quidem nomen habet* **(sc. vitae),** *sed laborem potius dico*, **vel** *sed re vera labor est.*

941. **CIX.**

Plut. de sanit. praec. 19. (p. 132. B.) *Πρὸς δὲ τὸν οἶνον, ἅπερ Εὐριπίδης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην, διαλεκτέον·*

Εἴης μοι, μέτριον δέ πως εἴης, μηδ' ἀπολείποις.

Καὶ γὰρ ποτῶν ὠφελιμώτατόν ἐστι, καὶ φαρμάκων ἥδιστον, καὶ ὄψων ἀσικχότατον, ἂν τύχῃ τῆς πρὸς τὸν καιρὸν εὐκρασίας μᾶλλον ἢ τῆς πρὸς τὸ ὕδωρ. **H. Stephanus pro** *δέ πως* **dederat** *δέπας*, **quod Wyttenbachio teste etiam cod. Venet. habere videtur. Itaque Valckenarius assentiente Matthiaeo Euripidem:** *εἴης μοι μετρία θεὸς αἰεὶ, μηδ' ἀπολείποις*, **Plutarchum vero ad propositum suum accommodate scripsisse:** *εἴης μοι μέτριον δέπας, εἴης, κτλ.* **Similiter enim Aphrodite** *μετρίας θεοῦ* **cognomine significatur in Iphig. Aul. 543. In eandem fere coniecturam inciderat Musgr., qui** *εἴης μοι μετρία Κύπρις, εἴης, κτλ.* **scribi voluit, et Boeckhius Trag. Gr. Princ. p. 292, nisi quod** *Κύπρι* **scripsit. Boissonad. coniecit:** *εἴης μοι μέτριος, ἤπιος εἴης, κτλ.* **Non displicet haec coniectura, improbanda autem est Valckenarii ratio, quam a Matthiaeo et Dindorfio probatam esse miror. Ex Plutarchi enim verbis satis apparere mihi videtur, eum iisdem verbis de vino usum esse, quae Euripides de Venere protulerit. Itaque nequaquam de mutatione cogitandum est, quam Plut. sibi permiserit: ac profecto aptissime ut Venerem, ita Bacchum rogare poterant, ut** *moderatus* **adesset. Quemadmodum enim Venus (Hippol. 443.)** *οὐ φορητὸν, ἢν πολλὴ ῥυῇ*, **ita Dionysus** *εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας κτλ.*, **ut bene Euenus dicit (cf. Eueni fgm. 6.b. p. 36. ed. meae Vratisl. 1838.). Accedit primum, quod in universum Plutarchi non est, aliorum scriptorum verba in commodum suum immutare; deinde ineptum fuisset, si de poculi magnitudine, neque vero de vini vi ac potestate verba fecisset. Quare nihil mutandum esse censeo.**

942. **CX.**

Plut. de Isid. et Osir. 71. (p. 379. D.) *Ἕλληνες μὲν γὰρ ἔν γε τούτοις λέγουσιν ὀρθῶς καὶ νομίζουσιν, ἱερὸν Ἀφροδίτης ζῷον εἶναι τὴν περιστερὰν, καὶ τὸν δράκοντα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸν κόρακα τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Εὐριπίδης*

Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσει.

Hunc versum, ut Pors. ad Hec. 1255. adnotavit, risisse videtur Aristophanes ap. Eusthath. ad Od. γ'. p. 1467, 36. (Aristoph. fgm. inc. fab. LXXXII. ed. Bergk.) scribens: *καὶ κύων ἀκράχολος Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου γενήσομαι.* — De Hecate Lucifera vid. Pflugk. ad Hel. 568.

CXI. 943.

Plut. de defect. oracul. 13. (p. 416. D.) *Ἡ δὲ φύσις αἰσθητὰς εἰκόνας ἐξέθηκε καὶ ὁμοιότητας ὁρωμένας, θεῶν μὲν ἥλιον καὶ ἄστρα, θνητῶν δὲ σέλα καὶ κομήτας καὶ διάττοντας. Ὡς Εὐριπίδης εἴκασεν, ἐν οἷς εἶπεν·*

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα.

Μικτὸν δὲ σῶμα καὶ μίμημα δαιμόνιον ὄντως τὴν σελήνην, τῷ τῇ τούτου τοῦ γένους συνᾴδειν περιφορᾷ, φθίσεις φαινομένας δεχομένην καὶ αὐξήσεις καὶ μεταβολάς, ὁρῶντες, οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δ' ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον. — Vs. 1. Duebnerus e codd. haud dubie edidit *σάρκα* pro vulg. *σῶμα*, et ita legitur etiam ap. Plut. non poss. suav. vivi sec. Epic. V, 8. (p. 1090. C.), ubi eadem verba usque ad *ἀπέσβη* citantur, nisi quod ibi dativus *σαρκὶ* reperitur. Illorum autem verborum, quae hoc loco versus excipiunt, exordium pro tertio versu dedit Grotius in hunc modum: *νεκρὸν δὲ σῶμα κἂν μίμημα δαιμόνων*: ante Wyttenb. legebatur *μικρὸν* pro *μικτὸν*, unde Grot. *νεκρὸν* efficit. Optime vero Valck. Diatr. p. 56. perspexit, ex his certe verba *καὶ μίμημα δαιμόνιον* non posse Euripidis esse; ipse tamen Euripidi, pro *μικτὸν* falsam illam scripturam *μικρὸν* secutus, verba *μικρὸν δὲ σῶμα* tribuit, ita tamen, ut *μιαρὸν* pro *μικρὸν* scribat, et verba inde ab *ὡς Εὐριπίδης* usque ad *σῶμα* parenthesim constituere censeat. Ad hanc Valckenarii sententiam accedit Iacobsius (Bibl. d. alt. Lit. et Kunst. Gotting. 1788. Inedit. p. 29.) praeterquam quod pro *μιαρὸν δὲ σῶμα* scribi maluit *ἔλυτρον δ' εἰς αἶαν*, quam audacem coniecturam multis exemplis firmare studuit. Uterque fortasse locum e Suppl. 542. ante oculos habuit, ubi haec leguntur: *ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ'* (φῶς) *ἀφίκετο, ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.* Sed nulla utique hoc loco opus est emendatione, nec Valckenarius tentasset, si librorum scripturam *μικτὸν δὲ σῶμα* nosset; optime enim ea verbis sequentibus firmatur atque explicatur. Non dubitari igitur potest, quin verba *μικτὸν κτλ.* Plutarchi sint. — De voce *ἀπέσβη* post Valck. disputavit Elmsl. ad Med. 1187. — Locus haud improbabiliter ad Phaëthontem refertur. cf. Phaëth. fgm. VII. fin.

CXII. 944.

Plut. de defect. orac. 40. (p. 432. C.) *Οὐ γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησὶ,*

Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς,

ἀλλ' οὗτος ὁμόφρων μὲν ἀνὴρ καὶ τῷ νοῦν ἔχοντι τῆς ψυχῆς καὶ μετ' εἰ-

κότος ἡγουμένῳ καθ' ὁδὸν ἑπόμενος. Initium huius versus, qui in proverbium abisse videtur, sine auctoris nomine affert Cic. ad Att. VII, 13, 4; Latine eum vertit de Div. II, 5, 12. haec scribens: *Est quidem Graecus vulgaris in hanc sententiam versus:*

Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum.

Locum imitatus est Menander. Theophor. fgm. I. p. 78. ed. Meineke, quem conferas. Similes sententias congessit Blomfield. in Gloss. ad Aesch. Pers. 229. Metri causa post μάντις insere δ'.

945. CXIII.

Plut. de cohib. ira 16. (p. 464. A.) Ὁ μὲν οὖν θεὸς, ὡς Εὐριπίδης φησὶ,

τῶν ἄγαν ἅπτεται,
τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ.

Cf. eiusd. praec. gerend. reip. XV, 6. (p. 811. D.) ὡς ὁ τοῦ κόσμου βασιλεὺς

τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται
θεὸς, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀνεὶς ἐᾷ.

κατὰ τὸν Εὐριπίδην. — Scripturam ἀφεὶς ἐᾷ recte Valck. Diatr. p. 72. alteri praeferendam esse contra Grotium monuit. Eandem sententiam expressit Cic. de Nat. Deor. II, 66, 167. *Magna dii curant, parva negligunt*, quem ad locum cf. Davisium.

946. CXIV.

Plut. de cupid. divit. 7. (526. C.) Οὐ γὰρ μόνον, κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

Ἀκόλαστα πάντη γίγνεται δούλων τέκνα,

(ἀλλὰ) καὶ μικρολόγων. Eodem versu in hunc modum immutato: ἀκόλαστ' ὁμιλεῖν γίγνεται δούλων τέκνα Arcesilaum ad nescio quem irridendum usum esse narrant Diog. Laert. IV, 35. et Arsen. Viol. p. 118. ed. Walz.

947. CXV.

Plut. de vitios. pud. 10. (p. 532. F.) Τὴν γὰρ σιωπὴν Εὐριπίδης φησὶ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισιν εἶναι. κινδυνεύομεν δὲ μᾶλλον αὐτῆς δεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀγνώμονας. In metrum redegit Grot. Exc p. 429. sic: σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις. sed fortasse Plutarchus non Euripidis verba ipsa attulit, Euripides vero scripsit: σιγὴ γάρ ἐστι τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις. Heathius proposuit: ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις. Ad sententiam haud dissimile est Antiop. fgm. XLI. Soph. ap. Stob. XIII, 9. ἡ γὰρ σιωπὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.

948. CXVI.

Plut. qua quis rat. se ips. laud. 1 (p. 539. A.) Ὁ γοῦν Εὐριπίδης εἰπὼν

Εἰ δ' ἦσαν ἀνθρώποισιν ὠνητοὶ λόγοι,
οὐδεὶς ἂν αὐτὸν εὖ λέγειν ἐβούλετο·
νῦν δ', ἐκ βαθείας γὰρ πάρεστιν αἰθέρος
λαβεῖν ἀμισθὶ, πᾶς τις ἥδεται λέγων
τά τ' ὄντα καὶ μή· ζημίαν γὰρ οὐκ ἔχει.

φορτικωτάτῃ κέχρηται μεγαλαυχίᾳ καὶ τῷ συγκαταπλέκειν τοῖς τραγῳδουμένοις πάθεσι καὶ πράγμασι μηδὲν προσήκοντα τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον. Vs. 3. verba ἐκ βαθείας — ἀμισθὶ parenthesim efficere vix est, quod moneamus. Piers. ad Moer. p. 2. coniecit ἀέρος pro αἰθέρος, sine causa. Cf. Elmsl. ad Med. vs. 1264. — Vs. 4. Grot. et Barn. λέγειν pro λέγων, male. Cf. Hippol. fgm. XIII. vs. 3.

CXVII. 949.

Plut. de sera num. vind. 12. (p. 556. E.) ἃ γὰρ Εὐριπίδης ἐγκαλεῖ καὶ παρρησιάζεται πρὸς τοὺς θεοὺς, τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους τρέποντας, αἰτιᾶσθαι νόμιζε καὶ τοὺς σωπῶντας ἡμῶν. Cum his cf. ibid. 21. (p. 562. F.) Ὅθεν οὐδὲ πάντα τὰ τῶν τεκόντων σφάλματα εἰς τοὺς ἐκγόνους οἱ θεοὶ τρέπουσιν, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐκ φαύλου γένηται χρηστὸς, ὥσπερ εὐεκτικὸς ἐκ νοσώδους, ἀφεῖται τῆς τοῦ γένους ποινῆς, οἷον ἐκποίητος τῆς κακίας γενόμενος. Haud recte Wyttenbach. ad Plut. p. 63. Plutarchum haec scribentem Alcmaeonis fgm. XIX. ante oculos habuisse arbitratur; Euripidis verba enim e Plutarcheis in hunc modum restitui possunt:

τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους
θεοὶ τρέπουσι.

Alcmaeonis fragmentum fortasse contrariam sententiam continuit; at vero, etiamsi eandem praebuit, non est, cur hoc fragmentum ab isto diversum esse negemus, quum Euripides saepius idem ac nonnunquam vel iisdem verbis protulerit. cf. Aeg. fgm. IX.

CXVIII. 950.

Plut. de exilio 13. (p. 604. D.) Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον, οἷον Εὐριπίδης;

Ἵλι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις
πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς.
ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
εἰ δ' οὐ πάρεργον χρή τι κομπάσαι, γύναι,
οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον,
ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ·
ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα, γῆς
δέλεαρ ἔχοντες τῆσδε, συνθηρεύομεν.

Quattuor priores versus leguntur etiam in Erechtheo fgm. IV. vs.

7 sqq., quapropter Musgr. aliique totum fragmentum ad istam fabulam rettulerunt extremosque versus ab interpolatore post Lycurgi tempora adiectos esse statuerunt; sed hos videri falsos esse ad Erechth. l. c. ostendimus. Quidni enim Euripides, qui multas sententias bis pluriesve protulit, Athenienses ut indigenas et Atticam terram in pluribus fabulis laudarit, praecipue quum Athenienses lubentissime talia audire sciret? cf. Med. 823 sq. Neque vero Attica indigna erat his laudibus, nec veteres ipsos latebat, quantum commodum illa aëris salubritas ac temperies bonae et corporis et animi valetudini praeberet. cf. Plat. Tim. p. 24. C. Critias. p. 111. E. De Rep. IV. p. 435. E. Epinom. p. 587. D. Hippocr. de aer. loc. aqu. 117. Aristoph. ap. Athen. IX. p. 372. Aristot. Polit. VII, 6. Aristid. Panath. I, p. 305. ed. Dindf. Dio Chrysost. or. LXIV. p. 334. R. Cic. de Fato. 4. — Referendi autem sunt hi vs. propter numerorum conformationem ad unam ex postremis fabulis, et fortassis pertinent ad Aegeum, in qua fabula, quum Medea Athenis benigne recepta esset, facile occasio terrae laudandae adesse poterat. Sed de hac re videant doctiores. — Vs. 3. Lycurgus, qui Erechthei fragm. citatum servavit, praebet: *πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκπεσμέναι*, quae scriptura Plutarcheae longe praeferenda videtur. Bene enim Musgravius monuit, dici vix posse, *πεσσῶν βολαῖς*, quum calculi non iaciantur, quippe quod proprium sit *τῶν κύβων*, sed ponantur vel promoveantur (*τίθεσθαι* vel *κινεῖσθαι*). Deinde non intelligitur, qua ratione urbes e variorum hominum undique confluentium congressu ortae *διαφορηθεῖσαι* dici queant, quod potius contrarium significat et de urbe dissipata ac diruta, incolis in alia loca translatis, adhiberi solet. Corrupta igitur Plutarchi scriptura censenda est atque ex Lycurgo, cui insuper ut antiquiori maiorem fidem habere aequum est, sananda. — Vs. 4. Plut. editt. *ἐξαγώγιμοι*, Ald. *ἀγώγιμοι*, sed Lycurgus *εἰσαγώγιμοι*, quod et novissimus Plutarchi editor, Duebnerus, haud dubie recte dedit. Nam quamvis Valck. ad Herod. VII, 161. etiam in Erechthei versu *ἐξαγώγιμοι* restitui voluerit, tamen *εἰσαγώγιμοι* aptam sententiam praebere ad Erechth. l. c. docuimus, et praeterea verisimile est, Euripidem utroque loco prorsus eodem modo scripsisse. — Vs. 5. Bergkius (de reliqu. com. p. 243.) correxit: *εἰ δ' οὐ πάρεργον* pro vulg. *εἰ δὲ παρ.*, recte ut opinor, nam hoc Euripides aegre dicere voluit, *levis* momenti esse, quod coelum bene temperatum sit, sed *maximi*; est igitur *οὐ πάρεργον* per *λιτότητα* dictum. Neque hanc correctionem recipere dubitavimus, praesertim quum metrum locum corruptum esse indicaret. Nam sic antea exhibitus est: *εἰ δὲ πάρεργον χρή τι κομπάσαι γυναῖκες*. Correxerat Musgr. *εἰ δ' ἐς πάρεργον χρή τι κομπάσαι, φίλαι*, quod probant G. Hermannus et Osannus, praeterquam quod illi in fine vs. *λόγου*, huic vero H. Stephani correctio *γύναι* placuit. Osann. Boisson. et Pinzger. (Lycurg. p. 230.) scribunt: *εἰ δή πάρεργον*. — Vs. 6. legebatur *εὖ συγκεκραμένον*, quod correxit Musgr. Ad sententiam cf. Plat. ll. cc. iisdem propemodum verbis (*γῆν — ὑπὲρ τῆς γῆς ὥρας μετριώτατα κεκραμένας*) utentem. — Vs. 8. 9. legebatur: *ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα Τῆς γε δίκαιον ἔχοντες συνθηρεύομεν*. Locum pri-

mus emendavit Valck. ad Herod. I, 142. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε κάλλιστα τρέφει, Γῆς τῆσδε δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρεύομεν, in quibus versus recognoscere difficile est. Musgr. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσίς τ' ἐκτρέφει κάλλιστ' ἀεὶ Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες, ὡς θηρεύομεν. G. Hermann. ad Soph. Ai. p. 629. ed. Erf. mai. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐντρέφει κάλλιστα γῇ, δέλεαρ ἔχοντες οὐδὲν, ὡς θηρ., sed in nota Mssptа ap. Matth. πάντα συνθηρεύομεν. Boisson. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τ' ἐκτρέφει κάλλιστ' ἀεί, Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρ. Pinzg. ad Lycurg. l. c. ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσιῆτίς τε κάλλιστα τρέφει, Δέλεαρ ἔχοντες τῆσδε, συνθηρεύομεν. Bergk. l. c. ut nos exhibuimus, et ita Duebnerus etiam in Plutarcho suo dedit libros Msstos, credo, secutus, praeterquam quod Bergkius Ἀσία τ' ἐκτρέφει, quo vix opus est, scripsit. — Ad sententiam postremorum versuum cf. Thuc. II, 38.

CXIX. 951.

Plut. Quaest. Conv. IV, 2. c. 4, 10. (p. 666. C.) Καὶ μυρίους ἤδη τεθνηκότας ἰδεῖν ἔστιν ὑπὸ βροντῆς, οὐδὲν οὔτε πληγῆς ἔχνος οὔτε καύσεως ἔχοντας, ἀλλ' ὑπὸ φόβου τῆς ψυχῆς, ὡς ἔοικεν, ὄρνιθος δίκην ἀποπταμένης τοῦ σώματος. Πολλοὺς γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησὶ, βροντῆς πνεῦμ' ἄναιμον ὤλεσε. Eundem locum citat Theo Smyrn. de Mus. c. 2. p. 75., praebet tamen τραῦμ' pro πνεῦμ', quod etiam Duebnerus in Plutarcho e codd., ut videtur, edidit. Atque hanc scripturam hic praeferendam esse docet vocabulum ἄναιμον, quippe quod optime quidem cum τραῦμα, vix autem cum πνεῦμα coniungi possit; nam quid sit πνεῦμα ἄναιμον non video: quod si omissum esset, aptissime diceretur βροντῆς πνεῦμα, cf. Troad. 815. Iphig. Aul. 69. Bacch. 1092. Hippol. 165. inc. fab. fgm. XLVI. vs. 2. etc. Pro γὰρ metri caussa scribendum esse γὲ nemo non videt, ut Euripidis versus sit:

Πολλούς γε βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσε.

Locus ad Phaëthontem pertinere videtur. cf. Phaëth. fgm. VII. fin.

CXX. 952.

Plut. Quaest. Conviv. VII, 1. c. 3, 7. (p. 699. A.) Εὐριπίδης δὲ, σαφῶς δήπου λέγων,

Οἶνος περάσας πλευμόνων διαρροὰς,

δῆλός ἐστιν Ἐρασιστράτου βλέπων τι ὀξύτερον· εἶδε γὰρ, ὅτι σήραγγας ὁ πλεύμων ἔχει καὶ πόροις κατατέτρηται, δι' ὧν τὸ ὑγρὸν διίησιν. Eundem versum citat Macrob. Sat. VII, 15. Cf. Hecub. 567. — Eandem sententiam, in qua Euripidem fuisse Plutarchus narrat, omnes fere antiquitatis philosophi ac medici amplexi sunt. Cf. Plat. Tim. p. 70. C. Hippocr. de cord. p. 268 sq. Foës. Galen. de placit. Hippocr. et Plat. VII sq. Curt Sprengel. hist. artis med. T. I. part. IV. p. 450 sqq.

953. CXXI.

Plut. Quaest. Conviv. VII, 8. c. 4, 13. (p. 713. D.) *Οὐ γὰρ μόνον, ὅσοι τὴν σωτηρίαν οἶκοι καὶ παρ' αὐτῶν ἔχοντες,*

ἄλλην ϑέλουσιν εἰσαγώγιμον λαβεῖν

ὡς Εὐριπίδης εἶπεν, ἀβέλτεροί εἰσιν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι, πολλῆς ἐν αὐτοῖς εὐφροσύνης καὶ ϑυμηδίας παρούσης, ἔξωϑεν ἐπάγειν τὰ τέρποντα φιλοτιμοῦνται. Musgr. etiam priora verba in metrum redigere conatus in hunc modum constituit: *Ἀβέλτεροι δ' ὅσοι γε τὴν σωτηρίαν Οἶκοι παρ' αὐτῶν σχόντες* —: recte vero Matth. verendum esse monuit, ne Plutarchea pro Euripideis acceperit.

954. CXXII.

Plut. Amat. II. (p. 755. B.) — *τὸν μὲν Ζεύξιππον ὁ πατὴρ ἔφη γελάσαι καὶ εἰπεῖν, ἅτε δὴ καὶ φιλευριπίδην ὄντα,*

Πλούτῳ χλιδῶσα ϑνητὰ δ', ὦ γύναι, φρονεῖς.

Ita Duebnerum secuti exhibuimus, nam antea ex coniectura Xylandri legebatur *ϑνητὰ δὴ*, pro quo Wyttenbachius *ϑνητά γ' ὦ* legendum esse coniecerat, quum in nonnullis codd. esset *ὦ*.

955. CXXIII.

Plut. praec. gerend. reip. V, 6. (p. 802. A.) — *μηδὲ πολλάκις δέηται τῶν Εὐριπιδείων ἐκείνων·*

Εἰϑ' ἦν ἄφωνον σπέρμα δυστήνων βροτῶν.

Cum hoc versu comparat Plut. Hippol. fgm. XIII. — Musgr. edidit *δύστηνον*

956. CXXIV.

Plut. ibid. XV, 21. (p. 812. E.) — *ἀλλὰ προσακούει τὸ τοῦ Εὐριπίδου*

Τέκτων γὰρ ὢν ἔπρασσες οὐ ξυλουργικά.

Welckerus ad Epeum refert.

957. CXXV.

Plut. de solert. anim. VIII, 8. (p. 965. E.) *Γέγονεν* (sc. ὁμολογία τις περὶ τάξεως) *πολλὴν παρασχοῦσα φιλονεικίαν· εἶτα, κατ' Εὐριπίδην,*

Ὁ τῆς Τύχης παῖς κλῆρος ἐπὶ τούτῳ ταγείς

τὰ χερσαῖα προεισάγει δίκαια τῶν ἐνάλων. Eodem respicit Plut. Quaest. Conv. II, 10, 10. (p. 644. D.) Welckerus ad Aeolum refert. Cf. Aeol. fgm. XXVIII.

958. CXXVI.

Plut. de anim. procr. in Tim. 31, 8. (p. 1028. F.) *Εἰ δ' ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης διορίζεται, ϑέρους τέσσαρας μῆνας καὶ χειμῶνος ἴσους,*

Φίλης δ' ὀπώρας διπτύχους, ἥρός τ' ἴσους,

ἐν τῷ διὰ πασῶν αἱ ὧραι μεταβάλλουσιν. — Grotius Exc. p. 425. etiam verba praecedentia in metri vincula coniecit scribens: *θέρους τε χειμῶνός τε μῆνας τέσσαρας*, quem Musgr. sequi non dubitavit. Sed in hunc locum idem cadere videtur, quod de fgm. CXXI. monuimus.

CXXVII. 959.

Plut. de repugn. Stoic. 15, 2. (p. 1040. B.) *Οὕτω δὲ διασύρας τὰ τοῦ Πλάτωνος, ἐπαινεῖ πάλιν ἐν ἄλλοις καὶ προφέρεται τὰ τοῦ Εὐριπίδου ταυτὶ πολλάκις·*

— — Ἀλλ' ἔστι, κεἴ τις ἐγγελᾷ λόγῳ,
Ζεὺς καὶ θεοὶ βρότεια λεύσσοντες πάθη.

Primum vs. Grot. sic restituit: *ἀλλ' ἔστιν, ἔστι, κἂν τις κτλ.* **Quod** *ἔστι* **duplicavit, haud improbabile est; sed quod** *ἐὰν* **pro** *εἰ* **scripsit, non probandum. Nos cum Duebnero** *κεἰ* **dedimus.**

CXXVIII. * 960.

Clem. Alex. Protrept. c. VI. § 68. (p. 59. P.).

A. Θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νοητέον;
B. τὸν πάνθ' ὁρῶντα καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

Εὐριπίδης λέγει. **Philemoni eosdem vs. tribuit Iustin. de monarch. p. 37. D. Quos Meinekius ad Menandr. p. 434. et Poet. com. Vol. IV, p. 68. e disciplina hominis cuiusdam Christiani profectos esse affirmare non dubitat. Sed quamvis horum versuum patrocinium suscipere nolim, tamen diffitendum non est, plura apud Euripidem inveniri cum doctrina Christiana ex parte convenientia, unde explicationem fert, quod tragicorum nullus saepius a scriptoribus ecclesiasticis citatus est, quam Euripides. Talia ex Anaxagorae disciplina fluxisse videntur. Cf. Herc. fur. 1345.** *δεῖται γὰρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεὸς, οὐδενός.* **Thyest. fgm. VI. Temen. fgm. XI. Inc. fab. fgm. CXXXVIII. CLXXXIII. CLXXXV. Cf. Valck. Diatr. p. 41. Welck. fgm. ad Melanippam refert.**

CXXIX. 961.

Clem. Alex. Protrept. c. VII. § 76. (p. 65. P.) *τότε δ' ἐμμανῆ εἰσάγων (Εὐριπίδης) Ἡρακλέα καὶ μεθύοντα, ἀλλαχόθι καὶ ἄπληστον· πῶς γὰρ οὐχί; ὃς ἑστιώμενος τοῖς κρέασι*

χλωρὰ σὺν' ἐπήσθιεν,
ἄμουσ' ὑλακτῶν ὥστε βαρβάρῳ μαθεῖν.

Eundem locum haud dubie respexit Athen. VII. p. 276. F. *λέγομεν γοῦν ὀψοφάγους οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας· οἷος ἦν Ἡρακλῆς, ὃς τοῖς βοείοις κρέασιν ἐπήσθιε σῦκα χλωρά.* **Inde primum versum supplevit Musgr.**

κρέασι βοείοις χλωρὰ σὺν᾽ ἐπήσθιεν.

De Hercule quum sermo sit, non improbabiliter Monkius ad Alc. 776. haec e dramate satyrico ducta esse coniecit. Nam quod Matth. Herculem etiam in Alcestide inde a vs. 247. ita induci monuit, ut tota scena dramati satyrico vel comoediae aptior videatur, nullius momenti est, quum Alcestis fabulae satyricae locum obtinuerit satisque dubitatum sit, essetne re vera drama satyricum an tragoedia. Neque dubito, quin hoc fragm. ad Syleum pertineat. — Verba ἄμουσ᾽ ὑλακτῶν leguntur etiam in Alc. 760. Pflugk.

962. CXXX. *

Clem. Alex. Paed. II. c. 6. § 50. (p. 198. P. s. fin.)

φθείρουσιν ἤθη χρήσθ᾽ ὁμιλίαι κακαὶ,

ἡ ποιητικὴ λέγει. Ut Clemens, sine auctoris nomine versum citat Paul. Ep. I. ad Corinth. 15, 33., Euripidi tribuit Socr. Hist. Eccl. III, 16, Menandro Hieronym. in Tit. I. et in Galat. IV, unde eum inter Menandri fragmenta recepit Meinekius p. 75. et poet. com. vol. IV. p. 132. Henr. Stephani auctoritate commotus, qui in vetusto N. T. exemplari se margini adscripta invenisse dicit verba Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ γνώμη ἐν Θαδίᾳ (h. e. Θαΐδι). Cui hic versiculus assignandus sit vix definias, quum haud raro, quae Euripidis sunt, Menandro, Menandrea autem Euripidi errore tributa sint, cuius rei causam ad inc. fab. fgm. XXVII. attulimus. Latine eum reddidit Tertull. ad Uxor, I, 8. *bonos corrumpunt mores congressus mali.* — Similis est incerti poetae vs. ap. Arsen. Viol. p. 314. ed. Walz. κακοῖς ὁμιλῶν αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός. Peliad. fgm. X. et praeclarus Aeschyli locus Sept. c. Th. 581 sq.

963. CXXXI. CXXXII. CXXXIII.

Clem. Alex. Strom. III, 3. § 22. (p. 520. P.) λέγει γὰρ ἡ τραγῳδία·

Τὸ μὴ γενέσθαι κρεῖσσον ἢ φῦναι βροτούς.
Ἔπειτα παῖδας σὺν πικραῖς ἀλγηδόσι
τίκτω· τεκοῦσα δ᾽, ἢν μὲν ἄφρονας τέκω,
στένω ματαίως εἰσορῶσα μὲν κακούς,
χρηστοὺς δ᾽ ἀπολέσασ᾽· ἢν δὲ καὶ σεσωσμένους
τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀρρωδίᾳ·
τί τοῦτο δὴ τὸ χρηστόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν
ψυχὴν ἀπολύειν κἀπὶ τοῦδ᾽ ἔχειν πόνους;

καὶ ἔσθ᾽ ὁμοίως·

ἔμοιγε νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·
παῖδας φυτεύειν οὔποτ᾽ ἀνθρώπους ἐχρῆν
πόνους ὁρῶντας εἰς ὅσους φυτεύομεν.

ἐν δὲ τοῖς αὖθις λεγομένοις καὶ τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν ἐναργῶς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἐπανάγει λέγων ὧδε·

ὦ δυστυχῶν φὺς καὶ κακῶς πεπραγέναι·
ἄνθρωπος ἐγένου καὶ τὸ δυστυχὲς βίου
ἐκεῖθεν ἔλαβες, ὅθεν ἅπασιν ἤρξατο
τρέφειν ὅδ' αἰθὴρ ἐνδιδοὺς θνητοῖς πνοάς·
μή νυν τὰ θνητὰ θνητὸς ὢν ἀγνωμόνει.

Hos versus Euripideos esse, cum Stobaeus docet, qui Floril. CXX, 17. primum fragmenti CXXX. versum poetae nomine adiecto citat, tum inde apparet, quod tres Euripidis loci (Iphig. Aul. 163. Antiop. fgm. XXXIX. Suppl. 270.) cum hisce eodem modo, quo hi inter se, coniuncti subsequuntur. Iam vero Barnes. et Musgr. viderunt, primum versum non bene cum sequentibus cohaerere, itaque disiunctum ab reliquis ediderunt. Sed non temere eum Clemens reliquis praefixisse videtur: summam enim fere eorum continet versus, quae locis sequentibus haud dubie e diversis Euripidis fabulis neque, ut Welckerus p. 832. et Bergkius opinantur, ex una Cresphonte (cf. fgm. X.) petitis Clemens uberius explicare ac demonstrare voluit. Quare locos ipsos, quum omnes eodem spectent, non cum Matthiaeo discerpsimus. Ad sententiam simile est Oenom. fgm. I. — Vs. 1. cf. Belleroph. fgm. II. vs. 2. — Vs. 4 sq. *Βραχυλογίαν* his verbis insidentem expediverunt Valck. Diatr. p. 246 sq. Matth. p. 397; dicere voluit poeta: *ἢν μὲν ἄφρονας τέκω, στένω ματαίως (frustra, ita ut nihil proficiam)· ἢν δὲ χρηστοὺς τέκω, ἀπολέσασ' αὐτοὺς στένω. ἢν δὲ καὶ σεσωμένους αὐτοὺς εἰσορῶ, τήκω καρδίαν ὀρρωδίᾳ, metu scil., μὴ πάθωσί τι*, ut loquitur Eur. Oenom. l. c. Musgr. vero huius dicendi generis ignarus legendum esse putavit *σεσωσμένοι*, subaudito *ὦσιν*. — Vs. 5. Cod. Paris. *χρηστούς τ' ἀπολύουσι*. — Vs. 8. vulg. *ἀπολύειν* quippe sententiae parum convenientem inde a Grotio improbarunt viri docti: Grotius ipse correxit *πολεύειν* teste advocato Hesychio, qui scribit: *πολεύειν· τρέφειν, οἰκεῖν, περιέχειν, θεραπεύειν, περιάγειν*, probatum a Valck. et Musgr., qui tamen *πολεύειν* hoc loco idem atque *ποιμαίνειν* significare censet, alio Hesychii loco huc parum faciente fretus: *πολεῖν· νέμειν, βόσκειν*. Boisson. dedit *ἀπολέσαι*, audacius, ut ipse confitetur; Heathius anapaesto in secundam sedem illato *ἀπολαύειν*, Bergkius Matthiaei sententiam fortasse amplexus, qui hic eandem sententiam requiri opinabatur, quae est in Hipp. 257 sq. Alc. 903, proposuit *ἀλύειν*. Horum quid verum sit, explorari vix potest: nam facile quidem est ad dicendum, quid Euripides scribere potuerit, sed quid scripserit, perquam difficile. Quare rem in medio relinquo. — In sequentibus legebatur vulgo *κἄπειτ' οὐδ' ἔχειν*, Cod. Par. *κἄπειτ' ἢ δὲ ἔχειν*, Ed. Flor. *κἄπειτ' ἠδ' ἔχειν*, unde Grot. effinxit *κἀπὶ τῇδ' ἔχειν*, quod Musgr. et Valck. probarunt, sed ad litterarum ductus in reliquis codd. propius accedentes Matth. et Klotz. dederunt: *κἀπὶ τοῦδ' ἔχειν*, de quo dicendi usu cf. Wolf. ad Leptin. p. 276. 319. 346. Matth. Gr. Gr. § 584. E. sq. — Vs. 9. Legebatur vulgo *ἐμοὶ γένοιντο καὶ πάλαι δοκεῖν*, quod Grot. optime mutavit

ἰὴ ἀλλ' ὡς ἐμοί γε νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ. — Vs. 12. vulgo erat ὁ et πεπραχέναι. quod correxit Musgravius. — Vs. 14. Grot. et Barnes. ἅπαντας ἦρξεν. Valck. Diatr. p. 284. ἅπαντ' ἐνήρξατο, sine caussa. — Vs. 15. vulgo ὅ τ' pro ὅδ'. — Vs. 16. μὴ οὖν τὰ θνητά. vulg. μὴ τοίνυν τὰ θνητά. cod. Paris. μή τοι τὰ θν. Barnes. μὴ νῦν τ. θν. Musgr. μή νυν τ. θν. Valck.

964. CXXXIV. CXXXV.

Clem. Alex. Strom. IV, 20. § 127. (p. 620 sq. P.) — Φίλανδρον μετὰ σεμνότητος ὑπογράφει γυναῖκα Εὐριπίδης παραινῶν·

εὐλογεῖν δ' ὅταν τι λέξῃ χρὴ δοκεῖν κἂν μὴ λέγῃ,
κἀκπονεῖν ἂν τῷ ξυνόντι πρὸς χάριν μέλλῃ λέγειν.

καὶ αὖθις που τούτοις τὰ ὅμοια·

ἡδὺ δ' ἦν κακόν τι πράξῃ συσκυθρωπάζειν πόσει
ἄλοχον ἐν κοινῷ τε λύπης ἡδονῆς τ' ἔχειν μέρος.

τό τε πρᾶον καὶ φιλόστοργον ὧδέ πως ὑποδεικνύειν κἀν ταῖς συμφοραῖς ἐπιφέρει·

σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι
καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσω. κοὐδέν ἐστί μοι πικρόν.

μετὰ γὰρ τῶν φίλων εὐτυχεῖν τε χρή. τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο πλὴν τόδε; — Deinde nonnullis verbis interpositis pergit Clem. § 128: χρὴ δὲ τὸν εὐδαίμονα γάμον οὔτε πλούτῳ ποτὲ οὔτε κάλλει κρίνεσθαι, ἀλλ' ἀρετῇ.

Οὐδεμίαν, φησὶν ἡ τραγῳδία,
ὤνησε κάλλος εἰς πόσιν ξυνάορον,
ἀρετὴ δ' ὤνησε πολλάς· πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ
ἥ τις ἀνδρὶ συντέτηκε, σωφρονεῖν ἐπίσταται.

εἶτα οἷον παραινέσεις διδοῦσά φησι·

πρῶτα μέν γε τοῦθ' ὑπάρχει· κἂν ἄμορφος ἡ πόσις,
χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τῇ γε νοῦν κεκτημένῃ,
οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς — —

καὶ τὰ ἑπὶ τούτοις. — Hos duodecim versus Grot. Exc. p. 425 sq. ita dedit, ut primos poneret vs. 3—6 et duos, quos e Clementis verbis violenter elicuit, deinde vs. 7—10 et l. 2 adderet. Versum 12 in adnott. p. 960 adiciendum esse monuit. Eum secutus est Barnes. inserto tamen vs. 12. Musgr. primo collocavit vs. 7—12, tum vs. 1 sqq. pariter atque Grotius Clementis verba metro adstringens. Sed nulla adest ordinis mutandi causa: nam quamvis omnes ex eadem scena petitos esse negari vix possit, tamen, quomodo cunque collocentur, continuum sermonem non efficient, neque veri simile est, Clementem eos citasse, prout sese excipiebant, sed prout eius proposito conveniebant. — Vs. 1. Grot. et Barnes. εὖ λέγειν et ὅτ' ἀντιλέξῃ dederunt, sed veram scripturam ὅταν τι λέξῃ Valck. ad Phoen. 1642 et Diatr. p. 243 revocavit. Idem l. c. defendit κἀκπονεῖν pro κἀπορεῖν, quod Grotius scripserat, deditque ἂν pro ἄν.

[illegible] [illegible] [illegible] [

965.

CXXXVI.

Clem. Alex. Strom. IV, 25. § 157. (p. 634. P.)

Ὄλβιος ὅστις τῆς ἱστορίας
ἔσχε μάθησιν μήτε πολιτῶν
ἐπὶ πημοσύνῃ μήτ' εἰς ἀδίκους
πράξεις ὁρμῶν,
ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως
κόσμον ἀγήρω, πῇ τε συνέστη,
καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως.
τοῖς δὲ τοιούτοις οὐδέποτ' αἰσχρῶν
ἔργων μελέτημα προσίζει.

Euripidis hos versus esse, ex Themistii orat. XXIV. p. 307. D. cognoscitur, qui verba *μήτε πολιτῶν* sq. usque ad *κόσμον ἀγήρω* Euripidis nomine praemisso affert, et e Polluc. II, 14, qui *κόσμον ἀγήρω* hinc commemorat. Egit de hoc loco Valck. Diatr. p. 26. egregie Euripidis animo videri Anaxagorae imaginem obversatam esse coniiciens, versusque etiam paulo aliter disponens, ita quidem ut versum 1 verbis *ὄλβιος ὅστις* expleret, in reliquis autem dimetros anapaesticos verbis *καὶ ὅπως* omissis constitueret. Simulque pro *τῆς ἱστορίας* scripsit *γῆς ἱστορίας*, quum in schola quidem Pythagorae per excellentiam Geometria dici potuerit *ἱστορία* (cf. Iambl. vit. Pyth. § 89.), sed alibi quamcunque quis disciplinam scripto mandaverit, illius tradere dictus sit *ἱστορίαν*, Musices v. c., Arithmetices, Geometriae etc. Itaque factum esse, ut Eudemi *γεωμετρικὴν ἱστορίαν* Eutocius Praef. Comm. in Archim. de dimens. circ. p. 49 citaverit. Quae ut vere disputata sint, bene tamen Matth. monuit, non posse hoc loco sermonem esse de geographia — hanc enim significaret *γῆς ἱστορία*, sed de totius mundi cognitione, quae sit *κόσμου* vel *φύσεως ἱστορία*, ut e sequentibus appareat. Male vero Musgravio praeterea *ἱστορίας* in *ἱστορίαν* mutandum videbatur. — Vs. 2 sq. Quod apud Themistium legitur; *οὔτε πολιτῶν ε. π., οὔτ' εἰς ἀ. π. ὁρμᾶν, ἀλλ' ἀ. φύσεως καθορᾶν κτλ.*, non scripturae varietatis indicium est, sed Themistius, ut Valck. docuit, Euripidis verba ad sententiam suam accommodavit, quum praecessisset: *ἃς Εὐριπίδης ὁ σοφὸς εἴρηκεν.* — Vs. 3. pro *πημοσύνῃ* Scalig. ap. Grot. Exc. p. 461. *πημοσύνας*, Piers. Veris. p. 128. *πημοσύνην* scribi maluit, sed recte Matth. vulgatam defendit. Cf. eius Gr. Gr. § 585. *β.* p. 1370 sq. — Versum 7 eiecit Valck. tanquam interpretamentum voculae *πῇ* eumque secutus est Musgr.; sed eiectis his verbis vix habet *τε* post *πῇ*, quo referatur, et sententia ipsa labefactatur. Accedit, quod haec dicendi ratio non tam librarium, quam bonum Atticum scriptorem prodit: ea enim usi sunt Aesch. Prom. 875. Plat. Phaedo. p. 100. D. de Rep. p. 612. A. 621. B. etc. cf. Iacobs. ad Philostrat. Imagg. p. 635. Heathius et Klotzius scribi iusserunt *χᾷπῃ χᾷπως*, quod probari vix potest. — Musgr. probabiliter hos vs. ex Melanippe Sap. ductos esse censet.

CXXXVII. 966.

Clem. Alex. Strom. IV, 26. § 176. p. 642. P. *Ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδης*

χρύσεαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ, φησὶν,
καὶ τὰ Σειρήνων ἑρόεντα πέδιλα
ἁρμόζεται,
βάσομαι δ' ἐς αἰθέρα πολὺν
ἀερθεὶς Ζηνὶ προσμίξων.

Hos vs. Th. Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1835. n. 10.) ita correxit:

καὶ τὰ Σειρήνων ἑρόεντα πέδιλ' ἁρμόζεται,
βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πολιὸν ἀερθεὶς κτλ.

vel si quis arsin solutam in numero dactylico ferre nolit:

βάσομαί τ' εἰς αἰθέρα πουλὺν ἀερθεὶς

haud improbabiliter, ut equidem opinor, quamquam de eiusmodi versibus e sermonis perpetuitate excerptis recte iudicare difficile est. De dictione *πολιὸν αἰθέρα* Bergk. conferri iubet Orest. 1370. — Locus fortasse ad Bellerophontem referendus est, quem ante oculos habuisse videtur Plut. an seni ger. s. rep. V, 8. (p. 786. D.), ubi *τὰς Εὐριπίδου χρυσᾶς πτέρυγας* commemorat; quod si verum est, fortasse pro *ἑρόεντα* legendum erit *πτεροέντα*.

CXXXVIII. 967.

Clem. Alex. Strom. V, 10. § 71. p. 688. P. *πάνυ θαυμαστῶς ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος Εὐριπίδης τοῖς προειρημένοις ἡμῖν συνῳδὸς διὰ τούτων εὑρίσκεται, πατέρα καὶ υἱὸν ἅμα οὐκ οἶδ' ὅπως αἰνισσόμενος·*

Σοὶ, τῷ πάντων μεδέοντι, χοὴν
πέλανον τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀΐδης
ὀνομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι
θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας
δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν.

ὁλοκάρπωμα γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἄπορον (ἄπυρον emend. Matth.) *θῦμα ὁ Χριστός. καὶ ὅτι τὸν σωτῆρα αὐτὸν οὐκ εἰδὼς λέγει σαφὲς ποιήσει ἐπάγων·*

σὺ γὰρ ἐν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων
χθονίων θ' Ἅιδῃ μετέχεις ἀρχῆς.

ἔπειτα ἄντικρυς λέγει·

πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνέρων
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν
πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν
τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένους
εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

Ann. Chim. Phys. 3, 2, 5, 6, 8, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49,

σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

Grot. Exc. p. 433 e verbis ap. Clem. praecedentibus praefixit his ἃ δυσδαίμων, ut unus evaderet versus, sequentia autem coniecturis suis interpolavit. Illud δυσδαίμων (omisso ἃ) retinuit Valck., ut vs. 1. esset δυσδαίμων, ὃς τ. λ. quo recepto systema anapaesticum a paroemiaco inciperet. Rectius fortassis idem et Musgr. post νοεῖ aliquid excidisse statuunt, nam de uno eodemque homine dici non poterant: θεὸν οὐχὶ νοεῖ et τὰ τῶν μετεωρολόγων ἑκὰς ἔρριψε. Valck. igitur ita locum dedit:

θεὸν οὐχὶ νοεῖ, ...
. . . . . μετεωρολόγων δ' κτλ.

Grot. scripserat: μετεωρολογῶν δὲ καταρρίπτει Σκολιὰς ἀπατὰς οἷον ἀτειρὴς Γλῶσσ', quae recte reprehendit Valck. Musgr. coniecit: μετεωρολόγων οὐδ' ἑκὰς ἔρριψ' Ἀπατὰς σκολιάς. Mihi vero neque quidquam excidisse nec tam violenta ratione loco succurrendum esse videtur, sed sublata post νοεῖ interpunctione scribendum: Δυσδαίμων, ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ μετεωρολόγων θ' ἑκὰς ἔρριψεν κτλ. i. e. *Infelix qui haec spectans Deum non cogitat nec longe abiicit tortuosas astrologorum fraudes* etc. Saepius enim particula τε, si negatio praecessit, subiecto eodem manente pro οὔτε vel μήτε accipienda est, cuius usus grammatici sat multa praebent exempla. Vs. 3. vulgo erat ἀτειρὰ, cod. Ottob. ἀντειρὰ, sed recte Potter. ἀτηρά.

CXLI. 970.

Clem. Alex. Strom. VI, 1. § 8. (p. 740. P.) Εὐριπίδης γράφει·

Κακὸν γυναῖκα πρὸς νέον ζεῦξαι γραίαν·
ὁ μὲν γὰρ ἄλλος λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν,
ἡ δ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα βουλεύει κακά.

Grotius Exc. p. 423 et post eum Barnes. transposuerunt κακὸν et γραίαν, et sic edidit Klotzius, sed Musgr. contra eos monuit, diphthongum in voce γραίαν sequente vocali non sine exemplo corripi. At unum certe exemplum attulisset vellem. Nam afferuntur quidem exempla correptae in voce γεραιὸς diphthongi (cf. Hippol. 170. Hec. 64. 274. Med. 133. et eundem abusum in aliis quibusdam voculis notarunt Gaisf. ad Hephaest. p. 216. Monk. ad Hippol. 270), sed nescio an hoc etiam ad γραῖος non pertineat. Quare equidem transpositionem illam praeferam, praesertim quum una voce excepta prorsus idem versus in Aeol. fgm. VIII legatur: κακὸν γυναῖκα πρὸς νέαν ξεῦξαι νέον. Pro γραίαν codd. Paris. Ottob. νέαν exhibent. — Grotius in interpretatione Latina vocabulum γραίαν, in quo cardo rei positus est, non expressit.

CXLII. 971.

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 12. (p. 743. P.) Πρὸς τούτοις Ὁμή-

ρου (Od. ρ', 286 sq.) λέγοντος· Γαστέρα δ' οὔπως ἔστιν ἀκοπλῆσαι μεμανῖαν, Οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσιν.

νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ κακῶς γ' ὀλουμένη
γαστὴρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά.

Ap. Clem. olim legebatur: νικᾷ δὲ χρεία μὲν κακῶς κτλ., sed genuinam scripturam elicuit Casaub. ad Athen. p. 716. e loco Diphili ap. Athen. X, 5. p. 422. B. Εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης· Νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ ταλαίπωρός τε μου Γαστήρ — hanc etiam Clementis codicibus confirmatam. Grot. dederat: νικᾷ με χρεία καὶ κ. οἰ. sq.

972. CXLIII.

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 13. (p. 744. P.) αὖθις Εὐριπίδου εἰπόντος·

ὦ πολύμοχθος βιοτὰ θνητοῖς
ὡς ἐπὶ παντὶ σφαλερὰ κεῖσαι,
καὶ τὰ μὲν αὔξεις, τὰ δ' ἀποφθινύθεις
κοὐκ ἔστιν ὅρος κείμενος οὐδεὶς
εἰς ὅντινα χρὴ τελέσαι θνητοῖς,
πλὴν ὅταν ἔλθῃ κρυερὰ Διόθεν
θανάτου πεμφθεῖσα τελευτή.

Vs. 4. vulgo erat οὐδὲ εἷς. Cod. Paris. οὐδὲ εἰς εἰς. Vs. 5. Grot. et Barnes. θνητούς. Vs. 7. θανάτου τελευτὴ ex Homeri (cf. Il. γ', 309. e. a. l.) consuetudine dictum est. cf. Med. 157.

973. CXLIV.

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 22. (p. 749. P.) Ἀλλὰ καὶ τοῦ ἰατροῦ Ἱπποκράτους· „ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ ὥρην καὶ χώρην καὶ ἡλικίην καὶ νούσους" γράφοντος. Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ χρήσει φησίν·

— — ὅσοι δ' ἰατρεύειν καλῶς,
πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν
τὴν γῆν τ' ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

Grot. Exc. p. 325. ὅσοι θέλουσ' ἰατρεύειν καλῶς, sed haud dubie recte Valck. Diatr. p. 245. monuit, ἰατρεύειν ab omissis pendere; itaque eiusdem correctione: ὅσον δ' ἰατρεύειν καλῶς carere possumus. Vs. 3. ap. Clem. legitur τὴν γῆν ἰδόντας, Grot. correxit: καὶ γῆν ἰδ., Valck. et Musgr. vero τὴν γῆν τ' ἰδ. restituerunt. Gatak. Adv. misc. p. 519 fragmentum ad Bellerophontem rettulit, quum in hac fabula similis locus (fgm. XVI) extaret.

974. CXLV.

Clem. Alex. Strom. VI, 18. § 113. (p. 797. P.) Suid. v. καλαμᾶσθαι. Cic. ad Attic. VIII. 8.

Πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρὴ καὶ παλαμάσθω,
καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω·
τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, καὶ τὸ δίκαιον
ξύμμαχον ἔσται,
κοὐ μή ποθ' ἁλῶ κακὰ πράσσων.

Locum Suid. Clem. et Cic. sine auctoris nomine citant, Euripidis vero esse apparet ex Suid. v. *ἀλωτόν*, ubi versum 5 adiecto poetae nomine affert. Integrum eum Suidae debemus, nam Clem. omisit versum 2, Cic. vero priora tantum usque ad verba *εὖ μετ' ἐμοῦ* attulit. Vs. 1. Th. Bergkius (in Zimmerm. Diar. Antiquit. 1835. n. 10. et in Comment. de Reliqu. com. Att. p. 135) optime correxit: *ὅ τι χρῇ*, in quam emendationem etiam incidit Dindorfius in adnot. Wunderi ad Soph. Antig. 874, quam consuluisse haud inutile erit. Ap. Clem. male legitur *παλαμᾶσθαι*, Cic. ad propositum suum accommodate dedit: *παλαμάσθων* et *τεκταινέσθων*. Vs. 2. Musgr. *ἐπί μοι*. Matth. *ἐπ' ἐμόν*. Vs. 3. verba *τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ* Cic. exhibet etiam ad Att. VI. 1. — Th. Bergkio hoc fragm. ex Telepho petitum esse videtur, ita ut Ulixis fraudulentia atque astutia notetur: quae coniectura eo confirmatur, quod Aristophanes in Acharn. 659 sq. iisdem propemodum versibus contra Cleonis potentiam usus est; perstrinxit enim in Acharnensibus maxime Telephum Euripidis.

CXLVI. 975.

Philo. Iud. quod omn. lib. § 21. (p. 469. M. p. 887. P.)

Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν, κατὰ τὸν τραγικὸν, καὶ κλύειν ἐπίσταμαι,
ἄρχειν θ' ὁμοίως, τῇ ῥετῇ σταθμώμενος
τὰ πάντα.

Euripidis quin verba sint, haud dubium esse potest, quum eodem modo Philo saepius Euripidis versus citaverit; cf. v. c. Iudic. de Ioseph. § 14. (p. 53. M. p. 537. P.) sed quo iure a Grotio, Barnesio, aliis inter Sylei fragmenta (n. VIII) recepta sint, equidem non perspicio, licet eos locum habere in hoc dramate potuisse non negaverim.

CXLVII. 976.

Cornut. I. Phurnut. de nat. deor. 20. p. 184. ed. Gale.

Κορυφὴ δὲ θεῶν, κατ' Εὐριπίδην, ὁ περὶ χθόν' ἔχων
φαεινὸς αἰθήρ. —

Egit de hoc loco Valck. Diatr. p. 48, ubi vs. 2 sine caussa dedit *φαεννὸς*, de qua forma ipse disseruit ad Phoen. 84. *Ὁ περὶ χθόν' ἔχων* dictum est pro *ὁ περιέχων χθόνα* (*αἰθήρ*), de qua tmesi verba fecit Pors. ad Med. 284. Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. I.

CXLVIII. 977.

Aeschin. c. Timarch. p. 18, 15. Steph. *εὑρήσετε — τὸν Εὐριπίδην ἀποφαινόμενον τὴν θεὸν ταύτην οὐ μόνον τοὺς ζῶντας ἐμφανίζειν*

δυναμένην, ὁποῖοί τινες ἂν τυγχάνωσιν ὄντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς τετελευτηκότας, ὅταν λέγῃ·

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἀν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

Apud Suid. v. φήμη, qui eundem vs. exhibet, rectius legitur κἀν μυχοῖς. Ac sane pluralis usitatior esse videtur. cf. Valck. ad Phoen. 1496. s. fin. Ellendt. Lex. Soph. II. p. 144. Sed vide Eur. Suppl. 545 et Markl. ad h. l. — Haud improbabiliter Welck. versum ad Pirithoum refert. cf. Pirith. fgm. V.

978. CXLIX.

Theopomp. comic. ap. Athen. IV. p. 165. B. καὶ Θεόπομπος δ' ἐν Ὀδυσσεῖ ἔφη·

Εὐριπίδου τἄριστον οὐ κακῶς ἔχον,
τἆλλότρια δειπνεῖν τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

In priori (Theopompi) versu quum scriptura vulgata aptam sententiam non praebeat, Grot. Exc. p. 553. scripsit: *Εὐριπίδου τ' ἀρέσκον* κτλ. i. e. *Scitum comperior illud placitum Euripidis* etc. Pors. Adv. p. 74. *Εὐριπίδου τἀρχαῖον* κτλ. respiciens Eriphi (ap. Athen. IV. p. 134. C.) locum: λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων. Bergk. Comment. p. 412. *Εὐριπίδου στ' ἄριστον*, i. e. *Euripideum est ientaculum, non sane contemnendum*, qua coniectura quid ad sententiam lucremur non video. Longe igitur praeferenda est Meinekii (Poet. com. Vol. II. p. 792) correctio: *Εὐριπίδου τἄρ' ἐστὶν* κτλ., nisi forte scribi malis *Εὐριπίδου γάρ ἐστιν* κτλ. Versum 2 (Euripidis) Bergkius l. c. verissime e fabula satyrica ductum suspicatur.

979. CL.

Antiphan. ap. Athen. X. p. 446. A. παραδίδου δ' ἐξῆς ἐμοὶ οἶνον ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης. Hinc Eustath. ad Od. φ', p. 761, 30. ὅτε καιρὸν ἡ πόσις ἔχει τοῦ οἴνου, τότε κατὰ τὴν Εὐριπίδειον μοῦσαν ἀρκεσίγυιός ἐστιν. Casaubono in Athenaei verbis Antiphanes τὸν scripsisse, Athenaeus autem eius loco οἶνον substituisse videtur.

980. CLI.*

Athen. IV. p. 156. F. εἶτα πάλιν φακοὶ προσηνέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι, καὶ ὁ Δυτρέφης δραξάμενος ἔφη

Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν

καὶ ἄλλος ἐξῆς ἀνεβόησε

Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι.

Ut prior vs. unius literae mutatione ex Eurip. Med. vs. 333 ad risum detortus est, ita perquam probabiliter alterum ex hoc Euripidis versu

κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι

ex incerta fabula ducto derivatum esse Leopard. Emendatt. VI, 12 et Porson. ad Med. l. c. statuunt.

CLII. 981.

Athen. IV, p. 158. E. *κἀν ἄλλοις* (praecessit fgm. XIV.) *δέ φησιν ὁ σκηνικὸς φιλόσοφος*

Ἀρκεῖ μετρία βιοτά μοι σώφρονος τραπέζης,
τὸ δ' ἄκαιρον ἅπαν τόδ' ὑπερβάλλον τε μὴ προσείμαν.

Grotius in quattuor vs. divisit, sed vs. asynartetos Archilochios esse iam vidit Heathius, qui vs. 2 scripsit *ἅπαν χὑπερβάλλον* pro vulg. *ἅπαν ὑπερβάλλον*. Eundem versum inserta vocula *τόδ'* post *ἅπαν* primus restituerat Porsonus ap. Gaisf. ad Hephaest. p. 341, (ubi simul optime de horum vs. genere disputatum est), cuius emendationis firmandae caussa ap. Dobr. ad Aristoph. Vesp. 1522 attulit locum e Bacch. 1221. *τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα*; Ad sententiam cf. locum ab Athenaeo ipso praemissum, quem supra (inc. fab. fgm. XIV.) exhibuimus.

CLIII. 982.

Athen. VI. p. 270. C. „*Ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως Οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά,*“ *Ἀχαιὸς φησιν ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ* (cf. Achaei fgm. ed. Urlichs. p. 43. Ed. Mueller. de Aeth. satyr. p. 14.) *παρ' οὗ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης λαβὼν ἔφη·*

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ.

Athenaeum exscripsit Eustath. ad Odyss. δ'. p. 1596, 43., omisit tamen *ἐν* ante *πεινῶντι*. Eundem versum, qui in proverbium abisse videtur, citant Liban. Vol. II. p. 509. A. (T. III. p. 389, 25. ed. Reisk.), Themist. p. 164, 6, Schol. Soph. Antig. 781, ubi *πεινῶσι* legitur, quod etiam Grotius Exc. p. 424 dedit, eumque respexit Antiphanes ap. Athen. I. p. 28. F. *ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ἐν δὲ τοῖς κακῶς Πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς*. Ad sententiam quis non meminerit Terentiani (Eun. IV, 5, 6) versus: *Sine Cerere et Libero friget Venus*? Contrarium probat Plutarchus de Sanit. Praec. 8. (p. 126. C.), quem locum Matth. indicavit, tacite Achaeum et Euripidem notans, dum scribit: *οὐ γὰρ ἐν πλησμοναῖς Κύπρις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν εὐδίᾳ σαρκὸς καὶ γαλήνῃ*. — *Ἐν πλησμονῇ* dictum est pro *ἐν ἐμπλησθέντι*. cf. Erechth. fgm. XXI.

CLIV. 983.

Athen. XI. p. 465. B. *διόπερ καὶ Εὐριπίδης ἕνα τῶν τοῦ Ἡλίου ἵππων φησὶν εἶναι*

Βακχίου φιλανθέος
Αἴθοπα, πεπαίνοντ' ὀρχάτους ὀπωρινούς·
ἐξ οὗ βροτοὶ καλοῦσιν οἶνον αἴθοπα.

Hinc Eustath. ad Il. ι'. p. 836, 15. — Matth. fragmentum ad Phaëthontem rettulit. cf. Phaëth. fgm. VII. fin.

984. **CLV.**

Athen. XIII. p. 561. A. *ἐν οἷς* (sc. *λόγοις φιλοσόφοις*) *τινὲς καὶ ἐμνημόνευσαν τοῦ σκηνικοῦ φιλοσόφου Εὐριπίδου ᾀσμάτων, ὧν ἦν καὶ τάδε·*

Παίδευμα δ' Ἔρως σοφίας ἀρετῆς
πλεῖστον ὑπάρχει, καὶ προσομιλεῖν
οὗτος ὁ δαίμων
πάντων ἥδιστος ἔφυ θνητοῖς.
καὶ γὰρ ἄλυπον τέρψιν τιν' ἔχων
εἰς ἐλπίδ' ἄγει.
τοῖς δ' ἀτελέστοις τῶν τοῦδε πόνων
μήτε συνείην χωρίς τ' ἀγρίων
ναίοιμι τρόπων.
τὸ δ' ἐρᾶν προλέγω τοῖσι νέοισιν
μή ποτε φεύγειν,
χρῆσθαι δ' ὀρθῶς, ὅταν ἔλθῃ.

Locum tractavit Valck. Diatr. p. 240 sqq. Vs. primi constructionem esse: *παίδευμα σοφίας Ἔρως πλεῖστον ἀρετῆς ὑπάρχει κτλ.* **vix est quod moneam. cf. Erechth. fgm. XXI. — Vs. 2. codd. P. V. L.** *ὑπάρχειν.* **Vs. 5. In Bacch. 423 Euripides pariter Dionyso** *ἄλυπον τέρψιν* **tribuit. — Locos huius similes habes in Androm. fgm. XXVI. Stheneb. fgm. VIII. etc. Fragm. ex Andromeda vel ex Hippolyto petitum esse potest.**

985. **CLVI.**

Galen. Protrept. p. 3. ed. Basil. (T. I. p. 16. ed. Kuehn.) *εἶτα καὶ τῷ γήρᾳ λοιδοροῦνται, δέον ἑαυτοῖς, καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινοῦσι λέγοντα·*

οὐ γάρ ἐστιν ἀσφαλὲς
περαιτέρω τὸ κάλλος ἢ μέσως λαβεῖν.

Ita locum edidit Kuehnius ex correctione Valck. Diatr. p. 249, praeterquam quod vulg. *ἢ μέσῳ* **retinuit. Antea legebatur:** *οὐ γὰρ ἀφελὲς εἶναι περαιτ.*, **unde Grot. male:** *οὐ γὰρ ἀσφαλὲς Οἶμαι περάτερον κάλλος ἢ 'ν μέσῳ λαβεῖν.* **Valckenario sermo de uxore, ac sententia haec esse videtur,** *non tutum esse uxorem sibi sumere, quae forma prae quotidianis nimis excellat.* **Sed mihi de pulcritudine ipsa potius sermo esse fragmentumque a Melanippe (cf. Melanipp. fgm. XI. fin.) pronuntiatum videtur, ut sententia esset:** *non enim tutum est maiorem quam mediocrem pulcritudinem accipere.*

986. **CLVII.**

Ael. V. H. XII, 15. *Ἔπαιξε δὲ ἄρα ὁ Διὸς καὶ Ἀλκμήνης μετὰ παιδίων πάνυ σφόδρα. Τοῦτό τοι καὶ ὁ Εὐριπίδης ἡμῖν ὑπαινίττεται, ποιήσας τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν λέγοντα·*

Παίζω· μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ.

Versiculus ex fab. sat. petitus esse videtur.

CLVIII. 987.

Ael. Hist. An. IV, 54. *Ὅμηρος μὲν οὖν ἔδωκεν ἵππῳ φωνήν, ἀσπίδι δὲ ἡ φύσις*

— — — — ἢ νόμων οὐδὲν μέλει,

φησὶν Εὐριπίδης. Hinc Grot. Exc. p. 423. vitiosum exsculpsit vs. *ἀσπὶδι δὲ φύσις, ἢ κτλ.* i. e. ut iura nil moretur, ingenium aspidi est. Hunc locum procul dubie respexit ac detorsit Anaxandrides ap. Aristot. Ethic. Nic. VII, 10. *ἡ πόλις ἐβούλεθ', ἢ νόμων κτλ.*, unde profectus Barnesius hunc Euripidis versum lucratus est:

ἡ φύσις ἐβούλεθ', ἢ νόμων οὐδὲν μέλει,

quem ita tradere Musgr. non dubitavit.

CLIX. 988.

Ael. Hist. An. XIV, 6. de lynce verba faciens scribit: *ἔοικε δὲ ἄρα τῷ θηρίῳ τούτῳ μαρτυρεῖν καὶ Εὐριπίδης τὸ ἀπρόσωπον οὖν, ὅταν που λέγῃ·*

Ἥκει δ' ἐπ' ὤμαις ἢ συὸς φέρων βάρος,
ἢ τὴν ἄμορφον λύγγα, δύστοκον δάκος.

ὑπὲρ ὅτου δὲ λέγει δύστοκον, τοὺς κριτικοὺς ἐρέσθαι λῷον. — De voce *δάκος* vid. Valck. ab Hipp. 646. Musgr. *δύστοκον* male vertit: *immansuetam* (sc. feram). Welck. p. 1586 haec verba ad Philoctetam refert iisque Ulixem descripsisse appropinquantem Philoctetam censet; sed videntur potius ad Eurystheum (cf. eius fab. argum.) pertinere.

CLX. 989.

Sext. Empiric. adv. Gramm. I, § 279. p. 277. ed. Fabric. (p. 663. ed. Bekk.)

Κάλλιστα Μουσῶν φθέγγεται πλουτῶν ἀνήρ.

Euripidis versum esse, inde cognoscitur, quod tres eiusdem poetae loci praecedunt Sextusque pergit: *καὶ καλλ.* etc. Ad sententiam cf. Dan. fgm. II.

CLXI. 990.

Sext. Empiric. adv. Math. X, 5, 315. p. 685. F. (p. 539. ed. Bekk.) *ἐκ γῆς δὲ καὶ αἰθέρος (εἶναι τὴν γένεσιν) Εὐριπίδης, ὡς πάρεστιν ἐκδέξασθαι ἐκ τοῦ λέγειν αὐτόν·*

Αἰθέρα καὶ Γαῖαν πάντων γενέτειραν ἀείδω.

Fabricius ad Sext. l. c. locum ex Euripidis hymnis, quorum mentionem Philostr. vit. Soph. II, 27, 4. (p. 618. ed. Ol. p. 111, 23 ed. Kays.) fecit et ex quibus duos versus hexametros in Apollinem

Macrob. Sat. I, 17 (cf. fgm. CLXVII) Barnesio proferre visus est, petitum esse censuit (cf. Antiop. fgm. V.); Musgr. vero, qui eum in duos vs. distinxit, quorum alter a *πάντων* incipiebat, ad Chrysippum rettulit. Sed Valck. in adnot. MS. ad edit. Barnes. p. 516 ap. Matth. dubitavit, essetne versus ab Euripide profectus an a Physico, qua summi viri dubitatione Dindorfius fortassis adductus est, ut hoc fgm. omitteret.

991. CLXII.

Sext. Emp. adv. Math. XI. 54. p. 702. F. (p. 557. ed. Bekk.) — *λέγῃ δὲ εἰς μέσον καταστᾶσα ὅτι αὐτὴν δίκαιόν ἐστιν ἀναγορεύειν*

ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος
(ἔξίπτατ' οἴκων, μικρὸν ἀνθήσας χρόνον.)

Prior vs. hoc loco coniunctus cum versu Electrae 949, solus autem citatus et Euripidi assignatus est a Plut. Consol. ad Apollon. 6. (p. 104. A.). Legebatur idem vulgo in Phoenissis post vs. 567. ed. Pors. (560. Valck.), unde recte a Valck. eiectus esse videtur, quamquam Euripides alioquin eodem versu saepius uti non dubitavit. cf. Valck. et Pors. ad l. c. Ibi vero pro *ὁ γὰρ ὄλβος* extabat *ὁ δ' ὄλβος*. Noli autem mirari, quod Sextus hunc versum Electrae versui praefixit; simillimus enim est qui in Electra verbis *ἐξίπτατ' οἴκων κτλ.* praecedit vs. „*ὁ δ' ὄλβος ἄδικος καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνών*, qua similitudine deceptus Sextus alterum cum altero permiscuit. Hoc fgm. quod Dindorfius omittere non debebat, ex Inone petitum esse suspicantur, quia ap. Plut. huius fabulae vs. quidam (Inon. fgm. XXIII) interpositis tamen verbis *καὶ ὅτι* subsequuntur.

992. CLXIII.

Sext. Empiric. Pyrrh. hypot. I. § 86. p. 25. F. (p. 21. ed. Bekk.) post citatum e Phoeniss. 491 sq. locum pergit: *καὶ πάλιν·*

Δεινόν γε, ταὐτὸν τοῖς μὲν ἀνδάνειν βροτῶν,
τοῖς δ' ἔχθος εἶναι. —

Euripidis esse iam recte Valck. ad Phoen. 502 affirmavit, ac profecto locus eodem iure, quo fgm. CLX, CLXX et multa alia, hic recipiendus erat ac re vera a Musgravio receptus est. Dindorfius eum omisit, Matthiaeus inter dubia (XXXII) rettulit.

993. CLXIV.

Dio Chrys. or. LXIV. p. 594. C. *Εὐριπίδης τὸν ναύτην μέμφεται, ἀωρὶ πόντου κύματ' εὑρέως περῶντα· καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιτιμᾷ λέγων·*

Σμικραῖς ἐπιτρέπουσιν αὐτοὺς ἐλπίσιν.

Ὦ παῖ Μνησαρχίδου, ποιητὴς μόνον ἦσθα, σοφὸς δὲ οὐδαμῶς· οὐδὲ γὰρ πίττῃ τὴν ψυχὴν, οὔτε σχοινίοις ἐπιτρέπουσιν, οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον, ἀλλ' ἐπέτρεψαν βεβαίῳ καὶ μεγάλῳ πράγματι, τῇ

τύχῃ. Integra haec attulimus, quum plura Euripidea in iis latere videantur. Locum tractavit Valck. Diatr. p. 238 sq. Primum versum Gatak. Advers. misc. p. 505. B. sic constituit: *πόντου περῶντες ἀωρὶ κύματ' εὐρέως*, admisso anapaesto in tertio pede; Valck. igitur dedit:

[ἀλλὰ] μέμφομαι
τὸν ναυβάτην, ἀωρὶ κύματ' εὐρέος
πόντου περῶντα.

Sed verba τὸν ναύτην μέμφεται, ut recte Matth. monuit, haud dubie Dionis, non Euripidis sunt, et ab iis pendet Accusativus περῶντα, ita ut Euripides fortasse scripserit

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περῶν

sc. ὁ ναύτης, vel ut Matth. voluit

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περᾷ.

Musgr. dederat:

ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέως —
περῶντα.

In altero versu Grotius scripsit:

σμικραῖς δ' ἐπιτρέπουσιν αὐτοὺς ἐλπίσιν,

recte αὐτοὺς restituerunt etiam Musgr., Valck., et Pors. praef. ad Hec. p. XXXIX, qui, haud dubie ob secundam ante consonas τρ productam in parenthesi simul scripturam ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν exhibuit, qua nullo modo opus est. cf. Erfurdt. ad Soph. OT. 635 ed. mai. — E sequentibus Dionis verbis Valck. hunc elicuit versum:

[ἀλλά νιν μόνον]
τριδάκτυλον σώζει τὸ πεύκινον ξύλον.

vel hunc:

τὸ πεύκινον σώζει τριδάκτυλον ξύλον.

Matth. vero articulo offensus scripsit:

τριδάκτυλον σώζει σφε πεύκινον ξύλον.

Sed ea de re quaestio admodum lubrica atque incerta est, ac vereor, ut in Dionis verbis praeter illa τριδάκτυλον πεύκινον ξύλον, quae optime Valck. l. c. p. 239 illustravit, Euripidei quidquam lateat, itaque versus refingere vanum ac temerarium censeo. — Welck. utrumque versum ad Stheneboeam (cf. fgm. V.) refert.

CLXV. 994.

Aristid. in mar. Aeg. XVII. p. 247. ed. Iebb. (T. I. p. 401. Dindf.) *Πέλαγος δὲ οὐδείς πω διὰ τέλους ἦσεν, οὔτε ποιητὴς οὔτε λογογράφος, ἀλλ' Ὅμηρος λέγει ἰοειδέα πόντον καὶ οἰνοπα πόντον, καὶ Εὐριπίδης*

ἅλα πορφυρέην.

καὶ εἰ δή τις ἄλλος τι τοιοῦτον. — *Πορφύρεος* frequens est maris epitheton apud Euripidem. cf. Hippol. 738. 744. Stheneb. fgm. VI. vs. 1.

995. **CLXVI.**

Porphyr. de abstinent. III, 25. p. 135. (p. 281. ed. Rhoer.) *συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοιπῶν ζώων γένος· καὶ γὰρ τροφαὶ πᾶσαι αἱ αὐταὶ πᾶσιν αὐταῖς, καὶ πνεύματα, ὡς Εὐριπίδης, καὶ φοινίους ἔχει ῥοὰς τὰ ζῶα πάντα· καὶ κοινοὺς* (Meermann. *κοινωνοὺς*) *ἁπάντων δείκνυσι γονεῖς, Οὐρανὸν καὶ Γῆν.* — Quae in his, quae Porphyrius ex Theophrasto attulit, Euripidea sint, dubium est; Musgr. certe et Reiskius nonnisi verba *πνεύματα καὶ φοινίας* (ita Musgr.) *ἔχει ῥοὰς* agnoscunt. Valck. Diatr. p. 50. vero dedit:

φοινίους ἔχει ῥοὰς
τὰ ζῶα πάντα.

Boissonad. denique totum locum tanquam Euripideum metro in hunc modum adstrinxit:

καὶ πνεύματά τε καὶ φοινίους ἔχει ῥοὰς
τὰ ζῶα πάντα, καὶ γονεῖς ἐνδείκνυσι
κοινοὺς ἁπάντων Οὐρανὸν πέλειν μέγαν
καὶ Γῆν

in quibus Matth. recte notavit *ἐνδείκνυσι* correpta penultima adhibitum esse, et eodem negotio redigi facile praecedentia in metrum posse:

τροφαὶ γὰρ αὐταὶ πᾶσι πᾶσαι συγγενεῖς.

Sed frustra laborare mihi videntur, qui in illis Euripidis versus quaerunt: nam aut iam Theophrastus aut Porphyrius demum Euripidea in usum suum convertit, ita vero, ut Euripideam quidem sententiam, sed vix verba Euripidis habeamus, paucis fortasse exceptis, in quibus sunt: *φοινίους* (nisi forte cum Musgr. corrigendum *φοινίας*) *ἔχει ῥοὰς*, quae facile intelliges, si comparaveris locum Suppl. 700. *αἵματος φοινίου ῥοάς.* Quae extremis verbis *καὶ κοινοὺς ἁπάντ. κτλ.* continetur sententiam Euripides ipse expressit in Hel. 912. *κοινὸς γάρ ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς καὶ γαῖ', ἐν ᾗ κτλ.* cf. Valck. l. c.

996. **CLXVII.**

Macrob. Saturn. I, 17. *Est et alia ratio draconis peremti: nam solis meatus, licet ab ecliptica linea nunquam recedat, sursum tamen ac deorsum ventorum vices certa deflexione variando, iter suum velut flexum draconis involvit; unde Euripides:* πυριγεννη δε δρακον ολον ηγειται τοις τετραμορφοις ωραις ζευγην αρμονιαοπλοντου πολυκαρπου οχημα. (sic vett. editt. In Colon. *Πυριγενῆ δὲ δράκιον..... ζεύγλην, ἁρμονίᾳ ὅπλου....*, in Hervag. *ζευγνὺς ἁρμονία πολύκαρπον ὄχημα.*) — *Sub hac ergo appellatione coelestis itineris sol quum confecisset suum cursum, draconem confecisse dicebatur.* — Barnes. servato *ὅλον*, exstincto autem *ταῖς* locum in duos hexametros redegit et ad hymnos Euripidis (de quibus vide Antiop. fgm. V. inc. fab. fgm. CLXI.) rettulit, eumque secutus est Dindorfius. Musgr. et Matth. vero codicum scriptura servata tres dimetros anapaesticos dederunt: *Πυριγενὴς δὲ*

δράκων ὁδὸν ἡγεῖται. Ταῖς τετραμόρφοις ὥραις, ζευγνὺς Ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα. Ille πυριγενὴς (i. e. paeonem) poni pro anaepaesto posse ratus, hic vero πυριγενὴς corruptum esse opinatus ac mutandum in πυρόεις vel simile quid, quum a paeone πυριγενὴς (cf. Orest. 810. Hipp. 1223.) nec hexameter dactylicus nec dimeter anapaesticus incipere posset. Sed libri Mss. praebent Ianio teste (cf. Symbol. ad Macrob. libros Saturn. emendandos. Suevofurti, 1843. p. 14.) ΑΡΜΟΝΙΑΙΠΛΟΤΤΟΤ, retinent vero ΟΛΟΝ, quod sententiae causa in ΟΔΟΝ mutandum est. Inde Ianius versus ad liberius illud anapaestorum genus referens, forma vocis ὥραις in ὥραισι mutatis restituit:

— *Πυριγενὴς δὲ δράκων*
ὁδὸν ἡγεῖται τοῖς τετραμόρφοις
ὥραισι, ζευγνὺς ἁρμονίᾳ
πλούτου πολύκαρπον ὄχημα.

Matth. versus e Phaethonte, Musgr. e Pirithoo ductos censet.

CLXVIII. 997.

Macrob. Saturn. I, 23.

Καὶ Γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Docuit haec Euripides Anaxagorae disciplinam sequutus. cf. Valck. Diatr. cap. VI. p. 45 sq.

CLXIX. 998.

Eratosth. Catasterism. XIII. de *auriga (Erichthonio)* tradit: λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ τὸν τρόπον τοῦτον· Ἥφαιστον ἐρασθέντα Ἀθηνᾶς βούλεσθαι αὐτῇ μιγῆναι· τῆς δὲ ἀποστρεφομένης καὶ τὴν παρθενίαν μᾶλλον αἱρουμένης ἔν τινι τόπῳ τῆς Ἀττικῆς κρύπτεσθαι, ὃν λέγουσι καὶ ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθῆναι Ἥφαιστον· ὃς δόξας αὐτὴν κρατήσειν καὶ ἐπιθέμενος, πληγεὶς ὑπ' αὐτῆς τῷ δόρατι ἀφῆκε τὴν ἐπιθυμίαν, φερομένης εἰς τὴν γῆν τῆς σπορᾶς. ἐξ ἧς γεγενῆσθαι λέγουσι παῖδα, ὃς ἐκ τούτου Ἐριχθόνιος ἐκλήθη, καὶ αὐξηθεὶς τοῦθ' εὗρε καὶ ἐθαυμάσθη ἀγωνιστὴς γενόμενος. κτλ. Eadem habet Hygin. Poet. Astr. II, 13. Matth. haec in Erechtheo narrata fuisse suspicatur; neque improbabiliter. Nam propterea fortasse Athenae urbs tanta belli calamitate premebatur, quae nonnisi Erechthei filiarum morte amoveri poterat, quia hae cistulam, in qua Minerva iis Erichthonium anguem inclusum tradiderat, contra deae iussum aperuerant.

CLXX. 999.

Lucian. Necyom. 2. (T. I. p. 456. Reitz.) Φιλ. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών· κἄτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκεν;

Μεν. Οὔκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἅιδης μ' ἐδέξατο.

Euripidis versum esse inde probabile fit, quod, quum Menippus primo initium Hecubae, deinde hunc vs., tum Andromedae fgm. XXXV, postremo duos versus Homericos Od. λ', 163 recitasset, postremo sic pergit: *νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται.* Is autem ex Eurystheo petitus ibique ab Hercule pronuntiatus esse videtur. — Propter *Ἅΐδης* trisyllabum, quod alibi in Tragicorum senariis non extat, Erfurdt ad Soph. Ant. 1226. alia voce, *ἔμπνοος*, pariter in senariis inusitata illata scribi voluit: *οὐκ, ἀλλ' ἔθ' Ἅιδης ἔμπνοόν μ' ἐδέξατο.* Boiss. aliquot Luciani codd. aperte interpolatos, qui praebent: *οὔκ, ἀλλὰ ζῶντά με ᾅδης ἐδέξατο,* sequutus scripsit: *οὔκ, ἀλλ' ἔτι ζωὸν Ἅΐδης μ' ἐδέξατο,* servata tamen scriptura *Ἅΐδης,* quae haud impugnanda erat. Est autem *Ἅΐδης* hoc loco prima syllaba producta adhibitum, ut in locis quibusdam melicis. cf. Electr. 143. Hec. 1004. 1073. Pors. ad Hec. 1018. Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. p. 436 sq. — De verbis *ἔτ' ἔμπνουν* disseruit Fritzsch. ad Arist. Thesm. p. 357. me quidem iudice subtilius quam verius: nam inde, quod *saepissime* homo moribundus dicitur *ἔτ' ἔμπνους,* non consequitur, eum, qui verbis *ἔτ' ἔμπνους* significetur, *semper* morti proximum esse debere, itaque in hoc loco ambiguitatis quidquam latere nego. — Welckerus locum ad Pirithoum rettulit, (cf. Pirith. fgm. V.) sed haud scio an potius ad Eurystheum pertineat.

1000. CLXXI.

Lucian. Pisc. s. Revivisc. 3. (T. I. p. 573. Reitz.) *Λουκ. Οἴμοι τῶν κακῶν· ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφευκτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ με.*

Μὴ κτεῖνε τὸν ἱκέτην· οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν.

Πλάτ. Τί δέ; οὐχὶ κἀκεῖνα Εὐριπίδου ἐστίν;

Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.

Λουκ. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτενεῖτέ με;

Vs. 1. vulgo erat *κτεῖναι,* sed *κτεῖνε,* ut correxerat Heath., praebent duo codd. Vatic. ap. Schaef. ad Greg. Cor. p. 16. et unus Paris. Musgr. post *κτεῖνε* interpunxit, quod improbandum. Boissonad. vero bene metro succurrit scribendo: *κτανεῖν γὰρ οὐ θέμις.* — Vs. 2. ex Eur. Orest. 407. (ed. Pors.) ductus est. — Vs. 3. Legebatur *κτείνετε,* quod primus Guyetus correxit. Ad sententiam haud dissimile est Alex. fgm. XVIII.

1001. CLXXII.

Excerpt. Vatic. e Diod. Sic. l. VII—X. c. 20. in (Ang. Maii Script. vett. coll. T. II. p. 18. ed. Dindorf. p. 20.) *Τὸ δὲ ἐγγύα πάρα δ' ἄτα τινὲς ὑπέλαβον γάμον ἀπαγορεύειν· τὴν γὰρ τοῦ γάμου σύνθεσιν παρὰ τοῖς πλείστοις τῶν Ἑλλήνων ἐγγύην ὀνομάζεσθαι. καὶ βεβαιωτὴς ὁ κοινὸς βίος, ἐν ᾧ πλεῖσται καὶ μέγισται γίνονται συμφοραὶ διὰ τὰς γυναῖκας. ἔνιοι δέ φασιν ἀνάξιον εἶναι Χίλωνα διὰ τὸ μὴ δύνασθαι*

ἀναιρουμένου τοῦ γάμου διαμένειν τὸν βίον. τὴν δὲ ἄτην ἀποφαίνονται ἐγγύαις ταῖς ἐπὶ τῶν συμβολαίων καὶ ταῖς ὑπὲρ τῶν ἄλλων διομολογήσασι περὶ χρημάτων. καὶ Εὐριπίδης·

Οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία φιλέγγυον·
σκοπεῖν τὰ Πυθοῖδ' οὐκ ἐᾷ τὰ γράμματα.

Ita ex God. Hermanni ap. Matth. correctione exhibita sunt pro vulg. *οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία· φιλέγγυον σκοπεῖν κτλ.* Haud improbabiliter vero pro *τὰ Πυθοῖδ' — τὰ γράμματα* scribi voluit Matth. *τὰ Πυθοῖ δ' οὐκ ἐᾷ με γράμματα.* — Initio in Diodori verbis scripsimus *τὸ δὲ „ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα“* pro vulg. *ἐγγύα παρὰ δ' ἄτα*, est enim Chilonis dictum a Clem. Alex. VI, 2, § 21. (p. 749. P.) exhibitum, quocum ipse aptissime contulit Epicharmi versum: *ἐγγύα ἄτας* (rectius Th. Bergk. in Zimmerm. Diar. Antiqu. 1835. p. 90. *ἐγγύας ἄτα 'στι*) *θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμίας.* — Vocem *φιλέγγυος* praeter Euripidem habet Strab. V, c. 1, 9. (p. 329.).

CLXXIII. 1002.

Priscian. XVII. c. 17. p. 63. ed. Krehl. *In una autem eademque persona possessor simul et possessio intransitive intelligi non potest, nisi figurate dicat aliquis, meus ego sum et servus et dominus, et similia. Persius (V, 88.): „vindicta postquam meus a praetore recessi“; et Euripides:*

ἐγὼ δ' ἐμὸς εἰμί.

Sed quamvis non careat ratione, tamen in usu non est.

CLXXIV. 1003.

Priscian. XVIII. c. 20. p. 179. Kr. *Latini despero illam rem. Lucanus in V. (474.) „desperare viam.“ Εὐριπίδης·*

Οὐχ ἑσπέρας φάσ', ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας
τούτους ἀφεστήκασιν ἡμέραν τρίτην.

Et nos: absum tertium diem. etc. Idem c. 24. p. 196. hoc loco citato addit: huic simile est illud Virgilianum in VIII. (434.) *„Parte alia Marti currumque rotasque volucres instabant.“ Idem etiam dativo adiunxit in I. (504.) Aeneidos: „Instans operi regnisque futuris.“ Attici: ἐκάθηντο τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν Μακεδονίᾳ. Virg. in I. (47.) Aeneidos: „una cum gente tot annos bella gero.“ Idem in IX. (609.): „omne aevum ferro teritur. Nos dicimus: despero illam rem. Lucan. in V* etc. ut supra. — Ex extremis prioris loci verbis liquet Euripidis versus citari propter *ἡμέραν τρίτην*, pro quibus dici etiam potuisse Prisc. censuit *ἡμέρᾳ τρίτῃ*. Cum hoc loco contulerunt Hecub. 32., addere poterant Hippol. 275. De sententia desperavit Musgr., bene autem Matth. intellexit, Priscianum credidisse, *ἀφεστηκέναι* hoc loco activa significatione adhibitum esse: *removisse* s. *remotum tenere*, ita ut haec evaderet sententia: *non vespere, ut*

dicunt, sed etiam meridie hos tertium iam diem remotos tenent. De qua sententia dubitari potest.

1004. CLXXV.

Polluc. On. VII, 31. κλωστήρ· οὕτω δὲ καὶ τὴν περιστροφὴν τοῦ λίνου Εὐριπίδης ὠνόμασεν·

— λίνου κλωστῆρα περιφέρει λαβών.

Iungerm. πηνίον etiam, quod proxime sequitur, initio sequentis vs. ponendum putavit. — Λίνου κλωστῆρα scripsit etiam Aesch. in Choeph. 500. (si quidem scriptura sana), ad quem locum cf. Blomf. Gloss. — Locus ex Theseo ductus videtur.

1005. CLXXVI.

Poll. On. X, 27. τῷ δὲ κλεῖσαι ἴσον καὶ τὸ πακτοῦν καὶ τὸ ἐπιπακτοῦν τὰς θύρας ἐστὶν, ὥσπερ τῷ ἀνοίγειν ταὐτὸν τὸ λύειν, ὡς ἔφη Εὐριπίδης·

— λῦε πακτὰ δωμάτων.

Hinc fortasse expressus est Aristoph. Acharn. vs. 479. — κλεῖε πηκτὰ δωμάτων. quam locutionem explicuit schol. Aristoph. l. c. cf. Valck. ad Hippol. 808.

1006. CLXXVII.

Phrynich. σοφιστ. προπαρασκ. in Bekk. Anecd. p. 6, 1. Ἀκύμων θάλασσα. Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ μὴ γεννᾶν τέθεικεν, ὡσανεὶ ἀγόνου. ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης. λέγεται δὲ καὶ ἀκύματος.

ἀκύματος δὲ πορθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ.

Hunc versum Euripidis esse, recte ex hoc loco, siquidem recte eum Bekkerus exhibuit, (Ruhnk. ap. Valck. ad Phoen. 216. sub fin. vero eum Euripidis nomine praefixo dedit), colligi nequit; verba ἀκύμων θάλασσα autem procul dubio Euripidea sunt. cf. Iphig. T. 1444. Ἀκύμων pro ἄγονος extat in Androm. 158. — At in versu citato utrum ἀκύματος, pro quo Euripides etiam habet ἀκύμαντος (Hipp. 235.) et ἄκυμος (Herc. fur. 698.). significet: *fluctibus, procellis valde agitatus* (cum α intensivo) an: *fluctibus non agitatus* (cum α privativo) dubitari potest. cf. Monk. ad Hippol. l. c.

1007. CLXXVIII.

Alexand. Rhet. περὶ σχημ. p. 23. ed. Norm. (p. 440. in Walz. Rhet. Gr. T. VIII.)

Ἀλλ' ἥδε μ' ἐξέσωσεν, ἥδε μοι τροφὸς,
μήτηρ, ἀδελφὴ, δμωΐς, ἄγκυρα, στέγη.

Vs. 1. ἥδε μοι pro ἔνι μοι et vs. 2. στέγη pro στέγης iam Valck. correxerat. Normannus Orestis furiis suis conflictantis verba esse de Electra prolata censet conferrique Electram iubet, sed fortasse pertinent ad

Alcmaeonem Psoph. Sententiae caussa comparavit Porsonus Hec. 285. (281. Pflugk.).

CLXXIX. 1008.

Achill. Tat. in Arat. Phaen. 19. (p. 91. ed. Vict.)

Ὀθούνεκ' αὐτὸς πάντα συλλαβὼν ἔχει.

Legebatur *ὅθ' οὕνεκ' ἐν αὐτῷ παντ. κτλ.*, quod mutavit Heath. in *ὅθ' οὕνεκ' αὐτὸς* receptum a Musgravio, Matthiaeo, aliis; sed haud dubie corrigendum est: *οὕνεκ' ἐνιαυτὸς πάντα κτλ.* De anno enim Achilles Tatius l. c. verba facit.

CLXXX. 1009.

Io. Laurent. Lyd. de mens. p. 60. ed. Schow. (IV, 7, p. 55. ed. Bekk. in Corp. Script. Hist. Byzant.)

Θεοῦ γὰρ ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτός.

Pro *βροτὸς* apogr. Marinum exhibet *βροτῶν*, quod praeferendum videtur. Hic versus cum tribus aliis, quos e Scyriis ductos esse e Stobaeo constat (cf. Scyr. fgm. III.), arcte coniunctus invenitur, nullo modo vero cum his cohaesisse potest, quare eum disiunximus ac seorsum edidimus. Non diversus autem videtur esse ab eo, quem cum duobus aliis Stob. Ecl. phys. I. p. 36, 17. ed. Heer. sine auctoris nomine, sed correctiorem affert:

Θεοῦ γὰρ οὐδεὶς χωρὶς εὐτυχεῖ βροτῶν,
οὐδ' εἰς τὸ μεῖον ἦλθε· τὰς θνητῶν δ' ἐγὼ
χαίρειν κελεύω θεῶν ἄτερ προθυμίας.

quos Euripidi iam Meinek. ad Menandr. p. 306. assignaverat. Neque magis haec Euripideorum numero adscribere dubitamus, quam Musgravius, Matthiaeus, Dindorfius fgm. XX, XXX, LII, alia recipere non dubitarunt. Attamen Matthiaeus ea inter dubia (XLII. et XIX.) rettulit, Dindorfius omisit. — Vs. 1. similem sententiam praebet Aesch. Sept. 607. *θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.* — Vs. 3. *χαίρειν κελεύω.* cf. Dict. fgm. VII. vs. 7. inc. fab. fgm. XXXVI. vs. 2.

CLXXXI. 1010.

Io. Laur. Lyd. de mens. p. 88. S. (IV, 44. p. 78. ed. Bekk.) *Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδίτην αὐτὴν ἀξιοῖ ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν.* Sunt qui locum Troad. 982. respici sibi persuadeant, quod vix credibile.

CLXXXII. 1011.

Io. Laur. Lyd. de mens. p. 109. S. (IV, 62. p. 94. ed. Bekk.) ex Aristotele: *οὐδὲν γὰρ ἀσφαλὲς οὐδὲ κεκριμένον ἐστὶν ἐπὶ τῆς τύχης, ὡς Εὐριπίδης φησί.*

1012. CLXXXIII.

Athenagor. Legat. de Christ. p. 22. ed. Colon. 1686. (p. 283. ed. Hag. Comit. 1742.) ὁ μὲν Εὐριπίδης ἐπὶ μὲν τῶν κατὰ κοινὴν πρόληψιν ἀνεπιστημόνως ὀνομαζομένων θεῶν διαπορῶν.

Ὤφειλε δ' * εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι.

Quum in Phoeniss. vs. 83 sq. similiter legatur: Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς, ὃς δὲ σύμβασιν τέκνοις· χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτῶν τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι. Valck. ad h. l. illos versus ex hoc Phoenissarum loco fluxisse atque interpolatos esse iudicavit. Sed haec ratio perquam incerta est: haud raro enim Euripidem iisdem versibus bis usum esse (cf. Aeg. fgm. IX.) saepius monuimus. Neque quid in iis Euripidi non conveniat video. cf. inc. fab. fgm. CXXVIII. Ad vs. 1. explendum scripsit Conr. Gesn. εἴπερ ἐστί που ἐν οὐρανῷ, probabilius Valk. ipse: ὤφειλε δ', ὄντως εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ etc. collato Herc. fur. 1345. δεῖται γάρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἐστ' ὄντως θεὸς, οὐδενός.

1013. CLXXXIV. CLXXXV.

Athenag. p. 28. ed. Col. (p. 303. C. ed. Hag. Com.)

Πολλάκι μοι παραπίδων διῆλθε φροντὶς
εἴτε τύχα * εἴτε δαίμων
τὰ βρότεια κραίνει.
* παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν
τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀναπίπτοντας
ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει.

Τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς ἐν ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ἡ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις, ἐν ᾗ εἴποι τις ἄν

Πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες ἢ θεῶν γένος
εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

Valck. in adnot. Ms. ad edit. Barnes. ap. Matth. locum melicum ad Sisyphum rettulit, primusque (ad Hippol. 1102.) verba τὸ παρ' ἐλπίδα post vs. 6., quae antea cum illis versibus tanquam Euripidea connexa legebantur, segregavit ac bene Athenagorae sermoni addidit. Simul Hecub. 486 sq., Claudiani, aliorum locos huius similes comparavit. — Vs. 2. hiatum Matth. haud improbabiliter eo tolli iubet, ut τις post τύχα excidisse statuatur. Ita versus prodit dact. logaoed. ut is qui praecedit. — Vs. 3. legebatur βιότια, vs. 5. οἴκων δ' ἐναπίπτοντας, vs. 6. ἀτὰρ θεοῦ, quae Grotius correxit suffragante Valck. ad Hippol. 1120. Initio vs. 4., nisi praeterea corruptus est, (desinit enim in paeonem) interiisse aliquid videtur, quippe qui cum prioribus non cohaereat, quare Matth. ante παρὰ adiiciendum esse censet εἰ, quod sane propter praecedens ει in κραίνει facile excidere potuit. — Vs. 8. cf. Hippol. 97. εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.

CLXXXVI. 1014.

Orion. Anthologn. VIII, 1. p. 52. ed. Schneidewin.

Ἀεί τι καινὸν ἡμέρα παιδεύεται.

Legebatur *ἀεὶ τί*, quod emendavit Schneidew. Ad sentent. cf. Oedip. fgm. XII.

CLXXXVII. 1015.

Orion. Anthologn. (farrag. Euripid. nr. 2. post tit. VIII.) p. 55. ed. Schneidew.

Εὖ ἴσθ', ὅταν τις εὐσεβῶν θύῃ θεοῖς,
κἂν μικρὰ θύῃ, τυγχάνει σωτηρίας.

Vs. 1. mendosam vulg. *θύει* correxit Schneidew. Sententiae caussa cf. Dan. fgm. II. vs. 6 sq. Hor. Od. III, 23, 17 sq.

CLXXXVIII. 1016.

Ibid. nr. 3.

Ἡ πολλὰ καὶ δύσγνωστα βουλεύει θεός.

Recte *δύσγνωστα*, non *δύσγνωτα* scribi videtur, velut *εὔγνωστος* ap. Eurip. Or. 1394. et Soph. Ai. 690. (ubi nonnulli cod. *εὔγνωτα*) invenitur. Schneidewinus de horum verbalium formatione conferri iubet Lobeck. ad Soph. Ai. 704.

CLXXXIX. 1017.

Ibid. nr. 6.

Θεοῖς ἀρέσκου· πᾶν γὰρ ἐκ θεῶν τέλος.

CXC. 1018.

Ibid. nr. 12. p. 56. ed. Schneidew.

Ὡς ἡδὺ πατέρα παισὶν ἥπιον κυρεῖν
καὶ παῖδας εἶναι πατρὶ μὴ στυγουμένους.

Vs. 1. *κυρεῖν* pro vulg. *κύρειν* scripsit Schneidew., quod hoc loco, ut saepissime, idem valere videtur atque *εἶναι*. cf. Ellendt. Lex. Soph. p. 1002 sq., ubi etiam de discrimine formarum *κύρειν* et *κυρεῖν* optime disputatum est. — Hoc et quae sequuntur duo fgm. ad Aeolum referri velim.

CXCI. 1019.

Ibid. nr. 13.

Ἦν οἱ τεκόντες τοῦτο γιγνώσκωσ', ὅτι
νέοι ποτ' ἦσαν, ἠπίως τὴν τῶν τέκνων
οἴσουσι Κύπριν, ὄντες οὐ σκαιοὶ φύσιν.

Vs. 1. erat ἄν — γιγνώσκωσιν, vs. 3. οὖντες, quae menda sustulit Schneidew. — Ad Aeolum pertinere videtur.

1020. CXCII.

Ibid. nr. 14.

Ὅστις πατὴρ πρὸς παῖδας ἐκβαίνει πικρῶς,
τὸ γῆρας οὗτος τερματίζεται βαρύ.

Vs. 1. corrigendum videtur πικρός pro πικρῶς. cf. Med. 229. κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηχ' οὑμὸς πόσις. — Choro in Aeolo tribuam.

1021. CXCIII.

Schol. Aristoph. Acharn. 119. ad Aristophanis verba: „ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε" adscribit: *θερμόβουλον· παρῳδία χρῆται. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Μηδείᾳ Εὐριπίδου*

ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον.

οὗτος οὖν σκώπτων Εὐριπίδην προσέθηκε πρωκτὸν παρὰ προσδοκίαν. — Quae quum in Medea non legantur, haud dubie recte Elmsl. ad Med. p. 74. memoria lapsum esse grammaticum videri monuit (cf. Pflugk. ad argum. Med. p. 10.). Fortasse verba Medeae sunt ex Aegeo aut Peliadibus petita.

1022. CXCIV.

Schol. Aristoph. Nub. 30. *Εὐριπίδης.*

Τί χρέος ἔβα δῶμα;

Hoc scholion in optimis codd. Rav. Ven. deest. Similis tamen est locus in Herc. f. 524. τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος;

1023. CXCV.

Schol. Aristoph. Nub. 138. ad Aristophanis verba: *τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγορῶν* adscribit: — *λέγεται δὲ αὐτὸ παρὰ τὸ Εὐριπίδειον, ὅπερ οὕτως ἔχει,*

τηλοῦ γὰρ οἴκων βίοτον ἐξιδρυσάμην.

Extrema omittit Rav. — Si recte scholiastes locum intellexit, τηλοῦ οἴκων vertendum est: *Hinc procul in aedibus*, ut in Aristophanis loco citato. Sed vereor, ne Euripides scripserit: τηλοῦ γὰρ οἰκῶν.

1024. CXCVI.

Schol. Aristoph. Equ. 753. Hephaest. de metr. p. 94. ed. Gaisf. (Herm. Elem. Doctr. Metr. III, c. 8. § 17. p. 598.) — *ὧν οἱ μὲν τρεῖς ἀσυνάρτητοι ἐξ ἰαμβικοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου τοῦ καλουμένου Ἀνακρεοντείου καὶ τροχαϊκοῦ ἰθυφαλλικοῦ τοῦ καλουμένου Ἀρχιλοχίου. καλεῖται δὲ ταῦτα ἀσυνάρτητα Εὐριπίδεια. εἰσὶ γὰρ ὅμοια τῷ Εὐριπίδου*

ἕως ἡνίχ' ἱππότης ἐξέλαμψεν ἀστήρ.

CXCVII. 1025.

Schol. Aristoph. Ran. 864. ad Aristoph. verba: ἄληθες, ὦ παῖ τῆς ἀρουραίας θεοῦ; habet: εἴρηται δὲ ὁ στίχος παρὰ τὰ Εὐριπίδου·

Ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ;

Verba εἴρηται — Εὐριπίδου in Rav. desunt. τὰ Εὐριπίδου scriptum est ex emendatione Dobraei pro vulg. παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ. Flor. Θ. παρ' Εὐριπίδου. Probabiliter Musgr. de Achille sermonem esse locumque e Telepho petitum coniicit, Boeckh. (Trag. Graec. Princ. p. 235.) vero ex altera Iphigeniae Aul. recensione superesse suspicatur.

CXCVIII. 1026.

Schol. Aristoph. Thesm. 607. (600.) ad Arist. versum: λέληθεν ἡμᾶς κρυπτὸς ἐγκαθήμενος adnotat: ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένος. καλοῦνται μὲν γὰρ καὶ κρυπταὶ (corrige κρυπτεῖαι.) παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ (de Legg. I. p. 633. A. coll. VI. p. 763. B. Plut. vit. Cleom. c. 28. et vit. Lycurg. c. 28.) καὶ παρ' Εὐριπίδῃ καὶ ἐν ταῖς τῶν Λακεδαιμονίων πολιτείαις. καὶ ἐν Θάσῳ ἀρχή τις κρύπτεται [Seidl. corrig. κρυπταί, Fritzsch. ad h. l. κρυπτεῖαι (rectius κρύπτειαι), Bernh. (ad Suid. v. κρυπτεία) κρυπτευταί]. De cryptiae instituto ab O. Muellero, Wachsmuthio et postremo ab A. Koechlyo (de Lacedaemoniorum cryptia. Lips. 1835.) doctissime disputatum est, cuius cur hoc loco scholiastes mentionem iniecerit, vix quisquam perspiciat, nam ad Aristophanis verba intelligenda non pertinet (cf. Interpp. illius loci). Neque Euripidem uspiam hoc institutum commemorasse credibile est.

CXCIX. 1027.

Aristoph. Lysistr. 714.

ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν καὶ σιωπῆσαι βαρύ.

ad quem locum schol. ἐξ Εὐριπίδου. Versus fortassis ex Telepho, ut ii, qui apud Aristophanem praecedunt, ductus est. cf. Teleph. fgm. XV.

CC. 1028.

Schol. Aesch. Eum. 272. Οἱ ἐναργεῖς οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ προσήεσαν, οὔτε προσέβλεπον, οὔτε διελέγοντό τινι· καὶ παρ' Εὐριπίδῃ·

— — τί σιγᾷς; μῶν φόνον τίν' εἰργάσω;

CCI. 1029.

Schol. Soph. Ai. 833. καὶ παρ' Εὐριπίδῃ·

Ὁ δ' ἐσφάδαζεν, οὐκ ἔχων ἀπαλλαγάς.

σφαδάζειν δὲ ἔλεγον τὸ σπᾶσθαι καὶ σφακελίζειν.

1030. CCII.

Schol. Eurip. Orest. 885. ad Eurip. verba ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ πηδῶσ' ἀεί κήρυκες adnotat: *Καὶ ἐν ἄλλοις κατὰ τῶν κηρύκων λέγει, ὅτι*

ἀεί ποτ' ἐστὶ σπέρμα κηρύκων λάλον.

Legebatur *ἀεί ποτε σπέρμα*, sed lacunam haud dubie recte explevit Musgr.

1031. CCIII.

Schol. Eurip. Troad. 628. (634.) ad versum: *οὐ ταὐτὸν ὦ παῖ τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν* adnotat: *ἔθος ἐστὶ τῷ Εὐριπίδῃ τῷ βλέπειν χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ ζῆν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ·*

τὸ μὲν τέθνηκε· σῶμα τοῦτο δ' ἀναβλέπει.

Egregie emendavit Meinek. (Poet. com. vol. III. p. 455.) quem cf.

τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα· τοῦτο δ' ἀμβλέπει.

Βλέπειν eodem modo adhibitum habes in Erechth. fgm. II. Ad sententiam cf. Alex. ap. Diog. Laert. III, 28. *Σῶμα μὲν ἐμοῦ τὸ θνητὸν αὗον ἐγένετο, τὸ δ' ἀθάνατον ἐξῆρε πρὸς τὸν ἀέρα.*

1032. CCIV.

Schol. Venet. ad Il. ξ'. 239. Eustath. ad Il. ξ'. p. 641, 59. *παρὰ γοῦν Αἰσχύλῳ οὕτως εὕρομεν „οὔτε δῆμος οὐδ' ἔτης ἀνήρ" καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ*

Πόλει μὲν ἄρχων, φωτὶ δ' οὐκ ἔτη πρέπων.

1033. CCV.

Schol. Pind. Pyth. IV. 71. *Ἐπειδὴ οἱ οἰκέται τῶν δεσποτῶν τοὺς πόνους διαλύουσι τῇ θεραπείᾳ, λυσιπόνους αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ὡς Εὐριπίδης·*

Δούλοισι γάρ τοι ζῶμεν οἵ γ' ἐλεύθεροι,

Legebatur vulgo: *δούλοισι γάρ τε ζῶμεν οἵ τ' ἐλεύθεροι, τοι* pro *τε* dedit Heath., *γε* pro altero *τε* Barnes., fortassis recte, nam *τοι* et *τε*, *τε* et *γε* sexcenties confusa sunt. Quodsi Matth. *τε* potuisse ad sequentia, quae interciderunt, referri dixit, recte Pflugk. (in Zimmerm. Diar. Schol. 1831. p. 28.) contra eum monuit, scribendum saltem fuisse *δούλοισί τε γὰρ* velut Aeol. fgm. XVIII. vs. 2, non *γάρ τε*. Idem in Heathii correctione non acquiescendum, sed aliam licet acerbiorem medicinam versui faciendam esse censet, ut v. c. scribatur: *δούλοις τε δοῦλοι ζῶμεν οἵ γ' ἐλεύθεροι* vel *δούλοισι δοῦλοι* κτλ., quum huius antithesis acumen veteres adamaverint. cf. Bacch. 759. Hel. 1428. Conferri autem iubet Soph. OT. 410. *οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος* et Alexidem (ap. Athen. XIII. p. 558. F.) hoc Euripidis loco respecto scripsisse suspicatur: *γυναιξὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων.*

CCVI. 1034.

Schol. Pind. Nem. I, 13. *Καὶ Εὐριπίδης·*

Τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.

Eundem vs. sine auctoris nomine praebet Stob. Ecl. phys. I, 7, 12. p. 198. ed. Heer. — Ad sententiam cf. Heracl. 745. ed. Elmsl. Dan. fgm. II. inc. fab. fgm. CLX.

CCVII. 1035.

Schol. Pind. Nem. VI, 7.

— θεὸς γάρ τις ἐν ἡμῖν —

κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Locum respexit Cic. Tusc. I, 26. *Ergo animus, at ego dico, divinus est, ut Euripides audet dicere, deus.* Similis sententia Menandri affertur et a Plut. Quaest. Platon. I, 3. (p. 999. E.) *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς*, quam etiam habet Iamblich. Protrept. 8. p. 53, et a Iustin. Mart. de Monarch. p. 41. E. (p. 109. ed. Colon. 1686.) *θεοῖς ἔτι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ ὁ νοῦς*, de qua vide Meinek. ad Menandr. p. 5. Hinc Grot. Exc. p. 421. versum efformavit: *ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός.* Cf. Valck. Diatr. p. 238.

CCVIII. 1036.

Schol. Apoll. Rhod. I, 1280. *Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ τῆς σελήνης ἐχρήσατο (τῷ γλαυκῶπις) εἰπών·*

Γλαυκῶπίς τε στρέφεται μήνη.

Verba inde ab *εἰπών* praebet cod. Paris.

CCIX. CCX. 1037.

Scholl. Apoll. Rhod. IV, 71. *Ἤπειρος λέγεται πᾶσα γῆ καταχρηστικῶς· κυρίως δὲ ἡ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλουσα, ὡς φανερὸν Εὐριπίδης πεποίηκεν·*

Ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐκβάλλων χθόνα.

Eundem locum praebent Suid. v. *ἤπειρος*, Phot. p. 58., Bachm. An. Gr. T. I, p. 251, 23, cod. Coislin. gramm. in Cram. Anec. Gr. Paris. T. IV. p. 169, 30. et paucis immutatis Zonar. p. 1001. — *εἰς* restitutum est ex cod. Paris. Suid. et Phot. pro vulg. *ὡς*, Bachm. *ἐκβάλλειν πόδα*, Apollonii Cod. Paris. *ἐβάλλω χθόνα.* Versus ad Oenenm relatus est ab Erfurdtio, et Bastio (ad Gregor. Corinth. p. 280. ed. Schaef.) iudice non differt ab eo, quem exhibent Etym. Gud. p. 247, 5. et Cyrilli Lexic. in Cram. An. Gr. Paris. Vol. IV. p. 183, 10. *ἤπειρον· ἄπερος γὰρ Αἰολεῖς, ἀλλὰ καὶ Δωριεῖς ἄπειρος· καὶ γὰρ ἀπέραατος, εἶγε καὶ Εὐριπίδης φησίν,*

ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐξεπλεύσαμεν.

CCXI. 1038.

Schol. Aristid. vol. II. p. 39. p. 18. ed. Iebb. (p. 402, 25. ed.

Dindf.) ad Aristidis verba: *διὰ τοῦτο Ζεὺς ἐν θεοῖσι μάντις ἀψευδέστατος* adnotat: *Εὐριπίδης ἐν ἀπράκτοις* (all. codd. *ἀπταίστοις*) *πράγμασι φησὶ τὸ*

Ζεὺς μάντις ἐν θεοῖσιν ἀψευδέστατος

καὶ μετ' ὀλίγον

καὶ τέλος αὐτὸς ἔχει.

καὶ διὰ τοῦτο οὖν ἀψευδὴς μάντις, ὅτι καὶ τῆς ἐκβάσεώς ἐστι κύριος, ὥστε ὁ τὸ τέλος ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων οὐκ ἀψευδὴς μάντις, ἀλλ' εἰκαστὴς ἂν ἦν. — In verbis *ἐν ἀπράκτοις* vel *ἀπταίστοις πράγμασι* latere videtur: *ἐν Ἀλκμαίωνι δράματι*, similiter Hecuba citatur a Tzetz. Chil. I, 518. *ὡς Εὐριπίδης γράφει μὲν ἐν δράματι* (Tzetz. *γράμματι* quod vitium sustulit Valck. Diatr. p. 171. C.) *Ἑκάβης* et Ino a Philostrat. vit. Apoll. VII, 4. cf. Inon. fgm. XXIII. In priore vs. alius cod. ap. Dindorf. habet *Ζεὺς ἐν θεοῖσι μάντις ἄψ.* — Alter versiculus, si quidem recte scriptus est metro dactylico, fortasse in chori cantico locum habuit. Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. CLXXXIX.

1039. **CCXII.**

Liban. Epist. 487. nr. 10. *ἐπαινῶν Εὐριπίδην λέγοντα νοῦν ἔχοντος εἶναι*

φίλον πρίασθαι χρημάτων πολλῶν σαφῆ.

Ex illis Pors. Adv. p. 276. etiam hanc prioris vs. partem elicuit: *„νοῦν ἔχοντος ἦν ἄρα" φίλον κτλ.*

1040. **CCXXIII.**

Liban. Progymnasm. T. IV. p. 861. Reisk. *δεῖ δὲ μὴ Εὐριπίδην παραλιπεῖν. πάντως δὲ οὐκ ἀμφισβητήσιμος ἡ σοφία τοῦ ποιητοῦ. τί οὖν ἐκεῖνός φησι; μηδὲν εἶναι προτιμότερον φιλοῦ σαφοῦς, ὃ δὴ πᾶν ἐφεξῆς ἄριστον. εἶτ' ἐπειδὴ τοὺς ἀνθρώπους ἑώρα πλοῦτον καὶ τυραννίδα θαυμάζοντας, διαῤῥήδην φησίν. „οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννὶς τοῦδε βέλτιον.* — Reisig. Comment. crit. in Soph. OC. p. 322. haec in numeros trochaicos redegit: *οὔτε πλοῦτος, οὐ τυραννὶς τοῦδε βέλτιον* ⏑ —. Sed fortasse pro *τοῦδε* scribendum est *αὐτοῦ*, aut paullo audacius locus sic redintegrandus: *τοῦδ' οὐ τυραννὶς, οὔτε πλοῦτος βέλτιον.* — Ad sententiam cf. Herc. fur. 1425.

1041. **CCXIV.**

Philemon. gram. p. 260 sq. ed. Osann. Anon. Gramm. in Cram. Anecd. Gr. Paris. p. 400, 23. *Ἀπαλλάττειν καὶ τὸ διατρίβειν καὶ διαγενέσθαι· καὶ Ξενοφῶν „ἀπήλλαττε μετὰ τῶν Σκυθῶν ὁ Κῦρος ἐν Ἰωνίᾳ." Εὐριπίδης· „ἀνάγκη πεινῆν διὰ βίου καὶ ἀθλιώτερον ἀπαλλάττειν." ἤτοι διατρίβειν.* — In his Matth. duorum trimetorum reliquias sibi detexisse visus est:

πεινῆν ἀνάγκη διὰ βίου — —
— — ἀπαλλάττειν ἢ' ἀθλιώτερον.

Sed fortasse verba e chori cantico petita sunt, ex quibus hiatum

amoveas, si κἄπ' pro καὶ vel κἀθλιώτερον scribas. Dindorfius fgm. omisit.

CCXV. 1042.

Etym. M. s. v. Ἀκρίσιος. p. 52, 46. — καὶ Εὐριπίδης·

Μόσχον ὑπερήκριζον.

CCXVI. 1043.

Etym. M. v. ἀντηρίς p. 112, 26. et v. Κρήμνη. p. 537, 34.

Κρήμνη σεαυτὴν ἐκ μέσης ἀντηρίδος.

Sic altero loco versus exhibetur; priori legitur: κρημνίσαι αὐτὴν ἐκ μ. α., quae ex illo emendavit Valck. Diatr. p. 4. Cf. Eustath. p. 903, 51. 1003, 24. — Ἀντηρὶς hoc loco *fenestram* significare videtur, velut in Rhes. 785.

CCXVII. 1044.

Etym. M. v. διαψαίρουσι· p. 271 sq. Zonar. p. 536. Διαψαίρουσι — Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ καθαίρειν, οἷον (κέχρηται τῇ λέξει addit Zon.)

Γλώσσῃ διαψαίρουσα μυκτήρων τόπους.

Pro τόπους Valck. ad Phoen. 1399. legendum esse suspicatur πόρους.

CCXVIII. 1045.

Etym. M. v. τρέφοιν. p. 693, 52. Cram. Anecd. Gr. Oxon. T. IV. p. 204, 24. Ἰστέον δέ, ὅτι παλλάκις εὑρίσκονται καὶ μετοχαὶ μὴ οὖσαι εἰς σ μετ' ὀξείας τάσεως, καὶ γίνεται εἰς ην καθαρὸν τὸ ἐνκτικόν, οἷον περιπατοίην. περιπατῶν γάρ ἐστι περιπατοῦντος· τοῦτο δέ τινες ἀπὸ τοῦ περιπατοῖμί φασιν, περιπατοῖς, περιπατοῖ· καὶ γίνεται Ἀττικῶς περιπατοίη, καὶ προσθέσει τοῦ ν περιπατοίην, ἢ τροπῇ τῆς μι εἰς ην. τὸ δὲ τρέφοιν παρ' Εὐριπίδῃ, ὡς τὸ

ἄφρον γὰρ εἴην, εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας.

ἀπὸ τοῦ τρέφοιμι, καὶ τροπῇ τῆς μι εἰς ην, τρεφοίην Ἀττικῶς, ὡς περιπατοίην· ἀπὸ γοῦν τοῦ τρεφοίην κατὰ συγκοπὴν τοῦ η γέγονε τρέφοιν. — Ibid. p. 424, 1. Τούτων οὕτως ἐχόντων δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ τρέφοιν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ

ἄφρων ἂν εἴην, εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας,

γέγονε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· ἔστι τρέφοιμι, τρέφοις, τρέφοι. καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς ν τὸ πρῶτον τρεφοίην καὶ λοιπὸν ὡς ἀπὸ τοῦ τρεφοίην κατὰ συγκοπὴν τοῦ η γέγονε τρέφοιν, οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τὸ τρέφοιν ἀπὸ τοῦ τρέφοιμι λέγειν καὶ κατὰ ἀποκοπὴν τοῦ ι καὶ τροπῇ τοῦ μ εἰς ν. ὡς γάρ φησι Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ προθέσεων, οὐδέποτε ἀποκοπὴ εἰς ἀνεκφώνητον τέλος γίνεται, ἤγουν εἰς ὃ οὐ δύναται καταλήγειν ἡ λέξις, τὸ γὰρ μ οὐκ ἔστι τελικὸν λέξεως. Eodem modo ut altero loco grammaticus Crameri, ita Etym. M. Euripidis versum exhibet, de cuius integritate nunc certe nemo dubitabit, licet Valck. Diatr. p. 153. et Pors. Adv. p. 277. vitiosum esse illud τρέφοιν iudicaverint, at ille ἄφρων ἂν εἴην ἐντρέφων τὰ τῶν

πέλας, hic ἄφρων ἂν εἴην εἰ 'τρέφον τὰ κτλ. scribi iuberet. Vulgatam iam defenderat Dobr. ad Arist. Eccl. 607. cf. Buttm. Gr. Gr. ampliss. I. p. 362 sq. Matth. Gr. Gr. § 198. 2. p. 443. § 211. II, 1. Meinek. Poet. com. II, 1. p. 47.

1046. CCXIX.

Cram. An. Gr. Oxon. T. I. p. 122, 8. *Τὰ εἰς μος λήγοντα τῷ ο παραληγόμενα δισύλλαβα μονογενῆ πάντα βαρύνεται, εἰ μὴ διάφορον εἴη τὸ σημαινόμενον· γόμος, νόμος, τρόμος, δρόμος. εἰ δέ τι ὀξύνεται, πρὸς διάφορον σημαινόμενον.*

Νόμον κατὰ τρομὸν δρόμημα γηραίου ποδός.

Εὐριπίδης· τόμος ὁ τεμνόμενος· τὸ ὁμὸς ὀξύνεται, τριγενὲς γάρ· ὁμὸς, ὁμὴ, ὁμόν. — Hinc Schneidewin. (Coniect. crit. p. 109.) effinxit

Νωμῶν τρομὸν δρόμημα γηραίου ποδός.

Sauppio in voc. *νόμον* aut latere videbatur *τρόμον* aut ante *νόμον* excidisse, neque hoc improbabile, ita ut grammaticus scripserit: — *σημαινόμενον· τρόμος καὶ τρομὸς· τρόμον δρόμημα κτλ.* Ceterum utrum *δρόμημα*, quod Cramerus coniectura dedit, an *δράμημα* Euripides scripserit, haud decernas, quum cod. Oxon. *δριμη* (sic) praebeat. Utramque formam bonam esse nuper docuit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 447. De adiectivis illis *τομὸς, τρομὸς*, similibus cf. Lobek. ad Soph. Ai. 815.

1047. CCXX.

Cram. An. Gr. Oxon. T. I. p. 182, 11. Etym. Gud. v. Ζευς. p. 230, 29. *Λέγουσι (οἱ φυσικοὶ) δ' αὐτὸν αἰθέρα* (recte Gud. *αὐτὸν τὸν αἰθέρα*) *Δία εἶναι, ὅτι ἔμπυρός* (ἔμπειρός) *ἐστι καὶ ζῇ* (ζέει recte Gud.). *Εὐριπίδης* (omittit Gud.)

— ἀλλ' αἰθὴρ τίκτει σε, κόρα,
— Ζεὺς, ὃς ἀνθρώποισιν ὀνομάζεται.

Ita ex Etym. et codd. Barocc. 50. fol. 301. ap. Cram. editum est pro vulg. *ἀλλ' αἰθὴρ τι κτίσε κόρα, Ζεὺς ὃς ἀνθρώποις ὀνομάζεται*, nisi quod in Etym. est *κόρας, Ζεὺς, ὡς κτλ.* Idem legitur in Cram. An. Gr. Ox. T. II. p. 443, 5. Ad sententiam cf. inc. fab. fgm. I.

1048. CCXXI.

Cram. An. Gr. Oxon. T. II. p. 258, 2. *Σκόλοπος· διὰ τοῦ ο ἡ παραλήγουσα. Εὐριπίδης·*

Τίς ἐσθ' ὁ μέλλων σκόλοπος ἢ λευσμοῦ τυχεῖν;

Hunc vs. Schneidewin. (Coniect. crit. p. 103.) ad Palamedem refert: intervenit enim, ait, aliquis, quum Palamedem lapidibus obruturi sunt Danai; Welck. p. 1605. contra ex dramate satyrico, fortasse Sisypho, petitum censet. De *σκόλοψι* Graecis in necandis maleficis non inusitatis cf. El. 899. Iphig. T. 1430. et considera supplicium gravissimorum complexum apud Aesch. Eum. 180 sq.

CCXXII. 1049.

Cram. An. Gr. Oxon. T. II. p. 452, 15. *Κέρχνη· Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν* **(1181.).**

Κέρχνης (scr. *κερχνὴς*), *πυρίορχις, γὺψ, κύμινδις, ἀετός.*
Ὁ λῷστος οὗτος καὶ φιλοξενέστατος.

Εὐριπίδης. **(cod.** *Εὐρι*$^{\pi}$**). — Ita correxit Cram. pro eo quod cod. habet:** *ὅλως τοσοῦτος κτλ.* **Idem versus recte iam editus erat e cod. Barocc. n. 50. f. 307. in Philological. Mus. (Oxon. 1832.) T. II. p. 112. not.**

CCXXIII. 1050.

Cram. An. Gr. Oxon. T. IV. p. 316, 15. — — *κατὰ τὸν Εὐριπίδην· ἡδονὴ πανταχοῦ ἐστὶ καὶ πάντα δι' ἡδονῆς γίνεται.* **Schneidew. (Coniect. crit. p. 110.) metro trochaico in hunc modum adstrinxit:**

Ἡδονὴ δὲ πάνταχοῦ 'στι πάντα καὶ δι' ἡδονῆς
γίγνεται.

CCXXIV. CXCXV. CCXXVI. 1051.

Anecd. Barocc. in Philologic. Mus. (Oxon. 1832.) T. II. p. 112. Anon. Gramm. de Barbar. et Soloecism. in Boissonad. An. Gr. T. III. p. 239. *Σολοικισμός ἐστιν ἀκατάλληλος θέσις* **(***πλοκὴ* **Boisson.)** *τῶν τοῦ λόγου μερῶν· εἴρηται δὲ σολοικισμὸς ἤτοι ἀπὸ τῶν εἰς Σόλους μετοικησάντων, οἳ, πειρώμενοι τῇ Σόλωνος χρῆσθαι διαλέκτῳ ἡμάρτανον· ἢ ἀπὸ τοῦ τὸν σῶον λόγον λυμαίνεσθαι· ἢ ἀπὸ τοῦ θολισμὸν εἶναι τοῦ λύγου. τοῦτ' ἔστι σκοτισμόν. Γίνεται δὲ περὶ τὰ μέρη τοῦ λόγου καὶ περὶ τὰ παρεπόμενα. περὶ τὰ γένη, ὡς Εὐριπίδης·*

Ὦ Κύπρις, ὡς ἡδεῖα καὶ μοχθηρὸς —

περὶ τὰς πτώσεις, ὡς „ὦ φίλος." περὶ τοὺς ἀριθμούς·

Τὸ μέν τι χαίρω, τὸ δέ τι καὶ λυπούμεθα.

περὶ τὰ σχήματα σολοικίζουσιν οἱ λέγοντες ὕναγρον, τὰ γὰρ σύνθετα ἐκ διαιρέσεως προφέρονται Ἀττικοί. περὶ τὰ εἴδη·

Ὃς Οἰδίπουν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ' ἐμέ.

Ad versum 1. cf. Aeol. fgm. XVIII.; in fine fortassis excidit *εἶ.* **— Vs. 3. est Alcmaeonis fgm. III., quod consulas.**

CCXXVII. 1025.

Eustath. ad Il. *ά.* **p. 97, 35. ed. Rom.** *κεφαλῆς δὲ οὐ τῆς ὅλης ἥπτοντο, ἀλλὰ τοῦ ἀνθερεῶνος καὶ τοῦ γενείου, ὡς καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ λέγων·* **(Hecub. 341 sq.)** *ὁρῶ σ', Ὀδυσσεῦ, δεξιὰν — — γενειάδος. τοῦτο δὲ δηλωτικὸν καὶ τὸ*

μὴ, πρὸς γενείου, μὴ 'ξέλῃ τὰ φίλτατα.

καὶ τὸ **(Hecub. 286.)** *ἀλλ', ὦ φίλον γένειον κτλ.* **— Morem suppli-**

cum, unde formula ista *πρὸς γενείου* vel *γενειάδος* apud Euripidem frequentissima originem duxit, discas ex Hom. Il. α', 500 sq. Pro *μὴ 'ξέλῃ* scribi malim *μοι 'ξέλῃ*. — Hoc fgm. a Dindorfio eodem iure recipi debebat, quo fgm. CLX et alia.

1053. CCXXVIII.

Eustath. ad Il. ε'. p. 429, 30. *Φέρεται δ' ἐν τοῖς τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους καὶ περὶ οἰκετῶν λόγος, ὅτι οὐ μόνον οἱ κατ' ἀγροὺς ὑπουργοὶ οὕτως ἐλέγοντο, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν οἰκίαις ἐλεύθεροι, ὡς ἂν εἴποι τις, οἰκῆται, μεταλήψει τοῦ η· παράγει δὲ αὐτὸς καὶ παροιμίαν ἐξ Εὐριπίδου λέγουσαν·*

Ἔνδον γυναικῶν καὶ παρ' οἰκέτας λόγος.

ἤγουν ἐν τοῖς κατ' οἰκίαν λαλητέον ἂν εἴη τὰς γυναῖκας, ἔξω δὲ οὐκ ἐξιτέον, οὐδὲ ἀλλοτρίων παρόντων λυτέον τὴν λαλιάν. In versu Euripidis *παρ' οἰκέταις* legi iubet Valck. ad Hipp. 647. et Diatr. p. 4. quo vix opus est; cf. Hom. Od. III. 460., XII, 32. Valck. ad Herod. VIII, 140. Brunck. ad Arist. Ran. 1068.

1054. CCXXIX.

Eustath. ad Il. ο'. p. 1013, 11. *τὸ δὲ ἐσθλὸν καὶ τὸ * τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἶδῃ, ἀντὶ τοῦ ἀγαθόν ἐστι καὶ τὸ συνετὸν εἶναι τὸν ἄγγελον· πολλὰ γὰρ καὶ αὐτὸς κατορθοῖ. διὸ καὶ Εὐριπίδης φησὶ*

ἐν ἀγγελῷ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος.

εὐρύτιδις συγκοπὸν Καλλίστρατος πεποιθώς. Bentl. l. c. p. 94. correxit: πεποιθώς. Ἴων Εὐρυτίδαις. haud dubie recte. Ion igitur vocem κυδρὸς ea significatione adhibuisse videtur, qua κυδιῶν vel κυδρῶν (apud Polyaen. IV, 3, 5. Δαρεῖος ἐκυδροῦτο καὶ φαιδρὸς ἦν.) Extrema Hesychii verba Koepk. p. 23. sic legi vult: σύγκοπτον δὲ τοῦ κυδρὸς (quod est κῦδος) Καλλίστρατος· πεποιθώς (h. e. sibi confisus.); parum probabiliter. Haud dubie scribendum est: συγκοπὲν δ' ἐκ τοῦ κυδέρος. Καλλίστρατος. quod iam Isaac. Voss. vidit. cf. R. Schmidt de Callistrato Aristophaneo. p. 24.

ΛΑΕΡΤΗΣ.

I. (14.)

Athen. VI. p. 267. D. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν Λαέρτῃ τὸν οἰκέτην ἐπὶ δούλου τέθεικεν εἰπών· „Οἶμοι, δόμον, οἰκέτα, κλεῖσον ὑπόπτερος, μή τις ἔλθῃ βροτῶν.“ Codd. Marc. Laur. Pal. ἴοι μοι, fortasse pro ἰώ μοι, ut Dindf. censet. lidem codd. recte habent δόμον pro vulg. δόμων. Versus sic digessit Koepk. p. 25.

Οἶμοι, δόμον, οἰκέτα, κλεῖσον ὑπόπτερος
μή τις ἔλθῃ βροτῶν.

Sed quid in simplici isto iussu sibi velit οἶμοι, perspicere non possum, quare in eo corruptelam latere persuasissimum mihi est. Ac facile veram scripturam indagare possumus, si quidem ad optimorum librorum scripturam ἴοι μοι revertimur, nam inde lenissima mutatione (*IOI* = *IΘI*) erui possunt anapaesti:

Ἴθι μοι δόμον, οἰκέτα, κλεῖσον ὑπόπτερος
μή τις ἔλθῃ βροτῶν.

Sexcenties ἴθι, ἴτε cum aliis Imperativis coniunguntur. cf. fgm. 22. Ob eandem caussam, ob quam Athenaeus hoc fragmentum attulit, citavit etiam paullo post Achaei fragm. 29. Ad vs. 1. cf. Hesych. ὑπόπτερος. κοῦφος· καὶ ὑπόπτερος, ὁ ταχύς. ac deinceps: ὑποπτέρου· ταχείας.

ΜΕΓΑ ΔΡΑΜΑ.

I. (15.)

Polluc. Onom. X, 177. καὶ νάρθηκα δ' ἂν εἴποις, Πλάτωνος μὲν καὶ ναρθηκοφόρους ὀνομάσαντος, Ἴωνος δὲ ἐν τῷ Μεγάλῳ δράματι εἰπόντος

ψαθαρὸν νάρθηκα.

ψαθαρὸν plurimi et optimi libri praebent, idque tuetur Hesych. s. v. explicationis causa adiiciens: ξηρὸν, ἀσθενές.

II. (16.)

Hesych. s. v. μελάγχετον· μεγάλῳ δράματι, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· οἷον ἀκμάζουσαν. Bentl. Epist. ad Mill. p. 54. corrigit μελαγχαίταν,

Ἴων μεγάλῳ δράματι κτλ., quum *Ἴων* facile excidere potuerit propter sequens *οἷον*, quod similiter scribebatur (cf. fgm. 11. 23.), simul ad locum explicandum haec addit: „homines *ἀκμάζοντες*, aetate florentes, capillis fere nigris sunt, provecti canescunt. Sed verbum id inversum est ab Ione et ad alia tralatum, quae sunt annis et viribus integris.“

III. (17.)

Hesych. s. v. *Ὀνοταζομένη· πορθουμένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι. κυρίως δὲ ἐπὶ τοῦ ἐκφαυλίζεσθαι.* Multo aliter Phavorin. et Phot. s. v. *ὀνοταζομένη· ἐκφαυλιζομένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι.* Qua ratione Ion hoc vocabulo usus sit, haud facile intelligitur; nam si Photio et Phavorino fides habenda est, apud Ionem *ὀνοταζομένη* idem fere valuit atque apud Aesch. Suppl. 10., ubi mulieres *γάμον ὀνοταζόμεναι*, *nuptias aversantes* vocantur. cf. Hom. hymn. Merc. 30. Sed Hesychius, quum scripserit, *πορθουμένη* ac postea *κυρίως δὲ κτλ.* statuisse videtur, aliam eius vocis apud Ionem fuisse significationem. Nec acquiescere in eo possum, quod Koepk. p. 26. dicit, praevaluisse passivam significationem, ut *ὀνοταζομένη* fuerit *diruta, ad minimum redacta, contempta;* sed quemadmodum *πορθουμένη* ab Euripide (Phoen. 568) usu solitario de muliere polluta, stuprata dictum est, ita ab Ione *ὀνοταζομένη* de muliere polluta ideoque contempta adhibitum videtur. Inde explicationem fert, quod Hesychius ad interpretandam vocem *ὀνοταζομένη* potissimum voce *πορθουμένη* usus est.

Ο Μ Φ Α Λ Η.

I. (18.)

Athen. VI. p. 258. F. *δοκεῖ δὲ μοι οὗτος, ἄνδρες φίλοι, ὁ καλὸς γάστρις οὐκ ἂν ὠκνηκέναι εἰπεῖν καὶ τὰ ἐξ Ὀμφάλης Ἴωνος τοῦ τραγῳδιοποιοῦ*

Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν λέγειν
(οἷον καθημερινήν.)

Ita in omnibus codd. verba *οἷον καθημερινὴν* Ionis versui annexa leguntur. Verum viri docti ea non modo non Ionis, sed ne Athenaei quidem esse dixerunt et eam ob caussam uncinis incluserunt. Ac profecto ea ab imperito quodam librario in margine adscripta postea in textum irrepsisse haud improbabile est. (Vide paullo inferius.) Attamen silentio praetermitti nequit ingeniosa ratio, qua Dalecampius iis patrocinari studuit. Qui *οἷον* in *ἡμῖν* mutato locum sic interpretatur: „annuum festum dicere oportet nobis esse quotidianum, nos quotidie tam splendide epulamur, ac si dies festus esset quotannis recurrens.“ Cui interpretationi haud obstare dicam, ut Nieberding. p. 27. ait, verborum collocationem; nam locus eo, quod ex continuitate sermonis ereptus est, paullo obscurior exoritur. Quare vivendum est, ne in Dalecampii sententia subsistendum sit. Nam viri docti in hoc fragmento Bentleii auctoritate capti esse videntur, qui primus (Epist. ad Mill. p. 56. p. 499. ed. Lips.) verba *οἷον*

καθημερινήν omisit et ἄγειν pro λέγειν scripsit, quasi λέγειν aptam, ne dicam aptiorem, sententiam non praeberet. Verumtamen etiam in hac re Bentleium praeter Koepkium omnes secuti sunt. — Ἐνιαυσίαν ἑορτήν bene interpretatus est Nieberding. p. 27.: *festum per totum annum durans;* cf. Soph. Trach. 164. Eurip. Hipp. 37. Phoen. 547. Hel. 781. Thuc. IV, 117. V, 15. Quum autem festum, quod per totum annum durat, idem fere sit atque quotidianum, intelligitur, qui fieri potuerit, ut librarius explicationis caussa verba οἷον καθημερινὴν adiiceret. Sed etiam si haec verba eiiciuntur, tamen nullo modo, quamvis Nieberding. l. c. hoc ferme necessarium dicat, λέγειν in ἄγειν mutandum est. Loquitur enim, si quid video, Hercules in hunc modum: *(Hanc vitam delicatam) dicere me oportet festum, quod per totum annum durat.* Ἑορτὴν haud dubie, sicuti sermone vulgari, διασυλλάβως pronuntiabatur, quod in dramate satyrico facile excusari poterat. Dindorfius autem de hac synizesi dubitans, quamquam Meinek. ad Menandr. praef. p. XVIII. adnot. eius patrocinium susceperat, in Athenaeo scripsit ὁρτὴν, quod praepropere recepit Koepk. p. 31. Nam ὁρτὴ nisi apud Ionas non invenitur, quare Meinek. (Exercit. philol. in Athen. Berol. 1843. p. 22.) iure hanc formam repudiavit; simul vero, propterea fortasse, quia de synizesi ista dubitare coeperat, aliam huius versus proposuit emendationem: ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἑορτὴν δεῖ μ' ἄγειν, quam probarem, si λέγειν mutandum esse in ἄγειν concedere possem.

II. (19.)

Phot. Lex. v. εὔκηλον, εὔκαυσταν, εὔσχιστον. Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ·

ἐξανθρακώσας πυθμέν' εὔκηλον δρυός.

Idem versus legitur in Etym. Magn. s. v. εὔκηλον omisso auctoris nomine; et huc respexerunt Hesych. et Phavorin. s. v. εὔκληρον (sic) δρυός· εὔσχιστον, εὔκαυστον. — Num vero Hesych. v. πυθμένα· τὴν ῥίζαν ad hunc locum spectaverit, dubitari potest; nam ea significatione vox iam apud Homerum reperitur.

III. (20.)

Athen. X. p. 411. B. Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ ἐμφανίσας αὐτοῦ (sc. τοῦ Ἡρακλέους) τὴν ἀδηφαγίαν ἐπιφέρει

Ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας

κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας.

παρὰ Πινδάρου δὲ τοῦτ' εἴληφεν εἰπόντος (fragm. 150. Boeckh.) „Δοιὰ βοῶν θερμὰ δ' εἰς ἀνθρακιὰν στέψαν, πυριπνόων τε σώματα. καὶ τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν, ἠδ' ὀστέων στεναγμὸν βαρὺν ἦν ἰδόντα διακρῖναι, πολλὸς ἐν καιρῷ χρόνος. Versum 2, quem Athenaei Epitome solum habet, attulit etiam Eustath. p. 870, 12. κᾶλα. Schweigh. καλά. cod. A. κάλα. CE et Eustath. κῶλα reliqui, quod, quum idem fere significet atque ὀστᾶ, nescio an recipiendum sit. Nam Herculem etiam ligna devorasse vix credibile est. — Praeter necessitatem vero interpretes in verbo εὐφημίας haeserunt, pro quo Casaub. adversus metrum εὐφα-

γίας vel εὐστομίας, Bentl. βουλιμίας scribi voluerunt. Nam recte se habere vulgatam scripturam, egregie docuit Koepk. p. 33. Εὐφημία enim hoc loco, ut sexcentis aliis, significat *silentium*, maxime illud, quod in sacris tenendum est, (*heilige Stille, Andachtsstille*). cf. Soph. Trach. 178. et ap. Schol. ad Eur. Med. 33. Eurip. Iph. Aul. 1564. Arist. Ach. 237. Pac. 96. Vesp. 868. Thesm. 303. Athen. XII. p. 538. A. Ὑπὸ τῆς εὐφημίας vero dictum est, ut Homericum illud (Il. II, 334. XVI, 277.) ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν, et sexcenta alia, velut κωμάζειν ὑπ' αὐλοῦ (Hes. Scut. 281.), ὑπὸ φορμίγγων ἀνάγαγον χορόν (Ibid. 280), ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν (Theogn. 545. 803.), καταθάψομεν οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων (Aesch. Ag. 1533.), οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς θῦσαί με (Soph. El. 620.), βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων μέλπετε (Eur. Bacch. 156.), πίνειν ὑπὸ σάλπιγγος (Arist. Ach. 987.) etc. itaque vertendum: *inter silentium* sc. Herculis ipsius et aliorum, ut Koepkio videtur; nam Hercules ita voracitate captus erat, ut nec ipse inter edendum verbum proferret nec reliqui obstupefacti loqui auderent. Verum tamen offensioni est articulus, ut de certo quodam silentio h. e. de sacrificio cogitandum sit: Hercules enim tanta ardebat edacitate, ut coenam non opperiretur, sed vel inter sacrificium ossa et carbones devoraret.

IV. (21.)

Athen. XI. p. 498. E. Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ

οἶνος οὐκ ἔνι

ἐν τῷ σκύφει.

τῷ (τὸ Schweighaeus.) σκύφει ἰδίως ἀπὸ τοῦ σκύφος σχηματίσας οὐδετέρως ἔφη. Ionis et qui sequuntur Epicharmi Phaedimique versus attulit etiam Eustath. p. 1775, 19. Euripides saepius voce σκύφος et quidem utraque forma (ὁ σκύφος, gen. ου et τὸ σκύφος, gen. ους) usus est. cf. Alc. 801. Cycl. 255. 553. El. 499. fragm. 381. aliter contra Cycl. 389. 410. fragm. 137.

V. (22.)

Athen. XI. p. 501. F. Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ

Ἴτ' ἐκφορεῖτε παρθένοι κύπελλα καὶ

μεσομφάλους·

οὕτω δ' εἴρηκε τὰς βαλανειομφάλους, ὧν Κρατῖνος μνημονεύει „Δέχεσθε φιάλας τάσδι βαλανειομφάλους.“ Locum exscripsit Eustath. p. 1261, 21. Codd. ABC. et Eustath. ἴτ', reliqui εἶτ'. cf. Phavorin. s. v. μεσομφάλους φιάλας. Ἴων Ὀμφάλῃ. — De βαλανειομφάλοις, quibus Athenaeus μεσομφάλους explicat, idem in antecedentibus p. 501 D. sq. dederat veterum grammaticorum sententias, quorum dissensiones nuper egregie composuit indeque veram horum vasorum formam describere studuit Meinek. Poet. com. II. p. 49. sq. Nolo tamen omittere Polluc. X, 98. μεσόμφαλοι δὲ φιάλαι καὶ βαλανειόμφαλοι τὸ σχῆμα προσηγορίαν ἔχουσι, χρυσόμφαλοι δὲ τὴν ὕλην, ὡς αἱ Σαπφοῦς χρυσαστράγαλοι. — Male Toupius et post eum Koepkius in Ionis versibus

propterea haeserunt, quia καί in versus fine positum est, idque versibus in hunc modum dispositis evitandum esse censuerunt:

ἴτ' ἐκφορεῖτε, παρθένοι,
κύπελλα καὶ μεσομφάλους.

nam Scyllam fugientes inciderunt in Charybdim, quum praeter tragicorum morem tertium et quartum pedem una voce comprehenderent. Non erat autem, cur καί in fine positum offenderet; nonnunquam enim ita collocatur, si neque distinctio neque vis particulae quidquam gravitatis imponi iubet. cf. Soph. Phil. 312. Aristoph. Lys. 1176. Menand. inc. fab. fragm. CCXXII. ed. Meinek. Timocl. ap. Athen XIII. p. 571. A. Reisig. Comment. crit. ad Soph. OC. p. 199. —

VI. (23.)

Etym. Magn. p. 671. s. v. πῖθι.

— — πῖθι Πακτώλου ῥοάς.

ἀντὶ τοῦ πίε. Ἴων Ὀμφάλῃ. — Nemo non videt verbis πῖθι κτλ. iambici senarii exitum contineri. Bene monuit Koepk. p. 30. Imperativum πῖθι post Homerum plerumque a poetis comicis usurpatum esse (cf. Athen. X. p. 446. B. sq.); sed in dramate satyrico facile eum excusare possumus.

VII. (24.)

Athen. XIV. p. 634. C. *Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Ὀμφάλῃ ὡς περὶ αὐλῶν λέγει διὰ τούτων*

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

ὅπερ ἐξηγούμενος ἰαμβεῖον Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικὸς — — γένος αὐλοῦ φησιν εἶναι τὸν μάγαδιν, οὗτ' Ἀριστοξένου τοῦτ' εἰπόντος κτλ. κτλ. Τρύφων δ' ἐν δευτέρῳ περὶ ὀνομασιῶν λέγει οὕτως „ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλός.“ καὶ πάλιν „Μάγαδις ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται, ὡς Ἀναξανδρίδης ἐν Ὁπλομάχῳ φησί· Μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν.“ τὴν ἀπορίαν οὖν μοι ταύτην οὐδεὶς ἄλλος δυνήσεται ἀπολύσασθαι, καλὲ Μασούριε, ἢ σύ. Cf. fragm. sequ. — Hoc fragm. autem exhibent etiam quamquam corruptum Hesych. (e cod. Ven.) v. *μαγάδεις· αὐλοὶ κιθαριστήριοι ἢ ὄργανον ψαλτικόν· ὅθεν καὶ τὸ ψάλλειν μαγάζειν λέγουσιν. Ἴων Ὀμφάλῃ μαγάδης αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς. ἀντὶ τοῦ συναύδων τῇ μαγάδῃ.* et Phavorin. s. v. *μαγάδεις.* — — *οἷον ὀμφάλων* (*Ἴων Ὀμφάλῃ* corr. Koepk.) *ἢ μαγάδης αὐλὸς ἢ γηθηβοῆς* (leg. *μαγάδης αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.*) Hinc nescio an in Ionis versu pro *μάγαδις* restituendum sit *μαγάδης*, quam formam etiam Bergk. revocavit ad Anacr. p. 84.

VIII. (25.)

Pergit Athen. l. c. *Καὶ ὃς ἔφη, Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεσιν μάγαδιν αὐλὸν ἀκούει τὸν κιθαριστήριον. οὗ μνημονεύειν Ἀριστόξενον ἐν πρώτῳ περὶ αὐλῶν τρήσεως, λέγοντα πέντε γένη*

εἶναι αὐλῶν, παρθενίους, παιδικοὺς, κιθαριστηρίους, τελείους, ὑπερτελείους. ἐλλείπειν οὖν δεῖ παρὰ τῷ Ἴωνι τὸν ΤΕ σύνδεσμον, ἵν' ᾖ μάγαδις αὐλὸς ὁ προσαυλούμενος τῇ μαγάδι. ἡ γὰρ μάγαδις ὄργανόν ἐστι ψαλτικὸν, ὡς Ἀνακρέων φησὶ, Λυδῶν τε εὕρημα. διὸ καὶ τὰς Λυδὰς ψαλτρίας φησὶν εἶναι ὁ Ἴων ἐν τῇ Ὀμφάλῃ διὰ τούτων

Ἀλλ' εἶα, Λυδαὶ ψάλτριαι, παλαιθετῶν
ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε.

Athenaei verba attulimus integra, ut appareret, quae fuerit veterum grammaticorum, imprimis Didymi, de magadide sententia. Cum hoc Athenaei loco praeterea conferendus est l. IV. p. 182. E. et Eustath. p. 1157, 12. Nostro tempore et in rem et in vocis formam inquisiverunt Boeckh. de metr. Pind. III. c. 11. p. 261. sqq. Th. Bergk. ad Anacreont. fgm. 5. p. 84. sqq. Meinek. Poet. com. III. p. 179. Praecipue vero audiendus est Th. Bergk. l. c., qui de hoc fragmento ita scribit: „A Lydis enim magadis potissimum usurpatur: hinc Ion dixit in Omphala Athen. l. c.

ἀλλ' εἶα, Λυδαὶ ψάλτριαι, παλαιθετῶν
ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε,
Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

utrumque enim fragmentum coniungendum esse censeo. Omphala autem Herculem hospitaliter excipiens concentum et citharae et tibiae (utraque enim communi nomine magadis appellabatur) requirit.“ Extrema perquam probabilia sunt, sed de colligatione fragmentorum, quamvis eam etiam Koepkius probaverit, dubito. — Vs. 4. *ἀλλ' εἶα* correxit Bentl. Epist. ad Mill. p. 56. quum cod. A. praeberet *αλλεια*, B. *ἄλλειαι*, reliqui *ἀλλ' αἰ*.

IX. (26.)

Athen. XV. p. 690. B. *Ἴων Ὀμφάλῃ*

Βακκάρεις δὲ καὶ μύρα
καὶ Σαρδιανὸν κόσμον εἰδέναι χροὸς
ἄμεινον, ἢ τὸν Πέλοπος ἐν νήσῳ τρόπον.

ἐν τούτοις Σαρδιανὸν κόσμον εἴρηκε τὸ μύρον, ἐπεὶ διαβόητοι ἐπὶ ἡδυπαθείᾳ οἱ Λυδοί. Praecedit apud Athen. Achaei fragm. 10, quod conf. — Libri omnes praebent *βάκκαρις*, quod Dindorf. in *βακκάρεις* mutavit, Koepk. p. 30. autem male retinuit eoque defendit, quod apud Aesch. Pers. 848. ed. Well. *πόλις*, Sept. adv. Theb. 159. *φιλοπόλις* legatur. Sed priori loco codd. Paris. A. B. C. G. Colb. 1. Ald. Rob. *πόλεις*, altero autem omnes codices *φιλοπόλιες* et tantummodo Ald. *φιλοπόλις* praebent. Nemo vero nescit, quam saepe in syllabis finalibus erratum sit: sic enim, ut iisdem armis contra Koepkium pugnem, in Pers. 864. Well. omnes codd. habent *ματροπόλεις*, ubi sententia *ματρόπολις* requirit, quod etiam editores in textum recipere non dubitarunt. Accedit, quod ionicae formae, ut iam ad fragm. 18 monuimus, a poetis tragicis certe in diverbiis alienae sunt. Praeterea Athenaeus ipse

paullo post ex Aeschyli Amymone formam *βακκάρεις* in hoc versu affert: *κἄγωγε τὰς σὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα.* Manifestum etiam supra accentus (in *βάκκαρις*) docet, librarium non accusativum ponere, sed nominativum voluisse. — Egregie vidit Nieberding. p. 31., Omphalen ridere Herculis patriae rudes atque asperos mores eumque hortari, ut illis depositis Lydorum luxuriae atque urbanitati se tradat. Quod Canteri causa monui, qui Casaubono in nott. p. 681. suffragante pro *τρόπον* scribi maluit *τόπον*. — Vs. 2. Recte monuisse videtur Koepk. p. 30., verba *Σαρδιανὸν κόσμον* referenda esse imprimis ad purpuram. cf. Aristoph. Ach. 112. et schol. ad h. l. Pac. 1174. et schol. ad h. l. Plat. com. ap. Athen. II. p. 48. B. Clearchus ibid. VI. p. 255. E. XII. p. 514. E.

X. (27.)

Polluc. On. V, 101. *Ἴσως δ' ἂν τοῖς κόσμοις προσήκοι καὶ τὸ ἔντριμμα, ψιμύθιον ἄγχουσα φῦκος, καὶ τὰ ὑπογράμματα, καὶ ἡ στίμμις παρ' Ἴωνι ἐν Ὀμφάλῃ·*

καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.

Bekk. An. Gr. p. 1208, 30. *τὸ σίνηπι — καὶ τὸ στίμμι, ὅπερ αἱ γυναῖκες κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς χρίονται, ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ λαχᾶς καλεῖται, οὐκ εἰσὶν Ἑλληνικά, κλίνονται δὲ διὰ καθαροῦ τοῦ ος. — εὑρέθη δὲ καὶ τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον, οἷον ἡ στίμμις, τῆς στίμμιδος. Ἴων Ὀμφάλῃ· καὶ τὴν κτλ.* Grammat. in Cram. Anecd. Gr. Oxon. II. p. 413, 1. *Στίμμι. διατί τὸ στίμμι θηλυκῶς λεγόμενον; οἷον ἡ στίμμις, τῆς στίμμεως. Ἴων Ὀμφάλῃ· καὶ τὰν μέλαιναν κτλ.* Idem versus legitur sine auctoris et fabulae nomine apud Schol. Hom. Paris. ad Hom. Il. θ'. 545. in Cram. Anecd. Gr. Paris. III. p. 46, 8. et apud grammat. in Cram. Anecd. Gr. Oxon. II. p. 259, 18. sic: *Στῖμι· σημαίνει δὲ τὸν λεγόμενον χόλλαν διὰ τοῦ ι. τὰ γὰρ εἰς ι λήγοντα οὐδέτερα οὐ θέλουσι τὴν ει δίφθογγον παραλήγεσθαι· οἷον, μέλι, κιννάβαρι, σίνηπι, πίπερι· οὕτως οὖν καὶ στῖμι. ἰστέον δὲ ὅτι λέγεται ἡ στῖμις, τῆς στίμεως, τὴν στῖμιν· καὶ τὴν μέλαινα στῖμιν ὀμματόγραφος.* (sic!) Sine fabulae nomine poetae vero addito apud Eustath. ad Odyss. ξ'. p. 1761, 32. *ἔτι καὶ τὸ στίμμι θηλυκῶς προάγει εἰπὼν* (sc. *ὁ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς*) *ὅτι στίμμις ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος. Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνή, κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ ἐν τῷ· καὶ τὴν μελ. κτλ.* Item ad σ', 355 p. 1850. Eadem vocis forma usus est Antiphanes apud Phot. Lex. p. 538, 25. (Meinek. Poet. com. III. p. 103.) De qua similibusque nuper egregie disputavit Aug. Nauckius in Schneidewini Philologo a. 1846. p. 357. sq. — De stibio ipso, eius vi et usu cf. Plin. Hist. Nat. XXXIII, 6, 33. sq. Quod pariter atque *βάκκαριν* et *μύρα* (fgm. IX.) ad Lydorum ornatum pertinuisse vix est quod moneam.

XI. (28.)

Strabo. I, 3, 60. *Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας ἐν Ὀμφάλῃ σατύροις.*

Εὐβοῖδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν
προβλῆτα πορθμόν.

In Strabonis verbis olim legebatur: *ἐν Ὀμφάλῃ σατυρεῖς*, quod correxit Bentl. ad Mill. p. 57. (Opusc. p. 506.) — Vs. 1. recte scripsit Koepk. *Εὐβοΐδα* pro vulg. *Εὐβοΐδα*. cf. Soph. Trach. 74. Eur. Ion. 60. fragm. 653. Eustath. ad Il. *β*. 541. Lobeck. ad Phryn. p. 39. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 698. Hinc vanam esse Elmsleii opinionem (ad Eur. Heracl. 84.) formam *Εὐβῳ̃δα* commendantis facile intelligitur. — Vs. 2. sq. in omnibus codicibus est: *ἀκτῆς ἐχώρισεν ἐκτέμνων πρὸς Κρῆτα πορθμόν*, quod ferri non posse et metrum et sententia docent. Quare Valck. Diatr. p. 144. correxit: *ἐχώρισ' ἀκτῆς ἐκτεμὼν πρόβλημα πορθμόν*. Recentiores autem editores Bentleio l. c. auctore: *ἐχώρισ' ἀκτὴν ἐκτεμὼν προβλῆτα πορθμῷ*, satis ingeniose. Atqui in ea correctione aliquid inesse, quod probari nequeat, bene monuit Nieberding. p. 32. Haud facile enim perspicitur, qua ratione poeta eam litoris partem, quam fretum illud inter Euboeam insulam et Boeotiam exsecuit, freto obiectam (*ἀκτὴν προβλῆτα πορθμῷ*) appellare potuerit. Imo hoc dixisse videtur: Euripus Euboeam a litore Boeotiae abscidit, sese inter utramque terram quasi insinuans atque ita fretum illud obiectum, terrae scilicet Boeotiae, exsecans. Certe sic Strabonis locum ac maxime Ionis verba etiam Eudociam legisse apparet ex huius verbis in Villoison. Anecd. Gr. II. p. 342. *ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι πιστεύεται τὴν Λέσβον ἀπερρωγέναι τῆς Ἴδης, ὡς καὶ τὴν Σικελίαν τῆς Ῥηγίνης καὶ τὴν Ὄσσαν τοῦ Μακεδονικοῦ Ὀλύμπου, ὡς μέσον ἔκτατε διέρρευσεν ὁ Πηνειός. καὶ τὴν Εὐβοΐδα δὲ γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισε, καθά τις φησι ποιητής.* cf. Plin. Hist. Nat. II. 90. *Namque et hoc modo insulas rerum natura fecit. Avellit Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Euboeam Boeotiae, Euboeae Atalantem et Macrin, Besbycum Bithyniae, Leucosiam Sirenum promontorio.*

XII. (29.)

Hesych. et Phavorin. s. v. *ἐρρωπίζομεν*. *Ἴων Ὀμφάλῃ. τινὲς ῥωπίζειν ἀπέδοσαν τὸ ἀτεχνιτεύεσθαι* (*ἀτεχνεύεσθαι* Phavor.) *καὶ ἀμαθεύεσθαι· κακῶς· ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς φόρτος* (*χόρτος* Ms. Schow. et Phavor.), *καὶ ποικίλος καὶ βέβαιος, καὶ τὰ ἔσω τῶν ῥώπων πλέγματα κανᾶ καὶ σῆστρα* (*σίστρα*. Ms. Schow. *σεῖστρα* vulg. et Phavor.) *κυρίως*. Bentl. Epist. ad Mill. p. 55. Opusc. p. 498. paullo audacius scripsit: *ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος καὶ γέλγαι καὶ τὰ ἐκ τῶν ῥώπων πλέγματα κανᾶ καὶ σῆστρα κυρίως*. Cf. Bekk. An. Gr. p. 299, 27. *ῥῶπος. ὁ παντοδαπὸς φόρτος*. Suid. s. v. *ῥῶπος. μίγμα χρώματος, ὅσα βαφεῦσι, ζωγράφοις, μυρέψοις χρησιμεύει. ὅθεν ῥωποπάλης. τινὲς δὲ καὶ τὸν παντοδαπὸν φόρτον ῥῶπον εἰρήκασι*. Vocem habent Aeschylus in Phrygibus (ap. Polluc. VII, 131.): *ἀλλὰ ναυβάτην φορτηγὸν, ὅστις ῥῶπον ἐξάγει χθονός*. Demosth. adv. Phorm. 9. *Ὥστε τοῦ ναυκλήρου κελεύοντος αὐτὸν κατὰ τὴν συγγραφὴν ἐντίθεσθαι τὰ ἀγοράσματα τῶν ἐμῶν χρημάτων, εἶπεν οὗτος ὁ νῦν φάσκων ἀποδεδωκέναι τὸ χρυσίον, ὅτι οὐκ ἂν δύναιτο ἐνθέσθαι εἰς τὴν ναῦν τὰ χρήματα. ἄπρατον γὰρ εἶναι τὸν ῥῶπον*. — *Ῥωπίζειν* non multum a *ῥωποπωλεῖν* discrepuisse videtur, quod Hesych. s. v. affert.

XIII. (30.)

Hesych. s. v. *σπίλον Παρνασίαν.* (*Παρνασείαν* MS. Schow.) *Ἴων Ὀμφάλῃ. οὐκ εὖ· σπιλάδες γὰρ πέτραι.* cf. Lobeck. ad Phryn. p. 28. Frequens est vox apud posteriores scriptores. cf. Lycophr. 188. 374. etc.

XIV. (31.)

Schol. ad Aristoph. Av. 1680. *μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε·) Μὰ τὰν Δία, φησὶν, οὐ λέγει παραδοῦναι, ἀλλὰ βαδίζειν καὶ ἀναχωρεῖν. οὕτω δὲ αὐτό φησι βαρβάρως καὶ δυσφράστως, ὥσπερ αἱ χελιδόνες. καὶ Αἰσχύλος τὸ βαρβαρίζειν χελιδονίζειν (φησὶ) καὶ Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρσενικῶς φησιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς καθόλου φησίν.* cf. Aesch. Ag. 1020. Well. *ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ μὴ, χελιδόνος δίκην, ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη, ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ.* Eurip. fragm. 91. Aristoph. Ran. 93. 680. Causam, cur barbari *χελιδόνες* appellentur, affert Schol. ad Aristoph. Ran. 93. Hesych. et Phavorin. *χελιδόσι· τοὺς βαρβάρους χελιδόσιν ἀπεικάζουσι διὰ τὴν ἀσύνδετον λαλιάν.*

XV. (32.)

Harpocr. s. v. *θίασος. Ἴων δὲ ἐν Ὀμφάλῃ κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος ἔταξε τοὔνομα.* Eadem habent Phot. Suid. Zonar. s. v. Similiter atque Ion voce *θίασος* usus est Euripides Phoen. 803. Iphig. A. 1059. Iphig. T. 1146.

XVI. (33.)

Polluc. II, 95. *ὁ δὲ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίου πατὴρ, ᾧ τὰς παραινέσεις ὁ Ἀθηναῖος σοφιστὴς ἔγραψεν, τὸ μὲν ὄνομα αὐτῷ Τίμαρχος ἦν, δι-στοίχους δ' εἶχεν ἄρα τῷ Ἀριστοτέλους λόγῳ τοὺς ὀδόντας, κατὰ δὲ τὴν Ἴωνος τοῦ Χίου δόξαν τριστοίχους Ἡρακλῆς.* Cf. Tzetz. Chiliad. III, 115. vs. 921.

ὡς καὶ τὸν Ἡρακλέα δὲ ὁ Χῖος Ἴων λέγει
ἔχειν ὀδόντων τρίστοιχον θέσιν ἀρραγεστάτην.

Haud dubie recte Nieberding. p. 33. hanc narratiunculam ad Ionis Omphalen rettulit; nam ubi, quaeso, Hercules habere se tres dentium series ostendere potuit, nisi in hac fabula, in qua tam eximia voracitatis specimina edidit? cf. fragm. II. III. sq.

Ad eandem fabulam nescio an referendum sit fragm. 57.

TEYKPOΣ.

I. (34.)

Hesych. s. v. *ἄϊδροι·* (sic cod. Schow. pro vulg. *αἶδροι.*) *ἀΐδριες.* *Ἴων Τεύκρῳ.* (cod. Schow. *Ἰὼν τευκρ.*) Phavorin et Etym. Magn. s. v. *ἄϊδροι καὶ ἀΐδριες, ἀμαθεῖς, ἄπειροι.* De accentu cf. Arcad. p. 74.

II. (35.)

Hesych. et Phavorin. s. v. *ἀμφιβώτης. περιβόητος. Ἴων* (cod. Schow. (*νίων*) *Τεύκρῳ.* Bentl. Epist. ad Mill. p. 55. Opusc. p. 498. scripsit: „lege *περιβοήτου. Βώσας βεβωμένος*, unde *ἀμφίβωτος.*" Is igitur *ἀμφιβώτης* genitivum generis feminini ab *ἀμφίβωτος* esse censuit, eamque ob caussam ex Hesychii more vocem *περιβόητος* in eodem genere, numero, casu apposuit. Quod admodum probabile est.

ΦΟΙΝΙΞ.

I. (36.)

Athen. III. p. 91. D. *ὅτι δὲ οἱ ἐχῖνοι, λέγω δὲ καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους, καὶ ἑαυτῶν εἰσι φυλακτικοὶ πρὸς τοὺς θηρῶντας, προβαλλόμενοι τὰς ἀκάνθας ὥσπερ τι χαράκωμα. Ἴων ὁ Χῖος μαρτυρεῖ ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ* (sic Dalecampius scripsit pro eo, quod in libris est: *Φοινίκῃ καινῇ.*)

Ἀλλ' ἔν τε χέρσῳ τὰς λέοντος ἥνεσα
ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας.
ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ,
στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας
κεῖται, δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.

Eosdem versus afferunt Zenob. V, 68. et Schol. Paris. Hom. Il. *ο'*. 714. in Cram. Anecd. Gr. Paris. III. p. 387, 10., Vs. 4. 5 habet Plut. de solert. anim. 16, 8. p. 971. F. — Vs. 1. pro *τε* Osann. correxit *γε*, quod sane longe praeferendum est. Cum hoc loco iam Plut. l. c. aptissime contulit Archilochi versum (fragm. 83. ed. Bergk.) *πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.* — Vs. 3. pro *κρεισσόνων ὁρμὴν* praebent Zenob. *θηρίων ὃς μὴν*, Schol. Hom. l. c. *θηρίων ὀσμίαν* unde Cram. effinxit *ὀσμὴν*, quod iam Athenaei edit. Basil. et Casaub. dederant. Grot. Exc. p. 499. *θηρίων ὁρμήν.* — Vs. 4. Verba *ἑλίξας δὲ μὲν κεῖται* ex hoc versu supersunt in loco lacero Diogeniani VII, 83. quod vidit Valck. ad Phoen. 1185. Ad constructionem expediendam bene monuit Schweigh. statuendam esse tmesim: *στρόβιλος ἀμφιειλίξας δέμας ἄκανθαν* i. e. *ἀκάνθῃ* vel *εἱλίξας ἀκάνθαν ἀμφὶ δέμας.* cf. Matth. Gr. Gr. § 426. Ad sententiam cf. Oppian. Halieut. II. 360. sq. — Vs. 5. In Athenaei codd. est *θίγειν.* Plut. et Zenob. habent: *θιγεῖν τε καὶ δακεῖν.*

II. (37.)

Schol. ad Aristoph. Ran. 706. *εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν*) *Τοῦτο Ἴωνός ἐστιν ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως* (sic Bentl. ad Mill. p. 54. Opusc. p. 498. pro eo, quod in codd. est: *Φοίνικος ἢ καὶ Οἰνέως*).

εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὦ πολιῆται.

θέλει δὲ εἰπεῖν ὅτι εἰ δύναμαι κρίνειν. — Codd. Ven. Laur. Mediol. *εἰ δὲ τὸ ὀρθὸς κτλ.* — Optime Bentl. l. c. *ὦ* inseruit ad versum ex-

plendum, ut iustus exoriretur hexameter dactylicus, quem a tragoedia non abhorrere nemo nescit. cf. Soph. OR. 151. 153. Trach. 1010. sq. Aesch. Ag. 104. Eur. fragm. 35. etc. Hinc etiam explicationem trahunt formae ionicae, quamquam *ἀνέρος* vel a diverbiis non alienum fuisse videtur. Vide quae ad Eurip. fragm. 818 disputavimus. Haud dubie vero locus e chori cantico fluxit. — Ad sententiam Koepk. p. 39. haud inepte comparat Soph. OR. 1057. sq. El. 465. ed. Wund. Si quis autem quaerat, quid sit *ὀρθὸς* c. Inf., id eadem ratione explicandum esse opinor, qua dicitur *δίκαιός εἰμι* c. Inf.; itaque *εἰ δ' ἐγὼ ὀρθός (εἰμι) ἰδεῖν βίον ἀνέρος* dictum est pro: *εἰ δ' ὀρθόν ἐστιν, ἐμὲ ἰδεῖν βίον ἀνέρος* h. e. *si rectum, verum est, me vitam hominis perspicere.*

III. (38.)

Athen. IV. p. 184. F. (p. 399, ed. Dindorf.) *Ἴων δ' ἐν Φοίνιξι ἢ Καινεῖ ἀλέκτορα τὸν αὐλὸν καλεῖ ἐν τούτοις*

Ἐπὶ δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν.

Sequuntur deinceps fragm. 44. et 42. Huc respexit Eustath. p. 1479, 27. quum scriberet: *Ἴων δὲ ὁ τραγικὸς ἀλεκτόρα τὸν αὐλὸν εἶπε διὰ τὸ ἡδύ, οὗ χάριν οὐκ ἔχει ὁ ἀκροατὴς λέγεσθαι ἤγουν κοιμᾶσθαι.* Pro *ἐπὶ δ'* Casaub. coniecit *ἐπῆδ'*, quod recepit Schweighaeus., fortassis recte; nam Athenaeus, ut bene Emperius (in Zimmermanni Diar. Antiqu. 1835. n. 1.) monuit, haud facile in excerpendis scriptorum locis tam negligens est, ut vocabula omittat, unde reguntur casus obliqui. In eo autem graviter lapsus est ille, quod voce *αὐλὸς* eiecta, quam e versu praecedente additam esse dixit, hunc senarium satis intolerabilem effinxit: *ἐπῆδ' ἀλέκτωρ Λύδιος ὕμνον Ἀχαιῶν.* Quem primus, quod sciam, explosit Emperius l. c., simul pro *Ἀχαιῶν*, quod a se non intelligi dicebat, *ἀχέων* (*ἠχέων*) corrigens et versum paroemiacum fuisse statuens. Sed iusto brevior atque obscurior fuit vir doctissimus: nam neque apparet, volueritne *ἐπῆδ'* retinere an non, neque intelligitur, qualis sit ille versus paroemiacus, quem statuit. Nieberdingio p. 37. versus aut hexameter dactylicus (velut fragm. 37.), cui in fronte arsis desit, aut anapaesticus fuisse videtur, in quo verbum finitum ex iis, quae antecesserint aut sequuta sint, supplendum sit; *ἐπὶ* enim esse adverbii loco. Quae sententia vereor, ut cuiquam probetur. Koepk. p. 40. locum sic constituit:

ἐπῆδ' ἀλέκτωρ
Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν.

ut sit fragmentum ex stropha quadam depromptum, cuius caput et finis desiderantur. In quo *Ἀχαιῶν* certe ad *ἀλέκτωρ* referendum, *αὐλὸς* autem, quippe glossema, huius *ἀλέκτορος Ἀχαιῶν*, e textu eiiciendum sit. Verum etiam ad hanc sententiam accedere nequeo. Primum enim credibile non est, vocem *αὐλός*, quae in omnibus libris legitur, librario originem debere. Nam nemo mehercle Atheniensium, si audivisset sola verba *ἐπῆδ' ἀλέκτωρ*, de tibia, sed tantummodo de gallo cogitasset. Deinde ne *Ἀχαιῶν* cum *ἀλέκτωρ* coniun-

gatur, prohibere mihi videtur verborum collocatio; at fingamus coniungi posse, quis verbis *ἀλέκτωρ Ἀχαιῶν* nude positis potuisse tibiam significari credat? Quare aliter huic loco medendum erit. Quod olim in mentem mihi venerat: *ἔπι δ'* (vel *ἐπὶ δ'* adverbialiter) *αὐλὸς ἀλέκτωρ | Λύδιον (ὑμνῶν) ὕμνον Ἀχαιῶν.* nunc minus mihi placet, quam corrigendi ratio ab Emperio significata, ut locum sic constituerim:

ἔπι δ' (vel ἐπῆδ') αὐλὸς ἀλέκτωρ
Λύδιον ὕμνον ἀχῶν.

Similiter enim scripsit Eurip. Ion. 895. *ἀχεῖ ὕμνους εὐαχέτους.* Fragm. 624. *Κύπριδος προσῳδὸν ἀχεῖ μέλος.* Suppl. 82. *ἀχοῦσι προσπόλων χέρες.* — *Λύδιον ὕμνον* vero dixit etiam Telestes apud Athen. XIV. p. 626. A. iamque supra ab Ione ipso (fragm. 25.) Lydias psaltrices *παλαιθετῶν ὕμνων ἀοιδοὺς* vocari vidimus. Ceterum quae sit Ionis sententia, haud obscurum est. Comparat enim tibiam cum gallo eamque pariter atque hunc homines e somno et quiete excitare dicit. Neque hoc verissimum esse quisquam neget. — Haec dudum scripseram, quum in manus mihi veniebant Meinekii Excercit. philol. in Athen. spec. II. (Berol. 1846.), ubi ille p. 10. de hoc Ionis loco sic disputat: „In his *Ἀχαιῶν* quocunque referas inepte illatum est. Ion scripsisse videtur *Λύδιον ὕμνον ἀχέων, tibia Lydium hymnum ingemiscens.* De diaeresi cf. Lobeck. ad Aiac. 421. Possis etiam *ἰαχῶν* ut est apud Aesch. Sept. 849. *τὸν δυσκέλαδον ὕμνον Ἐρινύος ἰαχεῖν.*“ — Vir amicissimus Maur. Schmidt. pro *Ἀχαιῶν* scribi mavult *ἀρχαῖον.*

IV. (39.)

Athen. X. p. 451. D. *Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ δρυὸς ἱδρῶτα εἴρηκε τὸν ἰξὸν ἐν τούτοις*

δρυός μ' ἱδρὼς
καὶ θαμνομήκης ῥάβδος ἥ τ' Αἰγυπτία
βόσκει λινοῦλκὸς χλαῖνα, θήραγρος πέδη.

Phavorin. s. v. *ἱδρώς. ὁ δέ γε τὰς πηγὰς γῆς ἱδρῶτα εἰπὼν τροπικῶς εἶπεν, ὥσπερ καὶ ὁ τὸν οἶνον εἰπὼν βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς, καὶ τὸν ἰξὸν δὲ δρυὸς ἱδρῶτα ὡς τὸ δρυὸς ἱδρὼς καὶ θαμνομήκης κλάδος.* Similiter Eustath. p. 865, 15. Vs. 1. libri omnes praebent *δρυὸς μὲν ἱδρὼς*, ut sit initium senarii, sed optime iam correxit Casaub. *δρυός μ' ἱδρὼς*, in quod nuper etiam incidit Meinek. Poet. com. III. p. 251. verissime monens, poetas Atticos *ἱδρὼς* constanter prima syllaba brevi adhibuisse. cf. Soph. Ai. 10. Eur. Phoen. 1338. Troad. 1197. Ion. 1175. Bacch. 620. Aristoph. Ach. 695. Eubul. ap. Athen. XIII. p. 557. F. Hinc verba *δρυός μ' ἱδρὼς* senarii exitum efficere manifestum est. — Vs. 2. *θαμνομήκης* ed. Casaub., cod. Pal. et edit. Ald. *ταμνομήκης.* Fuerunt, qui in *θαμνομήκης* corruptelam latere suspicarentur ideoque *θαμνότμητος* vel simile quid scribi iuberent, sed mihi *θαμνομήκης ῥάβδος* de industria a poeta positum videtur, ut virga viscata (*Leimruthe*) a virga piscatoria (*περιμήκης ῥάβδος.* cf.

Hom. Od. XII. 251. *Angelruthe*) discerneretur. Sermo enim de aucupio est; auceps igitur dicit: *alit me viscum quercinum et virga (longitudine fruticis) fruticosa et laena ex Aegyptio lino texta (rete), pedica bestiis capiendis apta.* In omnibus libris est *Αἰγυπτίη*, quod editores omnes retinuerunt. — Vs. 3. libri omnes habent *λίνουλκος*, quod Dindorfius, nisi corrigendum, certe *λινοῦλκος* scribendum esse dicit. Recte autem monuit Koepk. p. 42. repugnare Arcadium p. 87, 27. ed. Bark. haec docentem: *ὅσα παρὰ τὸ ἕλκω καὶ ἀμέλγω, ὀξύνεται, γαμουλκός, ἀμολγός.* Atque ita sane semper scriptum invenitur *κερουλκὸς* (Soph. ap. Plut. Mor. p. 640. A. Eur. Or. 268.), *ζυγουλκὸς* (Moschion. fgm. 9. vs. 26.), *τοξουλκὸς* (Aesch. Pers. 238) *ξιφουλκὸς* (Aesch. Eum. 562) *βαρουλκὸς*, alia, quare etiam hoc loco *λινουλκὸς* scribere non dubitavi. Lobeck. ad Phryn. p. 612. proposuit *λινόυλως*, quod a literarum ductibus nimis recedit neque aptiorem sententiam praebet, quam *λινουλκός*, quamquam de huius vocis significatione dubitari potest. Nam adiectiva ista ab *ἕλκω* deducta mox activa, mox passiva significatione adhibentur; itaque Casaub. *λινουλκὸς* interpretatus est *e lino factus* vel *textus*, Schweigh. contra: *qui lino trahitur*, (quod satis commode dici potuerit de rèti, quod lineo fune tractum aves involvat), ac similiter Toup. Epist. crit. p. 89. *λινουλκὸς χλαῖνα, rete loris sive funiculis aptum.* Sed equidem non intelligo, cur poeta rationem, qua rete adhibeatur, nec potius materiam, ex qua factum sit, descripserit; quare ad Casauboni sententiam accedo, qui verba *λινουλκὸς χλαῖνα* bene sic interpretatus est: *retia, quibus ceu veste amictae aviculae capiuntur.* — Pro *θήραγρος*, quod cod. Palat. et Casaub. in adnot. habent, in cod. Laur. et edit. Ald. est *θηραγρὸς*, in edit. Basil. et Casaub. *θυραγρός*.

V. (40.)

Athen. IV. p. 185. A. (citato fragm. 44. pergit:) *ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ αὐτὸς Ἴων φησὶν*

Ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ.

*οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ· βαρὺς γὰρ οὗτος. παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν, ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι *).* — Cod. Laur. *τρέχοντα.* — Hoc fragmentum haud mediocriter offensioni fuit viris doctis. Primum enim haud facile intelligitur, quid significet *ἔκτυπος*. Dicit quidem Casaub., sonum *ἔκτυπον* esse *clarum et perspicuum*, quum hoc adiectivum proprie locum habeat in iis, quae de alio sint *ἀκριβῶς* expressa, et, ut Graeci loquantur, *ἐκμεμαγμένα*: sed quantum ipse huic interpretationi tribuerit, inde cognosci potest, quod paullo post proposuit *εὔκτυπος*. Ac profecto haud facile cuiquam persuadebit, *ἔκτυπον* esse *clarum et perspicuum*. Idem quum sensisset

*) In Athenaei Epitome locus sic legitur: *ὁ αὐτὸς (Ἴων) καὶ ῥυθμὸν τρέχοντα τὸν φρύγιον καλεῖ· καὶ βαρὺν αὐλὸν τὸν φρύγιον. βαρὺς γὰρ οὗτος τῷ ὄντι, παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν, ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι.*

Bentleius (Epist. ad Mill. p. 55. Opusc. p. 498.), locum sic constituit:

— *ἐκτίπουν, ἄγων βαρὺν*
αὐλὸν, τρέχοντα ῥυθμὸν —.

collat. (Eurip.) Rhes. 308. *πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.* — In qua correctione tamen primum accusativi *τρέχοντα ῥυθμὸν* offendunt, quum in omnibus libris praeter Laur. *τρέχοντι ῥυθμῷ* atque etiam in Laur. *ῥυθμῷ* legatur eaque scriptura insuper sequentibus Athenaei verbis: *οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ* confirmetur; deinde nescio an necessarium non fuerit *ἔκτυπον* in *ἐκτύπουν* mutare, quum *ἔκτυπον*, etiamsi ab *ἔκτυπος* non derivari, tamen a *κτυπέω* deduci possit. Nam aoristo *ἔκτυπον* saepius epici et semel etiam Soph. OC. 1456 usus est. Si autem *ἔκτυπον* et dativi *τρέχοντι ῥυθμῷ* revocantur, versus iambicos esse non potuisse manifestum est. Itaque nescio, an rectius Nieberding. p. 41. locum sic dederit:

ἔκτυπον
ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ.

nisi forte eum potius uno versu comprehendere mavis, nam de metro in laceris poetarum reliquiis iudicare lubricum ac difficile est. Quod Hemsterhusio ad Lucian. Dial. deor. XII. in mentem venit, pro *τρέχοντι* scribere *τρήχοντι*, ut intelligantur *numeri asperi*, *modi incondili*, id, ut bene monuit Nieberding. l. c., hoc loco minus aptum est, sed multo melius *τρέχων ῥυθμὸς* convenit harmoniae illi Bacchicae numerisque incitatis Phrygicis, de quibus cf. Boeckh. de metr. Pind. III, 8. p. 239. sq. O. Mueller. Hist. Lit. Graec. I. p. 271. sq. Verba e chori cantico petita esse vix est quod moneam.

VI. (41.)

Hesych. et Phavorin. s. v. *τιμαλφής. ἔντιμος, τιμὴν ἀλφαίουσα, διὰ τιμῆς ἀγομένη. Ἴων Φοίνικι δευτέρῳ· τινὲς μὲν τὴν ἰώνιον* (leg. *ὤνιον*. Vales.) cf. Suid. Phot. Hesych. s. v. *τιμαλφέστατον*. Bachm. An. Gr. p. 287, 26. Eadem voce usus est Aeschylus in Epigonis fragm. II. Plat. Tim. p. 59. B.

VII. (42.)

Athen. VII. p. 318. E. *τοῦ πολύποδος μνημονεύει καὶ ὁ τραγικὸς Ἴων ἐν Φοίνικι λέγων*

καὶ τὸν πετραῖον πλεκτάναις ἀναίμοσι
στυγῶ μεταλλακτῆρα πουλύπουν χροός.

Eosdem versus attulit Eustath. p. 1541, 43. hominem versipellem vel *παλίμβολον* iis notari dicens, sed omisit *καὶ* et pro *ἀναίμοσι* dedit *ἀναίμονα*, vs. 2 autem *πολύπουν*, quod etiam habent Athenaei codd. Laur. Palat. — De polypis vide quae disputavit Athen. inde a p. 316. A., praecipue quae ex Aristotele attulit p. 316. C. sqq. Imprimis autem huc pertinere monuit Koepk. p. 44. quae leguntur p. 316. F. sq. *ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι φεύγων διὰ τὸν φόβον μεταβάλλει*

τὰς χρόας καὶ ἐξομοιοῦται τοῖς τόποις ἐν οἷς κρύπτεται, ὡς καὶ ὁ Μεγαρεὺς Θέογνίς φησιν ἐν ταῖς ἐλεγείαις (vs. 418. ed. Welck.) Hinc explicatur, cur polypus μεταλλακτήρ vel τερψίχρως vocetur. Similes sententias Athenaeus et h. l. et XII. p. 513. C. sq. attulit.

VIII. (43.)

Polluc. On. IX, 37. Ἴων δὲ ἐν Φοίνικι σαφέστερον

ἀλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί.

Disputat Pollux de significatione vocis κωμήτης, quam ab κώμη, *vicus*, derivat, ita ut κωμήτης *vicinus* sit, eiusque usus exemplum affert Ionis versum. Similiter voce usus est Aristoph. Nub. 965. Nieberding. et Koepk. haud inepte comparant dictionem θεοὶ ἀγυιεῖς vel ἀγυιᾶται, quam veteres grammatici explicant v. σύνοικοι, γείτονες et similibus.

ΦΡΟΥΡΟΙ.

I. (44.)

Athen. IV. p. 184. F. (citato fragm. 38. pergit:) ἐν δὲ Φρουροῖς τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἴρηκε σύριγγα διὰ τούτων

Προθεῖ δέ τοι σῦριγξ, Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

Cod. Laur. Προσθεῖ. Sententiam bene explicuit Schweighaeuserus in adnot. p. 683, ubi contra Casaubonum disputans haec scripsit: „quid simplicius aut magis in promptu erat, quam *Idaeam fistulam* vel *tibiam*, *Phrygiam* intelligere? Iam vero poeta, pro eo, quod Phrygiam vel Idaeam fistulam (Ἰδαίαν σύριγγα) dicere potuerat, fistulam maluit (per appositionem, quam dicunt Grammatici) τὸν Ἰδαῖον ἀλεκτρυόνα appellare, i. e. *Idaeum gallum gallinaceum*.“ De imagine, quae verbis subest, vide quae monuimus ad fragm. 38. Male autem Schweigh., quem secutus est Nieberding. p. 42., ut senarium iambicum revocaret, ex Athenaei verbis ἀλεκτρυών in Ionis verba pro ἀλέκτωρ intulit; nam versus, qui hac ratione exoritur, intolerabilem habet in quinto pede anapaestum. Haud dubie igitur rectius Koepk. p. 47. verba e chori carmine petita et sic fortasse ordinanda esse statuit:

προθεῖ δέ τοι

σῦριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

ut dipodiam iambicam exceperit versus ex anacrusi et trimetro dactylico constans, (⏑, –⏑⏑–⏑⏑––) velut apud Soph. OR. 152 et 154. ed. Wund.

II. (45.)

Hesych. s. v. νιφόεσσα Ἑλένη, ἀντὶ τοῦ λευκή. Ἴων Φρουροῖς. Eadem habet Phot. in Lexico, nisi quod σελήνη praebet. Quod magis placere dicit Koepk. p. 46. et ob sententiam et quia finem efficiat hexametri versus, qui a tragoedia non alienus sit. Itaque haec

verba ad eam scenam pertinere sibi persuasit, ubi de adventu Priami in castris Graecorum sermo fuerit; nam Priamum nocte (dum *νιφόεσσα σελήνη* e coelo luxerit) ad Achillem venisse, ex Iliade constare. Sed equidem ea in re viro doctissimo assentiri non possum. Quum enim Helena, ut e sequente fragmento liquet, in hac fabula egerit, illud epitheton potius ad mulierem pulchritudine conspicuam, quam ad Lunam referendum esse censeo.

III. (46.)

Schol. ad Aristoph. Ran. 1425. (1462.) *ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δέ·*) *Παρὰ τὰ ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν, ὅπου ἡ Ἑλένη πρὸς τὸν Ὀδυσσέα φησὶ*

σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεταί γε μήν.

ὁ δὲ λόγος, ποθεῖ μὲν ὡς δραστήριον, μισεῖ δὲ ὡς τυραννικόν. Paullo aliter, quamquam sine auctoris et fabulae nomine, hunc versum attulit Suid. v. *σιγῶ* scribens: *σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν.* Dudum vero a viris doctis observatum est, Suidam Ionis et Aristophanis versus inter se simillimos confudisse, ab hoc finem, ab illo initio mutuantem. Attamen non tam Suidae ipsi, quam librariis hoc vitio vertendum esse videtur. Nam haud ad glossam *σιγῶ* pertinent, quae nunc quidem iis fine glossae *σίφνιοι* leguntur, cum ea autem nequaquam cohaerent: *ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν. φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης· ποθεῖ μὲν κτλ.* Saepius enim in Suidae Lexico unius eiusdemque glossae partes in diversas plagulas distractae sunt. cf. v. *Σιμμίας*, *Μέλητος*, aliis. Quam ob rem v. *σιγῶ* sic scribendum erit: *σιγῶ· τὸ καταπαύω, καὶ σιωπῶ. σιγᾷ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν* (imo *γε μήν.*). *ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν· φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης· ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν· τουτέστιν, ἡ πόλις τῶν Ἀθηναίων ποθεῖ μὲν ὡς δραστήριον τὸν Ἀλκιβιάδην, μισεῖ δὲ ὡς τυραννικὸν κτλ.*

IV. (47.)

Schol. Plat. de Rep. VIII. p. 394, 20. p. 415. ed. Bekk. *στρεπτούς·*) *ὅρμους περὶ τὸν τράχηλον ἢ τὰς χεῖρας, οὓς καὶ στεφάνους χειρῶν λέγει Ἴων ἐν Φρουροῖς.* Hunc vocis *στέφανος* usum videri etiam Etym. M. p. 726, 40. respexisse, ubi haec legantur: *στέμματα μὲν γάρ ἐστι παντὸς ἐν οἱῳδήποτε τρόπῳ περιτιθέμενον καὶ περὶ χεῖρα καὶ περὶ τράχηλον.* bene monuit Koepk. p. 49.

V. (48.)

Hesych. et Phavorin. s. v. *κλητῆρα· τὸν καλέσαντα. Ἴων Φρουροῖς.* Sic vocem etiam adhibuit Aesch. Suppl. 617. Sept. c. Theb. 556. —

VI. (49.)

Hesych. et Phavorin. s. v. *πυργήρως, μετέωρως* (*μετέωρος* Hesych.) *ὡς πύργος* (*πυρός.* Phavor.) *καὶ ἐν φρουροῖς· πυργείαν* (*πυργίαν.* Phavor.) *κώπην.* MS. Schow. *κοπήν.* Locum sic correxit Koepk. p. 46. *πυργήρως· μετεώρως ὡς πύργος. Ἴων Φρουροῖς πυργείαν κώπην*

(sc. *πυργήρη ὀνομάζει.*), et *πυργείαν κώπην* remum esse dixit, quo in puppi veteres usi sint. Fortassis recte, quum Hesych. ipse paullo post scripserit: *πυργίον· μέρος τριήρους.* Nam illud *πυργίον* altiorem eamque posteriorem navis partem fuisse (*Hinterdeck*) ex primario vocis *πύργος* significatione apparere bene idem vir doctissimus monuit. Atqui optimi codicis scripturam *κοπήν* si consideramus, sponte fere sese offert coniectura, Ionem scripsisse: *πυργείαν σκοπήν.*

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (50.)

Plut. Consol. ad Apollon. 22. p. 113. B. *Τούτων γὰρ* (sc. *τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῶν Σύρων καὶ τῶν Λυδῶν*) *τοὺς μὲν εἰς βόθρους τινὰς καταδύντας ἱστοροῦσιν ἐπὶ πλείους ἡμέρας μένειν, μηδὲ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν βουλομένους, ἐπειδὴ καὶ ὁ τετελευτηκὼς ἀποστέρηται τούτου. Ἴων γοῦν ὁ τραγικὸς ποιητὴς, οὐκ ἀνήκοος ὢν τῆς τούτων εὐηθείας, πεποίηκέ τινα λέγουσαν,*

Ἐξῆλθον ἡμῶν ἑκάτις ἡβώντων τροφὸς
παίδων, βόθρους λιποῦσα πενθητηρίους.

Locum Wyttenbach. e cod. Paris. restituit, quum ante legeretur: *ἐξῆλθον ἡμῶν καὶ τὰ* (vel apud Xylandr. *ἡμωνῆται*) *ἡμῶν τροφὸς παίδων κτλ.* Carere igitur possumus emendatione, quam proposuerunt Porso (Advers. p. 278.) et Iacobs. (Animadv. in Eurip. p. 38.): *ἐξῆλθον ἡ μόνη τε καὶ τλήμων τροφὸς κτλ.* Vera autem videntur, quae Iacobs. ibidem monuit: verba nutricis esse in scenam prodeuntis et prologum, ut videtur, agentis; certe novi iis actus initium constitui.

II. (51.)

Ibid. 28. p. 116. D. *Ἔν τε γὰρ τῷ γινώσκειν ἑαυτὸν περιέχεται τὸ μηδὲν ἄγαν, καὶ ἐν τούτῳ τὸ γινώσκειν ἑαυτόν. Διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων φησὶν ὁ Ἴων οὕτως,*

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, τοῦτ' ἔπος μὲν οὐ μέγα,
ἔργον δ', ὅσον Ζεὺς μόνος ἐπίσταται θεῶν.

Eadem verba paullulum immutata affert Olympiod. Schol. ad Plat. Alcibiad. I. p. 201. ed. Creuz. *διὰ τὴν τραγῳδίαν λέγουσαν,*

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐν λόγοις οὐδὲν μέγα,
ἔργῳ μόνος δὲ Ζεὺς ἐπίσταται θεῶν.

eaque eodem fere modo exstant etiam in schol. ad Plat. p. 81. Ruhnk., nisi quod vs. 2. legitur: *ἔργῳ δὲ μόνος τοῦτ' ἐπίσταται θεός.*

III. (52.)

Plut. de tranqu. anim. 3. p. 466. D. et hinc Stob. Floril. IV, 117. *καὶ γὰρ ἡ γυνὴ λυπεῖ, καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶνται, καὶ δυσχεραίνουσι τὸ κλινίδιον·*

Φίλων δ' ὅ τ' ἐλθὼν λυπρὸς, ὅ τ' ἀπιὼν βαρὺς,

ὡς ὁ Ἴων φησίν. — In Plutarchi et Stobaei codd. est λυπηρὸς, quod iam Grot. correxit.

IV. (53.)

Plut. Quaest. Conviv. III, 10. c. 2, 3. p. 658. B. τὴν γὰρ σελήνην ἡρέμα χλιαίνουσαν ἀννγραίνειν τὰ σώματα, τὸν δὲ ἥλιον ἀναρπάζειν μᾶλλον ἐκ τῶν σωμάτων τὸ νοτερὸν διὰ τὴν πύρωσιν. — — — τὴν δὲ σελήνην ἀδρανεστέρας ἀφιέναι τὰς αὐγάς·

Μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς,

κατὰ τὸν Ἴωνα. Ad eundem locum respexit Plut. de facie in orb. lun. 16. p. 929. A. sic scribens: αὐτῆς (sc. τῆς σελήνης) δὲ νωθείαν καὶ τάχους ἀμβλύτητα καὶ τὸ θερμὸν ἀδρανὲς καὶ ἄμαυρον, ᾧ κατὰ τὸν Ἴωνα μέλας οὐ πεπαίνεται βότρυς, εἰς τί θησόμεθα πλὴν ἀσθενείαν αὐτῆς καὶ πάθος, εἰ πάθος ἀϊδίῳ σώματι καὶ ὑλυμπίῳ μέτεστιν. — Haud improbabiliter Nieberding. p. 49., quod priori loco additum legitur γὰρ αὐταὶς, Plutarchi esse, Ionem vero scripsisse censet:

μέλας σελήνης οὐ πεπαίνεται βότρυς
αὐγαῖς κτλ.

Koepkius vero, cui versus e dramate satyrico petitus videtur, proposuit: μέλας γὰρ αὐγαῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς. Sed vix abesse potest genitivus ad αὐγαὶς pertinens. Quare multo praestantior est correctio, quam mecum communicavit Maur. Schmidt: μήνης γὰρ αὐγαῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς. *Μέλας* autem, quod omitti nolim, fortassis in praecedentis versus fine locum habuit. Ceterum simillimus est locus incerti poetae tragici fragm. CLVI.

V. (54.)

Plut. vit. Demosth. c. 3. κἀκεῖ γὰρ, ὥς φησιν ὁ Ἴων, δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. Hinc Grot. Exc. p. 450. κἀκεῖ in κεῖται mutato hunc senarium elicuit:

κεῖται γὰρ ἡ δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία.

Num autem recte monuerit Koepk. p. 95., propius ad verum accessisse Reiskium videri scribentem:

κακὴ γὰρ ἡ δελφῖνος ἓν χέρσῳ βία.

dubitari potest, nam fortasse verba κἀκεῖ γὰρ tantummodo Plutarchi sunt. Certe in proverbium abierunt verba δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, similiter atque Livianum illud (XXIII, 37.): *cantherium in fossa*, quo veteres haud dubie utebantur, ubi aut vires aut peritiam ad aliquam rem peragendam sibi deesse intelligebant.

VI. (55.)

Stob. XX, 6.

A. Ἔπίσχες ὀργιζόμενος.
B. ἀλλὰ βούλομαι,
οὐδεὶς γὰρ ὀργῆς χάριν ἀπείληφεν, πάτερ.

Hunc locum, quem Stobaeus sine poetae nomine affert, Menandro tribuit Clericus, sed eum Ionis esse monuit Toup. Epist. crit. p. 96. ex loco Plut. compar. Coriol. c. Alcibiad. c. 2. *οὐ γὰρ ἐκ φιλονεικείας οὔτε πολιτικῆς μάχης ἢ ἀμίλλης ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὀργῇ χαριζόμενος, παρ' ἧς οὐδέν φησιν ὁ Δίων ἀπολαβεῖν χάριν.* pro ὁ Δίων corrigens ὁ δ' Ἴων, quae corruptela sane etiam alibi occurrit. (cf. Ion. fgm. 76. ed. Koepk. p. 79. ed. Nieberding.) Cuius ad sententiam iure accesserunt Meinek. ad Menandr. p. 242. coll. p. 575., Nieberding. et Koepk., rem in medio reliquit Porso ad Eurip. Phoen. 459. apte tamen cum hoc loco collatis Euripidis (l. c.) verbis *τάσσων ἐπέσχον πόλιν.* Ut locus Ionis fuerit, tamen non diffitendum est, numeros paullo liberiores esse, quare eum e dramate satyrico fluxisse mihi persuadeam.

VII. (56.)

Athen. I. p. 21. A. *ἕτταττον γὰρ τὸ ὀρχεῖσθαι ἐπὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἐρεθίζεσθαι. Ἀνακρέων „Καλλίκομοι κοῦραι Διὸς ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς." Ἴων*

Ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας.

Codd. ὥρχησε, quod correxit Dindorf. Eundem versum praebet Eustath. p. 1942, 4. Eadem ratione, qua Ion, vocem adhibuit Aesch. Choeph. 161. *ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.* Nec Euripides (Electr. 181.) scribere dubitavit: *δάκρυσι χορεύω.* Ad sententiam cf. Eurip. fgm. 104. Pro *ἐκ τῶν ἀέλπτων* Maur. Schmidt. legi maluit: *εὐχῶν ἄελπτων κτλ.* sine idonea ratione.

VIII. (57.)

Athen. XI. p. 478. B. *τὰ μόνωτα ποτήρια κοτύλοι, ὧν καὶ Ἀλκαῖος μνημονεύει. Διώδορος δ' ἐν τῷ πρὸς Ἀνκόφρονα παρὰ Σικυωνίοις καὶ Ταραντίνοις ἐπιπολάζειν φησὶ τὸ ἔκπωμα, εἶναι δὲ αὐτὸ λουτηρίῳ ἐοικὸς βαθεῖ. ἔχει δὲ καὶ οὖς ἑνιαχῆ· μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Ἴων ὁ Χῖος*

κοτύλον οἴνου πλέων

λέγων. — Verba *μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ* omittit cod. Laur. idemque postea habet *λέγει.* Praeterea in omnibus codd. est *πλέον*, quod correxit Dindorf. De *κοτύλοις* vide, quae Athenaeus in sequentibus et p. 482. B. praebet. Pollux. VI, 99. X, 85. — Fragmentum ad Omphalen pertinere videtur.

IX. (58.)

Sext. Empiric. adv. Math. II, 24. p. 679, 25. ed. Bekk. *ἐκ μέσων μέντοι γε καὶ Χίων πρεσβεύτην περὶ ἐξαγωγῆς πυροῦ δεύμενος ἐπεὶ μακρῶς ἠρμήνευσε τὴν δέησιν, ἄπρακτον ἐξαπέστειλαν, ἑτέρου δὲ πεμφθέντος συντομωτέρου (ἦπειγε γὰρ ἀνάγκη τοὺς Χίους) ἔδοσαν. κενὸν γὰρ θύλακον αὐτοῖς οὗτος ἀνατείνας, ἀλφίτων αὐτὸν ἔφη δεῖσθαι. ὅμως δ' οὖν καὶ τοῦτον ὡς ἀδολέσχην ἐμέμψαντο. ἀποχρώντως γὰρ ἂν κενὸς δειχθεὶς ὁ θύλακος ἐσήμηνε τὴν τῶν Χίων αἴτησιν. ἔνθεν ὁ τραγικὸς Ἴων κινηθεὶς εἶπεν ἐπ' αὐτῶν·*

οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις,
ἀλλ' εὖτ' Ἄρης νεοχμὸς ἐμπέσῃ στράτῳ,
βουλὴ μὲν ἄρχει, χεὶρ δ' ἐπεξεργάζεται.

Versum 3 affert etiam Schol. Hom. Il. β'. 273. — Vs. 1. *πυργοῦσθαι* hoc loco significat: *sese extollere, superbire.* Similiter Aesch. Pers. 188. *χἡ μὲν τῇδ' ἐπυργοῦτο στολῇ ἐν ἡνίαισί τ' εἶχεν εὔαρκτον στόμα κτλ.* Eur. Or. 1568. *ὃς πεπύργωσαι θράσει.* Rhes. 122. *αἴθων γὰρ ἀνὴρ καὶ πεπύργωται θράσει.* Herc. fur. 238. *σὺ μὲν λέγ' ἡμᾶς οἷς πεπύργωσαι λόγοις;* — Vs. 2. Fabric. post *εὖτ'* inseruit *ἂν*, quo quidem constructio sublevatur, metrum vero aliquantulum affligitur, nam prima in *Ἄρης* in diverbiis tragicorum semper brevis est, quamvis anapaestus fortassis propter nomen proprium excusari possit, praecipue si locum e fabula post Ol. LXXXIX scripta petitum esse statuimus. At ne ad constructionem quidem restituendam necessarium videtur *ἂν*, quum, ut epicos poetas omittam, e tragicis etiam Aeschylus *εὖτε* omisso *ἄν* eum coniunctivo coniunxerit. cf. Sept. c. Theb. 320. *εὖτε πόλις δαμασθῇ.* — Vs. 3. ad sententiam cf. Eurip. fragm. 201.

X. (59.)

Polluc. On. VI, 98. *βομβυλιὸς δὲ τὸ στενὸν ἔκπωμα καὶ βομβοῦν ἐν τῇ πόσει, ὡς Ἀντισθένης ἐν Προτρεπτικῷ. τὸ δὲ ποτήριον Ἴων ἐκάλεσεν* (sc. *βομβυλιόν.*) cf. Hesych. s. v. *βομβυλιός. ποτηρίου γένος, κατὰ μικρὸν πότον στάξαντος. ὅθεν διὰ τὸν ἦχον οὕτω κεκλῆσθαι· ἢ ζῶον, ἠχόν τινα ποιοῦν τοῦ γένους τῶν σφηκῶν. ἢ μέλισσα μεγάλη. ἢ μυῖα.* Quae ex parte originem debent Athen. XI. p. 784. D. *Βομβυλιός· θηρίκλειον Ῥοδιακόν· οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησίν· οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι, τάχιστ' ἀπαλλαγήσονται· οἱ δὲ ἐκ βομβυλιοῦ, κατὰ μικρὸν στάζοντος — Ἔστι δὲ καὶ ζῷόν τι.* Adde Harpocr. Galen. Lex. Hippocr. s. v.

XI. (60.)

Polluc. On. VII, 60. *ὁ δὲ κύπασσις λίνου πεποίητο, σμικρὸς χιτωνίσκος, ἄχρι μέσου μηροῦ, ὡς Ἴων φησὶ*

βραχὺν λίνου κύπασσιν ἐς μηρὸν μέσον
ἐσταλμένος.

Sic ed. Bekk. quum ante legeretur *βραχὺς — κύπασσις κτλ.* cf. Harpocr. Hesych. Phot. Phavor. Suid. s. v. *κύπασσις, κόσμος γυναικεῖος — οἱ γλωσσογράφοι χιτῶνος εἶδός φασι τὸν κύπασσιν, οἱ μὲν γυναικείου, οἱ δὲ ἀνδρείου.* Alcaeus ap. Athen. XV. p. 627. B. cypassim ad ornatum militarem refert.

XII. (61.)

Philo Iud. quod omnis prob. lib. sit. § 19. (p. 446. M. p. 885. P.) *Τοῦ δὲ περὶ τοὺς ὄρνιθας ἐναγωνίου μέμνηται καὶ ὁ τραγικὸς Ἴων διὰ τούτων·*

οὐδ ὅγε σῶμα τυπεὶς διφυεῖς τε κόρας ἐπιλάθεται ἀλκᾶς,
ἀλλ' ὀλιγοδρανέων φθογγάζεται·
θάνατον δ' ὅγε δουλοσύνας προβέβουλε.

Sic est in libris. Grot. Exc. p. 450 locum sic dederat, ut initio praefigeret *ἀλλ'*, deinde *θάνατον* duplicaret et *φθεγγάζεται* pro *φθογγάζεται* scriberet, versus esse anapaestos haud dubie ratus. Quem ex parte secutus est Koepk. p. 92, quum interpunctione post *φθογγάζεται* sublata vs. 3. *τὸν θάνατον· θάνατον δ' ὅγε* κτλ. scripserit, quamvis *ἀλλ'* initio non receperit. Sed ratio, qua hanc correctionem excusat, mimirum metrum dulcius sonare, profecto nihil valet, ac si quid valeret, nullo modo articulum simul insertum tueri posset. Imo verba *τὸν θάνατον* ad *φθογγάζεται* adiecta sententiae officiunt. Rectius igitur Nieberding. p. 59. scripturam vulgatam retinuit, et prioribus versibus extremam systematis dactylici partem contineri monuit: nam vs. 1 est ordo dactylicus e tetrametro et trimetro constans; vs. 2. trimeter dact. cum cretico; vs. 3. dimeter anapaest. hypercat. (neque, ut Nieberding. credidit, tetram. dactyl. catal. in disyll. cum duplici anacrusi). Vix autem probandum est, quod idem vir doctissimus locum non ex tragoedia sed e lyrico quodam carmine fluxisse censet. Nam metrum simile est in Aesch. Eum. 992. sqq. ed. Well. et alibi, neque a tragoedia abhorret sententia, quam Nieberding. bene perspexit. Videtur enim poeta in hoc carmine invictum hominis cuiusdam animum comparasse cum gallo gallinaceo, qui, etsi in certamine vulneratus ac fere fractus est, nihilominus canit et mori honeste quam servire mavult. — Vs. 2. verbum *ὀλιγοδρανεῖν* et quidem participium *ὀλιγοδρανέων* ante Ionem nisi apud Homerum (Il. XV, 246. XVI, 843. XXII, 337.) non legitur; adiectivum *ὀλιγοδρανής* habet Aristoph. Av. 686. *Φθογγάζεσθαι* extat apud incertum poetam in Anthol. Pal. IX, 539. — Vs. 3. Ut formam *ὀλιγοδρανέων*, ita Ion verbum *προβέβουλε* ab Homero (Il. I, 113) mutuatus esse videtur; hoc enim alibi vix extat.

XIII. (62.)

Schol. ad Eurip. Phoen. 219. *τῶν σφοδρῶς ῥεομένων καὶ κύκλῳ κεχυμένων· ἀκάρπιστα δὲ πεδία τὴν θάλασσάν φησιν, ἐπεὶ ἱππεύειν αἳ γῆς δοκοῦσιν ὀχήματος τρόπον· οὕτω καὶ Ἴων λέγει·*

ὅταν δὲ πόντου πεδίον Αἰγαῖον δράμω.

καὶ Αἰσχύλος Νηρεῖσι· „δελφινοφόρον πόντου (sic cod. August.) *πεδίον διαμειψάμενα.* Euripidis verba, ad quae schol. haec adnotavit, sunt haec: *περιρρυτῶν ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος.* Ubi vide, quae Walck. de voce *πεδίον* ad mare relata disputavit. Exemplis ab eo citatis addendum est Aesch. Ag. 288. *ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ*, ubi de flumine dictum videtur.

XIV. (63.)

Ibid. 1166. *ἀμφίβολον πότερον τοὺς κρᾶτας εἶπεν ἢ τὰς κράτας, ἐπεὶ καὶ ἐν Ἀρχελάῳ* (sc. Eurip. fragm. 241.) *„ἐγὼ δὲ τὸν ὧν κρᾶτ' ἀναστέφω*

θέλω.“ καὶ Ὅμηρος ἀμφιβόλως εἴρηκεν, εἰπών· κρατῶν τυπτομένων. καὶ Ἴων·

τύπτων τὸν αὐτοῦ κρᾶτα.

Valck. in scholiastae verbis correxit: *ἀμφίβολον πότερον τὸν κρᾶτα εἶπεν ἢ τὸ κρᾶτα*, haud dubie recte, quum scholiastes non haeserit, utrum masculini an feminini generis esset *κρᾶτα*, sed utrum Euripides dixisset *τὸν κρᾶτα* an *τὸ κρᾶτα*, quum in Phoenissarum loco (*ξανθὸν δὲ κρᾶτα διεπάλυνε*) adiectivum *ξανθὸν* ad masculinum pariter atque ad neutrum referri posset. *Τὸν κρᾶτα* ab *ὁ κρὰς* derivandum est, quae forma apud Atticos poetas non legitur (cf. tamen Lobeck. Paralip. gramm. gr. p. 78.); *τὸ κρᾶτα* vero tantummodo in nominativo et accusativo reperitur, idque Sophocli originem debere dicitur. cf. Eustath. ad Il. ϑ. p. 700, 62. Ac profecto ea forma haud raro invenitur in septem, quae supersunt, fabulis; Nominativus: v. c. Phil. 1456. Accusativus: OR. 263. Antig. 760. Phil. 989. 1192. Trach. 1011. Sed eius numerus pluralis in usu fuisse non videtur: nam de loco OC. 474 res perquam dubia est; alterius contra formae pluralis legitur in Eur. Phoen. 1149. Herc. fur. 526. e. a. l.

XV. (64.)

Strabo. VIII, 5, 3. p. 364. *Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥᾴδιον λεγουσι ῥᾳ.* cf. Geogr. min. p. 119. ed. Hudson. Excerpt. e Strab. Apollon. de adv. p. 566, 10. Etym. M. p. 700, 26. Greg. Corinth. p. 574. ed. Schaef. adnot.

XVI. (65.)

Etym. M. p. 755, 24. s. v. *τέτυκται. ἄφυκτος ὃν οὐ δύναταί τις διαλαθεῖν καὶ ὁ Ἰωάννης*

Σειραῖς ἀφύκτοις ὃν διαρθρεῖ δακτύλοις.

Pro *Ἰωάννης*, qui nullus est poeta, Im. Bekker. (in Anecd. Gr. Ind. p. 1457.) in cod. Paris. n. 2630. *Ἴων* legi adnotavit, quae scriptura confirmatur Etym. Gud. p. 216, 10. v. *ἐτύχθη· καὶ ὁ Ἴων ἐν τοῖς κάνοσι* (sic)· *συραὶς* (sic) *ἀφύκτοις ὃν διαρθροῖ δακτύλοις.* unde etiam *διαρθροῖ* recipiendum. Pro *ἐν τοῖς κάνοσι* haud improbabiliter suspiceris: *ἐν τῷ Καινεῖ.* Idem versus extat apud Cram. An. Gr. Ox. II. p. 347. 24. Maur. Schmidt. in *Ἰωάννης* latere suspicatur *Ἴων... ἄμης, σειραῖς κτλ.*

XVII. (66.)

Hesych. et Phavorin. s. v. *νυμφαῖον ὄχθον. Ἴων ὁ πάρος* (haec tria verba omittit Phavorin.) *ὃν ὁ Ἀλφειὸς τὴν Ἀρκαδίαν παραμειβόμενος, τὰς λεγομένας γλύφας διέρχεται.* Toup. Ep. crit. p. 94. correxit: *Ἴων. ὁ πάγος τῆς Ἀρκαδίας, ὃν ὁ Ἀλφειὸς κτλ.* sed multo probabilius Nieberding. p. 51. *Ἴων. ὁ πόρος, ὃν ὁ Ἀλφ. κτλ.* ad quam emendationem firmandam Koepk. p. 87. comparat Hom. Il. *β*. 592. Vicum nymphis sacrum et fontem Nymphasiam commemorat Pausanias III, 10, 7 et VIII, 36, 4.

XVIII. (67.)

Hesych. *πυκνά. συχνά. συνετά. παλαιά.*

πυκνά. πτερά. τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον, τὴν πνύκα. Ἴων (*πυκναῖον.* MS. Schow.) Coniungendas esse has glossas iam vidit Toup. Ep. crit. p. 95., qui etiam *πυκνάπτερα* scripsit; sed emendationem perfecit Koepk. p. 86. corrigendo: *πυκνά. συχνά. συνετά. παλαιά. πυκνὰ πτέρα. τὸ* (*δὲ*) *ἐν Ἀθήναις δικαστήριον* (*τὴν*) *πύκνα. Ἴων.* Egregie enim primum intellexit, verba *πυκνὰ πτέρα*, quae apud Homerum leguntur (Il. *ι'*. 454. Od. *β'*. 151.) ab Hesychio tanquam exemplum, qua ratione veteres voce *πυκνὰ* usi sint, afferri; deinde isti voci *πυκνὰ* ab eodem opponi formam *πύκνα*, quam Ion adhibuerit. Nam *πύκνα* non *πνύκα* scribendum esse, et codicis Schow. scriptura et totius loci ratio docet. Quid enim sibi voluerit forma *πνύκα*, ubi de voce *πυκνὰ* agitur? Sed quod Koepkius oppositionis causa *δὲ* et paulo post *τὴν* inseruit, minus probandum videtur, quum lexicographus in eiusmodi rebus non admodum diligens sit.

XIX. (68.)

Hesych. s. v. *φοινικόλεγνον. Ἴων. τὸν πηνέλοπα. τὸ ὄρνεον· τὸ γὰρ τράχηλον ἐπίπαν φοινικοῦν. ἡ δὲ λέγνη παρέλκει.* — De penelope, ave ex anatum genere, vide Aristot. Hist. anim. VIII, 3. Schol. ad Aristoph. Av. 1302. Eustath. p. 1422, 7. Tzetz. ad Lycophr. 795. Ibyc. fragm. XIII. p. 129. sq. ed. Schneidewin.

XX. (69.)

Bekk. An. Gr. III. p. 1195, 10. Theodos. Canon. p. 982, 33. *Ἰστέον ὅτι οὐ συναιρεῖται ἐνταῦθα ἡ εὐθεῖα τῶν δυϊκῶν οὐδὲ γὰρ λέγομεν τὼ ἠδέε τὼ ἠδῆ, ὥσπερ τὼ Δημοσθένεε τὼ Δημοσθενῆ. — δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸ τραχὺς μόνον εὑρίσκεται συναιρούμενον κατὰ τὴν εὐθεῖαν τῶν δεικῶν εἰς τὴν ει δίφθογγον παρὰ Ἴωνι τῷ τραγικῷ, οἷον τὼ τραχέε τὼ τραχεῖ.*

XXI. (70.)

Stob. Ecl. I, 27. p. 552. *Διογένης κισσηροειδὲς ἄναμμα* (*φησὶ*) *τὴν σελήνην. Ἴων σῶμα τῇ μὲν ὑαλοειδὲς, διαυγὲς, τῇ δ' ἀφεγγές.* In codd. est *ὑλοειδὲς*, quod Heeren. bene correxit. Non minus recte in sequentibus *Ionis* nomen restituisse videtur, quum in libris esset *ων* prima deficiente litera, quae rubro colore appingenda erat. Koepk. p. 96. hoc fragm. non procul a fragm. 53. locum habuisse opinatur.

ACHAEUS *).

ΑΔΡΑΣΤΟΣ.

I. (1.)

Hesych. s. v. *Ἀργῆν ἔπεφνεν.* *ὄφιν. ἔστι δὲ ἐπίθετον δράκοντος.* Haec verba ex Achaei Adrasto fluxisse docet Harpocr. p. 32, 17. ed. Bekk. v. *Ἀργᾶς. Αἰσχίνης περὶ τῆς ἀντιδόσεως. πιθανώτερόν ἐστι λέγειν, ὅτι Δωριεῖς, μάλιστα δ' Ἀργεῖοι, τὸν ὄφιν ἀργᾶν ἐκάλουν, ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἀδράστῳ. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος οὐ κατὰ γλῶτταν καλεῖσθαι τὸν ὄφιν ἀργᾶν φησιν, ἀλλὰ γένος τι εἶναι ὄφεων τοὺς ἀργᾶς. — — ἔνιοι δὲ τοῦ δράκοντος εἶναί φασι τὸ ἀργᾶν ἐπίθετον.* — Ut Hesychius et Harpocratio, ita reliqui lexicographi de serpentis nomine fluctuant. cf. Etym. Gr. Paris. in Cram. Anecd. Gr. Paris. IV. p. 60, 21. *Ἀργειφόντης. — — — ἢ ὅτι* (sc. Ἑρμῆς) *ὄφιν τὸν Πυθῶμα ἀνεῖλε. κατὰ γὰρ Ἀργείων γλῶσσαν ἀργὴν καλεῖται ὁ ὄφις, ἵν' ᾖ ὁ ὀφιοκτόνος. καὶ εἶδος θηρίου καλεῖται ἄργη(ς) καὶ οἱ κένταυροι οὕτως ὑπό τινων προσηγορεύθησαν.* Suid. v. *Ἀργάς. — — καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἀργὰν ἐκάλουν. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος οὐ κατὰ γλῶτταν οὕτως καλεῖσθαί φησιν, ἀλλὰ γένος εἶναι ὄφεων τοὺς ἀργάς.* Bekk. An. Gr. p. 206, 7. *Ἄργας· ὁ Δημοσθένης οὕτως ἐκλήθη ὡς κακῶν ἔργων ποιητής. οἱ δὲ ἄργαν ὄφιν εἶναί φασιν.* Ibid. p. 442, 30. *Ἄργας. ὁ δεινότατος παρ' ἡλικίαν ἄργας καλεῖται. οὕτως ἔλεγον καὶ τὸν Δημοσθένην· ἄλλοι δέ φασι τοῦτον κακὸν ποιητὴν γεγονέναι. οἱ δὲ ὅτι κατὰ Δωριεῖς καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἄργαν ἐκάλουν.* Bekker. denique apud Aeschin. *περὶ παραπρεσβ.* § 105. p. 416 *ἀργὰς* dedit. Quae ex tot formis (*ἀργῆς, ἄργης, ἀργᾶς, ἄργας, ἀργὰς*) vera sit, haud facile est ad explorandum, quum nec ratione quidquam effici possit nec librorum manu scriptorum auctoritas hoc loco aliquid valeat: nam in codd. Hesychii est: *Ἀργηνέπεφν*, Harpocr. vero habet *Ἀργᾶς*, quo etiam Suid. et Gramm. in Bekk. An. Gr. l. c. ducere videntur. Etiam inde, quod *ὄφις ἀργῆς* etiam ab Hippocr. Epid. 5. p. 1160. commemoratur, ad genuinam formam cognoscendam lucri non multum redundat, quum Hippocrates Ionica dialecto usus sit. Si autem locum Pind. Ol. XIII, 69 *καὶ Δαμαίῳ νιν θύων ταῦρον ἀργᾶντα πατρὶ δείξον* (cf. Opp. Cyn. II, 140. *ἀργῆντα*), haud improbabilem, opinor, dices Schneideri sententiam in Lexico *ἀργῆς* ex *ἀργήεις*, sicut *τιμῆς* ex *τιμήεις*, exortum esse affirmantis, nec multum aberit, quin veram vocis formam esse putes *ἀργῆς* vel dorice *ἀργᾶς*. Sed utrum Achaeus doricam formam an alteram ad-

*) De *Achaeo* primus peculiari libello diligenter disseruit C. L. *Urlichs* (Achaei Eretriensis quae supersunt, collecta et illustrata. Bonnae, 1834.)

hibuerit, dubitari potest; nam si quis inde, quod poeta Argivos duces in hac fabula introduxit, eos forma Argivorum propria ἀργᾶς usos esse concludat, is ne fallatur caveat. Equidem saltem certi quid ea de re statuere non ausim. Differt autem ἀργῆς etiam significatione ab ἀργὴς, quando quidem adiectiva in ήεις desinentia, velut δενδρήεις, ποιήεις, ὑλήεις, alia, ubertatis notionem habent; est igitur ἀργήεις, *candore, splendore abundans.* Quod epitheton quum maxime angui conveniat, (cf. Aesch. Eum. 172. de sagitta dicentem πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν.) facile intelligitur, qua ratione anguis κατ' ἐξοχὴν appellari ἀργῆς potuerit.

A Z A N E Σ.

1. (2.)

Schol. Eur. Orest. 373. ed. Matth. τὸ δὲ „ἐξάπτων" ἔφη παρόσον οὓς ἱκέτευον τούτοις παρετίθεσαν τὰς ἱκετηρίους. Ἰχαιὸς Ἰξᾶσι· „Νῦν οὖν ἡμεῖς ἱκέται θαλλούς τε θεῶν γέρας τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν λῆξαι τῆς ἀστραπαίου Ζηνὸς θυσίας." Haec verba ab aliis aliter in versus redacta sunt. Matth. voce γέρας tanquam glossa eiecta dedit:

Νῦν οὖν ἡμεῖς ἱκέται θαλλοὺς
τε θεῶν [γέρας] τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν
λῆξαι τῆς ἀστεροποῦ Ζηνὸς θυσίας.

Urlichs. p. 20. lacuna post γέρας posita scripsit:

Νῦν οὖν
ἡμεῖς ἱκέται θαλλούς τε θεῶν
γέρας . . . . . .
τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν, λῆξαι
τῆς ἀστεροποῦ Ζηνὸς θυσίας.

God. Hermann. diss. de Apoll. et Dian. (Opusc. VII. p. 291.)

καὶ νῦν ἡμεῖς
ἱκέται τε θεῶν θαλλούς τε γέρας
τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν λῆξαι
τῆς ἀστερόπου Ζηνὸς θυσίας.

ἀστερόπου, non ἀστεροποῦ propter Arcad. p. 67, 13. scribendum esse monens. Propius autem ad verum accessisse videtur Meinek. Anal. Alex. p. 161 ante θαλλοὺς et post γέρας aliquid excidisse statuens locumque sic disponens:

Νῦν οὖν ἡμεῖς ἱκέται [στέμματα vel στεφάνους]
θαλλούς τε θεῶν γέρας [ἀθανάτων]
τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν λῆξαι
τῆς ἀστερόπου Ζηνὸς θυσίας.

Cum vs. 1. comparavit Meinek. Aesch. Choeph. 1031. *ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι.* — De sacrificiis Iovis Lycaei — cui homines immolatos esse constat — tollendis sermonem esse iam vidit Od. Muell. Dor. I. p. 306., qui primus etiam pro *ἀστραπαίου* scripsit *ἀστερωποῦ*, quod Matth., quum metro repugnaret, in *ἀστεροποῦ* (imo *ἀστερώπου*. vide supra) mutavit.

Α Θ Λ Ο Ι.

I. (3.)

Athen. X. p. 417. F. sq. *Ἀχαιὸς δ' ἐν Ἄθλοις*

A. Πότερα θεωροῖς εἴτ' ἀγωνισταῖς λέγεις;
B. πόλλ' ἐσθίουσιν, ὡς ἐπασκούντων τρόπος.
A. ποδαποὶ γάρ εἰσιν οἱ ξένοι; B. Βοιώτιοι.

Vs. 1. *εἴτ'* correxit Schweighaeus. pro *εἴτ'* quod in libris est. Id autem Meinek. (Exerc. philol. in Athen. Spec. I. p. 31.) post *πότερα* non magis quam in Latino sermone *sive* post *utrum* ferendum esse dicit. In qua re vereor ne erraverit vir doctissimus. Quum enim *εἴτε* saepius secundam duplicis interrogationis partem incipiat (cf. Matth. Gr. Gr. § 617. 5. p. 1476.) non intelligo, quidni etiam post *πότερα* feratur. Carere igitur possumus ingeniosa emendatione, qua ille hoc vitium tolli voluit. Suspicatur enim, personam B. in superioribus nuntiasse adventum hospitum, iisque largas et exquisitas epulas apponendas esse dixisse. Quibus auditis alterum mirabundum interrogasse:

πότερα θεωροῖς ἢ ταγηνισταῖς λέγεις;

His quod deinceps inferatur *πόλλ' ἐσθίουσιν* item dativum esse participii facile intelligatur. — *Θεωρὸς*, de cuius vocabuli significatione vide quae disputarunt Welck. Append. ad Tril. p. 131. sq. Boeckh. Oecon. Attic. I. p. 229. h. l. simpliciter *spectatorem* indicat, sicut apud Aesch. Prom. 118. Choeph. 224. Eurip. Hippol. 807. — Vs. 2. de athletarum edacitate vid. Eurip. fragm. 281. et poetarum locos ab Athen. X. p. 412. E. sq. congestos. Eadem de causa etiam Boeotii maxime irridebantur. cf. Athen. X. p. 417. C. sq.

II. (4.)

Athen. X. p. 414. C. sq. *καὶ ὁ Ἀχαιὸς δὲ ὁ Ἐρετριευς περὶ τῆς εὐεξίας τῶν ἀθλητῶν διηγούμενός φησι*

Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας,
ἤβῃ σφριγῶντες ἐμπορεύονται, νέῳ
στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας·
ἄδην δ' ἐλαίου στέρνα καὶ ποδῶν κύτος
χρίουσιν, ὡς ἔχοντες οἴκοθεν τροφήν.

Achaei nomen pro eo, quod in codd. est, *Ἀχίλλιος* (cod. Marc.), *Ἀχίλλειος* (reliqui) primus bene revocavit Casaub. Locum vero ad

Ἄθλους (— hunc enim fabulae titulum, non *Ἄθλα* fuisse persuasum mihi est. Vid. Hist. crit. trag. —) probabiliter rettulit Schweigh. consentientibus viris doctis fere omnibus. — Vs. 1. manifesto vitiosum est *ὦθουν*, pro quo Th. Bergk. Comm. de com. Att. p. 423. *γυμνοὶ γὰρ ὦμους, φαιδίμους βραχίονας ἤβῃ σφριγῶντες κτλ.* proposuit improbante Meinekio (Exerc. philol. in Athen. l. p. 31.), qui eius loco scribi maluit *γυμνοὶ δ' ἄνωθεν κτλ.* h. e. *nudati superne brachia*, et ad eam coniecturam firmandam comparari iussit similem corruptelam apud Athen. XIV. p. 651. F., ubi libri *γαραίδων* pro *δαναΐδων* habent. Atqui nescio an probabilior sit Bergkii emendatio. — Vs. 2. in libris est *ἥβης*, quod correxit Ruhnk. ad Tim. p. 245. — Vs. 3. Quid sit *ἐπωμὶς* cognoscitur e Poll. II, 133. *κλειδῶν δὲ τὸ μὲν πρὸς ὠμοπλάτας ἐπωμὶς, τὸ δὲ πρὸς τράχηλον παρασφραγὶς κτλ.* coll. II, 137. *καὶ μὴν ἐπί γε τὰς χεῖρας ἰοῦσι τὸ μὲν ὑπερέχον τοῦ βραχίονος ἀκρωμία καὶ ὠμοῦ κεφαλὴ καὶ ἐπωμὶς καὶ ἀκρωλία.* Aristot. H. A. I, 12. *ἐπωμὶς τὸ ὀπίσθιον αὐχένος μόριον.* coll. Physiogn. 6. Poetae vero hac voce in universum pro *humero* utuntur. cf. Eur. Iph. T. 1404. Hec. 558. Xen. Mem. III, 10, 13. — Vs. 4. pro *κύτος* in cod. Laur. est *αὐτός*. Meinek. (Cur. crit. in Athen. p. 37.) *ἐλαίῳ*, quo tamen haud opus. — Vs. 5. *χρείουσιν*. cod. Marc. De locutione *οἴκοθεν* (*ἔχειν*) vid. Markl. ad Eur. Suppl. 183. Troad. 648. (670. Seidl.) Med. 239. Plaut. Mil. gl. II, 2, 38. Similiter fere non dicimus: *von Hause aus verweichlicht sein.*

III. (5.)

Athen. XV. p. 689. B. *Τοῦ δὲ Αἰγυπτίου μύρου μνημονεύων Ἀχαιὸς ἐν Ἄθλοις φησὶν*

Ἰσάργυρόν τ' εἰς χεῖρα Κυπρίου λίθου
δώσουσι κόσμον χριμάτων τ' Αἰγυπτίων.

μήποτε, φησὶν ὁ Δίδυμος, τὴν καλουμένην στακτὴν λέγει, διὰ τὴν σμύρναν, ἣν εἰς Αἴγυπτον καταγομένην κομίζεσθαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. — Vs. 1. in codd. Marc. Laur. est: *εἰς ἀργυροῦν τις*, unde Cant. et Casaub. dederunt *εἰσαργυροῦντες*, satis inepte. Egregie locum sanavit Heringa Observ. c. 31. p. 276. sq. scribendo *ἰσάργυρόν τ' ἐς χεῖρα κτλ.* h. e. *ornatum argento aequalem* vel *pretiosum*. cf. Aesch. Agam. 933. et Blomf. Gloss. ad h. l. Athen. p. 359. A. Lexic. Sangerm. in Bekk. An. p. 100, 37. *ἰσάργυρος, ἰσόχρυσος, ἀντὶ τοῦ πολυτίμου.* Optime hoc convenit smaragdo — is enim *Cyprius lapis* dictus videtur (cf. Plin. XXXVII, 17. sq. Theophr. de lapid. c. 25. Hesych. v. *Νυσαία λίθος*. Phot. Lex. p. 218.), quamquam etiam adamantis genus quoddam ita appellabatur (cf. Plin. XXXVII, 15, 58.) — quippe qui a veteribus maximi aestimatus sit. — Vs. 2. libri habent *χριμμάτων*, quod Casaub. in *χρισμάτων*, rectius autem Cant. in *χριμάτων* mutavit. Ita enim in sequentibus Athenaei verbis optimi codd. praebent. — Aegyptium unguentum, cuius etiam mentionem fecerunt Antiphanes ap. Ath. p. 553. D. Anaxandr. ibid. 553. E. XV. p. 690. A., accuratius descripsit Theophr. de odor. c. 28. sq. —

Α Ι Θ Ω Ν.

I. (6.)

Athen. VI. p. 270. C.

Ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

Ἀχαιὸς φησιν ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ. Athenaeum exscripsit Eustath. p. 1596, 43. Similes sententias congessimus ad Eurip. fragm. 982. Versum 1 expleas inserto articulo *ἐν τῇ κενῇ γὰρ κτλ.*, quod iam Ed. Mueller (de Achaei Aethone Satyrico. Lips. 1837. p. 14.) monuit.

II. (7.)

Athen. IX. p. 368. A. *Ἀχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ*

Κεκερματίσθω δ' ἄλλα μοι παροψίδων
καθέφθα καὶ κνισηρὰ παραφλογίσματα.

Haec verba a deipnosophista allata sunt, ut etiam vas, non solum opsonium quoddam *παρόψιδα* dici comprobetur. Nam parum recte Schweigh. iam hoc et sequenti (Sotadis) loco Athenaeum ad alteram vocis *παρόψις* significationem transisse censet, id quod facile intelligitur, si conferuntur Athenaei verba p. 368. B. Ceterum haud diffitendum est, in Achaei verbis nonnihil ambiguitatis inesse. — Vs. 2. in codd. et edd. est *κατέφθα*, quod Dindorf. correxit. In sequentibus Athen. Epit. habet *κνισσηρά*.

III. (8.)

Athen. IX. p. 376. A. sq. *πεταλίδων συῶν μνημονεύει Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ „Πεταλίδων δέ τοι συῶν μορφαῖς ταῖσδε πόλλ' ἐπάϊον.“ πεταλίδας δ' αὐτὰς εἶρηκε, μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων. οὗτοι γὰρ πέτηλοι ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσι.* Achaei verba sic digerenda esse:

Πεταλίδων δέ τοι συῶν
*μορφαῖς * * ταῖσδε πολλ' ἐπάϊον.*

monuit Dindorf. ad Ath. l. c. Ad hunc locum respexisse Hesych. v. *Πεταλίδων ὑῶν. μετήχθη ἀπὸ τῶν μόσχων. πέτηλοι γὰρ οὗτοι λέγονται.* iam Schweigh. vidit. — Ad *ἐπάϊον* manifesto requiritur aliquid, quod ille (haud dubie Erysichtho) percepit, idque latere mihi videtur in voce *μορφαῖς*, quippe quae hoc loco utique nihil valeat. Nescio igitur an corrigendum sit *ὀμφῆς*: *ὀμφὴ συῶν* de grunnitu suum satis lepide est dictum. Facile autem *ὀμφῆς*, quod non admodum frequens est, in *μορφῆς* vel propter sequentem dativum in *μορφαῖς* depravari potuit, praecipue, si forte in aliquo codice scriptum fuit: *μ*
ὀρφῆς. Quid autem deinde exciderit, divinare nequeo. Nolo tamen coniecturam praetermittere, quam mecum communicavit vir amicissimus, Maur. Schmidtius. Is enim scribi iubet: *φωνῆς ἐν ὀρφναῖς*

ταῖσδε πόλλ' ἐπάϊον, et loqui dicit Erysichthonem, qui, quum dies noctesque ingenti fame vexaretur, per nuperas noctes suum voces ipsius edacitatem concitantes audiverit.

IV. (9.)

Athen. X. p. 427. C. Ἰχαιὸς δ' ἐν Ἀΐθωνι σατυρ κῷ τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὑδαρῆ πίνειν καὶ λέγοντας·

A. Μῶν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς;
B. Ἀλλ' οὐδὲ λεῖξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.
A. Καλῶς μὲν οὖν ἄγειν * * Σκύθῃ πιεῖν.

Vs. 1. attulit etiam Eustath. p. 1624, 53. In quo, quod nunc legitur Ἀχελῷος pro librorum scriptura Ἀχελῶος correctioni debemus Meinekii ad Euphor. p. 119. ed. pr., qui ibidem etiam vs. 2. λεῖξαι pro vulg. λῆξαι egregie restituit. Quod idem vir eruditissimus (Exerc. philol. in Athen. spec. I. p. 33.) autem et ante eum Ed. Mueller (l. c. p. 18. not.) pro ἦν κεκραμένος scribendum esse ἐγκεκραμένος dixit, id ingeniosum quidem, sed minus verum est. Quum enim satyri ad bibendum sese accingunt, mistio vini cum aqua, si qua facta est, dudum est praeterita: itaque correctio illa haudquaquam necessaria est. Pro μῶν Ἀχελῶος Iacobs. Animadv. in Ath. p. 231 infeliciter emendavit: οὐ μὴν Ἀχελῶος κτλ. — Ad sententiam quod attinet notissima res est, *Acheloum* pro aqua viva in universum dictum esse. cf. Aesch. Pers. 850. et Wellauer ad h. l. Eurip .Bacch. 625. Andr. 166. Fragm. 744. Artemid. II, 43. Etym. M. et Hesych. s. v. Schol. Ven. et Eustath. ad Il. φ'. 195. ω'. 616. Schol. Aesch. l. c. — Vs. 2. pro λῆξαι, quod in libris est, Dalecamp. correxerat θῖξαι ac similiter Iacobs. l. c. ἀλλ' οὐδέ τοῦδ' ἐμῷ γένει θέμις. Multo propius autem ad literarum ductus accedit Meinekii (vide ad vs. 1.) correctio λεῖξαι. Neque emendatione τοῦδ' ἐμῷ, quamvis acuta sit, versus indiget: nam quum satyri inter se colloquantur, eos de suo ipsorum genere loqui per se intelligitur. Sententia haec est: *Sed hunc* (sc. Acheloum vel aquam) *ne lambere quidem* (sedum bibere) *generi nostro fas est.* Nisi enim τοῦδε ad Ἀχελῷος refertur, ineptus est versus sequens. — Vs. 3. in cod. Marc. est σκύθῃ πιεῖν, in Laur. σκυθηπιεῖν, in Palat. σκυθιπιεῖν, in Ald. et reliquis editt. σκυθιστὶ πιεῖν. Vario modo viri docti locum sanare studuerunt. Villebrun. in interpret. Athen. francogall. coniecit: Σκυθιστί γ' ἐκπιεῖν, pro quo Schweigh. proposuit: ὑποπιεῖν vel Σκυθιστί 'στιν πιεῖν, ut sententia esset: *Bene quidem vivere Scytha iudice est bibere.* Sed nullo modo καλῶς ἄγειν significare potest *bene vivere.* Correxit igitur Iacobs. l. c. acute: χάλιος μὲν οὖν ἄγ' ἔγχεον Σκύθῃ πιεῖν, de voce χάλις citans Schneid. ad Nic. Alex. 29. (Adde Naek. ad Choeril. p. 216. Urlichs.) Urlichs dedit: καλῶς μὲν οὖν· ἄγ' ἔν χέον Σκύθῃ πιεῖν. hac sententia: *age, pincerna, unam portionem nobis Scythis infunde* i. e. *vinum ita misce, ut merum maneat, sive, ut sit quidem non nisi una vini portio sed quae totum expleat poculum.* Ad quam coniecturam probandam com-

parari iubet Anaxilae verba, quae paulo superius p. 426. C. leguntur: *οἶνον δ' ἓν μόνον.* At cum longe aliter comparatus est Anaxilae locus, tum nimis obscura atque contorta Urlichsii est ratio, ut placere vix cuiquam possit. Ed. Muell. coniecit: *καλῶς· μέθυος οὖν ἔγχεον σκύθει πιεῖν* aeolica forma illata. Th. Bergk. Anacr. p. 187. *καλῶς μὲν οὖν ἄγαν Σκύθῃ πιεῖν ἔχει.* Friebel. (Satyr. Gr. Fragm. p. 28.): *καλῶς μὲν οὖν ἄγαν δίκην Σκύθου πιεῖν.* in eo haud dubie recte iudicans, quod ex continuitate totius apud Athenaeum sermonis apparere dicit, Scythici moris significationem non distrahendam esse a potandi verbo. Qua observatione, ut mihi videtur, verissima adducor, ut etiam reliquas virorum doctorum coniecturas, Dindorfii: *καλῶς μὲν οὖν ἄγειν ἔχει Σκύθῃ πιεῖν* et Meinekii (Exerc. philol. in Athen. spec. I. p. 33.) *καλῶς μὲν οὖν ἂν ἐγχέοις Σκύθῃ πιεῖν* improbandas esse censeam. Quid enim sibi velit dativus *Σκύθῃ* non perspicio. Cui quaeso Scythae infundatur? Ferri *Σκύθῃ* posset, si, ut alii quidam dativi, pro adverbio adhibitum esset. Manifesto enim, ut Athenaei verba luculenter docent, sermo est de Scytharum more merum (neque vero de more immoderate) bibendi, qui mos etiam paullo ante apud Athenaeum singulari verbo *ἐπισκυθίζειν* significatus erat. Nescio igitur, an Achaeus, nisi forte novo vocabulo idem atque *ἐπισκυθίζειν* significante usus est, scripserit: *καλῶς μὲν οὖν φαγεῖν Σκυθιστὶ καὶ πιεῖν* vel potius

*καλῶς μὲν οὖν φαγεῖν τε χὡς Σκύθαι *) πιεῖν*

h. e. Bene nunc edendum ac Scytharum more (merum vinum) bibendum est.

V. (10.)

Athen. p. 690. B. *Παρὰ πολλοῖς δὲ τῶν κωμῳδοποιῶν ὀνομάζεταί τε μύρον βάκκαρις· οὗ μνημονεύει καὶ Ἵππῶναξ διὰ τούτων* (fgm. 33. ed. Bergk.) — *Ἀχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ·*

Βακκάρει χρισθέντα καὶ ψυκτηρίοις
πτεροῖς ἀναστήσαντα προσθίαν τρίχα.

Sequitur Ionis fragm. 26. — Achaei vss. omittit Epitome. Vs. 2. in libris est *πρὸς θείαν*, quod emendavit Canter. — Locum bene sic illustravit Casaubonus: „Cultum molliorem nescio cuius describit, qui haec loquitur. Ait *baccari se ipsum inunxisse et crines anteriores erexisse sustulisseque in altum ope crinalis:* quod poeta vocat *alas*, quia elata coma ab utraque parte capitis speciem alarum non male exhibet: quod et cernimus hodieque in crinium compositione nobilium feminarum, quarum etiam *alas* vulgo censores nostri appellitant. Etiam viros olim *θηλυδρίας* capiti suo crinale aptasse nullum dubium. Ovid. libro V Metam. (vs. 52.) de Aty:

*) Si quis Nominativo offendatur conferat Aesch. Sept. c. Theb. 239. ed. Well. Xen. Hiero. IV, 6. etc.

— Ornabant aurata monilia collum
et madidos myrrha curvum crinale capillos.

Qui locus non mediocriter Achaei verba illustrat. At *ψυκτήρια* vocat alas istas, quoniam suscitati crines, ut loquitur Tertullianus, flabellis similes sunt, quibus ventum facere et frigus captare soliti etiam veteres. Adde quod hoc modo composita coma ceu expansum velum, admisso vento caput potest refrigerare.“ — Schweighaeusero autem adstipulante Friebelio *ψυκτήρια πτερὰ flabella refrigerantia* esse videntur: sed haec verba accipi ea significatione posse negat Urlichs. propter Aorist. *ἀναστήσαντα*, quum flabellis quidem crines tollantur, minime vero sublati teneantur. Vereor autem, ut haec ratio quidquam valeat.

VI. (11.)

Schol. Aristoph. Ran. 184. *Χαῖρ' ὦ Χάρων)* *Δημήτριός φησιν Ἀχαιὸς ὅλον εἶναι ἐκ τοῦ Ἀΐθωνος. λέγουσι δ' αὐτὸ οἱ σάτυροι*

Χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων.
ἦ που σφόδρα θυμοῖ;

Sic codd. Rav. Ven. — Verba *ἦ που* (Rav. *εἶπον*) *σφόδρα θυμοῖ*, quae vulgo tanquam scholiastae edebantur, Achaei esse nemo re diligenter perpensa negabit. Charo enim lascivos satyros austero ac truculento vultu accepisse videtur. — Alia vero de hoc fragmento est quaestio, utrum iure an errore Demetrii ad hanc fabulam relatum sit, nec potius ad Pirithoum pertineat. De qua re in Hist. crit. trag. disputabimus.

Friebel. Satyr. Gr. Fragm. p. 25. haud improbabiliter ad hanc fabulam fgm. 41 referendum esse dicit. — Equidem huc etiam retulerim Inc. Tragic. Fragm. XL.

A A K M A I Ω N.

I. II. (12. 13.)

Athen. IV. p. 173. D. *Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ σατυρικῷ καρυκοποιοὺς καλεῖ τοὺς Δελφοὺς διὰ τούτων*

Καρυκοποιοὺς προσβλέπων βδελύττομαι.

παρόσον τὰ ἱερεῖα περιτέμνοντες δῆλον ὡς ἐμαγείρευον αὐτὰ καὶ ἐκαρύκευον. εἰς ταῦτα δὲ ἀποβλέπων καὶ Ἀριστοφάνης ἔφη „ἀλλ' ὦ Δελφῶν πλείστας ἀκονῶν Φοῖβε μαχαίρας, καὶ προδιδάσκων τοὺς σοὺς προπόλους.“ κἀν τοῖς ἑξῆς δ' ὁ Ἀχαιός φησιν

Τίς ὑποκεκρυμμένος μένει
σαραβάκων κοπίδων συνομώνυμε;

ἐπισκώπτουσι γὰρ οἱ Σάτυροι τοὺς Δελφοὺς ὡς περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς θοίνας διατρίβοντας. — In libris bis est *καρυκοποιοὺς*, quod correxerunt Casaub. (improbante Schweighaeusero) et Dindorf. Ita enim scriptum extat apud Aristoph. Equ. 343. verbum *καρυκοποιεῖν*, de

quo schol.: καρυκοποιεῖν· κοσμεῖν ποικιλίᾳ τινὶ ῥημάτων τὸν λόγον. πλαγίως δὲ τῇ λέξει ὡς μάγειρος ἐχρήσατο. καρυκεύματα γὰρ καὶ ἡδύσματά εἰσι τὰ ἀρτύματα. καὶ καρύκη, κοιλία ἣν νῦν μονθυλευτὴν καλοῦσιν. cf. Athen. XII. p. 576. C. De Delphorum mollitie ac luxuria vide O. Muell. Dor. I. p. 360. not. II. p. 399. 419. sq. —

In altero fragmento, quod haud levem difficultatem interpretibus suppeditavit, pro σαραβάκων, quum intelligi non posset, Casaub. correxit: τί δ' ὑποκεκρυμμένος μένεις σαλάκων, κοπίδων σύ γ' ὁμώνυμε; h. e. *Quid te clam occultans manes nequam, qui vulgo* κοπὶς *cluis?* At vix reperiat quemquam sibi assentientem. Illud tamen recte statuisse videtur, unum e Delphis a cultris coquinariis (κοπὶς) nomen traxisse vel q. i. e. Κοπίδος cognomen habuisse. Ad quam sententiam confirmandam egregie monuit Friebel. (Satyr. Gr. Fragm. p. 32.), Philoxeno Athen. VI. p. 241. E. teste cognomen Πτερνοκοπὶς fuisse. At multo luculentius id ex iis elucet, quae de Neoptolemi morte (in Sophoclis Hermione) narrantur: Neoptolemus enim interficiebatur a Delphico quodam homine, cui nomen erat Μαχαιρεύς. cf. Schol. Pind. Nem. VII, 58. Eustath. p. 1479. Schol. Hom. Od. IV, 4. Strab. IX. p. 421. — Achaei verba Toup. Epist. crit. p. 50. (Emend. II. p. 476.) sic dedit: τί, δ' ὑποκεκρυμμένος μένεις, Σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμε; et in hunc modum explicuit: „Nimirum coquus coquum alloquitur, quem festive vocat Σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμον, a brother tradesman, artis collegam. Sunt autem κοπίδες σαραμβικαὶ cultri coquinarii. Nam *Sarambus* caupo sive coquus Atticus satis notus, de quo nos ad Suid. T. III. p. 409.“ Cui adstipulati sunt Schweigh. et Iacobs. Animadv. p. 113., qui tamen post τί inseruit δ' et συνομώνυμε in συνώνυμε mutavit. Nec improbabiliter restituerit Toupius *Sarambi*, clarissimi istius Atheniensium cauponis (de quo vid. Plat. Gorg. p. 518. B. Suid. s. v. Athen. p. 212. E. Toup. l. c. Davis. ad Max. Tyr. IV, 5.) nomen. Sed quum idem homo etiam *Sarabus* appelletur (cf. Polluc. VII, 193. Dio Chrys. IV. p. 75. ed. Morell. Tzetz. Chil. X, 818.), haud spernenda est Urlichsii coniectura, in Achaei versu proxime ad literarum ductus scribendum esse: Σαραβικῶν κοπίδων συνομώνυμε. Diffiteri tamen nolo, miri quid habere Sarambi nomen in fabula satyrica, quamvis eam postea aliquantum libertatis e comoedia petitae ascisse optime sciam. (Vide quae ad Astydamantis Herculem, ad Pythonis Agenem et ad Lycophronis Menedemum monuimus.) Nec Friebel. l. c. in Toupii coniectura, quam nimis quaesitam dicit, acquiescit, sed ab Achaeo tale potius adiectivum expressum fuisse suspicatur, quali species et munus κοπίδος accuratius designaretur. Quod in correctione σαρκοφάγων κοπίδων συνομώνυμε sibi reperisse visus est. Haud probabiliter. Hoc tamen Friebel. contra Toupium recte monuit, non coquos inter se colloqui, sed satyros et Delphos, nam id satis manifesto ex Athenaeo ipso elucet. Non minus difficile est ad diiudicandum, utrum de priori fragmenti parte Toupii vel potius Iacobsii sententia probanda an vulgata scriptura retinenda sit, quum de nexu sententiarum plane nihil constet. Quam ob rem Urlichs. et Friebel. illam partem intactam reliquae-

runt, hic autem vulgatam eo defendit, quod statuit, satyros alicuius sectari vestigia, de quo exquirant Delphicos vel potius sacerdotes Delphicos, quorum ex conventu iam unum alloquantur proxime stantem. Ut hoc verum sit, tamen perquam mirum fuisset, si satyri nescissent, cuius vestigia persequerentur, itaque interrogassent: *τίς μένει* κτλ. exspectatur potius *τί δ' κτλ. cur* vel *ᾗ δ'* i. e. *ubi delitescit* etc.? Sed rem doctioribus relinquo expediendam. Illud unum tantum addam, metrum una cum sententia fortasse restitui posse verbis in hunc modum transpositis et correctis:

τί μένεις ὑποκεκρυμμένος [ὦνερ]
κοπίδων συνομώνυμε Σᾶραβικῶν;

III. (14.)

Athen. XI. p. 480. F. *Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι ἀντὶ τοῦ κύλικες παραγώγως κυλιχνίδας εἴρηκε διὰ τούτων*

Ἀλλ' ὡς τάχιστα μέλανα δεῦρ' οἶνον φέρειν
κοινόν τε χρὴ κρατῆρα καὶ κυλιχνίδας.

Vs. 1. in codd. Marc. Palat. est *δεῦρα μόνον*, in reliquis *δεῦρο μόνον*, unde Casaub. ingeniosa coniectura *δεῦρ' οἶνον* effecit. Haud inepte vero monuit Schweigh., ferri etiam vulgatam posse, si quidem in antecedentibus de vino sermo fuerit. — Vs. 2. *κοινὸν* vario modo coniecturis tentarunt viri docti (*καινὸν, κενὸν, κανοῦν* etc.), sed nulla omnino opus est correctione: *crater* enim re vera est *κοινὸς*, quum in commune serviat omnibus, *calix* vero unicuique suus apponatur. *Κρατῆρα* restituit Dindorf. pro vulg. *κρητῆρα*.

Ex eadem fabula petitum esse videtur fragm. 40. —

ΑΛΦΕΣΙΒΟΙΑ.

I. (15.)

Hesych. v. *Ἔναστρος ὥστε Μαινάς. Ἀχαιὸς Ἀλφεσιβοίᾳ, ἀντὶ τοῦ Θυάς. τὰς γὰρ Βάκχας Θυάδας ἔλεγον.* — Vulgo legebatur *Τὰς* et *Τάδας*, quod correxit Valesius. Achaei verba senarii initium efficere monuit Bentl. Ep. ad Mill. p. 77. *Ἔναστρα* omnia dicuntur, ut bene Urlichs. p. 25. monuit, quae siderum vi exposita sunt, velut *γῆ* apud Theophr. de caus. plant. 5, 18. Quum autem mentis furor saepe ab astris repetatur, vox *ἔναστρος* etiam de insania usurpatur. —

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

I. (16.)

Athen. XIV. p. 641. D. *Ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δεύτεραι τράπεζαι πολυτελῶς μεμεριμνημέναι παρίστησι Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις* (I, 80) — — — *οἱ δὲ παλαιότεροι ἁπλῶς τραπέζας ἔλεγον, ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἡφαίστῳ σατυρικῷ·*

Δ. *Θοίνη σε πρῶτον τέρψομεν. πάρεστι δέ.*
Η. *Τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;*
Δ. *Μύρῳ σε χρίσω πάμπαν εὐόσμῳ δέμας.*
Η. *Ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;*
Δ. *Ναί· καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἀπαίρεται.*

Colloqui inter se Bacchum et Vulcanum manifestum est. Cf. Hist. crit. trag. — Vs. 1. in libris est *θοίνην δὲ*, quod correxit Casaub. Idem in fine versus pro *πάρεστι δὲ* legi maluit *πάρεστι γὰρ*, sed probabilior ac fere necessaria est Iacobsii (Animadv. p. 340.) correctio: *πάρεστι δή*. — Vs. 2. *δὲ*, quod in codd. deest, addiderunt Casaub. de Sat. Poes. p. 138. et Iacobs. l. c. In sequentibus cod. Marc. recte habet *με κηλήσεις*, Palat. contra male *με κλήσεις*, reliqui *μη κηλήσεις*. — Vs. 4. pro *νίψαι* cod. Laur. habet *νίψας*. — Vs. 5. in codd. legitur: *ναὶ τράπεζ. κτλ.* Syllabam, qua ad versum explendum opus est, supplevit Casaubonus particula *καὶ* perquam probabiliter inserta. In sequentibus cod. Laur. *τράπεζ' ἐκποδῶν.*, Palat. *τράπεζά γ' ἐκ ποδῶν.*, et praeter codd. Marc. Laur., qui recte *ἀπαίρεται* habent, omnes praebent *ἐπαίρεται* (Ald. *ἐπαίρεται*).

Θ Η Σ Ε Υ Σ.

I. (17.)

Hesych. v. *Σαρωνία. Σαρωνία Ἄρτεμις. Ἀχαιὸς Θησεῖ. ἀπὸ τοῦ ἐν Τροιζῆνι Σαρωνικοῦ κόλπου.* — De sinu Saronio, qui secundum alios nomen a Sarone, antiquo Troezenes rege, (Paus. II, 30, 7.) secundum alios a querno nemore, quo olim redimitus fuerit, traxit, vide Aesch. Agam. 314. Schol. Eur. Hipp. 1200. Paus. l. c. Steph. Byz. Etym. M. Phot. Zonar. ss. vv. Plin. IV, 9. Pompon. Mel. II, 3. Saroniae Dianae meminit etiam Paus. II, 32, 10. *Ἐπὶ θάλασσαν δὲ Ψιφαίαν πορευομένοις κότινος πέφυκεν ὀνομαζόμενος ῥᾶχος στρεπτός. Ῥάχους μὲν δὴ καλοῦσι Τροιζήνιοι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον καὶ φυλίαν καὶ ἔλαιον. στρεπτὸν δὲ ἐπονομάζουσι τοῦτο, ὅτι ἐνσχεθεισῶν αὐτῷ τῶν ἡνιῶν ἀνετράπη τοῦ Ἱππολύτου τὸ ἅρμα. Τούτου δὲ οὐ πολὺ τῆς Σαρωνίας Ἀρτέμιδος ἀφέστηκε τὸ ἱερόν, καὶ τὰ ἐς αὐτὸ ἐμήνυσεν ὁ λόγος ἤδη μοι. Τόσονδε δὲ ἔτι δηλώσει. Σαρώνια γὰρ δὴ κατὰ ἔτος τῇ Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἄγουσι.*

Ι Ρ Ι Σ.

I. (18.)

Athen. X. p. 451. C. D. *Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἐρετριεύς, γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν, ἔσθ' ὅτι καὶ μελαίνει τὴν φράσιν, καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἰριδι σατυρικῇ. λέγει γὰρ „Λιθάργυρος δ' ὅλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος, πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ.“ τὸν γὰρ λευκὸν ἰμᾶντα βουληθεὶς εἰπεῖν, ἐξ*

οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος ἐξήρτητο, Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν ἀντὶ τοῦ Σπαρτιᾶτιν σκυτάλην. ὅτι δὲ λευκῷ ἱμᾶντι περιειλοῦντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες ἔγραφον ἃ ἠβούλοντο εἴρηκεν ἱκανῶς Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχου. καὶ Στησίχορος δ' ἐν Ἑλένῃ λιθαργύρεον ποδονιπτῆρα ἔφη. Sic primus Schweigh. locum e cod. Marc. dedit, quem Casaub. in adnott. partim ex epitome Hoeschelii suppleverat, in qua sic scriptum: λέγει γοῦν που λιθάργυρος δ' ὅλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλεκτὸν σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν. τὸν γὰρ λευκὸν ἱμᾶντα ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος ἐξήρτητο σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν. ἢ τὴν σπαρτιάτην σκυτάλην. (ἤτοι σπαρτιάτιν σκυτάλιν Epit. Paris.) σπαρτιᾶτιν. cod. Marc. σπαρτιάτιν. Ald. σπαρτιάτην. Palat. Casaub. At ne optimi quidem codicis scriptura Achaei verba satis perspicua atque numerosa reddit, quare viri docti vario modo iis succurrere studuerunt. Obscuritas, quam poeta h. l. captavit, primum, ut recte Schweigh. monuit, in eo posita est, quod pro *loro albo* scripsit *Laconicam scytalam*; deinde quod ne scytalam quidem dixit, sed scytalae loco intulit κύρβιν, qua voce Athenienses *tabulas, leges* significabant. Res igitur alienissimae inter se sunt mistae. Ad grammaticam rationem quod attinet, haud facile perspicitur, quid sit λιθάργυρος ὅλπη χρίσματος, et quaeritur, unde pendeant accusativi πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν. Corruptelam in voce πλεκτὸν latere Toup. Ep. cr. p. 29. ex eo collegisse mihi videtur, quod ea neque cum reliquis Accusativis ab Athenaeo iterata est neque aptam sententiam praebet; itaque et sententiae et metro convenienter correxit:

Λιθάργυρος δ'
ὅλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα.

In eandem coniecturam incidit Urlichs p. 62., sed tetrametros trochaicos h. l. latere ratus hos elicuit versus:

— (Ὅλπη — —
— λιθάργυρος παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα·)
Σπαρτιάτην εἶχε γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ.

quorum alter ne caesuram quidem habet. Qui plures ob rationes displicent ac iure improbati sunt a Koepkio (in Zimmerm. Diar. Antiqu. Stud. 1837. p. 253.), quamquam versus, quos ipse substituit:

Ὅλπη λιθάργυρος δὲ χρίσματος πλέα
ἐκ Σπαρτιάτης γραπτοῦ ἐν διπλῷ ξύλῳ
κύρβεως παρῃωρεῖτο.

ferme multo minus ferri possunt, quum hient et nimias mutationes contineant. Recte autem vidit Koepkius, in corrupto isto πλεκτὸν plus latere quam solum πλέα; sed quod ipse πλέα ἐκ inde eruit, non tam probabile est, quam quod Friebel. (Satyr. Gr. Fragm. 39.) et Th. Bergk. (Reliq. Com. Att. p. 120) hinc expiscati sunt, πλέα τὸν κτλ. extrema simul ita constituentes: τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ κύρβιν. Totus igitur locus ita se habuerit:

Λιθάργυρος δ'
ὅλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα
τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ
κύρβιν.

In his autem dubitari potest, num recte dicatur ὅλπη παρῃωρεῖτο κύρβιν, etiamsi haec verba non cum Schweighaeusero interpreteris: *ampulla suspensa erat ex κύρβι*, sed potius: *ampulla suspensa erat* vel *pendebat prope lorum.* Nam Herod. (VII, 61.) certe scripsit: ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρεόμενα ἐκ τῆς ζώνης ut nesciam, an etiam hoc loco praepositio quaedam (παρὰ vel πρὸς) adiicienda sit, quod fieri facillime potest, si quidem vs. 4. scribitur: κύρβιν πάρα vel πρὸς κύρβιν. — Vs. 1. Λιθάργυρος quid sit quaque metallorum mixtione conficiatur, inter viros doctos nondum satis constat. Athenaeus vas argenteum ea voce obscurius significari censet; explicat eam enim per ἀργυρᾶ. Quam interpretationem Iacobs. Animadv. Anth. Gr. T. II. p. 385. probat et allato exempl. Theocr. XVIII, 45. ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος quodammodo confirmat. Iure autem de ea dubitavit Schweigh., non intelligendam esse dicens ὅλπην prorsus argenteam, sed argento similem, nempe aeneam argento obductam. A quo longe recedit I. G. Schneider, qui in Lexico s. h. v. vas stanneum significari arbitratur, quum stannum e plumbi et argenti compositione exoriatur. Sed si λιθάργυρος stannum fuit, quid significatur vocabulis κασσίτερος et ψευδάργυρος? Quo iure porro stannum, metallum minime durum, λιθάργυρος appellari potuit? Si etymologiam spectamus, voce λιθάργυρος aut metallum argento durius aut rectius lapis argenti instar splendens significatus esse videtur, in qua sententia etiam H. Stephanum fuisse video. Sed nihil decernere ausim, immo rem peritioribus explorandam relinquo. — Vs. 2. De ὅλπη cf. Athen. XI. p. 495. C. Schol. ad Theocr. II. 156. Hesych. s. v. — Vs. 3. sq. De κύρβεσι Atheniensium et σκυτάλαις Lacedaemoniorum nota sunt omnia. Quae quomodo commutari inter se potuerint, explorare conatus fuit Hadr. Iunius Animadv. IV. c. 14. p. 36. hanc inter eas intercessisse similitudinem dicens: „Ut in κύρβεσι leges exaratae erant, ita in scytala praecepta ad duces et imperatores militiae inscribebantur." Ceterum Achaei verba bene sic explicuit Urlichs p. 64: „Σπαρτιάτης κύρβις est lorum candidum, cui velut scytalae et cyrbi praecepta insunt; vocatur autem γραπτὸς ἐν διπλῷ ξύλῳ, quoniam ea, quae in cyrbi tribus inscripta lateribus leguntur, in loro, ut res fert, duobus tantum continentur. Ita h. l. κύρβις γραπτὸς ἐν διπλῷ ξύλῳ nihil aliud est quam lorum utrinque literatum, vocabulo ξύλῳ ab Atheniensium ligneis columnis ad lorum translato. Cum scytale lorum illud comparatur, quatenus Iris deorum praecepta loro inscripta ut nuntia affert; cum cyrbi, quod undique, non in una tantum parte inscriptum est." Memorabilis autem hic locus etiam propter numerum singularem κύρβις est, quem eadem significatione qua pluralem in usu fuisse omnes fere grammatici negant. Nam prorsus diversam significationem habet κύρβις apud Aristoph. Nub. 447, ubi vid. schol.

II. (19.)

Polluc. On. X, 157. *Ἀκτηρίδα δὲ τὴν βακτηρίαν Ἀχαιὸς ἐν Ἴριδι ὠνόμασεν. καλεῖται δὲ οὕτως καὶ τὸ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος ἢ τῆς ἁμάξης ἀνέχον ξύλον, ὅταν ἄζευκτος ᾖ, ὃ στήριγγα καλεῖ Λυσίας, ὥσπερ καὶ τὴν κνήμην τῆς ἁμάξης ὁ αὐτὸς ὠνόμασε κνημίαν.* Pro *ἀκτηρίδα* Passov. in Lex. s. v. scribi voluit *βακτηρίδα*, quod probavit Friebel. l. c. p. 41., recte autem Urlichs. p. 65. reiecit. Nam sicut *ἄκτωρ*, ita *ἀκτηρίς* a verbo *ἄγω* deduci potest.

III. (20.)

Suid. s. v. *Βοῦς ἑβδομος. πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸ βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἑβδομον, ὅτι ἐπὶ ἓξ ταῖς σελήναις ἐπιθύετο οὗτος ἑβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν. ἔστι δὲ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ* (Fragm. 363.) *καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴριδι. τάττεται δὲ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀναισθήτων.* Hinc sua petierunt Mich. Apost. V, 76. et Arsen. Viol. p. 144. Ceterum cf. Suid. v. *ἀνάστατοι* et *σελῆναι*. Recte monuit Urlichs, et dictione *βοῦς ἑβδομος* et voce *σελῆναι* placentarum genera significari eo inter se discrepantia, quod *βοῦς ἑβδομος* cornua praetenderit, *σελῆναι* autem rotundae fuerint, de quibus vid. Boettig. Curiosit. T. II. p. I. p. 166. Lobeck. Aglaoph. II. p. 1064. sq.

IV. (21.)

Hesych. s. v. *Ἐκολλόπωσε· συνήρμοσε κόλλῃ· καὶ γὰρ ἡ κόλλα ἀπὸ τῶν κολλόπων. ἔστι δὲ τὰ νωτιαῖα μέρη τῶν βοῶν, ἐξ ὧν γίνονται οἱ κόλλοπες. καὶ, ᾧ ἐπιτείνουσιν τὰς χορδάς, κόλλοπα ἔλεγον, διὰ τὸ δερματίνοις τὰ παλαιὸν χρῆσθαι. Ἀχαιὸς Ἴριδι.* (Ita Casaub. de Poes. Sat. p. 139. correxit pro vulg. *Ἀχαιοὶ Ἴριον.*) cf. Etym. M. Suid. s. v. Eustath. ad Od. φ', 407. p. 1915, 9. Hesych. v. *κόλλα.* et *κόλλοπες.* Primo adspectu dubitari potest, utrum Hesych. *ἐκολλόπωσε* an *κόλλοπα* ex Achaeo afferat. Sed quia tertiam eius verbi personam citavit, quod nisi apud lexicographos non invenitur, ad certum quendam, ut bene Urlichs vidit, Achaei locum respexisse videtur; quo accedit, quod alterum illud vocabulum notius fuit, quam ut Achaei usu confirmaretur. —

Ad eandem fabulam Urlichs. haud improbabiliter rettulit fragm. 44. —

K Y K N O Σ.

I. (22.)

Hephaest. I, 3, p. 18. ed. Gaisf. *φησὶ δὲ Ἡλιόδωρος τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ ἧττον τῶν ἄλλων ὑγρῶν κοινὰς ποιεῖν ἐν τοῖς ἔπεσι συλλαβάς. διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσι πεποίηκε „Σκῆψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν, ὡς ὑποθήκας" ἀντὶ τοῦ ἐληλύθαμεν, ὅπερ ἐξη-*

λέγξαμεν ψεῦδος ὄν. ἄλλως τε καὶ τὸ ἐλήλυμεν ἐδείξαμεν καὶ ἐν ἄλλοις μέτροις συνήθως αὐτοῖς λεγόμενον, ὡς παρ' Ἀχαιῷ ἐν Κύκνῳ

Κύκνου δὲ πρῶτα πρὸς δόμους ἐλήλυμεν.

παρ' ᾧ καὶ τὸ δεύτερόν ἐστι ἀκολούθως πρόσωπον,

Τοιοῦδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε;

De formis ἐλήλυμεν, ἐλήλυτε vid. Matth. Gr. Gr. T. I. § 198. 3.

II. (23.)

Athen. VI. p. 270. E.

Πεινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα τιμιώτερα
χρυσοῦ τε καλέφαντος.

κατὰ τὸν τοῦ Ἐρετριέως Ἀχαιοῦ Κύκνον. Fabulae nomen ex Hadr. Turnebi coniectura restituit Casaub., quum in libris esset *Κύκλον*. Alibi etiam vocabula κύκνος et κύκλος commutari observavit Gaisf. ad Hephaest. p. 18. — Vs. 1. pro γὰρ sine dubio metri causa, nisi forte fabula satyrica fuit, scribendum est δ': sexcenties enim hae particulae propter similitudinem compendii, quo exprimebantur, confusae sunt; num vero h. l. talis confusio locum habuerit, dubitari potest, quum facile γὰρ ab Athenaeo ad probandam sententiam suam inferri potuerit. *Πεινῶντι δ' ἀνδρὶ* vero legitur etiam apud Eustathium, qui p. 1818, 10 hunc vs. citat. — De *maza*, pane ex hordeo parato, vid. Aristiae fgm. 3. Xen. Cyr. I, 2, 11. VI, 2, 28. Schol. Aristoph. Pac. 568. Athen. IV. p. 137. E. XIV. p. 663. B. Liebel. ad Archiloch. fgm. 56. (fgm. 2. ed. Bergk.) p. 156.

Λ Ι Ν Ο Σ.

I. (24.)

Athen. XV. p. 668. A. Ἀχαιὸς δ' ἐν Λίνῳ περὶ τῶν Σατύρων λέγων φησί·

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες, τί μ' οὐ
λέγοντες, ὦ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ.

τοῦτο δὲ λέγοντες παρ' ὅσον τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοττάβους. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα. Hinc sua descripsit Schol. Aristoph. Pac. 1244. Ὅτι δὲ τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοττάβους, δῆλον ποιεῖ Ἀχαιὸς ἐν Λίνῳ καὶ Καλλίμαχος. „Πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἦκαν ἔραζε Οἰνοπότται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.“ In libris est τί μου, quae scriptura pariter atque totius loci interpretatio viris doctis haud levem difficultatem paravit. Casaub. metro neglecto scripsit τἀμὰ λέγοντες, ὦ καλλίστῳ vel καλλίστη Ἡρακλεῖ λάταξ. Toup. Epist. crit. p. 45. τίν' οὐ λέγοντες· ὦ κάλλιστος, Ἡράκλεις λάταξ. h. e. *quem non nuncupantes, o festivus, mehercule latax.* Quam coniectu-

ram probarunt et Schweigh. rescripto tamen *καλλίστη*, quum *λάταξ* generis femini esset, et qui de cottabo copiosius egerunt, *Groddeck.* (in libro: Antiquar. Versuche etc. p. 226.) et Iacobs. (in Wielandi Mus. Att. III, 3. p. 494.), nisi quod is praeterea vs. 2. correxit: *ἦ κάλλιστον, Ἡράκλεις, λάταξ*, et nuper etiam Urlichs. p. 70. recte servato *κάλλιστον*. Ac profecto ea longe praeferenda est emendationi, quam proposuit Fiorillo ad Herod. Att. p. 163. *ἀγνύντες θ' ὁμοῦ λέγοντες, ὦ κάλλιστος Ἡράκλεις, ἄναξ*. Sed haud dubie genuinam scripturam restituit Dindorfius, scribendo *τί μ' οὐ λέγοντες κτλ.* Nam si paullo accuratius Athenaei verba consideraveris, vix dubitabis, quin Hercules ipse loquatur graviter offensus, quod satyri in convivio tumultuantes et cottabi ludo gavisi sui, quasi amasii, non meminerint, neque in suum honorem laticem eiecerint. Sermo enim est de eo cottabi genere, in quo ex carchesiis latices in vacua vascula aquae innatantia ita coniiciuntur, ut ea vino iacta in aqua demergantur. (cf. Athen. X. p. 427. D. E. XI. p. 782. D. XV. p. 667. C.) Hoc igitur cottabi genere delectatos satyros sic alloquitur Hercules: *Mittentes, eiicientes, frangentes, cur me non nuncupant his: ah, pulcherrime Herculi sonat latex!* Facile simul ex hac interpretatione intelligitur, ferre vix posse *ὦ*, sed aut *ἦ*, ut Iacobsius voluit, aut certe *ὦ* scribendum esse, id quod sensit Urlichs. (qui tamen etiam *ὦ* defendi posse censet) ac bene vidit Friebel. l. c. p. 46. —

M O I P A I.

I. (25.)

Athen. VII. p. 277. B. *Πολλῶν οὖν ὄντων τῶν ἰχθύων, οὓς κατὰ τὰς ἑκάστας ὥρας ἐνδαίνυμεθα — κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέα „χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπερρόθει, σαίνουσιν οὐραίοισι“ οὐ τὴν κεκτημένην, ἀλλὰ τὰς λοπάδας. καὶ κατὰ τὸν Ἀχαιοῦ δὲ Μοίρας*

Πολὺς γὰρ ὅμιλος ποντίου κύκλου σοβῶν
. . . . . ἐνάλιος θεωρία,
χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.

Vs. 1. pro *γὰρ* Erfurdt. Horr. Regimont. III. p. 461. scribi maluit *δ'* probante Dindorfio; recte autem monuit Urlichs. p. 73, in versu satyrico anapaestum ferri posse. cf. Eurip. Cycl. 272. 334. 560. 562. etc. *Ποντίου κύκλου* ex optimis libris restituit Schweigh., quum ante legeretur *κύλλου*, quod Casaub. coniectura in *κοίλου* mutaverat. — Vs. 2. verba *ἐνάλιος θεωρία* Dindorf. in versus initio collocavit, male; nam secunda in *ἐνάλιος* brevis est. — Vs. 3. in libris est *χραίνοντες*, quod correxit Schweigh.; *οὐραίοισιν* autem pro vulg. *θυραίοισιν* Casaub. ex loco Sophoclis correxerat, idque optimorum librorum auctoritate postea confirmabatur. — Ad sententiam quod attinet, negari vix potest, paullulum obscura esse verba ac de piscibus, uti nunc leguntur, haudquaquam intelligenda. Ut enim vocibus *πόντιος κύκλος* Oceanus dictus sit, quippe qui ex veterum sententiam terram

fluctibus cingat, tamen verba πολὺς ὅμιλος ποντίου κύκλου per se significare non possunt, ut plerisque visum est: *magnus piscium coetus Oceani.* Deinde offendit σοβῶν, pro quo potius σοβῶντες vel σοβοῦντες adiecto insuper accusativo quodam exspectatur; raro enim neque apud antiquiores scriptores σοβεῖν intransitive usurpatum invenitur. Idem Blomfield., Urlichs. et Friebel. sensisse videntur. Blomfield. enim (ad Aesch. Sept. c. Theb. 379.) paullo audacius coniecit: πόντιος (vel ποντίῳ) κύκλῳ σέβουσιν (sc. Neptunum vel Amphitriten vel etiam Protea. cf. Il. XIII. 27. Qu. Smyrn. V, 93. Philostr. Imag. I. p. 742. Virg. Georg. IV, 430.), ἐνάλιος θεωρία, χραίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην. Urlichs. p. 73. maluit: πόντιος κύκλῳ σοβῶν [ἐπερρόθει vel simile quid.]. Friebel. (Satyr. Gr. Fragm. p. 48.) denique dedit:

Πολὺς γὰρ ὅμιλος πόντιον
κύκλον σοβοῦσιν, ἐνάλιος θεωρία,
χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.

h. e. „*Magnus enim coetus circulum marinum* (i. e. *circulum aquae in maris superficie et protinus se volventem*) *excitantes propellunt, spectaculum aequoreum, turbantes caudis maris tranquillitatem.*“ At equidem vereor, ne Friebel. locum melius correxerit, quam interpretatus sit. Quidni enim verba πόντιος κύκλος simpliciter de mari intelligantur longe lateque terram circumcirca cingente? nisi forte poeta, ut Schweigh. opinatus est, philosophorum quorundam sententiam amplexus est, qui universam terram insulam esse dicebant, quam Oceanus vel mare Atlanticum circumfluat. cf. Periz. ad Ael. V. H. III, 18. Aristot. de mundo. c. 3. Significant igitur verba πόντιον κύκλον σοβοῦσιν (nisi participium malis): *circulum marinum* i. e. *mare agitant, versant.* Ita enim σοβεῖν, quod apud tragicos non extat, usurpatum est ab Aristoph. Vesp. 211. 1523. σοβεῖν πόδα ἐν κύκλῳ. Praeterea nescio an vs. 1. post πολὺς γὰρ inserendum sit ἰχθύων, quam vocem Athenaeus facile omittere potuit, quum in antecedentibus perpetuo de piscibus verba fecisset. Verba ἐνάλιος θεωρία Schweigh. male de *pompa* vel sacra *legatione* intelligi voluit; significant enim haud dubie *spectaculum marinum.* cf. Aesch. Prom. 801. Soph. OR. 1491. Welck. Aesch. Tril. Append. p. 139. sq. — Vs. 3. De usu ac significatione verbi χραίνειν vide quae egregie disputavit Porso ad Eur. Orest. 909. —

II. (26.)

Hesych. s. v. *Νυμφόβας. Ἀχαιός· ὁ Σειληνὸς ἐπιβαίνων ταῖς Νύμφαις. καὶ ἐν Μοίραις·*

βαβαὶ, βαβαί· βήσομαι γυναῖκας.

ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης. — Sic Hesychii locum restituit ac primus duos Achaei locos afferri monuit Casaub. de Poes. Sat. p. 140, quum ante legeretur: *Νυμφόβας. Ἀχαιὸς, ὃς ἦν δεινὸς ἐπιβαίων* (sic) *ταῖς Νύμφαις. καὶ ἐν Μύροις* (sic)· *βαβαῖ βαβαῖ· βήσομαι γυναῖκες.* Correctio-

nem ὁ *Σειληνὸς* pro ὃς *ἦν δεινὸς* egregie confirmat Phot. s. v. *Νυμφόβας· ὁ Σειληνὸς τῶν Νυμφῶν ἀνήρ*, qui haud dubie ad eundem Achaei locum respexit, quamquam eius nomen omisit. Ac propter hunc ipsum locum probari nequit correctio per se haud improbabilis Toupii (Epist. crit. p. 82.) *ἐπιβαίνειν* scribentis, ut verbis ὃς *δεινὸς ἦν ἐπιβαίνειν ταῖς Νύμφαις* explicatio vocis *νυμφόβας* (de qua vid. Lobeck. ad Phryn. p. 609, 10.) contineatur. Recte vero a Casaubono etiam fabulae nomen (*Μοῖρας*) restitutum esse cum ex antecedente fragm. tum ex Athenaei loco (XI. p. 476. D.), ubi pariter Hermippeae fabulae titulus *Μοῖραι* in *Μύραι* et *Μύροι* depravatus est, cognosci potest. In fragmento ex hac fabula servato Toup. l. c. quidem *γυναῖκας* pro *γυναῖκες* correxit, at etiamnunc mihi et verba *ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης* et metri conditionem consideranti corruptelae aliquid illic latere videtur. Ac primum vix dubitari potest, quin propter verba *ἐπὶ τῆς Αφροδίτης* restituendus sit singularis *γυναῖκα* vel potius *γυναικά σε*, qua correctione egregium senarii exitum nanciscimur. Idem sensit Heinsius, qui ceteroquin improbabiliter emendavit: *βαβαὶ, βαβαί· νῦν νυμφοβήσομαι, γύναι.* At quae exciderit syllaba ante *βήσομαι* haud facile est divinandum. Nescio tamen, an scribendum sit *ἀμβήσομαι*, quamquam verbum simplex (*βαίνειν*) etiam alibi de coitu adhibeatur. cf. Plat. Phaedr. p. 250. E. Herod. I. 192. Aristot. Hist. An. V, 14. Formam *ἀμβήσομαι* autem tuetur Eurip. Hec. 1263. Bacch. 1105. Iph. T. 97. Nec habet hiatus quidquam offensionis post interiectionem ac maiorem interpunctionem. Syllaba *αμ* vero post similem *αι* facile excidere potuit. Attamen scribi etiam possit: *βαβαὶ, βαβαιάξ· βήσομαι γυναῖκά σε* vel *βαβαὶ, βαβαί· νῦν βήσομαι γυναῖκά σε.* — Hesychius hunc versum propterea s. v. *Νυμφόβας* attulisse videtur, ut exemplo demonstraret, Silenum re vera talem (*Νυμφόβαντα*) fuisse, itaque iure illud cognomen accepisse.

M Ω M O Σ.

I. (27.)

Aristoph. Vesp. 1081. *Εὐθέως γὰρ ἐκδραμόντες σὺν δόρει συν ἀσπίδι ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι κτλ.* ad quem locum schol. Venet. *τὸ τοῦ Αχαιοῦ ἀπὸ Μώμου δράματος.* Dilucidius idem schol. loquitur ad Aristoph. Pac. 353. *τὸ δὲ σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι Ἀχαιοῦ ἐστιν ἐκ Μώμου. οὐδὲν δὲ χεῖρον ὁλόκληρον θεῖναι τὸ ἰαμβεῖον, ὅπερ οὕτως ἔχει*

Ἄρης ὁ ληστὴς σύν δόρει σὺν ἀσπίδι.

cf. Choerobosc. ap. Bekk. An. Gr. p. 1364. *τὸ σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι, ὅπερ Ἀριστοφάνης παρεμφαίνει ἐν Εἰρήνῃ, ἐν Μώμῳ Σοφοκλέους προκείμενον, ὡς ἀπὸ τοῦ δόρος ἐστίν.* Quod Choerobuscus Achaei Momum cum Sophoclis fabula pariter cognominata confudit, neminem opinor commovebit, ut Momum ab Achaeo abiudicet, praecipue si satis frequentes eiusmodi confusiones esse meminerit. — Urlichs. locum omisit.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

I. (28.)

Hesych. s. v. *Ἀκάθαρτον. μανιῶδες. Ἀχαιὸς Οἰδίποδι. Ἀκάθαρτος* in universum significat hominem *impurum* ac maxime eum, qui *impuro animo* est h. e. *sceleratum.* Scelera autem quum haud raro ad perturbanem animi atque insaniam adducant, facile intelligitur, qui fieri potiotuerit, ut *ἀκάθαρτος* eadem significatione qua *μανιώδης* usurparetur.

II. (29.)

Hesych. s. v. *Ἐκλωτίζεται. ἐξανθίζεται. Ἀχαιὸς Οἰδίποδι.* Ita rectissime correxit Salmas. pro vulg. *ἐκλωπίζεται*, nam *λωτὸς* iam ab Homero (Il. XII, 683) pro flore in universum positus est. cf. Hesych. v. *λῶτα. ἄνθη.* At non modo *λωτὸς* ipse, quum pro praestantissimo flore haberetur, sed etiam verba inde deducta eadem significatione adhibita sunt. cf. Eur. Hel. 1609. *ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα.* Hesych. v. *λωτίζειν. ἀπανθίζεσθαι.* Aesch. Suppl. 941. Adde Hesych. s. v. *λωτεῦντα. λωτεῦσι. λωτός.*

ΟΜΦΑΛΗ.

I. (30.)

Athen. VI. p. 267. D. praemisso Ionis fgm. 14. pergit: *Ἀχαιὸς δ' ἐν Ὀμφάλῃ περὶ τοῦ Σατύρου λέγων φησὶν*

Ὡς εὔδουλος, ὡς εὔοικος ἦν.

ἰδίως λέγων ὡς χρηστὸς ἐς τοὺς δούλους ἐστὶ καὶ τοὺς οἰκέτας. ὅτι δὲ οἰκέτης ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν οἰκίαν διατρίβων, κἂν ἐλεύθερος ᾖ, κοινόν. cf. Pollux. III, 80. *καὶ εὔδουλος δὲ ὁ τοῖς δούλοις εὖ χρώμενος παρὰ Φερεκράτει, καὶ τὸ δρᾶμα Δουλοδιδάσκαλος.* Satyrum esse *Silenum*, satyrorum patrem ac principem, recte monuit Urlichs. p. 78. cf. Welck. Aesch. Tril. Append. p. 217. sqq.

II. (31.)

Athen. XI. p. 466. E. sq. *Ἀχαιὸς δ' ὁ τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς σατύρους τάδε λέγοντας·*

Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
τὸ γράμμα φαίνων, δέλτ', ἰῶτα, καὶ τρίτον.
ὦ νῦ τό τ' ὖ πάρεστιν, οὗ κἀπουσίαν
ἐκ τοῦπέκεινα σὰν τό τ' οὖ κηρύσσετον.

ἐν τούτοις λείπει τὸ ὖ στοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ οὖ ἀπεχρῶντο οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει, διὰ τοῦ οὖ μόνου γράφουσι. παραπλησίως δὲ καὶ τὸ εἶ γράφουσιν, ὅταν καὶ καθ' αὑτὸ μόνον ἐκφωνῆται καὶ ὅταν συζευγνυμένου τοῦ

ἰῶτα. κἂν τοῖς προκειμένοις οὖν οἱ Σάτυροι τοῦ Διονύσου τὴν τελευταίαν συλλαβὴν διὰ τοῦ ο μύου, ὡς βραχέος ἐγκεχαραγμένου, ἐδήλωσαν ὅτι συνυπακούεσθαι δεῖ καὶ τὸ υ, ἵν' ᾖ Διονύσου. τὸ δὲ σὰν ἀντὶ τοῦ σίγμα Δωρικῶς εἰρήκασιν. Athenaei verba integra exhibuimus, quum Achaei loco interpretando inserviant. — Vs. 1. iteratur ab Athen. p. 498. E. poetae et fabulae nomine addito. — Vs. 2. in libris Athenaei est *φαῖνον*, quod Dawes. Misc. Crit. p. 123. velut *ἐξὸν*, *παρὸν*, alia, absolute dictum esse opinatur, rectius autem Toup. Epist. Crit. p. 99. (Emend. II. p. 552.) in *φαίνων* mutavit, ut sententia esset: *scyphus hanc inscriptionem ostendens. Γράμμα* h. l. inscriptionem significat sicut apud Athen. V. p. 209. B. D. Herod. IV. 87. Plat. Critia. p. 119. C. — Vs. 3. 4. sic editi legebantur:

ο ν τοῦ υ πάρεστι κοὐκ ἀπουσίαν
ἐκ τοῦ πέκεινα σὰν τό τε ο κηρύσσετον.

nec multum accessit subsidii ex optimis codd., nisi quod vs. 3. codd. Marc. Laur. *ω* pro *ο*, et vs. 4. iidem cum Pal. *οὐ* pro *ο* habent. Coniecturis igitur viri docti verba restituere conati fuere. Casaub. dedit: *ο, νυ τ' αὖ πάρεστι, κοὐκ ἄπεστιν υ. ἐκ τοῦ 'πέκεινα σὰν, τὸ τ' ο κηρύσσετον.* Dawes. l. c. *ου, νυ πάρεστι, κοὐκ ἀπουσίαν ἔχει* (vel *ἐχ' ὑ*) *υ 'κ τοῦ 'πέκεινα* (vel *ἐκ τοῦ 'πέκεινα*) *σὰν τό τ' ο κηρύσσετον.* Toup. l. c. *Ο. Νυ, τό τ' Υ πάρεστι. κοὐκ ἀπουσίαν ἐκ τοῦ 'πέκεινα κτλ.* Tyrwhitt. in adnot. ad Dawes. Misc. p. 424. *ο νυ τε κ' υ πάρεστι*, in reliquis Toupium secutus. Schweigh. partim ex opt. libris partim ex Toupii emendatione: *ω, νυ, τό τ' υ πάρεστιν, κοὐκ ἀπουσίαν ἐκ τοῦ 'πέκεινα σὰν τό τ' ου κηρύσσετον.* h. e. *tertiumque ο, ny, tum adest y; et ex opposita parte Σ et Ο proclamant non-absentiam* h. e. *praesentiam suam.* In quibus priora haud dubie recte restituta, male autem verba *κοὐκ ἀπουσίαν* ex Tyrwhitti ratione explicata sunt. Nam ut omittam, sententiam sic exoriri frigidissimam eamque Athenaei verbis adversantem, articulus abesse non posset, si verba *οὐκ ἀπουσίαν* una notione comprehendenda essent. At si locum opinione non praeiudicata consideraveris, vix dubitabis, quin vox *ἀπουσίαν* genitivum quendam requirat. Quem egregie Porso (Tracts Miscellan. p. 242.) restituit scribendo: *πάρεστιν, οὗ κἀπουσίαν κτλ.* Sententia enim haec est: *ο, ν et υ adest, cuius* (sc. literae *υ*) *praesentiam in contraria parte literae σ et ο testantur.* In vase igitur insculptum erat nomen Dionysi, sed ita, ut in altera parte *ΔΙΟΝΥ*, in altero *ΣΟ* scriptum esset. Quod vs. 3 *ὦ* pro *ο* legitur, id nisi ad significandum sonum non factum esse bene monuit Schweigh.; vs. 4 autem *οὖ* Athenaeo teste literam *ο* ita significat, ut simul intelligatur, legendum esse *ΔΙΟΝΤΣΟΥ*. — De consuetudine veterum literas ο et ε ita pronuntiandi, ut supra significatum est cf. Plat. Crat. p. 402. E. 414. B. 426. C. Athen. X. p. 453. D — F. coll. 454. F. Muret. Var. Lect. XVIII, 1. Koen. ad Greg. Cor. p. 191. Boeckh. Oecon. Att. II. p. 201. 323. Buttm. Lexil. II. p. 28. 301.

III. (32.)

Diog. Laert. II, 17, 133. *μάλιστα δὲ πάντων Ὁμήρῳ προσεῖχεν (ὁ Μενέδημος)· εἶτα καὶ τοῖς μελικοῖς· ἔπειτα Σοφοκλεῖ καὶ δὴ καὶ Ἀχαιῷ,*

ὄπιρ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ πρωτεῖον ἀπεδίδου. ὅθεν καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους ταῦτα, φασί, προσεφέρετο·

Ἤλίσκετ' ἆρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς
καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς βραχεῖ χρόνῳ.

ταῦτα δέ ἐστιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης. — Vs. 1. vulgo erat ἄρα, quod correxit Huebner. Vide quae monuimus ad Euripid. fragm. 33.

IV. (33.)

Hesych. s. v. Φαναῖος Ἀπόλλων. Ἀχαιὸς Ὀμφάλῃ. παρὰ Χίοις οὕτω λέγει. Recte monuit Urlichs. p. 88., *Phanaeum* dictum esse Apollinem a promontorio insulae Chii, de quo Strabo XIV. p. 645. Φάναι, λιμὴν βαθὺς καὶ ἄλσος φοινίκων. Steph. Byz. Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον. cf. O. Muell. Dor. I. p. 263. — Verum etiam lovem φαναῖον commemorat Rhesi auctor vs. 355.

ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.

I. (34.)

Hesych. s. v. ἀμφερκῆ πίθον. τὸ πάντοθεν κύκλῳ περιειργόμενον. Ἀχαιὸς Πειρίθῳ. Eodem modo Etym. Magn. et Phavorin. s. v. vocem ἀμφερκῆ interpretantur.

Ad hanc fabulam etiam pertinere videtur fragm. 11.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ ΕΝ ΤΡΟΙΑι.

I. (35.)

Suid. s. v. ἐλελελεῦ. ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελελεῦ. καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμελοῦς κινήσεως. καθὸ καὶ Ἀχαιὸς Ἐρετριεὺς ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ποιεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα παραγγέλλοντα τοῖς Ἀχαιοῖς·

Ὥρα βοηθεῖν ἐστιν· ἐγὼ δ' ἡγήσομαι.
προσλαβέτω τις χεῖρα φασγάνου λαβῆς,
σάλπιγγι δ' ἄλλος ὡς τάχος σημαινέτω.
ὥρα ταχύνειν, ἐλελελεῦ.

Verba ἐλελελεῦ usque ad Ἀχαιοῖς ex schol. Aristoph. Av. 363 fluxerunt, nisi quod in his ἐλελεῦ legitur. Vs. 1. metro laborat, bene autem sic restitutus est a Toupio (Emend. I. p. 163.): ὥρα βοηθεῖν ἔστ'. Grot. Exc. p. 443. minus probabiliter scripserat: — ἐστίν· ἡγοῦμαι δ' ἐγώ. Urlichs. dubitat an pro ἐγὼ corrigendum sit εὖ. — Vs. 2. non modo metrico, sed etiam grammatico vitio laborat. Graeci enim non προσλαβεῖν τινος, sed προσλάβεσθαί τινος dixe-

runt. Quare Toup. l. c. correxit: πρός τις λαβέσθω χειρὶ φασγάνου λαβῆς, longe felicius autem Grot. l. c.

προσβαλλέτω τις χεῖρα φασγάνου λαβῇ

iure probantibus Pors. ad Toup. Emend. IV. p. 444., Blomf. ad Aesch. Agam. 1039., Urlichs. p. 39. Saepius enim λαβεῖν et βαλεῖν inter se commutata sunt.

ΦΡΙΞΟΣ.

I. (36.)

Hesych. s. v. Πελεός. Ἀχαιὸς Φρίξῳ. καὶ μήποτε τὴν παρ' Ὁμήρῳ Πτελεόν (Il. II. 594. 697.). δύναται δὲ καὶ τὰ Πέλη τὰ ἐν Θεσσαλίᾳ λεγόμενα δηλοῦν. —

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (37.)

Plut. Consol. ad Apollon. 21. fin. p. 112. E. Οἱ δ' ἀγεννέστεροι καὶ ἀνασκήτως διακείμενοι οὐδὲ ἀναστροφὴν ἐνίοτε λαμβάνουσι πρὸς τὸ βουλεύεσθαί τι τῶν εὐσχημόνων καὶ συμφερόντων, ἀλλ' ἐκτρέπονται πρὸς τὰς ἐσχάτας ταλαιπωρίας, τὸ μηδὲν αἴτιον σῶμα τιμωρούμενοι, καὶ τὰ μὴ νοσοῦντα, κατὰ τὸν Ἀχαιὸν, συναλγεῖν ἀναγκάζοντες. — Grot. Exc. p. 443. hinc elicuit versus:

Τί χρὴ
τὰ μὴ νοσοῦντα συννοσεῖν ἀναγκάσαι;

contra poetae, ut mihi videtur mentem; nescio igitur, an Achaei verba potius sic

ἀναγκάζουσι γὰρ
τὰ μὴ νοσοῦντα συννοσεῖν.

vel in hunc modum restituenda sint:

ποιοῦσι (vel τιθεῖσι) καὶ τὰ μὴ νοσοῦντα συννοσεῖν.

cf. Eurip. fragm. 964. vs. 5. — Urlichs. locum omisit.

II. (38.)

Athen. I. p. 31. A. Ἀχαιὸς δὲ τὸν Βίβλινον

Ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος ἐκπώματι.

καλεῖται δ' οὕτως ἀπό τινος χωρίου οὕτω προσαγορευομένου. Equidem malim:

Ἐδεξιοῦτο Βιβλίνου μ' ἐκπώματι
μέθυος.

In codd. Laur. Paris. et Epit. Paris. est *Ἀχαιοί*, in reliquis recte *Ἀχαιός*. In Achaei verbis iidem codd. habent *μέθους*, Edd. *μέθης*, unde *μέθυος* bene restituit Casaub. — De vino Biblino cf. Eustath ad Il. XI. p. 871, 49. Steph. Byz. et Etym. Magn. s. v. Goettling. ad Hesiod. Op. 589. Blomf. ad Aesch. Ag. 836. Eurip. Ion. 1195. Theocr. XIV, 15. Mazoch. ad tab. Heracl. p. 199. sqq. — Friebel. Satyr. Gr. Fragm. p. 58. versum e fabula satyrica petitum esse haud improbabiliter coniecit.

III. (39.)

Athen. II. p. 63. B. *Ἀχαιὸς*

Ἦ τόσουσδ' Αἴτνη τρέφει κοχλίας κέραστας.

Pro *ἦ τόσουσδ'* Gesn. de aquatil. p. 250. scribi maluit *οὐ τόσουσδ'*. sine idonea ratione, nam Siculas cochleas inter optimas refert Dioscorid. II, 9. Equidem a voce *κοχλίας* novum versum inceperim. — Haud dubie recte Friebel. l. c. etiam hunc vs. e dramate sat. ductum esse dicit.

IV. (40.)

Lucian. de laps. inter salut. 6. *ὁ δ' Ἀχαιὸς*

Ἥκω πεπραγὼς δεινά, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι.

Urlichs. hunc locum omisit, qui ex Alcmaeone ductus videtur.

V. (41.)

Eustath. ad Il. IX. p. 753. Schol. ad Hom. Il. *ι'*, 323. in Cram. An. Gr. Paris. III. p. 236, 26. *Ἀχαιὸς δὲ σκληρότερον ἔφη τὸ*

Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος.

δέον ὃν εἰπεῖν νεοττόν ἤγουν ἀλλὰ χελιδονιδῆ. — Eodem respexit Ael. H. An. VII, 47. *Ἀχαιὸς δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς τὸν νεοττὸν τῆς χελιδόνος μόσχον ὠνόμασεν.* — Friebel. l. c. p. 25. versum ad Aethonem rettulit, Urlichs. vero p. 80. e tragoedia petitum esse dixit.

VI. (42.)

Artemidor. Oneirocr. II, 25. *καὶ ὁ Ἀρχαῖός* (sic) *φησιν*

Ἀρκάδες ἦσαν βαλανηφάγοι.

Idem de Arcadibus dicit vetus oraculum apud Herod. I, 66. cf. Plut. vit. Coriol. 3.

VII. (43.)

Theon. Smyrn. Schol. ad Arat. Phaen. 171. *Θαλῆς μὲν οὖν δύο αὐτὰς* (sc. *τὰς Ὑάδας*) *εἶπεν εἶναι, τὴν μὲν βόρειον, τὴν δὲ νότιον. Εὐριπίδης δὲ ἐν τῷ Φαέθοντι* (Fragm. 772.) *τρεῖς· Ἀχαιὸς δὲ δ'. Ἱππίας δὲ καὶ Φερεκύδης ζ'.* (cf. Pherecr. fragm. 46. p. 84. ed. Paris.)

VIII. (44.)

Bekk. An. Gr. p. 361, 1. Bachm. An. Gr. I, p. 49, 28. *Αἰόλη· ἡ ταχεῖα. οὕτως Ἀχαιός.* Cf. Buttm. Lexil. II. p. 73. — Locus ad Iridem pertinere videtur.

IX. (45.)

Hesych. s. v. *Ἀλίβαπτον* (*ἀλιβάπτοις.* cod. Schow.) *πορφυρᾶν ὄρνιν. Ἀχαιὸς καὶ Ἀλκμάν.* Nescio an post *Ἀλίβαπτον* interpungendum et *πορφυρᾶν* potius Hesychio tribuendum sit, nam Achaeum duabus vocibus idem significantibus usum esse haud verisimile est. Neque Alcman duabus usus est, sed (Athen. IX. p. 374. D. teste) scripsit: *Ἁλιπόρφυρος εἶαρος ὄρνις.*

X. (46.)

Hesych. s. v. *Ἀμηνίτως. ἀμέμπτως. Ἀχαιοί* (sicut in fragm. 20.) Idem vocabulum adhibuerunt Aesch. Ag. 1006. Herod. IX. 93. etc.

XI. (47.)

Hesych. s. v. *Δίχολοι. διάφοροι. Ἀχαιός. καταπεῖραι* (sic). *Δίχολα γνῶμαι. παρὰ τὸ δίχα ἢ δίτροποι κατὰ μετάληψιν κτλ.* Pro *καταπεῖραι* L. praebet *Ἀχαιὸς ἐν τῷ Πειριθῷ*, sed probabilius Kuster. correxit: *Ἀχαιός· καθάπερ αἱ δίχολοι γνῶμαι.* cf. Diogenian. IV. 32. *Δίχολοι γνῶμαι οἱονεὶ δίτροποι. Ἐπὶ τῶν διγνώμων.* Idem habet Zenob. III, 15. Mich. Apost. VII, 81.

XII. (48.)

Hesych. s. v. *Κύτταροι. οὕτω τὰς τρήμας τῶν κηρίων ἔφη Ἀχαιός. τινὲς δὲ σφῆκας.* cf. Pollux. I, 254. *τὰ δὲ ἀγγεῖα* (*τῶν μελιττῶν*) *κύτταροι.* Ibid. VII, 148. *ἰστέον ὡς αἱ ὀπαὶ καὶ αἱ καταδύσεις τῶν μελιττῶν καλοῦνται κύτταροι.* Schol. Aristoph. Vesp. 1111. *κύτταροι δὲ αἱ τῶν κηρίων κοιλότητες.* Adde schol. Aristoph. Thesm. 516. Pac. 198. Suid. Phot. s. v.

XIII. (49.)

Phot. et Zonar. s. v. *Μάλευρον. τὸ ἄλευρον. Ἀχαιός.* cf. Zonar. p. 1334. v. *Μάλευρον· τὸ ἄλευρον καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ μάλευρον. „μίγδα μάλευρον.“*

XIV. (50.)

Hesych. s. v. *Νίρνος. φθείρ. Ἀχαιοί* (sic.) *ἢ Νίρμος.* Num hoc loco, sicut in fragm. 46., Achaei nomen restituendum sit, fortasse dubitari poterit. Similem enim locum praebet Hesych. s. v. *κάρνος· φθείρ. βόσκημα. πρόβατον.*

XV. (51.)

Hesych. s. v. *Νυμφόβας. Ἀχαιός· ὁ Σειληνὸς ἐπιβαίνων ταῖς Νύμφαις.* cf. fragm. 26.

XVI. (52.)

Hesych. s. v. *Οἴνη. ἡ ἄμπελος. καὶ κυβευτικὸς βόλος, ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τῷ ἕξ. Ἀχαιός.* Legebatur *τὴν ἕξω*, unde Iunius emend. *τῷ ἕξ. ὁ καὶ Χῖος.* Pantin. maluit *τρὶς ἓξ*, propter adagium *ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς* (*κύβοι.* Zenob. IV, 23. Diogenian. V, 4. Suid. Proverb. Bodlei. 473. ed. Gaisf.) Sed Valesius revocata genuina scriptura *τῷ ἕξ. Ἀχαιός.* egregie monuit *οἴνην* vocem significare unionem, *τὴν μονάδα*, quam *κενὸν βόλον* vocarint veteres, eamque contrariam fuisse *τῷ ἕξ*, quam *πλήρη* dixerint.

XVII. (53.)

Hesych. s. v. *Πανόπτης. πολυόφθαλμος. Ζεύς. Ἀχαιοί.* (sic. cf. fragm. 46.) Locutione *Ζεὺς πανόπτης* etiam Aesch. Eum. 997. usus est.

XVIII. (54.)

Phot. s. v. *Ταραντῖναι βαφαί. παρὰ Ἀχαιῷ· οἶμαι τὰ ἀλουργῆ ἢ ἀπὸ τοῦ ὀστρέου.*

A G A T H O *).

A E R O P E.

I. (1.)

Etym. M. p. 301, 56. s. v. *εἰσῆμεν. — καὶ εἰσῆσαν, ἀντὶ τοῦ εἰσήεσαν, σὺν τῷ ι. Ἀγάθων Ἀερόπῃ.* — Mirum est, quod Attici, quum alioquin formis contractis *ἦμεν*, *ἦτε* usi sint (cf. Plat. Euthyd. p. 294. D. 304. B. Rep. IV. p. 304. B. X. p. 609. C. Protag. p. 316. A. 362. Eur. Androm. 1105. El. 780. Cycl. 40. Aristoph. Plut. 659. Xen. An. VII, 7. 6. etc.), forma *ἦσαν* abstinuisse videntur, quae tamen extat apud Hom. Od. *τ*, 445. Herod. I. 62. 105. II. 163.

---

*) Agathonis fragmenta post Welckerum Trag. Gr. p. 989. sq. nuper collecta edidit Guil. C. *Kayser* (Quaestionum tragicarum p. I. Insunt Agathonis fragmenta.) Soraviae, 1845. 4. (Progr. schol. gym. Sagan.)

Α Λ Κ Μ Α Ι Ω Ν.

I. (2.)

Bekk. An. Gr. p. 353, 7. Bachm. An. Gr. I, p. 41, 1. „*Ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια δρᾶν*“ *Δείναρχος εἶπε καὶ Σοφοκλῆς. καὶ „ἀθεμιστότεροι*“ *Ξενοφῶν* (Cyr. VIII, 8, 5.) *καὶ ἀθέμιτοι Μοῦσαι εἶπεν Ἀγάθων ἐν Ἀλκμαίωνι.* — Kayser reprehendit grammaticum, quod Dinarchum, apud quem talia non legantur, pro Antiphonte (p. 127.) citaverit, quasi Dinarchus eodem dicendi genere non in oratione deperdita uti potuisset, quemadmodum Herodot. VIII, 143 similiter scripsit *ἀθέμιστα ἔρδειν.* Recte vero, quamquam lectoribus non monitis, Agathoni restituisse videtur: *ἀθέμιστοι Μοῦσαι*, nam mirum esset, si grammaticus ad usum vocis *ἀθέμιστος* probandum forma *ἀθέμιτος*, per se quidem bona (cf. Suid. s. v.), sed ab hoc loco aliena usus esset. —

Θ Υ Ε Σ Τ Η Σ.

I. (3.)

Athen. XII. p. 528. D. *Τοὺς δὲ Κουρῆτας Φύλαρχος διὰ τῆς ἑνδεκάτης τῶν ἱστοριῶν Αἰσχύλον ἱστορεῖν διὰ τὴν τρυφὴν τυχεῖν τῆς προσηγορίας·*

χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβραῖς·
ὅθεν καλεῖν Κουρῆτα λαὸν ἤνεσαν.

Ἀγάθων δ' ἐν τῷ Θυέστῃ τοὺς τὴν Πρώνακτος θυγατέρα μνηστευόντας τοῖς τε λοιποῖς πᾶσιν ἐξησκημένους ἐλθεῖν καὶ κομῶντας τὰς κεφαλὰς, ἐπεὶ δ' ἀπέτυχον τοῦ γάμου

κόμας ἐκειράμεσθα (φησὶ) μάρτυρας τρυφῆς,
ἣ που ποθεινὸν χρῆμα παιζούσῃ φρενί.
ἐπώνυμον γοῦν εὐθὺς ἔσχομεν κλέος,
Κουρῆτες εἶναι κουρίμου χάριν τριχός.

Eosdem versus affert Eustath. p. 1292, 58., sed pariter atque Athenaei codd. vs. 1. habet *ἐκειράμεθα*. Genuinam formam *ἐκειράμεσθα* sola praebet Epitome Athen. — Integrum attulimus Athenaei locum propter etymologiam, qua uterque poeta ex tragicorum more, quem saepius commemoravimus (cf. Eurip. fragm. 179 180. 525. Chaerem. fgm. 7.), *Curetum* nomen explicare studuit, praecipue quum alter alteram etymologiam secutus sit. Utramque vero etiam ab aliis scriptoribus tradi egregie iam Schweighaeus. in adnot. ad h. l. monuit Strabonis et Hesychii testibus nisus. Narrat enim Strabo (X, 3. p. 466.) Archemacho Euboeo auctore, Curetes initio Chalcidem habitantes ac perpetuo cum finitimis populis de agris Lelantiis bellantes, quum ab hostibus capillo antico prehensi et in terram deiecti essent, anticam comam totondisse, posteriorem autem servasse et eius tonsurae causa *Curetum* nomen accepisse (*διὸ καὶ Κουρῆτας*

ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι.); postea vero in Aetoliam se contulisse et circa Pleuronem consedisse. Alteram etymologiam idem paullo post (p. 467) attingit, ubi cum multa alia, tum etiam hoc ad explicandum Curetum nomen affert: Curetes in Aetolia inde nomen accepisse, quod ex more virginum vestes muliebres gestaverint. (Θηλυστολοῦντας γὰρ, ὡς αἱ κόραι, τοὔνομα σχεῖν τοῦτο τοὺς περὶ τὴν Αἰτωλίαν φασίν· εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ξῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι.) — — Deinde utramque rationem conciliare conatus addit: Ἁπλῶς δ' ἡ περὶ τὰς κόμας φιλοτεχνία συνέστηκε περί τε θρέψιν καὶ κουρὰν τριχός. ἄμφω δὲ κόραις καὶ κόροις ἐστὶν οἰκεῖα. ὥστε πλεοναχῶς τὸ ἐτυμολογεῖν τοὺς Κουρῆτας ἐν εὐπόρῳ κεῖται.) Consentit Hesych. s. v. Κουρῆτες, οἱ τὴν Πλευρῶνα κατοικοῦντες, διὰ τὸ κουρικῶς (h. e. puellarum more) ἀναδέσθαι τὰς κόμας. Iam vero apud Athenaeum Aeschylum etymologiam, quam postremo loco commemoravimus, amplexum esse intelligitur, Agathonem priorem. Nam quo iure eum Kays. Hist. crit. trag. p. 165. utrumque interpretationis genus in fabulam intulisse dixerit, equidem non perspicio, quum Agatho satis aperte Curetes a capilli tonsura (κουρίμου χάριν τριχός) cognomen traxisse scripserit ac nihil aliud, quam tonsurae causam, admodum lepide novaverit, si quidem ea, quae Archemachus tradit, Agathonis aetatem superant. — Vs. 1. egregie poeta comam dixit μάρτυρας τρυφῆς, nam comam alere non modo liberi hominis erat (cf. Aristoph. Av. 911. Aristot. Rhet. I, 8, 3.) sed etiam opulentiae, luxuriae ac superbiae (cf. Herod. I, 82. Aristoph. Nub. 14. etc.), unde factum est, ut verbum κομᾶν superbiendi, luxuriendi similesque significationes asciverit. cf. Herod. I, 82. V, 71. Aristoph. Nub 545. Vesp. 1308. Av. 1282. Plut. 170. 572. Schol. ad Aristoph. Equ. 577. κομῶσι, τρυφῶσι, πλουτοῦσι. τὸ γὰρ κομᾶν ἐπὶ τοῦ τρυφᾶν λέγεται καὶ γαυροῦσθαι καὶ μέγα φρονεῖν. In luctu autem Graeci comam tondere solebant. cf. Hom. Od. IV. 198. Il. XXIII. 46. 135. sq. 146. 151. Soph. Ai. 1173. Fragm. e Tyrone ap. Ael. H. N. II, 10. Eur. Or. 128. Iphig. Taur. 172. sq. Troad. 480. 1182. Hel. 1203. sq. Athen. XV. p. 675. A. — Vs. 2. verba παιζούσῃ φρενὶ recte Kayser. ad lusus amatorios procorum rettulisse videtur. παίζειν enim nonnunquam hac significatione usurpari docuit Naek. ad Choeril. p. 245.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

I. (4.)

Athen. X. p. 454. D. τὸ δ' αὐτὸ πεποίηκε (praecedit Eurip. fragm. 385.) καὶ Ἀγάθων ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν τῷ Τηλέφῳ· ἀγράμματος γάρ τις κἀνταῦθα δηλοῖ τὴν τοῦ Θησέως ἐπιγραφὴν οὕτως

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος·
ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο,
Σκυθικῷ τε τόξῳ τὸ τρίτον ἦν προσεμφερές.
ἔπειτα τριόδους πλάγιος ἦν προσκείμενος.

5. ἐφ᾽ ἑνός τε κανόνος ἐζυγωμένοι δύο.
ὅπερ δὲ τρίτον ἦν καὶ τελευταῖον πάλιν.

Sequitur Theodectae fragm. 5. Vide quae de hisce tragicorum ludibriis ad Eurip. fragm. l. c. disputavimus. — Vs. 3. τὸ, quod in libris deest, adiecit Casaub. — Vs. 3. Codd. Marcian. Laurent. et Epitome. πλάγιος, reliqui πλάγιον. Deinde praeter Epitomen libri omnes προκείμενος. — Vs. 5. legebatur κανόνος ἦσαν ἐζυγωμένοι δύο, in quo nec Casaubonum nec Schweighaeuserum haesisse mirificum est. ἦσαν primus explosit Meinek. cur. crit. in Athen. p. 42, ac iure (cf. enim vs. 2.) Dindorfius omisit, temere tamen Kayser. retinuit. — Vs. 6. codd. Marc. Laur. et Epitome ὅπερ δὲ τὸ τρίτον κτλ., reliqui autem libri recte τὸ omittunt.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (5.)

Aristot. Ethic. Nicom. VI, 2. p. 1139. b., 10. ed. Bekk. οὐδὲ γὰρ βουλεύεται περὶ τοῦ γεγονότος ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου καὶ ἐνδεχομένου, τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων·

μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Sententia frequens est apud veteres scriptores. cf. Pind. Ol. II. 29. τῶν δὲ πεπραγμένων ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ᾽ ἂν ὁ χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος. Simonid. fragm. 111. ed. Schneidew. (68. ed. Bergk.) Soph. Ai. 378. Trach. 740. Platon. Protag. p. 324. B. οὐ γὰρ ἂν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη. de Legg. II. p. 943. A. Hor. Od. III, 29, 41. etc.

II. (6.)

Ibid. VI, 4. p. 1140, 19. ed. Bekk. ἐπεὶ δὲ ποίησις καὶ πρᾶξις ἕτερον, ἀνάγκη τὴν τέχνην ποιήσεως εἶναι καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν ἡ τύχη καὶ ἡ τέχνη, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησί·

τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

Eundem locum citat Simplic. ad Aristot. Phys. p. 73. B. ed. Ald. Simillimus est versus, qui inter Menandri sentent. monostich. (n. 495.) circumfertur: τύχη τέχνην ὤρθωσεν, οὐ τέχνη τύχην. (sic Meinek. e codd. dedit pro vulg. τύχῃ τέχνην εὕρηκας, οὐ τέχνῃ τύχην.) Apte confert Welck. Trag. Gr. p. 997. adnot. 29. Schol. ad Plat. Gorg. p. 338. ed. Bekk. σκόπει τὰ πάρισα τοῦ Πώλου, ἐμπειρία, ἀπειρία, τέχνη, τύχη, ἄλλοι, ἄλλων, ἄλλως. cf. etiam Agathonis fragm. 8.

III. (7.)

Aristot. Ethic. Eudem. III, 1. p. 1230, 1. εἰ γὰρ ἦν ἡδὺ τὸ ἀποθνήσκειν, πολλάκις ἂν δι᾽ ἀκρασίαν ἀπέθνησκον οἱ ἀκόλαστοι, ὥσπερ καὶ

νῦν αὐτοῦ μὲν τοῦ ἀποθνήσκειν οὐκ ὄντος ἡδέος, τῶν ποιητικῶν δ' αὐτοῦ πολλοὶ δι' ἀκρασίαν περιπίπτουσιν εἰδότες, ὧν οὐδεὶς ἀνδρεῖος εἶναι δόξειεν εἰ καὶ πάνυ ἕτοιμος ἀποθνήσκειν. οὔτ' εἰ φεύγοντες τὸ πονεῖν, ὅπερ πολλοὶ ποιοῦσιν, οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐθεὶς ἀνδρεῖος, καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησὶ-

φαῦλοι βροτῶν γὰρ τοῦ πονεῖν ἡσσώμενοι
θανεῖν ἐρῶσιν.

ὥσπερ καὶ τὸν Χείρωνα μυθολογοῦσιν οἱ ποιηταὶ διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ἕλκους ὀδύνην εὔξασθαι ἀποθανεῖν ἀθάνατον ὄντα. — Quis non meminerit praeclarorum Martialis (XI, 57, 16.) versuum: „*Rebus in angustis facile est contemnere vitam, Fortiter ille facit, qui miser esse potest.*“ Nec dissimile est Eurip. fragm. 895.

IV. (8.)

Aristot. Rhet. II, 19. p. 1392, b., 8. Bekk. καὶ εἰ ἄνευ τέχνης καὶ παρασκευῆς δυνατὸν γενέσθαι, μᾶλλον διὰ τέχνης καὶ ἐπιμελείας δυνατόν· ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται

καὶ μὴν τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ
ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τέχνῃ προσγίγνεται.

Sic edid. Bekk., quamquam vs. 2. tantummodo in uno codice (Q) τέχνῃ, in reliquis autem τύχη (sic) legitur, id quod Grotium Exc. p. 437. commoverat, ut vs. 1. pro τύχῃ scriberet τέχνῃ, quod retinuit Welck. Similiter, sed constructioni simul succurrens scripsit Porso ad Eurip. Med. 1090 comprobante Elmsleio (ad Med. 1062):

καὶ μὴν τὰ μέν γε χρὴ τέχνῃ πράσσειν, τὰ δὲ
ἡμῖν ἀνάγκῃ καὶ τύχῃ προσγίγνεται.

At quomodo coniungi possint ἀνάγκη et τύχη, quae plane inter se contraria sunt, non video: quare multo rectius Bekkerum vs. 1. τύχῃ servasse, vs. 2 autem ex uno codice τέχνῃ dedisse persuasum mihi est. Atque ita iam dederat Reisig. comm. crit. ad Soph. OC. 28. (p. 177.)

καὶ μὴν τάχ' ἔν γε τῇ τύχῃ πράσσειν τάδε·
ἡμῖν δ' ἀνάγκῃ καὶ τέχνῃ προσγίγνεται.

male autem, quum tragicos nunquam particulis μέν γε coniunctis usos esse sibi persuaderet, verba τὰ μέν γε in τάχ' ἔν γε mutavit, quamvis huius loci patrocinium iam Porso l. c. suscepisset, (vide etiam quae de illarum particularum usu God. Hermannus ad Viger. p. 824. sq. disputavit), et hanc sententiam in Agathonis versus intulit: *Horum in fortuna fortasse potestas est, sed nobis ea ipsa regulae vi et arte comparantur.*, quae quantum a poetae mente recedat, luculenter intelligitur, si Aristotelis verba paululum considerantur. Ex quibus consequitur, sententiae summam hanc fuisse: „quae sine arte et cura (h. e. fortuna vel casu) fieri queant, ea multo facilius arte et diligentia effici posse.“ Verborum constructio, quae primo adspectu paullo contortior esse videtur, sic procedit: — ἡμῖν προσγίγνεται, τὰ μέν γε τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ ἀνάγκῃ καὶ τέχνῃ. Verbo προσ-

γίγνεται simili fere modo usus est Soph. OC. 1100. Trach. 1163. El. 761.

V. (9.)

Ibid. II, 24. p. 1402, 10. Bekk. οὕτω καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἐστὶ φαινόμενον ἐνθύμημα παρὰ τὸ μὴ ἁπλῶς εἰκὸς, ἀλλά τι εἰκός. ἔστι δὲ τοῦτο οὐ καθόλου, ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει

τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι,
βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα.

γίγνεται γὰρ τὸ παρὰ τὸ εἰκὸς, ὥστε εἰκὸς καὶ τὸ παρὰ τὸ εἰκός. εἰ δὲ τοῦτο, ἔσται τὸ μὴ εἰκὸς εἰκός. — Huc iterum respexit Aristot. Poet. 18. p. 1456, 21. ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις καὶ ἐν τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι στοχάζονται ὧν βούλονται θαυμαστῶς· τραγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον· ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν ὁ σοφὸς μὲν μετὰ πονηρίας ἐξαπατηθῇ, ὥσπερ Σίσυφος, καὶ ὁ ἀνδρεῖος μὲν ἄδικος ἡττηθῇ. ἔστι δὲ τοῦτο εἰκὸς, ὥσπερ Ἀγάθων λέγει. εἰκὸς γὰρ γίγνεσθαι πολλὰ καὶ παρὰ τὸ εἰκός. itemque c 25. p. 1461, 14. οὕτω τε καὶ ὅτι ποτὲ οὐκ ἄλογόν ἐστιν. εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς γίγνεσθαι. — Ad sententiam apte contulit Welck. l. c. adnot. 32. Euripidem ex antiquioris aetatis mente scribentem (in fine Medeae, Alcestidis, Baccharum, Andromachae et Helenae): πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοὶ, καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη, τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. Adde Eurip. Ion. 1510. sq. fragm. 104.

VI. (10.)

Athen. V. p. 185. A. ἡμεῖς γὰρ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Cf. Clem. Alex. Strom. V, 12. § 140. p. 733. Pott. συμμετρίας δ' οὐκ ἕνεκα καταπαυστέον ἤδη τὸν λόγον, ὅπως μὴ τὸ τοῦ τραγῳδιοποιοῦ Ἀγάθωνος πάθωμεν καὶ αὐτοί

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ἡγούμενοι,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμενοι.

Ut permultis aliis locis, ita Clemens h. l. Agathonis versus memoriter citasse et orationi suae accommodasse videtur, itaque participia posuit et ἡγούμενοι pro ποιούμενοι scripsit, qua re non modo antithetorum atque homoeoteleutorum, quibus Agatho insignis fuit (vide Hist. crit. trag.). sed etiam sententiae vim aliquantulum imminuit. Sententia enim haec est: *rem leviorem tanquam primariam tractamus, primariam vero tanquam leviorem peragimus.* Eadem antitheta habet Plato Euthyd. p. 273. D. καλὸν ἄν τι τὸ ἔργον ὑμῶν εἴη, εἰ τηλικαῦτα πράγματα πάρεργα ὑμῖν τυγχάνει ὄντα.

VII. (11.)

Athen. V. p. 211. E. κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα

Εἰ μὲν φράσω τἀληθὲς, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

Ad sententiam cf. Eurip. Fragm. 853.

VIII. (12.)

Athen. X. p. 445. C. καὶ ὃς ἔφη

Ἀπολεῖς μ' ἐρωτῶν (κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα)
καὶ σὺ χὠ νέος τρόπος,
ἐν οὐ πρέποντι τοῖς λόγοισι χρώμενος.

In libris erat σὺ καὶ ὁ, quod Dindorf. correxit. Grot. Exc. p. 437. dedit *Νεότροπος*, sed qua necessitate quove consilio, non dixit. Sententiam haud male Schweighaeuserus sic Latine reddidit: *Occidis me interrogando et tu et novus mos, intempestivis me sermonibus interpellans.* Sed quod Kayser. de Agath. p. 9. quaeri posse scribit, utrum verba ἐν οὐ πρέποντι ad temporis opportunitatem, an ad sermonem inhonestum relata fuerint (nam fortassis haec puella iuvenem monuerit, quum is de turpibus rebus cum ea colloqui coepisset), id haud facile cuiquam persuadebit. Recte vero Schweighaeus. verba ἐν οὐ πρέποντι eadem significatione qua ἀκαίρως accepisse videtur.

IX. (13.)

Athen. XIII. p. 584. A. κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα

*γυνὴ τὸ σῶμα * * δι' ἀργίαν*
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

Lacunam explevit primus Grot. Exc. p. 437. scribendo: γυνὴ δὲ σώματος δι' ἀργίαν κτλ. a quo non multum recessit Porso ad Aristoph. Nub. 53. p. 3. locum sic refingens: γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν κτλ. Meinekius vero (Exercit. philol. in Athen. spec. I. p. 41.) cum plura excidisse ratus tum propter Plutarchi locum (de Alex. s. virt. s. fort. 11. p. 332. D. sq. ἰδεῖν γοῦν ἐστιν ἐν Ἀλεξάνδρῳ τὸ μὲν πολεμικὸν φιλάνθρωπον· τὸ δὲ πρᾷον ἀνδρῶδες· τὸ δὲ χαριστικὸν οἰκονομικόν· τὸ δὲ θυμικὸν εὐδιάλλακτον· τὸ δ' ἐρωτικὸν σῶφρον. τὸ δ' ἀνειμένον ἀργόν· τὸ δ' ἐπίπονον οὐκ ἀπαραμύθητον.) ubi ἀνειμένος et ἀργὸς coniuncta sunt, Agathonem scripsisse opinatur:

γυνὴ τὸ σῶμ' ἀνειμένη δι' ἀργίαν
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

Quae coniectura ingeniosa quidem est, infirmiori tamen nititur fundamento, quam ut pro certa accipienda sit. Imo voce ἀνειμένη vocum δι' ἀργίας ideoque totius sententiae vis mihi infringi videtur, ut nesciam, an praeferenda sit Porsoni correctio. — Vs. 1. ἀργίαν mulieribus tribuit etiam Phaedra in Eurip. Hippol. 381. — Vs. 2. ad sententiam cf. Iph. Taur. 1032. Med. 1084. sq. Fragm. 324. —

Ceterum Welck. et Kayser. dederunt *φέρει*, quamvis in Athen. libris esset *φορεῖ*.

X. (14.)

Athen. XV. p. 701. B. — *ἵνα κἀγὼ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα ἀναφωνήσω τάδε τὰ τοῦ ἡδίστου*

Ἐκφέρετε πεύκας, κατ᾽ Ἀγάθωνα, φωσφόρους.

Verba *ἐκφέρετε πεύκας φωσφόρους* Agathonis esse vix est quod moneam; attamen et Welcker. et Kayser. hoc fragmentum omiserunt. Saepius enim Aristophanes alius cuiusdam poetae verba adiecto auctoris nomine attulit. v. c. Av. 807. Thesm. 134. etc. cf. Melanth. fragm. I.

XI. (15.)

Stob. Ecl. I, 9, 17. p. 226. ed. Heer. c. l. *Ἀγάθωνος.*

Οὐπώποτ᾽ ἠξίωσα χρήσασθαι τρόποις.

Canterus ediderat: *οὔποτ᾽ ἠξίωσα χρήσασθαι τρόποις*, sed Grotius, ut et metro succurreret et sententiam titulo (*περὶ χρόνου οὐσίας καὶ μερῶν κτλ.*) accommodaret, correxit: *οὐπώποτ᾽ ἠξίωσα χρήσασθαι χρόνῳ.* Prius postea confirmatum est codice Farnesiano, altera vero correctio vix probari potest. Sed quum scriptura vulg. *χρήσασθαι τρόποις* aptam sententiam non praebeat, aut de alia emendatione sententiae pariter atque literarum ductibus accommodata cogitandum aut fatendum erit, locum omnino nec intelligi nec emendari posse, quia mutilatus sit. Heeren. acute coniecit: *χρήσασθαι τροπαῖς | χρόνου* — h. e. „*nunquam inserviendum esse putavi temporis vicissitudinibus.*“ Sed idem vir doctissimus simul monuit, videri integrum versum deesse.

XII. (16.)

Stob. Floril. III, 16. c. l. *Ἀγάθωνος.*

Οὐ τῇ φρονήσει, τῇ τύχῃ δ᾽ ἐσφάλμεθα.

Paris. A. B. a manu secunda et Gesner. marg. praebent *ἐσφάλμεθα*, quum antea legeretur *ἐπητέον*, in qua scriptura improbanda mirum quantum verbosus est Kayser. p. 10.

XIII. (17.)

Stob. XXIX, 39. c. l. *Ἀγάθωνος.*

Ἰδίας ὁδοὺς ζητοῦσι φιλόπονοι φύσεις.

XIV. (18.)

Stob. XXXI, 17. c. l. *Ἀγάθωνος.*

Ἀδικεῖν νομίζων ὄψιν αἰδοῦμαι φίλων.

Pro *ἀδικεῖν* cod. Flor. *δυκεῖν* habet, quod Welck. praefert.

XV. (19.)

Stob. XXXVIII, 7. c. l. Ἀγάθωνος.

Ὅλοιθ' ὁ τοῖς ἔχουσι τἀγαθὰ φθονῶν.

In Paris. A. lemma deest, sed idem versus ibidem post n. 21 cum lem. Ἀγάθωνος iterum legitur. Cod. Voss. eum exhibuit tanquam locum Dionysii tyranni, cuius versus (fragm. 7.) proxime praecesserat. Haud dissimilis est versus, qui inter Menandri sent. monostich. 43. circumfertur: *αὐτὸς πενόμενος τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει.*

XVI. (20.)

Stob. XXXVIII, 12. Maximus (in edit. Stobaei a. MDCIX. Aurel. Allobrog.) Serm. XCIX. p. 163, 20. uterque c. lem. Ἀγάθωνος

Οὐκ ἦν ἂν ἀνθρώποισιν ἐν βίῳ φθόνος,
εἰ πάντες ἦμεν ἐξ ἴσου πεφυκότες.

Vs. 1. Cod. Voss. et Arsen. ἦν ἐν ἀνθρ. male.

XVII. (21.)

Stob. XXXVIII, 23. c. l. Ἀγάθωνος.

Σοφίας φθονῆσαι μᾶλλον ἢ πλούτου καλόν.

Cf. Eurip. fragm. 806.

XVIII. (22.)

Stob. XLVI, 24. Maximus l. c. serm. CIV. p. 175, 21. uterque cum lem. Ἀγάθωνος.

Ἀγάθων ἔφη, τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖ μεμνῆσθαι, πρῶτον μέν, ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει· δεύτερον, ὅτι κατὰ νόμους ἄρχει· τρίτον, ὅτι οὐκ ἀεὶ ἄρχει.

XIX. (23.)

Stob. LII, 6. Arsen. Viol. p. 365. ed. Walz. uterque c. l. Ἀγάθωνος.

Νέων γὰρ ἀνδρῶν πολλὰ κάμπτονται φρένες.

XX. (24.)

Stob. LIV, 4. Arsen. Viol. p. 165. ed. W. uterque c. l. Ἀγάθωνος.

Γνώμη δὲ κρείσσων ἐστὶν, ἢ ῥώμη χερῶν.

Simillimus est Sophoclis versus (apud Mich. Apost. VI, 37. et Stob. LIV, 3.) *γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένος χερῶν.* cf. Eurip. fragm. 205.

XXI. (25.)

Stob. LXXIX, 12. c. l. Ἀγάθωνος.

Ὡς ἡδὺ τῷ φύσαντι πείθεσθαι τέκνα.

Ad sententiam cf. Eurip. fragm. 108. 242.

XXII. (26.)

Aristoph. Eccles. 1.

Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου·

ad quem locum scholiastes adnotat: *Πραξαγόρα λύχνον ἔχουσα προέρχεται. ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους, διὰ τὰς ἑταίρας ἐγκαθιζομένας.* — Kayser. hunc locum omisit.

XXIII. (27.)

Schol. Soph. Trach. 639. *ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραί·*) *ὅπου συνάγονται οἱ Ἀμφικτύονες εἰς τὴν λεγομένην Πυλαίαν, περὶ ἧς Ἀγάθων φησί, Πυλάδην τὸν Στροφίου πρῶτον συστήσασθαι* (κριθῆναι R. Brunck.) *ἐν τῇ Φωκίδι, καθαιρόμενον τὸ ἐπὶ Κλυταιμνήστρᾳ μύσος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν σύνοδον Πυλαίαν φησὶ προσαγορεύεσθαι, ἢ ὅτι Τραχὶν πύλη τῆς Τραχῖνός ἐστιν.* (Ed. Rom. et Brunck. *ἢ ὅτι ὁ τόπος πύλαι τῆς Ἑλλάδος.*) Dubitari potest, sitne poeta an Agatho Samius dictus, de quo vide Voss. de hist. gr. p. 379. sq. ed. Westermann.

XXIV. (28.)

Maximus l. c. serm. XCIX. p. 163, 39.

Ἀγάθων εἶπεν, τοὺς φθονεροὺς τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς.

XXV. (29.) *

Marc. Antonin. *τῶν εἰς ἑαυτ.* IV. § 18. *Ὅσην ἀσχολίαν κερδαίνει ὁ μὴ βλέπων, τί ὁ πλησίον εἶπεν, ἢ ἔπραξεν, ἢ διενοήθη· ἀλλὰ μόνον τὰ αὐτὸς ποιεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῦτο δίκαιον ᾖ, καὶ ὅσιον, ἢ κατὰ τὸν ἀγαθὸν* (Ἀγάθωνα correxit Xyland.), *μὴ μέλαν ἦθος περιβλέπεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γραμμῆς τρέχειν ὀρθὸν, μὴ διερριμμένον.* Haud improbabilis est Xylandri coniectura Agathonis nomen revocantis, sed ad restituendum difficiles sunt poetae versus. Nescio tamen, an Agatho scripserit:

μήδ' ἦθος μέλαν
περιβλέπεσθαί γ', ἀλλὰ τῆς γραμμῆς ἔπι
ὀρθὸν τρέχειν, (καὶ) μή(ποτε) διερριμμένον.

XXVI. (30.) *

Stob. Ecl. I, 9, 16. p. 230. ed. Heer.

Ὤφελεν ὡς ἀφανὴς οὕτως φανερώτατος εἶναι
καιρὸς, ὃς αὐξάνεται πλεῖστον ἀπ' εὐλαβίης.

In libris hi versus Agathoni tribuuntur; sed facile intelligitur, eos potius epigrammatici, quam tragici poetae esse. Idem iam Ursinus sensisse videtur, qui eos Simonidi vindicavit eaque re Th. Bergkio (Poet. Lyr. p. 799.) auctor fuit, ut is hoc distichon inter Simonidis epigrammata (192) reciperet. Equidem vero nescio, an pro *Agathonis* nomine restituendum sit *Agathiae* nomen, quamvis Agathias Stobaeum aetate non multum superaverit. Certe Agathonem pariter atque Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Ionem, Melanthium, alios, etiam elegias et epigrammata scripsisse veterum scriptorum nemo tradidit. — Mira fuit Kayseri (de Agath. p. 13. nr. 21.) in hoc fragmento negligentia. Is enim numeros quidem loci Stobaeani recte citavit, neque tamen Agathonis, sed Sophoclis (ex Hipponoo) versus, qui apud Stobaeum in eadem pagina leguntur, attulit ac mox de iis ita disputavit, quasi Agathonis locum (ab Ursino Simonidi vindicatum) ante oculos haberet, mox ita, quasi Sophoclis versus Agathonis essent.

Multa praeterea Agathonis fragmenta latent in Aristophanis Thesmophoriazusis prioribus et posterioribus, ita vero cum comici verbis contexta et ex parte per iocum detorta, ut haud facile ea expiscari possis. Magnopere tamen ad Agathonis poesim accuratius cognoscendam istas comoedias perlegisse iuvabit.

Coniectura deinde ei assignanda videntur Incert. Trag. Fragm. CXI. et CXXV.

PHILOCLES.

ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ.

I. (1.)

Schol. ad Aristoph. Av. 282. *Οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Παυδιονίδι τετραλογίᾳ, οὗ ἡ ἀρχὴ·*

σὲ τῶν πάντων δεσπότην λέγω.

Corrigendum videtur: *σὲ τῶν ἁπάντων κτλ.* vel *σὲ τῶν πάντων δὲ δεσποτην λέγω.*

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Athen. II. p. 66. B. loco ex Eurip. Troad. 1181. sq. citato pergit: *ἔχει δὲ ἐπιστασίαν ἡ τῶν ποιημάτων τούτων ἐκδοχή. καὶ γὰρ Φιλοκλῆς τε ἐγκέφαλόν φησιν*

οὐδ' ἂν ἐγκέφαλον ἔσθων λίποι.

καὶ Ἀριστοφάνης (Ran. 134.) „ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίω δύο.“ Ad Philoclis locum respexit etiam Eustath. p. 757, 46. ubi totum fere Athenaei locum exscripsit: πολλὴ γὰρ χρῆσις τῆς λέξεως παρά τε τοῖς ἄλλοις καὶ τῷ εἰπόντι ὡς οὐδ' ἂν ἐγκεφάλων ἔσθων λίπη. — Ed. Ald. habet ἐγκεφάλου γ' ἔσθω λίποι. Ed. Basil. ἐγκεφάλον (sic) γ' ἔσθω λίποι. Casaub. ἐγκέφαλόν γ' ἔσθων λίποι. sed rectius codd. Laur. Paris. et Epit., ut supra scripsimus: est enim iambicus senarius, cui primus pes et prima secundi pedis syllaba desunt. Sermo est de homine sceleratissimo aut certe voracissimo, *qui ne cerebrum quidem comedere desierit*: nam cerebris vesci nefarium putabatur. cf. Athen. p. 65. F. — Meinek. (Hist. crit. com. p. 521.) suffragante Welck. Trag. Gr. p. 969. not. 12. ex hoc loco consequi affirmat, nisi pro Φιλοκλῆς corrigendum sit Διοκλῆς, fuisse etiam Philoclem, comicum poetam; sed equidem non video, quid obstet, quominus haec verba in dramate satyrico locum habuisse statuamus, si quis ea legi in tragoedia potuisse neget. Facile enim de Cyclope Ulixis socios comedente sermo esse potuit. — Ceterum Euripides voce ἐγκέφαλος saepius usus est. cf. Hipp. 1353. Cycl. 401. Fragm. 388.

II. (3.)

Schol. Soph. OC. 1320. Ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης φασὶ Παρθενοπαῖον στρατεῦσαι, ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ Καλαοῦ προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσι, συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος. Quum Philocles h. l. cum Aristarcho Tegeata coniunctus et rerum gestarum scriptoribus oppositus sit, dubitari vix potest, quin poeta tragicus dictus sit. cf. Aristarch. fragm. 4.

III. (4.) *

Hesych. s. v. Δορυφόνον· τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ. ὅτι δὲ Φιλοκτήτης τῇ λέξει ἐχρήσατο πρῶτος, δηλοῖ Τηλεκλείδης ἐν Πρυτανεῦσι (leg. Πρυτάνεσι). δηλοῖ δὲ τὸν δολοφονοῦντα. Corruptam esse vocem Φιλοκτήτης iam vidit Hemsterhusius, qui pro ea Φιλόξενος substitui voluit. Sed egregie Meinek. (Hist. crit. com. p. 89.) adstipulante Bergleinio (de Philoxeno Cythereo. p. 63.) Philoxenum a Teleclide commemorari non potuisse ex temporum rationibus ostendit et pro Φιλοκτήτης praeeunte Pearson. Adv. Hesych. p. 233. ed. Gaisf. scribendum esse Φιλοκλῆς coniecit. Quae coniectura magna probabilitate commendatur, si quidem Philoclem a Teleclide etiam in Hesiodis castigatum fuisse (cf. Schol. Aristoph. Thesm. 168.) consideramus. — Ceterum nescio, an corruptela in δορυφόνον lateat: certe mirum esset, si Aristophanes ac Philocles ea voce sicarium significassent; quare vide, ne corrigendum sit δολοφόνον, quo vocabulo etiam usus est (Aesch. Ag. 1100.) is, cuius scholae addictus fuit Philocles.

Praeterea dubitari potest, an fragmenta, quae ex Aeschyli et Euripidis (cf. fragm. 502.) Penelopis citantur, e *Philoclis Penelopa* petita sint. Sexcenties enim scriptorum minus clarorum opuscula errore ad clariores relata sunt.

MELANTHIUS.

ΜΗΔΕΙΑ.

I. (1.)

Aristoph. Pac. 1008. sq.

κἀτα Μελάνθιον
ἥκειν ὕστερον εἰς τὴν ἀγορὰν,
τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀτοτύζειν,
εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας·
ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχηρωθεὶς
τᾶς ἐν τευτλοισι λοχενομένας.
τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχαίρειν.

Schol. adnotat: *ἐκ Μηδείας·*) *μήποτε ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μηδείας* (vs. 96.) *παραγράφει ἐκεῖνα „ὦ δύστανος ἐγὼ μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν.“ οἱ δὲ αὐτοῦ τοῦ Μελανθίου φασὶν εἶναι Μήδειαν, ἐξ ἧς ταῦτα.* **Verissime monuit Welck. Trag. Gr. p. 1031., amplectendam esse eorum interpretum sententiam, qui Aristophanem Melanthii versus attulisse statuant, quippe quum Aristophanis loco omne sal detrahatur, nisi is Melanthium suismet ipsis verbis loquentem finxerit. (cf. Agathon. fgm. 14.) Quae a comico paullum ad ridiculum detorta esse, vix est, quod moneam.**

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Plut. de cohib. ira. 2. p. 453. E. *ὁ δὲ θυμὸς οὐχ, ἣ φησιν ὁ Μελάνθιος,*

τὰ δεινὰ πράσσει τὰς φρένας μετοικίσας

ἀλλ' ἐξοικίσας τελείως καὶ ἀποκλείσας κτλ. **et sic iterum de sera num. vind. 5. p. 551. A. Verbis autem paullo aliter collocatis Tzetz. ad Lycophr. 579. et ad Hesiod. Op. 336.** *ἐνίοτε καὶ θυμὸν ἐπάγει* (sc. *ὁ οἶνος*), *ὡς καὶ Ἱππῶναξ* (Fragm. 72. ed. Bergk.) *„ὀλίγα φρονεῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες“ καὶ Μελάνθιος ὁ τραγικὸς περὶ θυμοῦ φησι*

πράσσει τὰ δεινὰ τὰς φρένας μετοικίσας.

Ad sententiam cf. Eurip. fragm. 856. 855.

ASTYDAMANTES *).

ALKMAIΩN.

I. (1.)

Append. e cod. Florent. Stob. 10. p. 381. ed. Gaisf. c. lem. *Ἀστυδάμαντος Ἀλκμαίωνος·*

Οὐ τοῦ δοκεῖν μοι, τῆς δ' ἀληθείας μέλει.

Koepk. l. c. p. 487. Astydamantem hunc versum contra Eurip. Orest. 236. *κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ.* scripsisse opinatur, sed equidem nescio, an potius Astydamas notissimum illum Aeschyli (Sept. c. Theb. 574.) versum ante oculos habuerit atque imitatus sit: *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.*

EKTΩR.

I. (2.)

Schol. Venet. ad Hom. Il. VI, 472. p. 197. b., 41. ed. Bekk. *ἀπὸ κρατὸς κόρυθ' εἵλετο·*) *σημειοῦνταί τινες τοῦτον διὰ τὸ τὸν τραγικὸν Ἀστυδάμαντα παράγειν τὸν Ἕκτορα λέγοντα· „Δέξαι κοινήν μοι πρὸς πόλεμον δὲ καὶ φοβηθῇ παῖς."* Locum ex Astydamantis Hectore, cuius mentionem fecit Plut. de glor. Athen. p. 349. E. sq., petitum esse primus, quod sciam, monuit eumque sic correxit Porso ad Eurip. Hec. 539:

Δέξαι κυνῆν μοι πρόσπολ', ὥδε προσμολὼν,
δέξαι· φοβήθη παῖς.

Paullo aliter, at vix felicius Bekker.:

Δέξαι κυνῆν μοι πρόσπολε· πεφόβηθ' ὁ παῖς.

Mihi ad literarum ductus propius accedendum scribendumque videtur:

Δέξαι κυνῆν μοι πρόσπολε πολιόν· πέρα
ἐφοβεῖθ' ὁ παῖς [γὰρ].

Verba *πρόσπολε πολιὸν* facile transire in *πρὸς πόλεμον* potuisse, perspicuum est. *Πολιὸς* haud inusitatum ferri (cf. Hom. Il. IX. 366. etc.

*) Quod Astydamantum fragmenta coniunximus, nemo opinor reprehendet, qui eos ne a veteribus quidem scriptoribus satis accurate distinctos esse consideraverit. De utroque seorsum primus diligenter egit E. *Koepke* in Zimmermanni Diar. Antiqu. Stud. a. 1840. p. 477. sqq.

Eurip. Heracl. 758.), aeris (Pind. Pyth. III, 48.) ac similium rerum epitheton est, itaque facile ad aeneam galeam transferri potuit. Ac ne quis dubitet, num dici potuerit *κυνῆ πολιὸς* pro *πολιᾶ*, conferat Eurip. Andr. 348. *πολιὸς χήρα.* Haud dissimilia autem sunt *ΠΕΡΑΕΦΟΒΕΙΘΟΠΑΙΣ* et *ΔΕΚΑΙΦΟΒΗΘΗΠΑΙΣ.* — A literis nimis recedit emendatio, quam mecum communicavit M. Schmidt:

Δέξαι κυνῆν μοι πρόπολ', ἐμὸν γὰρ πρὸς λόφον
πεφόβηθ' ὁ παῖς.

Koepkius hunc locum omisit.

E P M H Σ.

I. (3.)

Athen. XI, p. 496. E. *ΡΕΟΝΤΑ. Οὕτως ποτήριά τινα ἐκαλεῖτο. μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἀστυδάμας ἐν Ἑρμῇ λέγων οὕτως·*

Κρατῆρε μὲν πρώτιστον ἀργυρῶ δύο,
φιάλας δὲ πεντήκοντα, δέκα δὲ κύμβια,
ῥέοντα δώδεχ', ὧν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾶ
ἦν, δύο δὲ χρυσᾶ, γρὺψ, τὸ δ' ἕτερον πήγασος.

Vs. 1. praeter Koepkium omnes editores male *ἀργυρῶ* pro *ἀργυρῶ* scripserunt. cf. Schol. Villois. ad Hom. Il. *β*, 262. Ioann. Alex. p. 14, 31. Göttling. Lehre v. Accent. p. 166. sq. Vs. 3. Athenaei Epitome habet: *ἀστυδάμας, ῥέοντα δώδεκα τόσα ἀργυρᾶ, δύο δὲ χρυσᾶ· γρυψί· τὸ δ' ἕτερον πήγασος,* atque similiter Eustath. ad Il. *ψ'*. p. 1286, 25. *ἔτι παρὰ τὸ ῥέειν καί τινα ποτήρια καλούμενα ῥέοντα, οἷον ῥέοντα δέδωκα* (sic) *τόσα ἀργυρᾶ, δύο δὲ χρυσᾶ. τὸ δ' ἕτερον πήγασος.* — Vs. 4. in omnibus libris est *γρυψὶ*, quod correxit Casaub. Sed quod idem vir doctissimus proposuit, ut eiecto *ἦν* scriberetur *δύω*, id ab Atticorum usu alienum est.

H P A K A H Σ.

I. (4.)

Athen. X. p. 411. A.

Ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν καὶ πιὼν ᾧπερ λαβὼν
χαίρει τις καὶ σκευασία μὴ μί' ἢ τῆς μουσικῆς.

Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, ἑταῖρε, φησὶ, Τιμόκρατες. φέρε, εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδηφάγος. ἀποφαίνονται δὲ τοῦτο σχεδὸν πάντες ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς. — Vs. 3. *ἵν' ἀπίῃ.* cod. Marc. *ἵνα πίῃ.* Palat. Ald. Casaub. In reliquis omnes libri praebent: *τοῦτο λαβὼν καὶ φαγὼν ὥσπερ πί-*

νων. — Vs. 4. in cod. Palat. et Ald. deest χαίρει, in omnibus τις, quod Porso inseruit. Deinde in Laur. B. est: μὴ μίη, in Palat. μμοίη, in Ald. μί' εἴη, in reliquis libris Casaub. μὴ μίη εἴη. — Grot. Exc. p. 441. versus trochaicos esse ratus totum locum sic dederat:

Ὥσπερ οὖν δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρασχεῖν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
ἵνα πίῃ τε καὶ φάγῃ τις ὅπερ πιών τε καὶ φαγὼν
χαίρεται· σκευασία δ' εἴη μὴ μίη τῆς μουσικῆς.

At hos versus neque a vitiis liberos esse nec Grotium metri rationem perspexisse recte monuerunt Fiorillo Observ. in Athen. p. 29 et Schweigh. ad h. l. Sed quod locum e versiculis anapaesticis et trochaicis alternatim positis constare atque sic adornandum esse censuerunt:

Ἀλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ
ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν
τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
ἵνα πίνῃ τις τοῦτο λαβὼν
καὶ φαγὼν, ὥσπερ πιὼν
ἂν χαίρει, καὶ σκευασία
μὴ μίη τῆς μουσικῆς.

non magis probabile est; laudandum vero, quod Fiorillo extremo versu εἴη quippe e sequente μίη vel glossa exortum eiecit. Multo propius autem ad veram scripturam accessit Schweigh., quum pro ἵνα πίῃ ex optimo codice ἵν' ἀπίῃ et μί' ᾖ pro μίη coniectura restitueret, simulque pro χαίρει, si quidem recte se haberet ἂν, scribi iuberet χαίρῃ. — Metricam rationem primi perspexerunt Porso et God. Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 579. versus Eupolideos esse monentes, quorum duo priores uterque intactos reliquit, posteriores vero Porso sic, ut supra exhibitum est, nisi quod ὅπερ pro ᾧπερ scripsit, Hermannus contra in hunc modum correxit:

ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο λαβὼν, καὶ φαγών τε καὶ πιών,
ᾧ χαίρει, καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς.

Reisigius (Coniect. crit. I. p. 234.) denique emendavit:

ἵν' ἀπίῃ τις τοῦτο λαβὼν ᾧπερ πίνων καὶ φαγὼν
χαίρει τις καὶ σκευασία μὴ μί' ᾖ τῆς μουσικῆς

unde ᾧπερ Dindorfius in Porsonis correctionem a se receptam intulit codicibus ferme eodem ducentibus. —

Non minorem fere, quam metrum ac versuum emendatio, quibusdam viris doctis ea res difficultatem paravit, quod versus et numeris et argumento proxime ad parabasim accedunt. Nam quum eam tantummodo comoediae propriam fuisse arbitrarentur, fuerunt, qui hunc locum ab Astydamante compositum esse negarent. Ac primus quidem Casaubonus, ad cuius sententiam nuper etiam Droysenius (in interpret. germ. Aeschyli. Vol. II. p. 325.) et Koepkius (l. c. p. 485.) accesserunt, ut Astydamanti versus detraheret, nonnihil in Athenaei verbis turbatum esse statuit, eaque sic correxit:

Ἀλλ' ὅτι ὥσπερ δείπνου — — — μουσικῆς· φέρε εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα. Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ φησιν, ἑταῖρε Τιμόκρατες, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδηφάγος. Sed haec ratio et nimis violenta est et idonea causa caret. Nam parabasim etiam a tragoediae usu non plane alienam fuisse testantur Aristid. or. Vol. II. p. 523. Dindf. *καὶ κωμῳδοῖς μὲν καὶ τραγῳδοῖς καὶ τοῖς ἀναγκαίοις τούτοις ἀγωνισταῖς ἴδοι τις ἂν καὶ τοὺς ἀγωνοθέτας καὶ τοὺς θεατὰς ἐπιχωροῦντας μικρόν τι περὶ αὐτῶν παραβῆναι, καὶ πολλάκις ἀφελόντες τὸ προσωπεῖον μεταξὺ τῆς μούσης, ἣν ὑποκρίνονται δημηγοροῦσι σεμνῶς.* et Pollux. IV, 111. *τῶν δὲ χορικῶν ᾀσμάτων τῶν κωμικῶν ἓν τι καὶ ἡ παράβασις, ὅταν ἃ ὁ ποιητὴς πρὸς τὸ θέατρον βούλεται λέγειν, ὁ χορὸς παρελθὼν λέγῃ. ἐπιεικῶς δ' αὐτὸ ποιοῦσιν οἱ κωμῳδοποιηταί, τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν. ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν. ἐν μέν γε τῇ Δανάῃ τὸν χορὸν τὰς γυναῖκας ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παράδειν, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀμίλλης ποιεῖ σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ.* Pollucis verba quo modo intelligenda sint, iam diximus ad Euripidis fragm. p. 155. Is enim aliquid, quod parabasis quodammodo simile fuit, cum parabasi ipsa commutasse videtur, de qua re nuperrime etiam monuit Meinek. Exercit. philol. in Athen. spec. II. p. 18. Prorsus igitur accedo ad sententiam, quam idem vir eruditissimus simul proposuit, poetas tragicos non ausos esse parabases, quales in comoedia fuerint, nisi in fabulis satyricis proferre. Nec hoc mirum cuiquam videbitur consideranti, quod in Hist. crit. trag. uberius exponemus, poetas dramatis satyrici natura sensim sensimque mutata ita ad comoediae libertatem accessisse, ut personas vel nominatim carpere auderent. Cuius rei exempla in Pythonis Agene et Lycophronis Menedemo habemus; Pythonem vero Astydamas minor (huic enim Suid. s. v. fabulam vindicat) aetate non multum superasse potest. — Ut autem ad Astydamantis versus redeamus, qui luculentissimum parabasis in dramate satyrico adhibitae documentum praebent, Friebel. (Graec. Satyrogr. fragm. Berol. 1837. p. 77.) sententiae caussa locos, quibus similiter carminum vel sermonum suavitates cum epulis comparantur, congessit eaque de comparatione copiosius egit. Exempla vero sunt apud Athen. VI. p. 270. B. VII. p. 275. A. Valck. ad Theocr. Adoniaz. II. p. 156. Meinek. ad Menand. p. 179. 180. 236.

ΝΑΥΠΛΙΟΣ.

I. (5.)

Stob. CXX. 15. c. lem. *Ἀστυδάμαντος Ναυπλίου.*

Χαῖρ', εἰ τὸ χαίρειν ἔστι που κάτω χθονός·
δοκῶ δ'· ὅπου γὰρ μή 'στι λυπεῖσθαι βίῳ,
ἔστιν τὸ χαίρειν τῶν κακῶν λελασμένῳ.

Vs. 2. libri *δοκῶ δὲ ποῦ*, quod ferri non posse perspicuum est. Correxit igitur Tyrrwhitt. *δοκῶ δ' ὅτου*, probabilius autem Welck. Trag.

Gr. p. 1059. δοκῶ (δοκῷ typothetae errore) δ' ὅπου, quod recipere non dubitavimus, in eo autem a Welckero recedentes, quod post δοκῶ δ' interpunximus. Is enim, qui loquitur, (haud dubie Nauplius), vs. 1. dubitat, num aliquis post mortem bene se habere possit; mox autem verbis δοκῶ δ' istam dubitationem quodammodo tollit et rationem exponit, cur non amplius dubitet. Hinc verba δοκῶ δ', quum postea argumentis stabiliantur, separatim accipienda esse apertum est. — In sequentibus edebatur μή ἐστι, Paris. A. B. praebent μή τι, unde genuinam scripturam μή 'στι restituimus. — Vs. 3. vulgo erat λελασμένων, quod correctum est e Paris. A. B. Pro τῶν praeterea malim τῷ.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (6.)

Athen. II. p. 40. B. praemisso loco ex Eurip. Bacch. 771. sq. pergit: καὶ Ἀστυδάμας δέ φησι

Θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον
λύπης ἔφηνεν οἰνομήτορ' ἄμπελον.

Quod Valck. Diatr. p. 178. C. Astydamantem his verbis Euripidis locum supra citatum imitatum esse suspicatur, id iure redarguit Boeckh. Trag. Gr. Princ. p. 326. fin. Nam eandem sententiam inde ab Homero sat multi praebent poetae. — Friebel. (Satyr. Gr. Fragm. p. 78.) et Koepk. p. 486. hoc fragmentum ad fabulam satyricam, et ille quidem ad Herculem, hic ad Mercurium refert.

II. (7.)

Stob. XXXVI, 4. c. l. Ἀστυδάμαντος·

Γλώσσης περίπατός ἐστιν ἀδολεσχία.

Gaisf. adnotat: Grotius ἡ ἀδολεσχία scripsit ob versum; male, nam ἀδολεσχία primam producit. cf. Aristoph. Nub. 1482. 1487. — Ad sententiam apte confert Koepkius Eurip. Bacch. 268. εὔτροχον γλῶσσαν ἔχεις.

III. (8.)

Stob. LXXXVI, 3. c. l. Ἀστυδάμαντος.

Γένους δ' ἔπαινός ἐστιν ἀσφαλέστατος,
κατ' ἄνδρ' ἐπαινεῖν, ὅστις ἂν δίκαιος ᾖ
τρόπους τ' ἄριστος, τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν.
ἓν' ἄνδρα τοῦτόν ἐστιν εὑρεῖν δυσχερὲς,
κεἰ τοῦτον οἱ ζητοῦντές εἰσι μύριοι.

Vs. 4. 5. vulgo edebatur: ἕνεκα τῶν ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα καὶ τοῦτον κτλ. Gesn. legit: τοιοῦτόν ἐστι χαλεπὸν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα. Grot. correxit: ἀλλ' οὐκ ἐν ἑκατόν ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα κἂν τοῦτον οἱ ζητοῦντες

ὅσοι μύριοι. Porso Adv. p. 305. ad literarum ductus propius accedens: ἐν δ' ἑκατόν ἐστιν (ἔργον) εὑρεῖν ἄνδρ' ἕνα κιἰ κτλ. quod a Gaisfordio receptum esse mirandum est, quum locus, ut egregie monuit Halm. Lectt. Stob. p. 55., ex optimis codd. sanari possit. Habet enim Paris. A. ἓν' ἄνδρα τοῦτόν ἐστιν εὑρεῖν δυσχερές. Idem etiam Paris. B. in margine praebet, nec multo aliter in ipso textu: οὐκ ἓν' ἄνδρα τούτων ἐστιν εὑρεῖν εὐχερές. Quam scripturam igitur una litera mutata cum Halmio recipere non dubitamus; nec minus probabilis nobis videtur, quam idem vir doctissimus proposuit, vs. 2. correctio: χῶστις ἂν δίκαιος ᾖ. Praeterea vs. 4 post τοῦτον inserendum videtur δ'. — Ad sententiam cf. Eur. fragm. 341. 496. 11. 60. e. a. ll.

IV. (9.)

Schol. Soph. OC. 57. Χαλκόπους ὁδός·) (l. ὁδός.) Ὡς οὕτω τινὸς καλουμένου τόπου ἐν τῷ ἱερῷ χαλκόποδος ὁδοῦ (l. ὁδοῦ)· φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος δι' αὐτοῦ κατάβασιν (καταβάσιον codd.) εἶναι εἰς Ἅιδου. καὶ Ἴστρος δὲ μνημονεύει τοῦ χαλκοῦ ὁδοῦ (sic codd. τῆς χαλκῆς ὁδοῦ. Elmsl. l. ὁδοῦ.) καὶ Ἀστυδάμας. — De verbis χαλκόπους ὁδὸς cf. Reisig. ad Soph. OC. 57. Phanodemi, Istri etc. fragm. edd. Lenz et Siebelis. p. 63. sq.

I O P H O.

A Y Λ Ω i Δ O I.

I. (1.)

Clem. Alex. Strom. I, 3, 24. p. 329. Pott. Ἰοφῶν τε ὁμοίως ὁ κωμικὸς (sic) ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις ἐπὶ ῥαψῳδῶν καὶ ἄλλων τινῶν λέγει·

καὶ γὰρ εἰσελήλυθεν
πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτημένος.

Pro ἐξηρτημένος Meinekius collato Anaxilae loco apud Athen. IV. p. 183. B. Iophontem ἐξηρτυμένος scripsisse censet, quippe quod optime de rhapsodis artificibusque dicatur, qui instrumentis musicis exornati advenerint; sed mutationis causam non adesse intelliget, qui comparaverit Aesch. Prom. 713. — οἳ πλεκτὰς στέγας πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις, ἐκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι. cf. Aristoph. Eccl. 494.

B A K X A I.

I. (2.)

Stob. Ecl. II, 1, 9. p. 10. ed. Heer. c. l. *ἐκ Ἰοφῶντος Βακχῶν.*

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ τάδ', οὐσά περ γυνὴ,
ὡς μᾶλλον ὅστις εἰδέναι τὰ τῶν θεῶν
ζητεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἦσσον εἴσεται.

Vs. 1. Similiter Eurip. Or. 679. *καὶ γυνὴ περ οὖσ' ὅμως.* **Cum hoc versu dignus est qui conferatur vs. Aristoph. Eccl. 1126. (Eurip. fragm. 486.)** *ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι.* **— Vs. 3.** *Μᾶλλον* **saepius a poetis tragicis comparativo adiungitur. cf. Aesch. Sept. 655. Suppl. 276. Soph. Ant. 1195. Eur. Hec. 377. Hippol. 483. Vide de hoc usu Matth. Gr. Gr. § 453. — Ad sententiam egregie Heeren. Iophontem his versibus illud expressisse monuit, quod de Simonide memoriae tradiderit Cic. de Nat. Deor. I, 22.** *Rogas me, quid aut quale sit deus: auctore utar Simonide, de quo quum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit: quum idem ex eo postridie quaereret, biduum petivit: quum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret, cur ita faceret: Quia, quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.*

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (3.)

Schol. Ven. ad Aristoph. Ran. 330. *στέφανον μύρτων·*) *Μυρσίνῃ στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι, οὐχ, ὥς τινες νομίζουσι, κισσίτῃ. ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ τοὺς θεσμοθέτας φησὶ διὰ τοῦτο μυρσίνῃ στέφεσθαι, ὅτι οἰκείως ἔχει πρὸς τὸ φυτὸν ὁ θεὸς καὶ ὅτι τοῖς χθονίοις ἀφιέρωτο. — ἡ μυρσίνη ᾠκείωται τοῖς χθονίοις θεοῖς, Διονύσου δεδωκότος, ὅτε ἀνήγαγε τὴν Σεμέλην. τρία γὰρ αὐτῷ ᾠκείωται, κισσὸς, ἄμπελος, μυρσίνη. μυθολογοῦσι δ' ἐν Σάμῳ μόνῃ θεῶν μὴ προσφέρεσθαι τῇ Ἥρᾳ. ἐπεὶ γὰρ, ὡς φασιν, ἐξῃτεῖτο τὴν ψυχὴν τῆς Σεμέλης, τοὺς κάτω θεοὺς, καθάπερ ἦν ἐπηγγελμένον, ὑποσχέσθαι λέγουσιν αὐτῇ τὸν Ἅιδην τοῦτο δράσειν, τοῦ Διονύσου τῶν μάλιστα τερπόντων αὐτῷ ἀντίψυχον ἀντ' ἐκείνης πέμψαντος· τὸν δὲ Διόνυσον πυθόμενον τὰ παρὰ τῶν κάτω θεῶν ἐπεσταλμένα σοφίσασθαι πρὸς ταῦτα καὶ τριῶν ὄντων αὐτῷ μάλιστα ἠγαπημένων, τοῦ τε κισσοῦ καὶ τῆς ἀμπέλου καὶ τῆς μυρσίνης, ἀποστεῖλαι τοῖς κάτω θεοῖς αὐτήν. δηλοῖ δὲ καὶ Ἰοφῶν ὁ τραγικός. —*

ARISTO.

I. *

Theophyl. c. Autolyc. I, 5. p. 296. *περὶ μὲν θεοῦ καὶ προνοίας Ἀρίστων ἔφη·*

A. *Θάρσει· βοηθεῖν πᾶσι γὰρ τοῖς ἀξίοις*
εἴωθεν ὁ θεὸς, τοῖς δὲ τοιούτοις σφόδρα.
εἰ μὴ παρέσται προεδρία τις κειμένη
τοῖς ζῶσιν ὡς δεῖ, τί πλέον ἐστὶν εὐσεβεῖν;
B. *Εἴη γὰρ οὕτως· ἀλλὰ καὶ λίαν ὁρῶ*
τοὺς εὐσεβῶς μὲν ἑλομένους διεξάγειν
πράττοντας ἀτόπως, τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἢ
τὸ λυσιτελὲς καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς μόνον,
ἐντιμοτέραν ἔχοντας ἡμῶν διάθεσιν.
A. *Ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἀλλὰ δεῖ πόρρω βλέπειν*
καὶ τὴν ἁπάντων ἀναμένειν καταστροφήν.
οὐχ ὃν τρόπον γὰρ παρ' ἐνίοις ἴσχυκέ τις
δόξα κακοήθης τῷ βίῳ τ' ἀνωφελὴς,
φορά τίς ἐστ' αὐτόματος, ἢ βραβεύεται
ὡς ἔτυχε πάντα· ταῦτα γὰρ κρίνουσ' ἔχειν
ἐφόδια πρὸς τὸν ἴδιον οἱ φαῦλοι τρόπον.
ἔστιν δὲ καὶ τοῖς ζῶσιν ὁσίως προεδρία,
καὶ τοῖς πονηροῖς ὡς προσῆκ' ἐπιτιμία.
χωρὶς προνοίας γίνεται γὰρ οὐδὲ ἕν.

Grot. Exc. p. 1004., quum Aristonem tragicum ignoraret et fortasse, quum hunc locum ob metricam rationem a tragoedia abhorrere intelligeret, versus Aristophonti, comico poetae, tribuit. Meinekius autem (Hist. crit. com. praef. p. IX. sq.) nuper eos ne a comico quidem poeta profectos esse, sed Aristoni Chio originem debere docuit, quum et aliorum philosophorum et Stoicorum maxime mos fuerit, ut placita sua, imprimis ea, quae ad morum doctrinam spectarent, versibus sive iambicis sive dactylicis includerent, eosque versus ornatus causa reliquae orationi admiscerent. (Vide exempla a Meinekio l. c. congesta.) Attamen locum omittere noluimus, quum non defuerint, qui eum ad Aristonem, Sophoclis filium, referendum esse arbitrarentur. — Vs. 1. γὰρ abest a cod. Bodl. et antiquis editt., quam ob rem Meinek. scribendum censet πᾶσι μὲν τοῖς κτλ., quod etiam sequentibus (τοῖς δὲ τοιούτοις) commendatur. — Vs. 3.

Meinek. corrigi iubet: *εἰ μὴ γὰρ ἔσται*, optimo opinor iure. — Vs. 8. particula *καὶ* a cod. Bodl. omittitur, recte, nam ea ab aliquo inserta esse videtur, qui lacunam iam antiquitus inter *λυσιτελὲς* et *τὸ κατ' αὐτοὺς* exortam explere voluit. Probo igitur, quod Meinek. scriptum fuisse coniicit: *τὸ λυσιτελὲς δρῶντας τὸ καθ' ἑαυτοὺς μόνον*, nam desideratur verbum, quod praecedenti *ἑλομένους διεξάγειν* respondeat. *Ἀτόπως πράττειν* h. l. idem significare videtur atque *κακῶς πράττειν*. — Vs. 14. quum *βραβεύεσθαι* contra solitum usum potestate activa adhibitum sit, Meinek. corrigi mavult: *ἢ βραβεύεται*. — Vs. 15. vulgo erat: *ταῦτα κρίνουσι γὰρ ἅπαντ' ἔχειν*. Cod. Bodl. *ταῦτα γὰρ πάντα κρίνουσιν ἔχειν*. Quae Grot. correxit, ut dedimus, et sic interpretatus est: — „quod sibi viaticum Corrupta turba sumit ad mores malos."

2. *

Clem. Alex. Strom. II, 20. §. 108. p. 486. P. *Ὅθεν ὡς ἔλεγεν Ἀρίστων „πρὸς ὅλον τὸ τετράχορδον, ἡδονὴν, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, πολλῆς δεῖ τῆς ἀσκήσεως καὶ μάχης,*

οὗτοι γὰρ, οὗτοι καὶ διὰ σπλάγχνων ἔσω
χωροῦσι καὶ κυκῶσιν ἀνθρώπων κέαρ

καὶ γὰρ τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς ἡ ἡδονὴ κηρίνους ποιεῖ κατὰ Πλάτωνα, ὅτι ἑκάστη ἡδονή τε καὶ λύπη προσπασσαλοῖ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν τοῦ γε μὴ ἀφορίζοντος καὶ ἀπυσταυροῦντος ἑαυτὸν τῶν παθῶν. — Grot. Exc. p. 436. hunc locum, quum Aristonem poetam ignoraret, Agathoni tribuit et Clementis verbis in versus redactis sic constituit:

Πρὸς τὸ τετράχορδον δ' ὅλον
τὴν ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, φθόνον,
ἀσκήσεώς γε καὶ μάχης πολλῆς δέει.
οὗτοι γὰρ, οὗτοι καὶ διὰ σπλάγχνων ἔσω
χωροῦσι καὶ κυκῶσιν ἀνθρώπων κέαρ.

Quam audaciam satis est verbo tetigisse. Facile autem, ut in praecedente, ita hoc loco, praecipue si quae apud Clementem sequuntur verba contuleris, non poetam, sed philosophum loqui fateberis, nec amplius hunc quoque locum Aristoni Chio, Zenonis discipulo (cf. Diog. Laert. VII. 2, 4. Clem. Alex. Strom. II, 21. § 129. p. 497. P.) tribuere dubitabis, ubi primum istam affectionum animi partitionem Stoicorum propriam fuisse memineris. cf. Diog. Laert. VII, 1, 63.

SOPHOCLES.

Conf. Patrocl. fragm. I.

XENOCLES.

ΛΙΚΥΜΝΙΟΣ.

1.

Aristoph. Nub. 1264. sq.

ΑΜ. Ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλὰς, ὡς μ' ἀπώλεσας.
ΣΤΡ. Τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν.

Schol. adnotat: ὦ σκληρὲ δαῖμον· ταῦτα Ξενοκλέους ἐστὶν ἐκ τοῦ Λικυμνίου. λέγεται δὲ ὑπ' Ἀλκμήνης Λικύμνιον τεθνηκέναι ὑπὸ Τληπολέμου· διὸ καὶ ἐπιφέρει „τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν." Εὐφρόνιος παρὰ Ξενοκλεῖ φησιν εἶναι τὸ χρυσάντυγες, ἐξ οὗ παραπεποιῆσθαι τὸ θραυσάντυγες. τοῦτο, ἐπεὶ ἐμνήσθη αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πατρός. Sic codd. Rav. Ven., nisi quod in Rav. χρυσάμπυκες, in Ven. χρυσάμπυχες, quod God. Hermannus in χρυσάντυγες mutavit. Sed nescio an codicum scriptura χρυσάμπυκες servari possit, ut Xenoclis versus hic fuerit:

ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ Τύχαι χρυσάμπυκες

praecipue quum etiam Pindar. (Ol. VII, 64.) scripserit: ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν χεῖρας ἀντεῖναι κτλ. Pyth. III, 89. οἵτε καὶ χρυσαμπύκων μελπομενᾶν ἐν ὄρει Μοισᾶν κτλ., quumque τύχαι χρυσάντυγες vix aptam sententiam praebeat. — Ceterum praeter hunc versum etiam vs. 3. Xenoclis esse videtur. Sed qui ad eundem poetam praeterea Nub. vs. 1272.

ἵππους ἐλαύνων ἐξέπεσον νὴ τοὺς θεούς

propter verba scholiastae: ἱππούς ἐλαύνων· καὶ τοῦτο ἐκ παρῳδίας. referunt, caveant, ne fallantur; nam haec verba in optimis codd. desunt.

CARCINUS.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

I. (1.)

Athen. V. p. 189. D. — οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς (sc. τὴν αὐλῶνα). Καρκίνος μὲν Ἀχιλλεῖ

Βαθεῖαν εἰς αὐλῶνα περίδρομον στρατοῦ.

καὶ Σοφοκλῆς Σκύθαις „κρημνούς τε καὶ σήραγγας ἠδ' ἐπακτίας αὐλῶνας.“ — Eadem docet Eustath. p. 1483, 55. cf. Soph. Trach. 100. ubi in optimo cod. Laur. A. est ποντίας αὐλῶνας (ναίει) supra ποντίας scripto ου, quod recte recepit Wunderus.

ΣΕΜΕΛΗ.

I. (2.)

Athen. XIII. p. 559. F. Καρκίνος δὲ ὁ τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχὴ „Ὦ νύκτες“, φησὶ

Ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;
ἀρκοῦν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον.

Haec verba expressa esse ex Eurip. Belleroph. (fragm. 308.) „ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγειν μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν;“ praeter alios monuit Meinek. Hist. crit. Com. Epimetr. I. p. 509.

ΤΗΡΕΥΣ.

I. (3.)

Stob. CIII, 3. c. lem. Καρκίνου Τηρεύς·

Ἀσκεῖν μὲν ἀρετὴν, εὐτυχεῖν δ' αἰτεῖν θεούς.
ἔχων γὰρ ἄμφω ταῦτα, μακάριός θ' ἅμα
κεκλημένος ζῆν κἀγαθὸς δυνήσεται.

Vs. 1. Paris. B. αἴτει, quod nescio an recipiendum sit, quamquam saepius a poetis tragicis Infinitivus pro Imperativo adhibetur. Nam hoc loco αἰτεῖν facile ex praecedente Infinitivo εὐτυχεῖν originem ducere potuit. Reposito autem αἴτει scribendum etiam erit ἄσκει. — Vs. 3. Paris. A. B. τἀγαθός.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

Diod. Sic. V, 5. p. 334. *Περὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν Κόρην ἁρπαγῆς, ὅτι γέγονεν, ὡς προειρήκαμεν, πολλοὶ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μεμαρτυρήκασι. Καρκίνος μὲν γὰρ ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς, πλειονάκις ἐν ταῖς Συρακούσαις παρεπιδεδημηκὼς καὶ τὴν τῶν ἐγχωρίων τεθεαμένος σπουδὴν περὶ τὰς θυσίας καὶ πανηγύρεις τῆς τε Δήμητρος καὶ Κόρης, κατεχώρισεν ἐν τοῖς ποιήμασι τούσδε τοὺς στίχους·*

Λέγουσι Δήμητρός ποτ' ἄρρητον κόρην
Πλούτωνα κρυφίοις ἁρπάσαι βουλεύμασι,
δῦναί τε γαίας εἰς μελαμφαεῖς μυχοὺς,
πόθῳ δὲ μητρὸ' ἠφανισμένης κόρης
μαστῆρ' ἐπελθεῖν πᾶσαν ἐν κύκλῳ χθόνα.
καὶ τὴν μὲν Αἰτναίοισι Σικελίαν πάγοις
πυρὸς γέμουσαν ῥεύμασιν δυσεμβόλοις
πᾶσαν στενάξαι, πένθεσιν δὲ παρθένου
σίτων ἄμοιρον διοτρεφὲς φθίνειν γένος,
ὅθεν θεὰς τιμῶσιν εἰς τὰ νῦν ἔτι.

L. Preller (Demet. et Perseph. p. 178.) hunc locum sine idonea causa ad Carcini Alopen rettulit. — Vs. 1. *ἄρρητον κόρην* **etiam Euripides Proserpinam appellavit in Hel. 1307. et Alexandro (Fragm. 67.) — Vs. 3. vocem** *μελαμφαὴς* **tuetur Eurip. Hel. 518.** *ὡς Μενέλαος οὔπω μελαμφαὲς οἴχεται δι' ἔρεβος κτλ.*, **ad quem locum cf. interprett. — Vs. 5.** *μαστὴρ*, **quod Hesych. s. v. explicat,** *ζητῶν, ἐρευνῶν*, **antiquis temporibus raro et nisi apud poetas non invenitur; quo ante Carcinum usi sunt Soph. OC. 457. Trach. 730. Eurip. Bacch. 986. postea Lycophro Cass. vs. 1023. cf. Vales. ad Harpocr. p. 483. D. Bergl. ad Alciphr. p. 44. —**

II. (5.)

Harpocr. s. v. *Καρκίνος.* **p. 106. ed. Bekk.:** — *περὶ δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ, τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Μνησίμαχόν φησι „συντίθεται δὲ τούτοις καὶ Καρκίνος ὁ ποιητὴς εἰπών·*

οὐκ οἶνος ἐξέστησε· τὰς γὰρ ἐμφύτους
*ὀρθῶς παγείσας φρένας * * **
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Vs. 1. in codd. est *οὐ κεῖνος*, **quod primus correxit Luzac. Exercit. in Eurip. p. 26. Valck. Diatr. p. 13. a. dederat:**

Νοῦ κεῖνος ἐξέστηκε· τὰς γὰρ ἐν φύσει
ὀρθῶς φρένας παγείσας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

Versum 2 ingeniose explevit Grot. Exc. p. 451. scribendo:

ὀρθῶς παγείσας νουθετήμασιν φρένας

Meinek. (Poet. com. IV. p. 694.) Carcinum repraesentasse similem scenam censet, quam Euripidem, quum is (Fragm. 266.) Herculem, Augae stupratorem, loquentem introduxisset: *νῦν δ' οἷος ἐξέστησέ μ'. κτλ.* Quae coniectura vix probari potest, quum hoc loco fere contrarium eius, quod Hercules Euripideus protulit, expressum sit. Probabilius igitur Luzac. l. c. locum ad Carcini Semelen rettulisse et cum his Euripidis (Bacch. 314.) versibus: *Οὐχ ὁ Διώνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ἐς τὰ πάντ' ἀεί.* comparasse (idem fecit Valck. l. c.) videtur; nam saepius Carcinus Euripidem imitatus est. cf. fragm. 2. 9.

III. (6.)

Stob. XXIX, 31. c. lem. *Καρκίνου.*

Οὐδεὶς ἔπαινον ἡδοναῖς ἐκτήσατο.

In Paris. A. versus cum eodem lemmate extat, superscriptum vero est *γρ. Εὐριπίδου.* Sed Carcini eum esse testatur etiam Maximus (in edit. Stob. a. 1609. Aurel. Allobrog.) Serm. XC. p. 149, 24.

IV. (7.)

Stob. XXXIII, 1. c. l. *Καρκίνου.*

Πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποισι φάρμακον κακῶν
σιγὴ, μάλιστα δ' ἐστὶ σώφρονος τρόπου.

Vs. 2. ad sententiam cf. Eurip. fragm. 216. 947.

V. (8.)

Stob. XXXVIII, 18. c. l. *Καρκίνου.*

Χαίρω σ' ὁρῶν φθονοῦντα, τοῦτ' εἰδὼς, ὅτι
ἓν δρᾷ μόνον δίκαιον, ὧν ποιεῖ, φθόνος.
λυπεῖ γὰρ αὐτὸ κτῆμα τοὺς κεκτημένους.

Vs. 2. in libris Mss. est: *ἓν δρᾷ μόνον ἴδιον ὧν κτλ.* et vs. 3. *αὐτὸ τὸ κτῆμα.* Prius mirabiliter Salmas. sic correxerat: *ἓν δρᾶμα μοῦνον ὧν κτλ.*, rectius autem Porso Advers. p. 74. *δίκαιον* pro *ἴδιον* scribens. Vs. 3. *τὸ* deleverunt Wakefield. et Gaisf., Welck. (Trag. Gr. p. 1067) autem *αὖ τὸ κτῆμα κτλ.* scripsit, addi *τὸ* facile potuisse affirmans, postquam *αὖ τὸ* in *αὐτὸ* depravatum fuisset. Sed *αὖ* hoc loco vi sua caret, quare Gaisfordium secuti sumus.

VI. (9.)

Stob. XCIII, 8. c. l. *Καρκίνου.*

Δεινόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

Pro δεινὸν Gesn. correxit δειλὸν, recte, nam Carcinus exscripsit Euripidem, qui in Phoeniss. 600. scripserat: εἰσορῶ, δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. Ut autem Carcini versus constet, aut corrigendum est, ut Meinekius voluit, δειλόν γ' ὁ πλοῦτος κτλ., aut statuendum, si versus forte trochaicus fuit sicut Euripideus, initio aliquid excidisse. Ac sane mihi ἀλλὰ initio praefigendum videtur. Ad sententiam cf. Aristoph. Plut. 203. λέγουσι πάντες, ὡς δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος.

VII. (10.)

Stob. XCIII, 11. c. l. Καρκίνου.

Ὦ πολλὰ πλοῦτος δυστυχέστατος κυρῶν,
ὅμως μέγιστον ζῆλον ἐν βροτοῖς ἔχει.

Sic est in libris; Grot. correxit ὁ πολλὰ, Valck. ὡς πολλὰ, Meinek. p. 513. autem vs. 2. ἔχεις scribi iussit, quod Welck. l. c. recte probavit. Ad sententiam vs. 2. cf. Eur. Phoen. 442. Fragm. 598.

VIII. (11.) *

Clem. Alex. Strom. VI, 2. § 5. p. 738. P. Πάλιν δ' αὖ Ὁμήρου (Od. χ'. 412.) εἰπόντος „οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι" Ἀρχίλοχός τε καὶ Κρατῖνος γράφουσιν, ὁ μὲν „οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν," Κρατῖνος δὲ ἐν τοῖς Λάκωσι

Φοβερὸν ἀνθρώποις τόδ' αὖ
κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

De quo loco haec scripsit Meinek. Poet. com. II. p. 72. „Ingeniosa et fortasse vera est Iacobsii Animadv. Anal. Brunck. I. p. 164. coniectura φθονερὸν pro φοβερὸν scribentis. In fine versus Grot. Exc. p. 489. τόδε scribebat pro τόδ' αὖ. Sed aliud quid latere videtur. Aoristo κτᾶσθαι vix alius Atticorum poetarum usus est; nec αἰζηὸς in vulgari sermone usitatum fuit. Ceterum num recte Cratino fabula Λάκωνες inscripta tribuatur vehementer nunc dubito. Ac dubitat etiam Th. Bergkius Comment. p. 130. Si illa a Lacedaemonio dicta fuisse statuas, non male opinor verba ἐν τοῖς Λάκωσι cum Cratini fragmento coniungas, ut apud Lacedaemonios res plena invidiae fuisse dicatur de occisis gloriari. Ita igitur hic locus scribendus est:

Ἐν τοῖς Λάκωσι φθονερὸν ἀνθρώποις πέλει
κταμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

Ac fortasse etiam in poetae nomine erratum et in Cratini locum Καρκίνος substituendum est." — Meinekii de Λακώνων titulo dubitationem confirmat, quod fabularum tituli semper fere sine articulo citari solent; sed de correctione Καρκίνος vehementer dubito, nam in tragoedia poetae tam aperte in Lacedaemonios invehi vix licuit.

THEOGNIS.

1.

Demetr. de elocut. 85. *Ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν, ὡς ὁ Θεόγνις*

παρατίθεται τὸ τόξον, φόρμιγγα ἄχορδον.

ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος· ἡ μὲν φόρμιγξ κινδυνώδες ἐπὶ τοῦ τόξου, τῷ δὲ ἀχόρδῳ ἀσφαλίζεται. **Verba** *παρατίθεται τὸ τόξον* **olim sic exhibebantur, quasi Demetrii essent; recte autem monuit Goeller. p. 113., hac ratione locum sententia carere, itaque vocem** *Θεόγνις* **cum** *παρατίθεται* **coniungi nullo modo posse, sed ad hoc verbum subiecti loco cogitatione addendum esse** *sagittarium*, **id quod e sequentibus etiam appareat. Non minus probabiliter idem vir doctissimus suspicatus est, verba** *τὸ τόξον* **a librario quodam e sequentibus temere inserta ideoque eiicienda esse: nam audaciae fere nihil inesse verbis, si** *τὸ τόξον* **adiectum sit. Quae sententia iis confirmatur, quae Aristoteles ipse de metaphora** *φόρμιγξ ἄχορδος* **disseruit Rhet. III, 11. p. 1413, 1. ed. Bekk.** *ὅσῳ δ' ἂν πλείω ἔχῃ, τοσούτῳ ἀστειότερον φαίνεται, οἷον εἰ καὶ τὰ ὀνόματα μεταφορὰ εἴη καὶ μεταφορὰ τοιαδὶ καὶ ἀντίθεσις καὶ παρίσωσις, καὶ ἔχοι ἐνέργειαν. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ εἰκόνες, ὥσπερ εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἄνω, ἀεὶ εὐδοκιμοῦσι τρόπον τινὰ μεταφοραί, ἀεὶ γὰρ ἐκ δυοῖν λέγονται, ὥσπερ ἡ ἀνάλογον μεταφορά· οἷον ἡ ἀσπὶς φαμέν ἐστι φιάλη Ἄρεος καὶ τόξον φόρμιγξ ἄχορδος. οὕτω μὲν οὖν λέγουσιν οὐχ ἁπλοῦν, τὸ δ' εἰπεῖν τὸ τόξον φόρμιγγα ἢ τὴν ἀσπίδα φιάλην ἁπλοῦν. καὶ εἰκάζουσι δὲ οὕτως, οἷον πιθήκῳ αὐλητὴν, λύκῳ ψακαζομένῳ εἰς μύωπα· ἄμφω γὰρ συνάγεται.* **coll. Poet. 21, 4. p. 1457, b., 19.** *καὶ ἐνίοτι προστιθέασιν ἀνθ' οὗ λέγει πρὸς ὃ ἐστιν. λέγω δὲ οἷον ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον καὶ ἀσπὶς πρὸς Ἄρην. ἐρεῖ τοίνυν τὴν φιάλην ἀσπίδα Διονύσου καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην Ἄρεος. ἢ ὃ γῆρας πρὸς βίον καὶ ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν.* — — **ac deinceps p. 1457, 30.** *ἔστι δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς μεταφορᾶς χρῆσθαι καὶ ἄλλως, προσαγορεύσαντα τὸ ἀλλότριον ἀποφῆσαι τῶν οἰκείων τι, οἷον εἰ τὴν ἀσπίδα εἴποι φιάλην μὴ Ἄρεως ἀλλ' οἴνου.* — **Quum Aristoteles priori loco de metaphora** *φόρμιγξ ἄχορδος* **una cum alia quadam,** *φιάλη Ἄρεος*, **egerit, Goeller. etiam hanc Theognidi vindicavit eiusque versus hos fuisse coniecit:**

παρατίθεταί σοι φόρμιγγ' ἄχορδον
φιάλην τ' Ἄρεος.

Sed vereor, ne haec coniectura ingeniosior, quam verior sit. Ad metaphorae vim quod attinet, Goeller. arcum cum testudine sive lyra stridoris causa comparatum esse censet, nam sicut pugnam cum saltatione armata, ita arma comparari cum instrumentis musicis solere; sed multo propius ad verum accessisse videtur Welckerus

(Praef. ad Theognid. p. CXXXIII. not.), qui primus etiam hunc locum ad Theognidem tragicum rettulit, haec scribens: „est aliquid similitudinis inter arcum et lyram; quippe tum arcus cornibus instructus erat, unde proverbium ἡ αἶξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα, tum lyra ex iis fabricabatur (Philostr. Imagg. I, 10.)."

CRITIAS *).

ΠΕΙΡΙΘΟΥΣ.

I. (1.)

Athen. XI. p. 496. B. Πλημοχόη· σκεῦος κεραμεοῦν βεμβικῶδες ἑδραῖον ἡσυχῇ, ὃ κοτυλίσκον ἔνιοι προσαγορεύουσιν, ὥς φησι Πάμφιλος. χρῶνται δὲ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσαγορεύουσι πλημοχόας· ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀντολάς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀνατρέπουσιν ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν· μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ ὁ τὸν Πειρίθουν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐστὶν ὁ τύραννος ἢ Εὐριπίδης, λέγων οὕτως

Ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον
χάσμ' εὐῤῥήμως προχέωμεν.

Integrum Athenaei locum exhibuimus quippe poetae verbis explicandis inservientem. Idem fragmentum, quum de auctore dubitatio esset, etiam inter Euripidea (n. 596.) recepimus.

ΣΙΣΥΦΟΣ.

I. II. (2. 3.)

Sext. Empir. adv. Phys. IX, 54. p. 562. Fabr. (p. 402, 23. ed. Bekk.) καὶ Κριτίας δέ, εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραννησάντων, δοκεῖ ἐκ τοῦ τάγματος τῶν ἀθέων ὑπάρχειν, φάμενος, ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων καὶ ἁμαρτημάτων ἔπλασαν τὸν θεὸν ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλησίον ἀδικεῖν, εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν· ἔχει δὲ παρ' αὐτῷ τὸ ῥητὸν οὕτως·

---

*) *Critiae* fragmenta peculiari libello primus collegit *Nic. Bachius* (Critiae tyranni carminum aliorumque ingenii monumentorum quae supersunt. Disposuit, illustravit, emendavit Nic. Bach. Lips. 1827.)

Τὸν χρόνον, ἢν δ' ὁ λόγος, ἐκάστοτε λέγειν, καὶ διηγεῖσθαι, ὅταν τι ἐνταῦθεν,
ὡς ἐκεῖνοι διεῖλον οἵτινες καὶ πῶς καὶ πότε ἐπ-
ῆλθε τοῖς πολίταις τοῖς καλοῖς ἐχθροῖς ἔχειν,
καὶ ὡς πολεμίους τοὺς καλοὺς ἐκείνους ἔφασαν
εἶναι· ἐπειδὴ δὲ ἐγένοντο ἐκ τοσούτου χρόνου
ἐπὶ τοσοῦτον ἀπολωλεκότες, ὅσον ἔφην ἐγώ,
τὸν ἄλλον ἅπαντα χρόνον.

Ἐκεῖνο δὲ ἐπεμνήσθην μὲν καὶ πρότερον,
ἐπειδὴ δὲ ἐνταῦθα ἀφικόμεθα, ἐπιμνησθῆναι
ἀναγκαῖον· ὅτι ὁ μὲν σύμπας ἀριθμὸς ἐπὶ τοῖς
μυρίοις ἐκείνοις ἦν, καὶ ὅτι τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων
αὐτὸς ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἦμεν τότε
ἐνταῦθα· ἐκ τούτου δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τοὺς
νόμους τοὺς τότε ἐκεῖ καὶ τοὺς ἀρχαιοτάτους
ἐνταῦθα· ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐπεμέλοντο τῶν ἐκεῖ
πολιτῶν ὡς ἐκείνων τε ὄντων καὶ ἐκ τῶν
αὐτῶν σπερμάτων γεγονότων, καὶ ἐπιτήδευον
ἐκείνους τοὺς νόμους καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα
τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ ἐνταῦθα· ἐκ τούτου δὲ
ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν τῶν θεῶν διανομήν, ὡς
ἐκεῖνοι μὲν ἔλαχον κατὰ γῆν ἐκ τῆς ἐπιμερισμοῦ
γενομένης ἐν τοῖς ἰδίοις ἕκαστοι τόποις
ἐκτίζοντες πόλεις καὶ τὰ ἱερὰ ἱδρυόμενοι
ἐθρέφοντο ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἑκάστοις· ὡς δὲ καὶ
ἐνταῦθα ἐκείνοι ἐπεμελοῦντο ἐν τοῖς ἑαυτῶν
ἑκάστοις ὥσπερ ἐν πατρίοις τε καὶ ἐκ σπερμάτων
ὄντες· ἐκ τούτου δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν τῶν
ἀνθρώπων φύσιν, ὡς ἐκείνοις μὲν ἐγεννῶντο
ἐκ γῆς τροφὴν παρεχούσης, καὶ ἐνταῦθα ὡσαύτως.
Ἐκ δὲ τούτων ἐμνήσθη τὰ περὶ τὸν θάνατον,
ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐτελεύτων ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἑκάστοις
ὄντες, καὶ ἐνταῦθα ὡσαύτως. Ἐκ δὲ τούτων
ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων κρίσιν
καὶ ἀπολογίαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐνταῦθα
ὡσαύτως· ἐκ τούτου δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τὸν
Ἀτλαντικὸν πόλεμον, ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐπολέμουν
πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐνταῦθα ὡσαύτως· ἐκ τούτου
δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων
ἀρχήν, ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἐκράτουν
ἐν τῇ ἐκείνῃ ἠπείρῳ, ὅσον ἔφην ἐγώ, καὶ ἐνταῦθα
ὡσαύτως· ἐκ τούτου δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν
ἀνθρώπων φύσιν, ὡς ἐκείνοις μὲν ἐγεννῶντο
ἐκ γῆς τροφὴν παρεχούσης, καὶ ἐνταῦθα ὡσαύτως.
Ἐκ δὲ τούτων ἐμνήσθη τὰ περὶ τὸν θάνατον,
ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐτελεύτων ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἑκάστοις
ὄντες, καὶ ἐνταῦθα ὡσαύτως. Ἐκ δὲ τούτων
ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων κρίσιν
καὶ ἀπολογίαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐνταῦθα
ὡσαύτως· ἐκ τούτου δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τὸν
Ἀτλαντικὸν πόλεμον, ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐπολέμουν
πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐνταῦθα ὡσαύτως· ἐκ τούτου
δὲ ἐμνήσθη τὰ περὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων
ἀρχήν, ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἐκράτουν
ἐν τῇ ἐκείνῃ ἠπείρῳ, ὅσον ἔφην ἐγώ, καὶ ἐνταῦθα

καὶ ὀλίγα προσδιελθὼν ἐπιφέρει

οὕτω δὲ πρῶτον οἶομαι πεῖσαί τινα
θνητοὺς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Hunc locum ad *Sisyphum* pertinere docet Pseudo-Plut. de placit. philos. I, 7, 2. p. 880. E. καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε (sc. τὸ μὴ εἶναι θεοὺς), δεδοικὼς τὸν Ἄργειον πάγον. ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, καὶ συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ.

Ἦν γὰρ χρόνος (φησὶν), ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος
καὶ θηριώδης ἴσχυός θ' ὑπηρέτης·

ἔπειτά φησι τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ· ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, κρύφα τ' ἠδίκουν πολλοί, τότε τις σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν, ὡς δεῖ [ἀεὶ] ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ πείσαι τοὺς ἀνθρώπους,

ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
ὃς ταῦτ' ἀκούει καὶ βλέπει, φρονεῖ τ' ἄγαν.

Neque vero eum, quod ex hoc et alio quodam Plutarchi loco (Ibid. I, 6, 7. p. 879. F. Vide ad vs. 33. sq.) aliquis concludere possit, ex *Euripidis Sisypho*, sed e *Critiae* fabula petitum esse Bachius p. 68. sqq. bene exposuit et a nobis in Hist. crit. trag. uberius docebitur. At quod Plut. pro Critia Euripidem nominat, fortasse ne eius quidem errori, sed opinioni ista aetate pervulgatae adscribendum est, qua, si forte Euripidis Sisyphus iam perdita erat, Critiae fabula ad Euripidem referebatur aut cum eius dramate confundebatur, praesertim quum tale argumentum (cf. Eurip. Ixion.) ab Euripidis ingenio non abhorrere videretur. — Vs. 1. sqq. Critias mansuetioris vitae initia exponit, quo argumento et ante et postea philosophi pariter atque poetae certatim usi sunt; v. c. e tragicis Aesch. Prom. 434. sq., Moschio fragm. 9., e comicis Athenio (apud Athen. XIV. p. 660. A.) haud dubie tragicos ea re tecte carpens. E Latinis poetis cf. Lucr. V, 781. sq. Hor. Sat. I, 3, 99. sq. — Versus 1, qualis a Plutarcho exhibetur, metro caret: sed haud dubie γὰρ Plutarcho originem debet ac iure a novissimo Plutarchi editore (Duebnero) uncinis inclusum est. Imitatus hunc et sequentem versum esse videtur Moschio fgm. 9. vs. 3.

Vs. 3. ἄεθλον, quod in omnibus codd. est, Barnes. ex Atticorum consuetudine in ἆθλον mutavit, fortassis recte, quamvis eadem forma etiam apud Sophocl. Trach. 505. legatur eaque non tam ionica vel epica, quam in universum poetica fuisse videatur.

Vs. 4. οὔτ' αὖ dedit Bekk. idemque ex coniectura scripserat Musgr. quum ante legeretur οὔτ' ἂν, quod frustra defendit Bachius.

Vs. 6. sq. Codd. Cizens. Regimont. ap. Bekk. ἵνα ἡ δίκη, reliqui ἵνα δίκη. Lacunam viri docti vario modo explere conati fuerunt. Grotius post τύραννος ἦ inseruit verba γένους βροτείου, male autem verba δούλην ἔχῃ transposuit; Petit. Misc. Observ. I, 1. totum locum sic constituit: θέσθαι κολαστὰς [τοῖς κακοῖς,] ἵν' ἡ δίκη [Κρατ]ῇ τύραι-

νος τήν θ' ὕβριν δούλην ἔχῃ. Probabilius autem Bachius e Plutarchi (l. c.) verbis: ἔπειτά φησι τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων εἰσαγωγῇ collato vs. 40. genitivum ἀνομίας (Bach. minus recte ἀνομίης) inserendum esse locumque ita comparatum fuisse coniecit: θέσθαι κολαστὰς [ἀνομίας], ἵν' ἡ δίκη [Κρατ]ῇ τύραννος τήν θ' ὕβριν κτλ.

Vs. 10. erat ἀπῆγον, quod Normann. in ἀπεῖργον mutavit, et sic dedit Bekker, adstipulante, ut videtur, Plutarcho: ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, ex quo Critiae verba etiam aliis locis restituenda sunt. (cf. vs. 18.) Quare id Pflugkius (in Zimmermanni Diar. Schol. 1831. p. 27.) etiam probavit, quamquam similiter ἀπάγειν usurpatum esse monuit a Philostr. vit. Apoll. VI, 13. p. 251. χρημάτων δὲ ἀπάγων αὐτὸν καὶ τοῦ μὴ ἐπαινεῖν τὸ ἐξ ἅπαντος κέρδος. et ibid. VI. 20. p. 260. τουτὶ γὰρ τὴν μὲν Σπάρτην εὐψυχοτέρους ἐδείκνυε, τὴν δὲ Ἑλλάδα ἀπῆγε τοῦ μὴ ἐς ἀντίπαλα αὐτοῖς καθίστασθαι.

Vs. 11. 12. edebatur: λάθρα δ' ἔπρασσον, τηνικαῦτα μοι δοκεῖ πυκνός τις κτλ. In quibus quum pes deesset, Grot. post τις inseruit ἄλλος, Petit. l. c. εἰδεῖν, Pierson. Verisim. p. 135. vero post ἔπρασσον πολλὰ, quod Bekk. recepit. Nescio tamen, an probabilior sit Bachii sententia, qui e Plutarchi verbis: κρύφα τ' ἠδίκουν πολλοὶ κτλ. post ἔπρασσον addendum esse ἄδικα, quum hoc maxime poeta dicere voluerit, homines, quum publice non potuerint, clam iniuste egisse.

Vs. 13. in libris est γνῶναι δὲ ὃς θνητοῖσιν κτλ., unde Petit. l. c. facili negotio effinxit δέος, Heath. τόδ' ὃς, Musgr. φῦναι (pro δοκεῖ) πυκνός τις — — γνῶναι δ' ἔπος, sed multo ingeniosius ac rectius Normann. γνῶναι δέον, quod Bachio et Bekkero praeeuntibus recipere non dubitavi. Sententia enim haec est: *hominem quendam sapientem bene perspexisse, quid necessarium sit hominibus, quum primus instituerit, ut metus iniiceretur improbis, etiamsi clam aliquid sive facerent sive dicerent sive sentirent.*

Vs. 15. codd. φρονῶσιν, unde rectissime Grot. et Normann. effecerunt φρονῶσί τι, Petit. multo infelicius φρονῶσιν αὖ.

Vs. 16. in libris est εἰσηγήσατο, quod Barnes. temere in ἐξηγήσατο mutavit.

Vs. 18. codd. φρονῶν τε καὶ, quod hoc loco, quamquam καὶ etiam alias in fine versus reperitur (cf. Soph. Phil. 312. Ion. fgm. 22. etc.), magnopere displicet et aliquam corruptelae suspicionem praebet, quum Plutarchus scripserit φρονεῖ τ' ἄγαν. Nam Plutarchum e memoria citasse propterea non probabile est, quia is paene totius loci sententiam iisdem fere verbis attulit, neque inde quidquam sequitur, quod ad Euripidem rettulit, quae Critiae sunt (vide quae supra ad vs. 1. monuimus); quare ex Plutarcho, ut vs. 6. et 11., ita hoc loco Sextum Empiricum emendandum scribendumque φρονῶν τ' ἄγαν censeo. Ceterum haud male Bachius coniecit: φρονῶν τ' ἀεὶ, vir doctus apud Bekkerum: φρουρῶν τ' ἄγαν προσέχως τὰ ταύτῃ κτλ.

Vs. 19. Libri προσέχων, quod Bachius per se quidem bene, sed sine idonea ratione in προσσχὼν mutavit. Nam exemplis, quae ad

usum dicendi *προσσχεῖν νοῦν τινὶ* firmandum ex Aristophane (Nub. 576. 1116.) et Pherecr. ap. Schol. Nub. 563. affert, (ubi nuper editores scripserunt *πρόσχετε*), opponi possunt Eccl. 294. Plut. 553. ac permulti scriptorum orationis pedestris loci (v. c. Plat. Polit. p. 259. D. Conviv. 217. B. 174. D. Alcib. I. p. 222. D. Phaedr. 272. E. Xen. Anab. V, 6, 22. Cyr. V, 5, 40. etc.) quibus *προσέχειν (νοῦν) τινὶ* dicitur. Quaeri autem potest, num recte dicatur *προσέχων* vel *προσσχὼν ταῦτα*. Nam quod Bacchius affirmavit, graece eodem modo *προσέχειν (προσσχεῖν) νοῦν τινι* et *προσέχειν (προσσχεῖν) τι* dici posse, sicut apud Latinos *animum advertere alicui rei* et *animadvertere aliquid*, id exemplis certe demonstrare debebat. Iure igitur Matthiaeus (Eurip. vol. IX. p. 326.) constructionis *προσέχειν τι* usum negasse videtur, simulque locutionem *προσέχων τε ταῦτα* admodum languidam esse monuit, sed quod in eius locum substituit: *συνέχων ἅπαντα*, id vix poetae verba nobis exhibet. Non magis placet viri docti ap. Bekk. (vide ad vs. 18.) correctio, et quod ipse olim conieci: *προὐστὼς ἁπάντων*, nunc a literarum ductibus longius abesse mihi videtur. Doctioribus igitur explorandum relinquo, quid Critias scripserit.

Vs. 20. sq. Codd. *ὑφ' οὗ πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται, ὃς δρώμενον κτλ.* In his verba *ὑφ' οὗ — μὲν* glossatoris esse, non Sexti intercedentis, rectissime monuit Fabricius. Iamque Salmasius scripserat: *ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται ἐς δρώμενόν τε κτλ.* Grot. *ὑφ' οὗ τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται πᾶν· δρώμενον κτλ.* Heath. *ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται, τὸ δρώμενόν τε κτλ.* Musgr. *πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοὶς ἀκούσεται, ἐς δρώμενον δὲ κτλ.* Norm. *ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσεται, ὃς δρώμενον δὲ κτλ.* et sic Bach. et Bekk. Dubito tamen, an corruptela eo exorta sit, quod relativum ab initio vs. 20. in alterum irrepsit, ut locus fortasse sic restituendus sit: *ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσεται, τὸ δρώμενον δὲ κτλ.*

Vs. 22. Libri *ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ κτλ.* In cod. Saviliano abest praepositio *συν*, quae iam Fabricio suspecta visa est ac facile a librario quodam ad dativum *σιγῇ* inseri potuit. Cuius igitur loco Bachius *νῦν*, Meinekius apud Bekk. *καὶ* substitui maluit.

Vs. 24. in libris est: *ἔνεστι· τούσδε τοὺς λόγους λέγων.* Quo in versu quum unus pes deesset, Grot. coniecit: *ἔνεστι· τούσδε τοὺς λόγους αὐτοῖς λέγων.* Heath. illud *αὐτοῖς* in initio versus posuit, Musgr. scripsit *ἔν ἐστι θείων· τούσδε κτλ.*, probabilius autem Norman. *θεοῖς ἔνεστι* nam facile *θεοῖς* propter praegressum *θεοὺς* excidere potuit. Quod Bachius et Bekkerus iure receperunt.

Vs. 27. Codd. *αἰεὶ δ' ἔφασκε κτλ.* Quid hoc loco valeat *αἰεὶ*, haud facile perspicitur, quippe cuius loco potius aliquis Infinitivus ad constructionem et sententiam sublevandam exspectetur; quare aut Grotii correctio *εἶναι* aut Piersoni (Verisim. p. 135.) et Musgravii *ναίειν* accipienda est. Nos cum Bekkero *ναίειν* dedimus.

Vs. 28. libri habent: *μάλιστα ἐξέπληξεν κτλ.* Hiatum sustulerunt Heath. et Fabric. inserto *γ'*, Toup. Emendatt. in Suid. II. p. 7. scribendo *μάλιστ' ἄν*, quod Bekkero auctore recepimus. Grot. et Musgr. prae-

terea sine iusta ratione ἐκπλήξειεν correxerunt. Ad sententiam Bachius conferri iubet, quae Lucret. I, 63. sq. ex Epicuro habet.

Vs. 29. edebatur φόβους εἶναι βροτοῖς, sed Bekk. ex optimo cod. ὄντας correxit.

Vs. 30. vulgo erat πονήσεις, optimus autem cod. Bekkeri praebet ὀνήσεις, in quod iam Musgrav. coniectura inciderat.

Vs. 31. Ad sententiam Bachius aptissime comparavit Democrit. ap. Sext. Empir. 554. ed. Fabric. *Εἰσὶ δ' οἱ ἀπὸ τῶν γιγνομένων κατὰ τὸν κόσμον παραδόξων ὑπονοήσαντες εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἐληλυθέναι θεῶν· ἀφ' ἧς φαίνεται εἶναι δόξης καὶ ὁ Δημόκριτος· Ὁρῶντες γὰρ, φησὶ, τὰ ἐν τοῖς μετεώροις παθήματα οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς καὶ ἀστραπὰς κεραυνούς τε καὶ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε καὶ σελήνης ἐκλείψεις, ἐδειματοῦντο, θεοὺς οἰόμενοι τούτων αἰτίους εἶναι.* Adde Epicur. ap. Lucret. l. c.

Vs. 32. Musgr. ingeniose quidem, sed praeter necessitatem correxit: κατειδ' ἐναύσεις, δεινὰ δ' αὖ κτ. Grot. δεινὰ δ' ἐκτυπώματα.

Vs. 33. Ad hunc locum respexerunt Pseudo-Plut. de placit. philos. I, 6, 7. p. 879. E. haec scribens: *ὁ μὲν γὰρ λοξὸς κύκλος ἐν οὐρανῷ διαφόροις εἰδώλοις πεποίκιλται·* (Sequuntur Arati Phaen. 445—49. versus orbem signiferum caelestem describentes.) *Μυρία δ' ἄλλα καθ' ὁμοίους τοῦ κόσμου περικλάσεις πεποίηκεν· ὅθεν καὶ Εὐριπίδης φησί·*

τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ σέλας,
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ.

Pseudo-Galen. Hist. philos. c. 8. *ὅθεν Εὐριπίδης εἶπεν· Ἀστέρες δ' ἐν οὐρανῷ ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ.* quae memoriter citata esse nemo non videt. Idem cadit in Euseb. Praep. Ev. XIV, 6. — Memorabilis autem est Plutarchi scriptura atque exquisitior, quam quae soli citantis errori adscribi possit; imo hac confirmari videntur, quae ad vs. 18 affirmavimus, Plutarchum haudquaquam e memoria hoc fragmentum attulisse. Verum tamen contra Sexti codices nihil mutandum erit, praesertim quum scriptura *οὐρανοῦ δέμας* satis elegans atque etiam sequentibus *τέκτονος σοφοῦ* magis congrua sit. Musgr. pro *δέμας* male scripsit *δέπας*. Ad sententiam explicandam haec adnotavit Fabricius: „Coelum sideribus pictum eleganter vocatur *χρόνου καλὸν ποίκιλμα*; per astrorum enim ortus et occasus tempora distinguuntur, nec tantum hoc facit sol, diei opifex, lunaque, solis aemula, noctis decus, ut dicitur Apuleio lib. de deo Socratis, sed ceterae quoque stellae dispositae, ut temporum limites essent astrorumque signa, monente Chalcidio, sive *ὄργανα τοῦ χρόνου*, ut ex Proclo notavit Grot. ad Genes. I, 14. facta *εἰς γένεσιν ἀριθμοῦ καὶ χρόνου καὶ δεῖξιν τῶν ὄντων*, ut verbis utar Alcinoi c. 14.“ cf. Eurip. fragm. 594.

Vs. 35. Ex Anaxagorae doctrina haec fluxisse docet epigr. apud Diog. Laert. II, 15.

Ἥλιον πυρόεντα μύδρον ποτ' ἔφασκεν ὑπάρχειν,
καὶ διὰ τοῦτο θανεῖν μέλλεν Ἀναξαγόρας.

cf Diog. L. II. 8. Xen. Mem. IV, 7. 7. Platon. Apol. p. 26. D. et quae de hac doctrina eiusque antiquissima origine disputavit Valck.

Diatr. p. 31. Barnes. correxit: *λαμπρὸς ἀστέρων στείχει χορὸς*, Musgr. *λαμπρὸς ἀστέρας σπέρχει μύδρος*, quamvis locus correctione haudquaquam indigeret.

Vs. 36. Grot. *εἰσπορεύεται*, Musgr. *εἰσπορίζεται*.

Vs. 38. Codd. praebent *τοιούτους περιέστησεν ἀνθρώποις φύβους*. Grot. et Norman. metrum restituerunt scribendo: *τοιούσδε περιέστησεν κτλ.* Sed aliud praeterea vitium hoc loco latere primus vidit Meinek. Poet. com. Vol. IV. Praef. p. XII. Nunquam enim poetae tragici, ut bene observavit Porso ad Eurip. Med. 284., in senarios iambicos, trochaicos aut anapaestos legitimos *περὶ* ante vocalem in eadem sive in diversis vocibus admiserunt. Qua observatione nisus Meinekius egregie correxit: *τοίους πέριξ ἔστησεν κτλ.* quod Bekkero praeeunte recipere non dubitavimus.

Vs. 38. Musgr. corrigendi vel potius corrumpendi cupiditate flagrans: *φόβου στοίχους, καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισε τὸν δαίμον' ὀγκῶν, ἐν πρέποντι χωρίῳ.* dedit.

Vs. 39. in libris est: *τὸν δαίμονα καὶ ἐν πρέποντι χωρίῳ*, quem versum claudicantem atque hiantem Bachius intactum reliquit, quamquam iam Pierson. Veris. l. c. ingeniose correxerat *τὸν δαίμον' οἰκοῦντ'*. Propius vero ad literarum ductus accedit God. Hermanni correctio *οἰκεῖν*, quam Bekker. iure recepit.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

Stob. Ecl. Phys. I, 9, 10. p. 228. ed. Heer.

Ὁ χρόνος ἀπάσης ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον.

In codd. Vatic. August., qui adversus metrum *ὀργῆς ἐστι φάρμακον* praebent, lemma est *τοῦ αὐτοῦ Κριτίου*, quasi praecessisset Critiae fragmentum, sed praegreditur locus, qui, quum lemma habeat *τοῦ αὐτοῦ*, Menandri autem vs. antecesserit, inter Menandrea relatus est. Hunc vero non a Menandro, sed a tragico quodam poeta profectum esse, egregie perspexit Meinekius (Poet. com. Vol. IV. Praef. p. XIII.) neque nos eum inter Inc. Trag. Fragm. (nr. CCXVIII.) recipere dubitavimus; num vero probandum sit, quod idem vir eruditissimus coniecit, lemmata esse confusa, itaque versum *ὁ χρόνος κτλ.*, quippe cuius numeri a tragoedia alieni sint, Menandro, illum autem locum falso ad Menandrum relatum Critiae tribuendum esse, equidem dubito. Nam tales versus etiam in Euripidis fabulis leguntur, eosque a Critia nullo modo alienos iudicaverim (vid. Hist. crit. trag.), praesertim quum posteriores poetae tragici canonem Porsonianum sexcenties neglexerint. cf. Inc. Trag. Fragm. XLV. Sed fortasse versus ne ex tragoedia quidem, sed ex dramate satyrico ductus est. Si quid igitur lemmatis tribuendum est, et hic versus et qui praecedit locus (Inc. Trag. Fragm. CCXVIII.) Critiae tribuendum videtur. —

II. (5.)

Stob. Floril. XIV, 2. c. l. *Κριτίου.*

Ὅστις δὲ τοῖς φίλοισι πάντα πρὸς χάριν
πράσσων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
ἐχθρὰν καθίστησ' εἰς τὸν ὕστερον χρόνον.

Eundem locum etiam Maximus (in edit. Stob. a. 1609. Aurel. Allobrog.) Serm. CXXXV. p. 215. sic exhibet: *Κριτίου· Ὅστις τοῖς φίλοις πάντα πρὸς χάριν πράσσων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίκα ἡδονὴν ἐχθρὰν καθίστησιν εἰς ὕστερον χρόνον.*

III. (6.)

Stob. XXIII, 1. c. l. *Κριτίου.*

Δεινὸν δ', ὅταν τις μὴ φρονῶν δοκῇ φρονεῖν.

Musgr. hunc versum vulgatam secutus inter Euripidea rettulerat, sed optimi codd. Paris. A. Voss. Arsen. eum Critiae assignant. Accedit Maximus (l. c.) Serm. LXXXI. p. 140, 20., qui non modo hunc, sed cum eo simul duos alios

ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακὸν ἐσμὲν ἐφ' ἑτέρων ἰδεῖν,
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γιγνώσκομεν.

Critiae tribuit. At iidem a Stobaeo, (ubi pariter atque apud Maximum Critiae versum excipiunt,) Sosicrati adscribuntur, nec ab ullo alio, quam comico poeta, si numeros respicis, originem ducere potuerunt. Sunt vero ad Euripidis exemplar (cf. fgm. 862.) compositi.

IV. (7.)

Stob. XCVII, 10. c. l. *Κριτίου.*

Σοφῆς δὲ πενίας σκαιότητα πλουσίαν
κρεῖσσον σύνοικόν ἐστιν ἐν δόμοις ἔχειν.

Similiter fere dicit Cyclops Euripidis (315.) *ὁ πλοῦτος, ἀνθρώπισκε, τοῖς σοφοῖς θεός· τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι.*

V. (8.)

Pollux. II, 148. *εὔχειρ, ταχύχειρ, ὡς Κριτίας, καὶ ἀπ' αὐτῶν εὐχειρία, ταχυχειρία.* Sicut *εὔχειρ* (cf. Pind. Ol. IX. sub fin. Soph. OC. 473.), ita *ταχύχειρ* poeticum esse videtur vocabulum, sed utrum in tragoediis an in elegiis Critiae locum habuerit, dubitari potest.

VI. (9.)

Pollux. II. 196. *καὶ ποδεῖα τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πίλους Κριτίας, ἅπερ Αἰσχύλος πέλλυτρα καλεῖ.* coll. VII. 91. *ἃ δὲ ποδεῖα Κριτίας καλεῖ, εἴτε πίλους αὐτὰ οἰητέον εἴτε περιειλήματα ποδῶν, ταῦτα πέλλυτρα καλεῖ*

ἐν Φρυξὶν Αἰσχύλος κτλ. Nisi vehementer fallor, Critias hac voce in tragoedia usus est, quum Pollux ei Aeschylum opposuerit.

VII. (10.)

Pollux. VI. 152. οἱ μὲν γὰρ ψευδομάρτυρες εἴρηται παρὰ Κριτίᾳ καὶ ὁ ψευδομάρτυς οὐκ οἶδ' ὅπου. καὶ τὸ ψευδομαρτυρεῖν ὁ αὐτός που λέγει καὶ Δημοσθένης καταψευδομαρτυροῦμαι Senarii vestigia hic latere videntur:

ὁ ψευδομάρτυς [–⏑–] οὐκ οἶδ' ὅπου.

VIII. (11.)

Pollux. IX. 161. — καὶ ἡ παρ' Εὐριπίδῃ εὐπαιδευσία, καὶ ἡ παρὰ Κριτίᾳ εὐξυνεσία, καὶ ἡ παρ' Ἀριστοφάνει εὐοδία. De vocibus raris iisque poeticis agi manifestum est. Εὐοδία, quod ex Aristophane Pollux affert, habet etiam Aeschylus in Glauco ap. schol. Aristoph. Ran. 1528.

NICOMACHUS.

1.

Bekk. An. Gr. p. 337, 11. Bachm. An. Gr. I, p. 22, 17. Ἀγηλατῶν· ἀντὶ τοῦ διώκων, φυγαδεύων. οὕτως Νικόμαχος. Sed scribendum esse ἀγηλατῶν docent Eustath. p. 1704, 5. et Suid. v. ἀγηλατεῖν, qui Sophoclis versum (OR. 402.) affert.

2.

Bekk. An. Gr. p. 349, 10. Bachm. An. Gr. I. p. 36, 21. Ἀηδόνειος κλαγγή. Νικόμαχος.

Μέλπουσιν ἀηδόνειον κλαγγήν.

Meinek. (Hist. crit. com. p. 498.), qui primus hunc et antecedentem locum tragico poetae tribuit, tacite quidem, sed sine dubio recte scripsit: ἀηδόνιον κλαγγὴν, ut anapaesti efficerentur. cf. Aristoph. Ran. 683. Eur. Ion. 1482. Idem cum hoc versu apte contulit locum Aeschyli, qui paullo ante (p. 349, 6) legitur: θρηνεῖ δὲ γόον τὸν ἀηδόνειον. (leg. ἀηδόνιον.)

DIOGENES.

ΣΕΜΕΛΗ.

I. (1.)

Athen. XIV. p. 636. A. *Διογένης δ' ὁ τραγικὸς διαφέρειν πηκτίδα μαγάδιδος λέγων οὕτως ἐν τῇ Σεμέλῃ*

Καίτοι κλύω μὲν Ἀσιάδος μιτρηφόρους
Κυβέλας γυναῖκας, παῖδας ὀλβίων Φρυγῶν,
τυπάνοισι καὶ ῥόμβοισι καὶ χαλκοκτύπτων
βόμβοις βρέμουσας ἀντίχερσι κυμβάλων
σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν ἰατρόν θ' ἅμα.
κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε παρθένους,
ποταμῷ παροίκους Ἄλυϊ, Τμωλίαν θεὸν
δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν
ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων ἀντιζύγοις
ὁλκοῖς κρέκουσας μάγαδιν, ἔνθα Περσικῷ
νόμῳ ξενωθεὶς αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

Vs. 1. in libris est *κλύωμεν*, quod e vs. 6 correxit Schweigh. Pro *Ἀσιάδος* Dalecampius scribi maluit *Ἀσιάδας* probante Meinek. Exerc. philol. in Athen. spec. I. p. 45, qui *Κυβέλας* adiectivum esse dicit, de qua re equidem dubito.

Vs. 3. codd. praebent: *τυμπάνοισι καὶ βομβοῖσι κτλ.* Illud correxit Casaub. adstipulante Piers. Veris. II. 6. p. 204., qui rectissime etiam *βομβοῖσι* in *ῥόμβοισι* mutavit, collat. Apoll. Rhod. I. 1139. *ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἰλάσκονται.* cf. Suid. v. *Θίασος* et *ῥόμβος*. Etym. M. *ῥόμβος· ῥόπτρον.* Phot. *ῥόμβος, ὃ ἔχουσιν οἱ ἀποθειάζοντες, ὡς τὸ τύμπανον.* Iacobs. Animadv. ad Anthol. I. p. II. p. 247. *ῥόμβον* dicit videri rotundum fuisse tympanum, quod Bacchae manibus tenentes crebro rotaverint.

Vs. 4. in codd. legitur *ἀντὶ χερσὶ κυμβάλων*, quod, quum aptam sententiam non praeberet, bene a Casaub. in *ἀντίχερσι* mutatum est; minus recte autem idem vir doctissimus primum *βρόμοις* pro *βόμβοις* scribi voluit. *Βρέμουσας σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν* etc. dictum videtur pro *βρόμῳ σέβουσας* vel *ᾄδοντας, tumultu colentes deam.*

Vs. 5. codd. Laur. et Pal. habent: *τι ἅμα ἢ λυδὸν ἰατρόν τε ἅμα.* — Pro *σοφὴν θεῶν* Schweigh. sine idonea ratione scribi voluit: *θεὸν σοφὴν*, ad sententiam vero aptissime contulit Diod. Sic. III, 58, 2. *Αὐξομένην δὲ τὴν παῖδα (Κυβέλην) τῷ τε κάλλει καὶ σωφροσύνῃ διενεγκεῖν, ἔτι δὲ συνέσει γενέσθαι θαυμαστήν. Τήν τε γὰρ πολυκάλαμον σύριγγα πρώτην ἐπινοῆσαι καὶ πρὸς τὰς παιδιὰς καὶ χορείας εὑρεῖν κύμβαλα*

καὶ τύμπανα, πρὸς δὲ τούτοις καθαρμοὺς τῶν νοσούντων κτηνῶν τε καὶ νηπίων παίδων εἰσηγήσασθαι. διὸ καὶ τῶν βρεφῶν ταῖς ἐπῳδαῖς σωζομένων καὶ τῶν πλείστων ὑπ' αὐτῆς ἐναγκαλιζομένων, διὰ τὴν εἰς ταῦτα σπουδὴν καὶ φιλοστοργίαν ὑπὸ πάντων αὐτὴν ὀρείαν μητέρα προσαγορευθῆναι.

Vs. 6. libri habent: ἡλνωδε, Ald. ἢ λύω δὲ, unde genuinam scripturam κλύω δὲ coniectura elicuerunt Casaub. et Guil. Cant. Var. Lect. IV. 5. (in Grut. Thes. III. p. 597.). Ne quis autem miretur, cum Lydis virginibus coniungi Bactrianas, monuit Spanhemius (ad Callim. Hymn. in Dian. vs. 37.) exemplisque probavit, Bactrias poetice dici pro Persicis; apud Persas vero praecipue cultam esse Dianam, fuisseque etiam in Lydia, qui eam Persico more coluerint, testantur Paus. VII, 6, 6. Diod. Sic. LXXVII, 7. Hinc Diana ipsa *Persicae* cognomen accepit.

Vs. 7. scripturam librorum παροικοῦσα λυιτμωλίαν (Ald. λυιτμωλίεν) correxerunt, ut supra dedimus, Casaub. et Canter. l. c.

Vs. 9. edebatur: ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων τε Περσικῶν ἀντιζύγοις κτλ. in quibus verba τε Περσικῶν temere adiecta ideoque emittenda esse viderunt Sylburg. et Casaub. Ac revera ea absunt ab optimis codd. Marc. Laur. et Epit. Paris., in Palat. περσικῶν quidem legitur, sed sine τε. Hinc τριγώνων adiective accipiendum esse liquet, ut πηκτίδες dicantur τρίγωνοι, *triangulares*, quemadmodum apud nos instrumenta, quae *harpas* dicimus. cf. Athen. IV. p. 182. F.

Vs. 10. κρέκουσας pro eo, quod in libris est κρεκούσης, (Laur. κρεμούσαις, Epit. κεκρούσῃ) restituere Sylburg. et Casaub. Κρέκειν μάγαδιν dictum est, sicut apud Aristoph. (Av. 682.) κρέκειν αὐλὸν, κρέκειν τὰ βάρβιτα Dion. Hal. VII, 72. Plut. Symp. 2, 4. Sed verbi κρέκειν usus etiam latius patet; cf. Telest. ap. Athen. XIV. p. 626. A. Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον. Epigr. in Anthol. Pal. (IX. 584.) αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον.

Vs. 11. in Ald. est: ξανωθεὶς (sic), Schweigh. maluit 'ξενωθείς.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Stob. LXIV, 1.

Οἵαν δ' ἔρωτος ἐνδεθῶμεν ἄρκυσι,
θᾶσσον θυραίοις τὴν χάριν ποιούμεθα,
ἢ τοῖς ἀνάγκης ἐν γένει πεφυκόσι.

Trinc. Gesn. Grot. locum cum lemmate Δικαιογένους ediderunt, sed optimus cod. Paris. A. Διογένους habet, quod iure recepit Gaisf. — Vs. 2. animadverte vocabuli θυραῖος usum, quippe quod h. l. oppositum sit τῷ ὁμαίμῳ.

II. (3.)

Stob. LXXV, 1. c. lem. Διογένους.

Μακάριος, ὅστις αὐτὸς ἰσχύων ἔτι
παῖδας παρασπίζοντας ἀλκίμους ἔχει.

Verbo παρασπίζειν etiam usus est Eurip. Phoen. 1444. Ion. 1528. Herc. f. 1099.

Ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησί (sequitur fragm. 1.) — Quicunque hos et eos, qui sequuntur, ex Alphesiboea versus opinione non praeiudicata circumspexerit, haud dubie mirabitur, quod inde a vs. 1 usque ad 11 virgines, inde a vs. 12 vero usque ad 17 flores describuntur; contra in illis (ex Alphesiboea) versibus, quibus Chaeremo florum descriptione excelluisse dicitur, florum ne verbo quidem mentio facta est, sed iterum corpora pulchritudine eximia depinguntur. Hinc Athenaei verba aliquantum perturbationis experta esse facile intelligitur, et dubitari vix potest, quin probanda sit sententia, quam primus Weston. ad Hermesian. p. 49. ac post eum plures amplexi sunt, versus errore nunc ad Alphesiboeam relatos antecedenti fragmento (ex Oeneo) post vs. 11 subiungendos esse. Difficilior autem de reliquis versibus (12—17) est quaestio. Quum enim Alphesiboea propter flores in ea commemoratos citetur, facile suspicio exoriri potest, vs. 12—17 eos esse versus, quos Athenaeus ex Alphesiboea attulerit, (in qua sententia ipse olim fui), ut statuendum sit, in codicibus Athenaei versus ὑπνώμεναι δ' ἔπιπτον — — ἐξέτεινεν αὐχένας et versus καὶ σώματος — — φορούμενοι mutuo loca mutasse. At cavendum est, ne hac speciosa ratione fallamur: cui duae res obstare videntur. Primum enim mirum est, quod etiam in illis versibus poeta de mulieribus loquitur: dicit enim ὑπνώμεναι vel quidquid sub ea voce latet; deinde ex Athenaei verbis: ἐπικατάφορος δὲ ὢν κτλ. concludi potest, etiam in fragmento ex Oeneo allato florum mentionem iniectam fuisse. Cur dixisset Athenaeus, Chaeremonem etiam in *floribus* describendis insignem fuisse, nisi *florum* in Oenei fragmento commemoratio id in mentem ei revocasset? Seiungi igitur vs. 12 sq. ab Oenei fragmento non poterunt. Neque tamen a loco suo removendi, sed post vs. ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμενοι addendi sunt, id quod G. Hermanni causa moneo, qui nuper (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. Stud. 1843. p. 636.) offensioni esse dixit, quod primo virgines iacuisse (vs. 1. ἐκεῖτο κτλ.), postea vero easdem humi procubuisse (vs. 12. ὑπνώμεναι δ' ἔπιπτον) narretur, quique hanc ob caussam vs. 12—17 omisso vs. 16 ante vs. 1 collocavit. Vix autem vir clarissimus eam sententiam protulisset, si verba (vs. 3.) τῆς δ' αὖ χορεία κτλ. meminisset, quum inde tantummodo illam virginem, de qua vs. 1. sermo fuerit, iacuisse appareat. Nec probabilior est alia ratio, quam Hermannus ibidem proposuit. Quum enim vs. 16. Πέρσης δὲ κτλ. cum antecedentibus non cohaereat, errore eum huc translatum esse, locum vero suum in exordio fragmenti ex Alphesiboea citati olim habuisse statuit, quod sic refingendum sit:

Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
εἰς ὄμματος μὲν ὄψιν ἀντηγάζετο
στίλβοντα λευκοχρώματ' ἄρθρα διαπρεπῆ.

At equidem dubito, num Πέρσης pro Περσικὸς scribi possit; nec intelligo, quo modo de aliquo flore atque imprimis de amaraco dici queat: ἀντηγάζετο στίλβοντα λευκοχρώματ' ἄρθρα διαπρεπῆ; deinde

G. Hermannus dixisset vellem, quo abruptis versibus καὶ σώματος — — διαπρεπῆ reliqui versus αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν — — ἐνετρύφων φορούμενοι pertineant. Accedit, quod vs. λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινον (sic Herm.) αὐχένας post versus ὑπνώμεναι δ' ἔπιπτον — εἰσωμόργνυτο admodum languidus foret. Quam ob rem nescio an probabilior sit Friebelii (Satyr. Gr. Fragm. p. 82.) sententia ex Alphesiboea nihil servatum esse dicentis praeter hos versus:

Πέρσης δὲ Θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένας

quamquam etiam in his *Πέρσης* offendit. Quae coniectura bene eo primum confirmatur, quod ἐκτρέφεσθαι de liberis proprie dictum nunc translatum legitur ad flores, abs quo non diversum est illud, quod proximis observavit Athenaeus, eundem poetam flores dixisse ἑάρος τέκνα (fgm. 9.), λειμῶνος τέκνα (fgm. 10.), hederam ἐνιαυτοῦ παῖδα (fgm. 4.); deinde eo, quod omnes loci, quos florum caussa Athenaeus affert, brevissimi sunt. — Quae quum ita se habeant, totum Athenaei locum equidem sic refingendum atque emendandum esse existimo:

Ἔκειτο δ' ἡ μὲν λευκὸν εἰς σεληνόφως
φαίνουσα μαστὸν λελυμένης ἐπωμίδος.
τῆς δ' αὖ χορεία λαγόνα τὴν ἀριστερὰν
ἔλισσε, γυμνῆς δ' αἰθέρος θεάμασιν
ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε· χρῶμα δ' ὄμμασι
λευκὸν μελαίνης ἔργον ἀντηύγει σκιᾶς.
ἄλλη δ' ἐγύμνου καλλίχειρας ὠλένας
ἄλλης προσαμπέχουσα θῆλυν αὐχένα·
ἡ δ' ἐκραγέντων χλανιδίων ὑπὸ πτύχας
ἔφαινε μηρὸν, καἀξαπεσφράγιζετο
ὥρας γελώσης χωρὶς ἐλπίδων ἔρως.
καὶ σῶμα κόσμον ὄψιν εἰς ηὐγάζετο
στίλβοντα λευκῷ χρωτί [τ' εὖ] διαπρεπῆ·
αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι.
κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοστρύχοισιν ἐκπεπλασμένοι
ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμενοι·
ὕπνῳ μὲν αἶδ' ἔπιπτον ἐλενίων ἔπι,
ἴων τε μελανόφυλλα συγκλῶσαι πτερὰ
κρόκον θ', ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα·
πέπλων σκιᾶς εἴδωλον εἰσωμόργνυτο.

Ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησί·

Ἔρσαις δὲ Θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινον αὐχένας.

Nunc de singulis videamus. — Vs. 1. pro γὰρ, quod in omnibus libris est, δ' restituit Iacobs. Exercit. crit. I. p. 23.

Vs. 3. λαγὼν Hermanno (ad Eur. Hec. ed. pr. p. 128.) et Welckero non corporis partem, sed vestem significare videtur, sive πτέρυξ sive scissura intelligatur, quemadmodum sit apud Hesych. λαγόνες, σχίσμα γῆς. At eius usus exemplum attulissent exposuissentque vellem, quid sit (λαγὼν ἀριστερὰ) *sinistra vestis*. Si autem λαγὼν hoc loco, ut omnibus aliis (cf. Eur. Hec. 559. etc.), corporis partem, coxam vel ilia significat, facile apparet, ἕλνσε ferri non posse, quod etiam propter praegressum λελυμένης displicet. Cuius in locum ἕλισσε (εἵλισσε) substituendum esse docet χορεία. Sententia enim haec est: *Alius contra (virginis) saltatio sinistrum latus circumagebat (ut ab omnibus conspici posset) eiusque nudati sideribus vivam imaginem ostendebat* etc. Pro γυμνῆς δ' nescio an corrigendum sit γυμνῆς τ', nam valde offendit illud δ' ter positum. Ceterum χορεία praeclara emendatio est Casauboni; optimi libri (Marc. Laur.) enim habent χορείας, reliqui χορίας. Genitivum autem ex praegresso τῆς originem duxisse apertum est.

Vs. 6. in codd. est ἀνταίγει (Pal. ἀντανγεῖ) quod Schweigh. correxit. De sententia egregie monuit Hermannus, colorem lateris hoc magis candentem dici, quo magis is opposita umbra eminuerit. Verbis μέλαινα σκιὰ autem nox significatur, ut e vss. 1. (σεληνόφως) et 4. (αἰθέρος θεάμασιν) liquet. Cum dictione ἔργον σκιᾶς Bartsch. haud inepte comparavit Ionis fragm. 1. vs. 3.

Vs. 7. ad verba καλλίχειρας ὠλένας contulit Porso (Praef. ad Eur. Hec. p. XXXVI.) Eur. Hippol. 201. εὐπήχεις χεῖρες. Adde Bacch. 1204. λευκοπήχεσι χειρῶν ἀκμαῖσι. Similia congessit etiam Meinek. ad Menandr. p. 187.

Vs. 8. male editum est ἄλλη, quum in optimo cod. Marc. esset ἄλλης, quod insuper sententiae nexu requiritur. Poeta enim dicit, aliam virginem pulchra brachia nudasse alius cervici ea circumdantem. Hinc inutilem esse Emperii (in Zimmermanni Diar. Antiqu. Stud. a. 1838. p. 817.) emendationem προσαμπεσοῦσα facile intelligitur. Ipse tamen pro προσαμπέχουσα malim προσαμφέπουσα, nam ἀμπέχειν, quod sciam, semper significat: *in se, circum se habere, cingi, circumdari*, neque vero *cingere, circumdare*, quamquam ἀμπίσχειν (= ἀμπέχειν) ita usurpatum esse me non fugit. cf. Aristoph. Vesp. 1153. Lys. 1156. Eur. Ion. 1159. Scribi igitur etiam possit προσαμπίσχουσα.

Vs. 9. in libris est η δὲ κλαγέντων (Laur. ἡ δ' ἔκλαγε τῶν), quod Casaub. probabiliter in ἡ δ' ἐκραγέντων mutavit. χλανιδίων ex optimis codd. Marc. Laur. Schweighaeus. dedit, quum in reliquis χλανίδων esset.

Vs. 10. Libri habent: κἀξεπεσφράγιζετο, quod Westonus l. c. sic interpretatus est: „*Harum formarum notam, quasi sigillo, amor impressit, sed sine spe. Species autem corporis, quam admirabar, omnibus numeris absoluta, festivissima erat.*“ Quam interpretationem Bartschius haud quaquam probare debebat: nam qua ratione ea e verbis graecis elici queat haud facile est ad perspiciendum. Longe

melius H. Grotius sententiam sic expressit: „*arridente Gratia mihi se imprimebat spem non adducens Amor.*“ Verum autem pro sagacitate sua vidit G. Hermannus (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. Stud. a. 1843. p. 637.) corrigens κἀξαπεσφράγιζετο, ut sententia esset: *resignabatur cupido arridentis gratiae sine spe* (h. e. *es wurde die Begierde nach dem entgegenlächelnden Liebreiz ohne Hoffnung für den Beschauer entsiegelt, entfesselt.*) Verba χωρὶς ἐλπίδων ad spectatorem pertinere, cui non sperandum fuerit, se ista pulchritudine fructurum esse, vix est quod moneam.

Vs. 11—18 iam supra (ad fragm. 1.) tractavimus.

Vs. 19. in libris est ὑπτώμεναι — ἑλενίων (Pal. ὑπτωμέναι) unde Lobeck. ad Phryn. p. 682 effinxit ὑπνώμεναι, quod viri docti probarunt. Sed et vox ὑπνώμεναι ipsa dubitationem movet et constructio durissima ὑπνώμεναι δ' ἔπιπτον offendit. Vide igitur ne lenissima mutatione scribendum sit: ὕπνῳ μὲν αἶδ' ἔπιπτον κτλ. cf. Aesch. Eum. 68. ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι κτλ. Soph. Trach. 594. ὡς σκότῳ, κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ. El. 421. ἐμοὶ πιθέσθαι μηδ' ἀβουλίᾳ πεσεῖν. etc.

Vs. 20. συγκλῶσαι significat: *confringentes, colligentes.* cf. Plat. Theaet. p. 173. A. Cod. Pal. habet συγκῶσαι. Grot. Exc. p. 847. male correxit συλῶσαι.

Vs. 22. In codd. est υἰκίας, quod Grot. l. c. contra metrum in ἰεὶς, Casaubonus rectius in σκιᾶς mutavit. Σκιᾶς εἴδωλον habet etiam Sophocl. in Tyrone apud Ael. H. A. II, 10. σπασθεῖσα δ' ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον αὐγασθεὶς ὑπὸ κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης κτλ. Pro εἰσομόργνυται, quod in libris est, Hermanno l. c. auctore scripsi εἰσωμόργνυτο. —

In altero fragmento, quod ad Alphesiboeam rettulimus, Πέρσης ferri vix potest, nam nec Πέρσης dici pro Περσικὸς potuisse credibile est nec aliunde Persicus amaracus innotuit. Recepimus igitur Lobeckii (Aglaoph. p. 839.) correctionem ἔρσαις, in quam etiam Bergkius (collat. Hom. Od. XIII, 245.) et Emperius inciderunt, praeterquam quod hi ἔρσῃ maluerunt; nam desideratur etiam ad ἐκτραφεὶς aliquid, quo amaracus nutritus sit. — Vs. 2. in codd. est: λειμῶσι μαλθακοῖσιν ἐξέτεινον αὐχένας. Grot. Exc. p. 847. correxit λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένα, in margine ἐξέτεινεν Scaligeri emendationem esse monens. Hermann. ad Hec. l. c. olim dedit: θαλεροῖς — — μαλακοὺς et ἐκτείνειν αὐχένας significare dixit *moribundum se porrigere*, lectores ablegans ad Gatak. ad M. Antonin. IV, 3. p. 93. et Soph. OR. 153., nuper autem sententiam mutavit. (Vide supra et ad fragm. 1.) Grotii correctio quin accipienda sit, propter metrum dubium esse nequit; sed ἐξέτεινον ut in ἐξέτεινεν immutetur, vix necessarium videtur, quum de toto amaraci genere sermo sit et pluralis αὐχένας sequatur. Certe si ἐξέτεινεν scribitur, etiam αὐχένα pro αὐχένας cum Grotio restituendum erit.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (16.)

Athen. II. p. 35. D. *Χαιρήμων δὲ ὁ τραγῳδὸς παρασκευάζειν φησὶ τὸν οἶνον τοῖς χρωμένοις γέλωτα, σοφίαν, εὐμάθειαν, εὐβουλίαν.* Inde Grot. Exc. p. 849. hos effinxit versus:

Τοῖς χρωμένοις οἶνος παρασκευάζεται
γέλωτα, σοφίαν, εὐμαθίαν, εὐβουλίαν.

Sed vs. 1 caesura caret, in altero autem maior est metrorum negligentia, quam ut eos ita a Chaeremone compositos fuisse statui possit. Recte igitur Meinekius monuisse videtur, Athenaeum non verba, sed sententiam Chaeremonis tradidisse.

II. (17.)

Aristot. Problem. III, 16, 23. *ἢ ὥσπερ Χαιρήμων εἶπε·*

Τῶν χρωμένων γὰρ τοῖς τρόποις κεράννυται.

Ad eundem locum respexerunt Plut. de Pyth. orac. 23. p. 406. B *ὁ μὲν γὰρ οἶνος, ὡς ἔλεγε Χαιρήμων, τοῖς τρόποις κεράννυται τῶν πινόντων.* Athen. XIII. p. 562. E. (vide fragm. 14. init.) Grammat. in Cram. Anecd. Gr. Paris. I. p. 167. *ἆρ' οὐ μόνον ὁ οἶνος γίνεται τοῖς τρόποις τῶν χρωμένων, ἀλλὰ καὶ πλοῦτος καὶ δόξα κτλ.* — Versus e Dionyso petitus esse videtur.

III. (18.)

Athen. II. p. 43. C. *τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμά φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν·*

Ἐπεὶ δὲ σηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν
ὕδωρ τε, ποταμοῦ σῶμα, διεπεράσαμεν.

καὶ ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται. cf. Eustath. ad Od. p. 1545, 43. sq. *τὸ δὲ ἐς ποταμοῦ προχοὰς ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ σῶμα τοῦ ποταμοῦ — ἐνταῦθα δὲ χρήσιμον τὸ „Ἐπεὶ δὲ σηκῶν κτλ., ὃ δὴ Χαιρήμονος εἶναι λέγεται τοῦ τραγικοῦ.* Dindorf. ad Athenaei verba adnotavit: „Perturbavit haec epitome. Athenaeus haec voluit, opinor, aquam *ποταμοῦ σῶμα* dixisse Chaeremonem, *Ἐπεὶ* — —. Tum pergit: *καὶ Εὔβουλος· Ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται*: nam *ἐξ* delendum vidit Schweigh." Sed cur hoc statuamus, iustam non video caussam. Multo probabilius Meinekius (Hist. crit. com. p. 357. et Poet. com. III. p. 266.) duo priores versus Chaeremonis esse, Eubuli locum vero, in quo poeta ipsum illud *ποταμοῦ σῶμα* risisset, excidisse statuit, nisi forte cuiquam, ut mihi, veri similior videtur Friebelii (Poet. Satyr. Fragm. p. 94.) sententia Eubulum iussisse dicentis tragicum poetam sua proferre ipsum ridicula. Ceterum quid Eubulus in Chaeremonis verbis irriserit, non satis perspexit Casaubonus haec scribens: „sicut Aeschylum videmus dare Aristophani

poenas, quod δὶς ταὐτὸν εἶπε (Ran. 1154. sq.), sic Chaeremonem Eubulo; nam vel ὕδωρ dixisse vel ποταμοῦ σῶμα ad sententiam satis erat; non satis ad versum: hanc igitur metri στοιβὴν sive tibicinem irridet comicus." Manifesto enim Eubulus, ut Friebel. et Bartsch. ll. cc. intellexerunt, ludicram illam artem arcessitis translationibus rem levissimam adornandi castigat, cuius rei exempla etiam alia Chaeremonis fragmenta suppeditant. Haud apte vero Bartsch. cum dictione ποταμοῦ σῶμα contulit dictionem aperte depravatam (cf. fgm. 13.) ὡρῶν σώματα. Nam etiam si Aristoteles dixit (Rhet. I, 1, 3) σῶμα τῆς πίστεως et (Meteor. II, 4.) σῶμα τοῦ ἀνέμου, Strabo (XVII. p. 786. B.) σῶμα τοῦ Νείλου. Callistr. Stat. c. 14. p. 162, 10. Iac. τὸ σῶμα τῆς θαλάσσης. quae exempla Bartschius ipse longe diversa esse intellexit, tamen non video, quo modo huc referri possit dictio ὡρῶν σώματα. — Tertium versum χήμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται, utcunque de eius auctore statuatur, nemo opinor cum antecedentibus coniunget.

IV. (19.)

Theophr. Hist. Plant. V, 9, 5. Ἐκ δὲ τῆς ἰδίας φύσεως ὁ φοίνιξ, ὃν δὴ καὶ μάλιστά τινες ὑπειλήφασι δύσκαπνον· ὅθεν καὶ Χαιρήμων ἐποίησε·

Τοῦ δὲ δυσκαπνωτάτου
φοινίκος ἐκ γῆς ῥιζοφοιτήτους φλέβας.

Quod in libris est δυσκαπνοτάτου, iam Scaliger correxit, eamque correctionem similia confirmant, quae Porso congessit ad Eurip. Phoen. 1367.

V. (20.)

Stob. Floril. III, 17. c. lem. Χαιρήμονος.

Οὐχ ὡς νομίζεις τὸ φρονεῖν εἶπας κακῶς.
Τό τοι κράτιστον πανταχοῦ τιμητέον.
Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

In optimo cod. Paris. A tantummodo vs. 3 cum lem. Χαιρήμονος legitur. Gaisfordio singuli versus singula fragmenta esse videntur, sed eos haud quaquam disiungendos esse inde apparet, quod vs. 2 per se solus in titulo (Stobaei) περὶ φρονήσεως locum habere non potuisset. Quod iam Grotius intellexisse videtur, in eo autem falsus est, quod omnes coniunctos ita edidit, ut responsionem ad alterius cuiusdam verba contineant, qui quasi prudentiae obtrectaturus laudaverit id, quod validissimum sit, cuius verba vero is, qui loquatur, in prudentiae laudem traxerit. Manifesto enim, ut egregie monuit God. Hermannus (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. Schol. a. 1843. p. 638.), duo inter se colloquuntur, quorum alteri vs. 1 et 3, alteri vs. 2 assignandus est. Minus autem necessarium mihi videtur, ut vs. 1., quod idem vir clarissimus iussit, τό γε φρονεῖν scribatur; nam et saepius brevis vocalis ante φρ producitur (cf. Aesch. Pers. 779. Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ. Soph. Ai.

1099. *οὐ σμικρὰ φρονεῖν.* Eur. Fragm. 531. vs. 8. *ὡς ἐλαφρίζον γόνυ.* Similia exempla collegerunt Porso ad Eurip. Or. 64. Erfurdt. ad Soph. l. c. OT. 639. Wellauer. Comment. Aeschyl. p. 34. Friebel. Poet. Satyr. p. 90.) et sententiae vis omissa particula haud quaquam infringitur.

VI. (21.)

Stob. IV, 14. Arsen. Viol. p. 482. c. l. *Χαιρήμονος.*

Οὐ ζῶσιν οἵ τι μὴ συνιέντες σοφόν.

VII. (22.)

Stob. IV, 15. c. l. *τοῦ αὐτοῦ.*

Πρὶν γὰρ φρονεῖν εὖ, καταφρονεῖν ἐπίστασαι.
Οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν.
σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

Sic dedit Gaisf., sed in optimo cod. Paris. A. vs. 3 ante vs. 1 legitur, vs. 2 plane deest. Praeterea (vs. 1.) *εὖ*, ut Gesner. in margine adnotavit, in libris non extat, idemque quinque codd. auctoritate a Schowio omissum est. Ac facile intelligitur, eam voculam ab aliquo insertam esse, qui produci *α* ante *φρ* posse nesciverit. (Vide quae supra ad fragm. 20 monuimus.) Quemadmodum vero codices secuti *εὖ* omittimus, ita in collocandis versibus ab optimi codicis auctoritate recedendi iusta non adest causa. Versu secundo igitur praemisso, quamvis in Paris. A. desit (— is enim codex multos versus omisit. cf. fgm. 20. —) versum 3 ac postremo versum 1 paullo correctiorem collocabimus, ut totus locus ita se habeat:

Οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν,
σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.
πρὶν γὰρ φρονεῖν, καὶ τὸ φρονεῖν ἐπίστασο.

Nam quid hoc loco sibi velit *καταφρονεῖν*, equidem non possum perspicere. Poeta, ni egregie fallor, hoc dicere voluit: *Priusquam sapias (aliisque consilia des), etiam sapere scias.* G. Hermanni sententiam, qui (Diss. de Aesch. Myrmid. Nereid. Phryg. p. 22.) versus *οὐ χρὴ — — δοκεῖ* Aeschylo vindicavit, redarguit Welck. Trag. Gr. p. 1093. not. 21.

VIII. (23.)

Stob. XII, 15. c. lem. *Χαιρήμονος.*

Ψευδῆ δὲ τοῖς ἐσθλοῖσιν οὐ πρέπει λέγειν.

IX. (24.)

Stob. XX, 15. c. l. *Χαιρήμονος.*

Ἡγοῦ δ' ἐν ὀργῇ πάντα γίγνεσθαι κακά.

Grot. servavit vulgatam scripturam ὡς οἰδ' pro ἡγοῦ δ', quamquam eius cod. N. favebat alteri ἡγοῦ δ'. Eandem confirmant Gesneri margo, codd. Paris. A. B. et unus Schowii; in reliquis ἧς οὐδ' legitur. Ad sententiam cf. fragm. sq. et Eurip. Fragm. 31. 250.

X. (25.)

Stob. XX, 16. c. l. *Χαιρήμονος.*

Ὀργὴ δὲ πολλοὺς δρᾶν ἀναγκάζει κακά.

Ad sententiam cf. Eurip. Fragm. 855. *πόλλ' ἐστὶν ὀργῆς τῆς ἀπαιδεύτου κακά.* — Idem versus extat inter Menandr. sentent. monost. 429, sed ibi *πολλὰ* est pro *πολλούς.*

XI. (26.)

Stob. XXII, 10. Maximus (in edit. Stob. Aurel. Allobrog. a. 1609.) serm. CV. p. 178, 5. Uterque c. l. *Χαιρήμονος.*

Ὅλως τὸ κρεῖσσον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα.

Grot. adnotat: „(*Τὸ κρεῖσσον*) ita Graeci deum vocant. Est autem sensus ex Herodoti Polymnia, *οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ἢ ἑωυτόν.*"

XII. (27.)

Stob. XLVI, 8. c. l. *Χαιρήμονος.*

Σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν τὰς ἁμαρτίας καλῶς
κρίνειν, τὸ δ' εἰκῇ καὶ μετὰ σπουδῆς κακόν.

Vs. 2. vulgo erat *κοὐ μετὰ σπ.*, sed in Paris. A. Voss. est *καὶ μετὰ*, quod iam Grot. praetulit, quamquam scriptura vulgata minime sententia caret.

XIII. (28.)

Stob. LXVIII, 22. c. l. *Χαιρήμονος.*

Γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσόν ἐστιν, ἢ γαμεῖν.

Eundem versum exhibent Menandr. sentent. monost. 95. et Orio. ed. Ritschl. p. V, 8., quem Meinekius, pro *Chaeremonis* nomine *Philemonem* substituendum esse ratus, inter Anonym. poet. comic. fragm. (Vol. IV. p. 690. n. 348.) recepit. Quae coniectura haud improbabilis est, quum etiam alibi Chaeremonis et Philemonis nomina confusa videantur (cf. fgm. 30. 36.); sed habet quoque, quo commendetur Friebelii sententia (Poet. Satyr. Gr. Fragm. p. 81. versum e fabula satyrica fluxisse dicentis.

XIV. (29.)

Stob. LXXIX, 25. c. l. *Χαιρήμονος.*

Γένοιτό μοι τὰς χάριτας ἀποδοῦναι πατρί.

XV. (30.)

Stob. LXXIX, 31. c. l. *Χαιρήμονος.*

Βεβαιοτέραν ἔχε τὴν φιλίαν πρὸς τοὺς γονεῖς.

Eundem versum sine auctoris nomine Arsen. Viol. p. 140. sic praebet: *Βεβαιοτέραν τὴν φιλίαν ἔχε πρὸς τοὺς γονεῖς.* Sed eum in tragoedia locum habere non potuisse satis superque numerorum negligentia docet, quare admodum probalis est Meinekii (Praef. ad Philem. et Men. p. XI. Hist. crit. com. p. 519.) sententia pro Chaeremone Philemonis nomen substituendum esse coniicientis.

XVI. (31.)

Stob. LXXXIII, 14. c. l. *Χαιρήμονος.*

Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.

Idem versus extat inter Menandr. sentent. monost. 451 et 701.

XVII. (32.)

Stob. XCI, 11. c. l. *Χαιρήμονος.*

Πλοῦτος δὲ πρὸς μὲν τὰς ὅλας τιμὰς ἰὼν
οὐκ ἔσχεν ὄγκον, ὥστε καὶ δόξης τυχεῖν.
ἀλλ' ἔστι σεμνὸς, ἐν δὲ [μετα]δόσει βροτῶν
ἡδὺς συνοικεῖν καί τιν' εἰλῆχὼς χάριν.

God. Hermannus (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1843. p. 638.) primus egregie perspexit, verba *ἀλλ' ἔστι σεμνὸς* sententiam praebare eius plane contrariam, quam poeta exprimere voluerit. Is enim reprehendisse videtur divitias, quae gloriam atque auctoritatem sectantur neque simul benificentia atque liberalitate splendent. Correxit igitur Hermannus: *ἀλλ' ἔστ' ἄσεμνος* ac deleta pone *τυχεῖν* interpunctione post *ἄσεμνος* interpunxit. Simul vero vs. l. pro *τὰς ὅλας τιμὰς* scribi iussit: *τὰς ὅλως τιμὰς*, quod minus necessarium esse mihi videtur. In sequentibus autem iure servavit supplementum a Grotio propositum *μεταδόσει*, quum in libris tántummodo *ἐν δὲ δόσει* esset. Gesn. aut *μεταδόσει* aut *ἐν δὲ τῇ δόσει* scribi voluit.

XVIII. (33.)

Stob. CVIII, 4. c. l. *Χαιρήμονος.*

Οὐδεὶς ἐπὶ σμικροῖσι λυπεῖται σοφός.

Ad sententiam cf. Eurip. Fragm. 40. 103. 517.

XIX. (34.)

Stob. CXVI, 25. c. l. *Χαιρήμονος.*

Γέρων γὰρ ὀργῇ πᾶς ὑπηρετεῖν κακός.

Egregie locum interpretatus est Grotius. Vide ad calcem libri.

XX. (35.)

Stob. Ecl. Phys. I, 5, 12. p. 154. ed. Heer. c. l. *Χαιρήμονος.*

Χρεία δ' ἀνάγκης οὐκ ἀπῴκισται πολύ.

Sententiam explicuit Heerenius: „egestatem ad extrema quoque nos cogere posse.“ De locutione *χρεία δ' ἀπῴκισται* cf. Eurip. Fragm. 261. —

XXI. (36.)

Stob. Ecl. I, 7, 15. p. 202. H. c. l. *Χαιρήμονος* (in cod. August.)

Ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη,
οὐδεὶς δὲ νικᾷ μὴ θελούσης τῆς τύχης.

Vs. 2. Meinek. ad Menandr. p. 357. et Poet. com. IV. p. 39. propter canonem Porsonianum correxit: *μὴ θελησάσης τύχης, nisi fortuna voluerit,* sed vide quae de illo monuimus ad Inc. Trag. Fragm. XLV. — Vs. 1. annexus versibus quibusdam legitur, quos Auctor Compar. Menandr. et Philem. p. 357. ed. Rutgers. Philemoni assignavit:

Μή

λύπει σεαυτὸν, τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι,
ὅταν ποτ' ἀνθρώποισιν ἡ τύχη γελᾷ,
πάντων ἀφορμὴ τῶν καλῶν εὑρίσκεται·
ὅταν δὲ δυσιτυχῇ τις, οὐδ' εὐφραίνεται.
ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη.

Sed quicunque Comparationem istam Menandri et Philemonis e tragicorum et comicorum poetarum versibus conglutinatam esse meminerit (cf. Meinek. Poet. com. IV. p. 39.) extremum opinor versum a reliquis avellere non dubitabit, praecipue quum is non admodum arcte cum illis cohaereat. Attamen statui etiam potest, si quidem Philemonis et Chaeremonis nomina confusa sunt (cf. fragm. 28. 30.), totum locum, cui ex Stobaeo etiam versus *οὐδεὶς δὲ νικᾷ κτλ.* adiiciendus sit, non Philemonis, sed Chaeremonis esse; quae coniectura inde probabilitatis aliquid nanciscitur, quod illi versus potius tragicum, quam comicum colorem prae se ferunt. cf. Eurip. Fragm. 175. Carcin. fragm. 8. e. a. l.

XXII. (37.)

Stob. Ecl. I, 7, 16. p. 202. H. c. l. *Χαιρήμονος.* (in cod. Vatic.)

Πάντων τύραννος ἡ Τύχη 'στι τῶν θεῶν,
τὰ δ' ἄλλ' ὀνόματα ταῦτα προσκεῖται· μάτην,
μόνη διοικεῖν οὖν ἅπαντα βούλεται.

Grot. hos vs. Menandro tribuit. In Vatic. est *τύχης*, in Escurial. *τυχ' ἠστιν.* in August. *τύχη 'στι*, ac sic dederat Grot. — Vs. 2. codd. *μάταν.* — Vs. 3. *οὖν* e codd. Vat. Aug. addidit Heeren.

XXIII. (38.)

Stob. Ecl. I, 8, 2. p. 212. c. l. *Χαιρήμονος* (in codd. V. A. E.)

Τὸ τῆς τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Similiter locutus est Eurip. Fragm. 554. 555.

XXIV. (39.)

Stob. Ecl. I, 9, 4. p. 224. H. et I, 9, 32. p. 236. H.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὅτι
οὐκ ἐν χρόνῳ ζητοῦσιν ἐξευρίσκεται.

Chaeremoni Canter. priori loco versus tribuit, cod. Vat. incertos reliquit, codd. Aug. Esc. Antiphanis nomen a sequentibus huc traxerunt. Altero autem loco etiam codd. Vat. Aug. Chaeremonis nomen praebent. — Vs. 2. in Vat. est: *οὐκ ἐν χρόνῳ γε ζητοῦσιν ἐξηύρηται.* — Ad sententiam cf. Soph. OT. 110. Terent. Heaut. IV, 2, 8. *Nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possiet.*

XXV. (40.)

Stob. Ecl. I, 9, 29. p. 236. H.

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Idem versus inter Menandr. sent. monost. 368 sic legitur: *νόμῳ τὰ πάντα κτλ.* Chaeremoni a Cantero et Grotio tribuitur fortasse propter sequentem locum, in codd. vero lemmate caret.

XXVI. (41.)

Stob. Ecl. I, 9, 30. p. 236. H. c. l. *Χαιρήμονος* (in codd. V. A. E.)

Σχολῇ βαδίζων ὁ χρόνος ἀφικνοῖτ' ἄν —

In libris est: *ἀφικνεῖται ταν*, pro quo Grot. rescripsit *ἀφικνεῖται τὸ πᾶν.* Sed cod. Vatic. praebet *ἀφικνεῖτ' ἄν*, unde Heeren. corrigendum duxit: *ἀφικνεῖτο ἄν.* Iacobs. (Epist. crit. in Stob. Ecl. p. 231.) ad vitandum hiatum probante Welckero scripsit: *ἀφικνεῖθ' ὅμως.* Sed et elisio diphthongi a tragicis aliena est et α in *ἀφικνεῖσθαι* corripitur. Facile autem ad supplendum versum *ποτὲ* vel *καλῶς* vel, quod propius ad librorum scripturam *ταν* accedit, *τάχα* adiici posset, nisi e scriptura codicis Vatic. *ἀφικνεῖτ' ἄν*, unde genuinum *ἀφικνοῖτ'* facile elici potest, ut rectissime G. Hermannus (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1843. p. 638.) monuit, consequi videretur vel concludere saltem liceret, post *ἀφικνοῖτ' ἄν* aliam incepisse enunciationem.

XXVII. (42.)

Stob. Ecl. I, 9, 33. p. 238. H.

Χρόνος μαλάσσει πάντα κἀξεργάζεται.

XXVIII. (43.)

Cocondr. *περὶ τρόπων.* 11. in Walz. Rhet. Gr. VIII. p. 789. et Boissonad. Anecd. Gr. III. p. 297. *Αἴνιγμά ἐστι λέξις ἢ λόγος ἀποκρύπτων τὸ νοούμενον διὰ τὰ ἀνακεχωρηκότα τῶν συμβεβηκότων, οἷόν ἐστι Χαιρήμονος·*

Ἔαρος ἡ νύμφη, τέκνον τι μετὰ θέρους ἐς ὕστερον,
ἐν χειμῶνι δ' οἴχεται σὺν τῶνέμῳ κεκαρμένη.

Locum hic recepimus, quia Chaeremonem, ut Theodectam (cf. Theodect. fragm. 24.), aenigmata tragoediis inseruisse veri simile est. — Boisson. dictam fuisse putat vitem veris coniugem ob florem; aestatis filiam ob fructum, qui nunc maturescat; serius autumno nempe, fieri matrem, vini scilicet; deinde hieme mori vento attonsam.

XXIX. (44.)

Georg. Progymn. 3. in Walz. Rhet. I. p. 553. *Χαιρήμων ἔφη· πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐν μόνῳ τῷ φρονεῖν ἐστιν.* Non multum differt haec sententia ab ea, quam Chaeremo fragmento 20 ac maxime versu 3 expressit, ut fortasse statuendum sit, Georgium illud fragmentum in mente habuisse. Facillime tamen etiam alius senarius e Georgii verbis restitui potest:

ἐν τῷ φρονεῖν ἔνεστι (vel *γάρ ἐστι*) *πάντα τἀγαθά.*

Praeterea Grotius Chaeremoni versus quosdam tribuit, quos affert Stob. Ecl. Phys. I, 9, 32. p. 237.

Οὐκ ἔστ' ἄπιστον οὐδὲν ἐν θνητῷ βίῳ,
οὐδ' ἂν γένοιτο· πολλὰ ποικίλλει χρόνος
παράδοξα καὶ θαυμαστὰ καὶ ζώντων τρόποι.

quosque Heeren. trium opt. codd. auctoritate Menandro tribuit. Quorum in tertio manifesto *κἀν* vel *τἀν ζώντων τρόποις* corrigendum est.

C R A T E S.

1.

Diog. Laert. VI. 98. γέγραφε καὶ τραγῳδίας, ὑψηλότατον ἔχουσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα. οἷόν ἐστι κἀκεῖνο·

Οὐχ εἰς πάτρα μοι πύργος, οὐ μία στέγη,
πάσης δὲ χέρσου καὶ πόλισμα καὶ δόμος
ἕτοιμος ἡμᾶς ἐνδιαιτᾶσθαι πάρα.

Similes sententias praebent Eurip. Fragm. 765. 866. Aristoph. Plut. 1152. Cic. Tusc. V, 37. Ovid. Fast. I, 493. *Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor, Ut volucri, vacuo quidquid in orbe patet.* — Vs. 1. Grot. Exc. p. 451. bene correxit πάτρα pro eo, quod Diogenes praebet, πάτρας.

2.

Anthol. Gr. I, 27. (Palat. IX, 497.) c. lem. Κράτητος.

Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος.
ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ,
θεράπειά σοι τὸ λοιπὸν ἠρτήσθω βρόχος.

Eosdem versus, quos Grot. Exc. p. 451. probabiliter ad Cratetis tragoedias rettulit, praebent etiam Diog. Laert. VI. 86. et Suid. v. Κράτης, sed admodum depravate. Pro versu 2 et 3 enim habet Suid. εἰ δὲ μὴ ταῦτα δύναται βρόχος. cod. A. εἰ δὲ μὴ δὲ τούτῳ δύνασαι χρόνος. Diog. Laert. ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι βρόχος. Praeterea ad eundem locum respexit Clem. Alex. Strom. II, 20, 121. p. 493. P. οὗτος (Κράτης) ἐν ἄλλοις εὐθυρρημόνως γράφει τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κατάπλασμα εἶναι λιμὸν, εἰ δὲ μὴ, βρόχον. — Ad vs. 1. cf. Achaei fragm. 6.

PYTHO.

AGEN.

1. 2.

Athen. XIII. p. 595. D. sqq. *Μετὰ δὲ τὴν Πυθιονίκης τελευτὴν ὁ Ἅρπαλος Γλυκέραν μετεπέμψατο, καὶ ταύτην ἑταίραν, ὡς ὁ Θεόπομπος ἱστορεῖ, φάσκων ἀπειρηκέναι τὸν Ἅρπαλον μὴ στεφανοῦν ἑαυτὸν, εἰ μή τις στεφανώσειε καὶ τὴν πόρνην. „Ἔστησε δὲ εἰκόνα χαλκῆν τῆς Γλυκέρας ἐν Ῥωσσῷ τῆς Συρίας, οὗπερ καὶ σὲ καὶ αὐτὸν ἀνατιθέναι μέλλει. παρέδωκέ τε αὐτῇ κατοικεῖν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῖς ἐν Ταρσῷ, καὶ ὁρᾷ ὑπὸ τοῦ λαοῦ προσκυνουμένην καὶ βασίλισσαν προσαγορευομένην καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς τιμωμένην, αἷς πρέπον ἦν τὴν σὴν μητέρα καὶ τὴν σοὶ συνοικοῦσαν.“ συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον γεγραφὼς, ὅπερ ἐδίδαξε Διονυσίων ὄντων ἐπὶ τοῦ Τθάσπου τοῦ ποταμοῦ, εἴτε Πύθων ἦν ὁ Καταναῖος ἢ ὁ Βυζάντιος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς.* (Eadem fere de auctore dramatis verba leguntur etiam p. 586. D.). *ἐδιδάχθη δὲ τὸ δρᾶμα ἤδη φυγόντος τοῦ Ἁρπάλου ἐπὶ θάλατταν καὶ ἀποστάντος. καὶ τῆς μὲν Πυθιονίκης ὡς τεθνηκυίας μέμνηται, τῆς δὲ Γλυκέρας ὡς οὔσης παρ' αὐτῷ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίας γενομένης τοῦ δωρεὰς λαμβάνειν παρὰ Ἁρπάλου, λέγων ὧδε·*

Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ὅδε,
ἐφέτωμ' ἄορνον. οὐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
πόρνης ὁ κλεινὸς ναὸς, ὃν δὴ Παλλίδης
τεύξας κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ φυγήν.
ἐνταῦθα δὴ τῶν βαρβάρων τινὲς μάγοι,
ὁρῶντες αὐτὸν παγκάκως διακείμενον,
ἔπεισαν ὡς ἄξουσι τὴν ψυχὴν ἄνω
τὴν Πυθιονίκης.

Παλλίδην δ' ἐνταῦθα ἐκάλεσε τὸν Ἅρπαλον. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τῷ κυρίῳ καλέσας αὐτόν φησιν

Ἐκμαθεῖν δέ σου ποθῶ,
μακρὰν ἀποικῶν κεῖθεν, Ἀτθίδα χθόνα
τίνες τύχαι κατέχουσιν, ἢ πράττουσί τι.
Α. Ὅτε μὲν ἔφασκον δοῦλον ἐκτῆσθαι βίον,
ἱκανὸν ἐδείπνουν· νῦν δὲ τὸν χέδροπα μόνον
καὶ τὸν μάραθον ἔσθουσι, πυροὺς δ' οὐ μάλα.
Β. Καὶ μὴν ἀκούω μυριάδας τὸν Ἅρπαλον
αὐτοῖσι τῶν Ἀγῆνος οὐκ ἐλάσσονας
σίτου διαπέμψαι καὶ πολίτην γεγονέναι.

A. Γλυκέρας ὁ σῖτος οὗτος ἦν· ἐστὶν δ' ἴσως
αὐτοῖσιν ὀλέθρου κοὐχ ἑταίρας ἀρραβών.

Fragm. 1. vs. 1. in libris est πέφυκεν ὁ δ', quod Schweighaeus. in πέφυκε τόδ' vel πέφυκεν ὧδ' mutari voluit, Dindorf. vero probabilius πέφυχ' ὅδε correxit. — Vs. 2. libri habent ἐφέτωμα ὄρνον, Schweigh. ἐφέτωμ' ἄορνον, quo non multum lucramur; nam nemo adhuc dixit, quid sit ἐφέτωμα. Quare Casaub. correxit ἀέτωμα h. e. *summum (aedificii* ac praecipue *templi) fastigium* (cf. Eurip. fragm. 753. Ion. fragm. 3.), et Schweigh. ἀέτωμα ἄορνον intelligi posse dixit de *fastigio ita elato, ut avium volatum superet.* In eandem fere emendationem incidit Iacobs. (in Mus. Att. II, 3. p. 178.) sic scribi iubens: — ὁ κάλαμος πέφυχ', ἕλος ἔνθ' αἰέτωμα, κῆξ (imo κάξ) ἀριστερᾶς ὁδοῦ., in adnott. mss. autem veteris scripturae vestigiis diligentius insistens initio vs. 2. ἐφ' ᾧ αἰέτωμα scriptum maluit. Simul vero l. c. p. 179. templum Veneris Pythionicae ab Harpalo ἐν καλάμοις *(in arundinibus)* exstructum fuisse monuit ad imitationem templi Veneris Samiae, de quo Athen. XIII. p. 572. F., et Veneris Milesiae, de quo Theocr. Id. XXIX, 4. Sed recte Schweighaeus. obstare dixit, quod templum, de quo vs. 3. agitur, ab illo sive ἐφετώματι sive ἀετώματι, quod in arundinibus situm ait poeta, distinguatur et ab alia parte situm statuatur; quo accedit, quod ἀέτωμα per se solum mentione templi ipsius non facta intelligi ac ferri vix potest. Mirum porro esset, si scriptum fuisset ἀέτωμα ἄορνον, quasi in aedificiorum fastigiis aves nidulari solerent; imo ἄορνον illud appositum admonere quemque poterat, ut egregie perspexit Friebel. Satyr. Fragm. p. 115., sermonem esse de arbore admodum alta quidem, sed ab avibus non frequentata ideoque memorabili. Haud temere igitur idem vir doctissimus in corrupto isto ἐφέτωμ' arboris vel arbusti cuiusdam nomen latere suspicatus ac prima quidem litera ε ad antecedentem versum, ubi defuit, relata ex reliquis φετωμ (ΦΕΤΩΜ) haud improbabiliter elicuit φηγών (ΦΕΓΩΝ), ἄορνον vero in ἄορνος mutavit. Certe haec coniectura longe ei praestat, quam proposuit Fiorillo (Observ. in Athen. p. 9.) πέφυχ' ἕδος φάτνωμ' ἄορνον. — Vs. 2. οὐξ recte cod. Marc. ρὐξ Laur. reliqui ἐξ. — Vs. 3. in codd. est λαὸς, quod egregie correxit Casaub. Poetam imitatione expressisse Soph. Electr. vs. 8. sq. iam vidit Schweigh. Παλλίδης, ut Athenaeus ipse adnotavit, Harpalus vocatur, quasi tremoris filius, lepide simul atque acerbe. — Vs. 4. libri habent αὐτοῦ, recte vero Ald. αὐτοῦ. — Vs. 5. pro ἐνταῦθα δὲ et vs. sq. παγκάλως, quod libri omnes praebent, primus Iacobs. l. c. restituit ἐνταῦθα δὴ et παγκάκως. — Vs. 7. in codd. est ἀξιοῦσι, quod in ἄξουσι mutandum esse Casaub. monuit. —

In altero fragmento vs. 1. libri exhibent: ἐκμαθεῖν δέ σου ποθῶν ἄκραν ἀπ' οἴκων (ἐποίκων Pal.), unde genuinam scripturam coniectura primus elicuit Iacobs. l. c. — Vs. 3. in codd. est: τίνες τύχαι καλοῦσιν, quod, quum aptam sententiam non praebeat, ab aliis aliter correctum est. Iacobs. l. c. dedit: τίνες τ' ἐκεῖ ναίουσιν, deinde in notis mss. τίνες τύχην ἀροῦσιν. Coray: τίνες τύχαι; μέλλουσιν ἢ πράττουσί τι; Schweigh. et ad literarum ductus et ad sententiam accom-

modatius: *τίνες τύχαι κατέχουσιν* h. e. *quaenam fortuna teneat Atticam terram?* cf. Soph. OC. 371. *φθορὰν οἵα κατέσχε τὸν σὸν ἄθλιον δόμον.* Eur. Tr. 556. *φονία βοὰ κατεῖχε Περγάμων ἕδρας.* Hec. 38. *κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικόν.* Fragm. 353. vs. 23. *πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλόξ.* — Vs. 5. Codd. Marc. Laur. habent *χεδρώπαν* (Laur. *χηδρώπαν*) *ὠμόν.* Pal. Ald. *χεδρώπαν ἐμόν.* Edd. *χεδρύπαν ἐμόν.* Schweigh. non minus vitiose dedit: *χέδρωπ' ὠμόν,* quamvis Iacobs. l. c. sat probabiliter correxisset: *χέδροπ' αὖ μόνον.* Iacobs. vero ipse in ista coniectura non acquievit, sed (Animadv. ad Athen. p. 320.) proposuit: *χέδροπα μόνον,* in quod etiam Porso incidit quodque Dindorfio praeeunte recipere non dubitamus. — Vs. 6. cod. Marc. male *μάραθων* (sic). Sententiam bene explicuit Schweigh.: „quo tempore Athenienses servam se vivere vitam dicebant, (h. e. quo tempore querebantur, imperio Alexandri se esse subiectos), eo tantum coenabant, quantum satis erat; nunc vero (h. e. ex quo se rursus liberos esse autumant, nempe ex quo ab Alexandro defecerunt Harpalumque receperunt) legumen tantum et foeniculum comedunt; tritici autem inopia laborant." — Vs. 7—11 attulit Athenaeus etiam p. 586. D. De Harpalo cf. Athen. paullo ante XIII. p. 594. E. sq. XIII. p. 586. sq. VI. p. 245. F. — Vs. 8. in omnibus libris est *τῶν Ἀγῆνος,* altero autem loco tantummodo in optimis Marc. Laur., in reliquis *τόνων.* Ibidem etiam vitiose legitur *ἐλάττονος.* Quid *Ἀγὴν* nomen significare videatur, in Hist. crit. trag. exponemus. — Vs. 9. pro *διαπέμψαι* altero loco in libris est *παραπέμψαι.* Ibidem vs. sequ. pro *ἐστὶν* legitur *ἔσται,* vs. 11 vero pro *αὐτοῖσιν* est *αὐτοῖς.* Pro *κούχ* cod. Laur. utroque loco *καὶ οὐχ.*

MOSCHIO *).

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

I. (1.)

Stob. LI, 21. c. lem. *Μοσχίωνος ἐκ Θεμιστοκλέους.*

καὶ γὰρ ἐν νάπαις βραχεῖ
πολὺς σιδήρῳ κείρεται πεύκης κλάδος·
καὶ βαιὸς ὄχλος μυρίας λόγχης κρατεῖ.

*) De Moschionis vita et fabularum reliquiis ipse peculiari libello disserui a. 1846. Vratislaviae edito.

Meinekio (Hist. crit. com. p. 523.) probante Welckero (Trag. Gr. p. 1049.) haec verba nuntii esse videntur victoriam Salaminiam referentis. sed nescio, an potius ipsius Themistoclis sint Athenienses ob immensum barbarorum numerum timidos exhortantis. Ad sententiam cf. Eurip. Fragm. 239. 240. Sosith. Fragm. 1.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

I. (2.)

Stob. Ecl. Phys. I, 5, 1. p. 152. ed. Heer. c. l. *Μοσχίωνος Τηλέφου* (in codd. V. A. E.)

Ὦ καὶ θεῶν κρατοῦσα καὶ θνητῶν μόνη,
Μοῖρα, λιταῖς ἄτρωτε δυστήνων βροτῶν,
πάντολμ' ἀνάγκη, στυγνὸν ἣ κατ' αὐχένων
ἡμῶν ἐρείδεις τῆσδε λατρείας ζυγόν.

Vs. 1. nescio an Moschio ante oculos habuerit Eurip. fragm. 135. vs. 1. — Vs. 2. metrum claudicat. Cui Grot. succurrere studuit scribendo: *Μοῖρ' ὦ λιταῖς κτλ.* probante Porsone ad Eur. Phoen. 1622. Sed eam emendationem impugnavit Heerenius, primum quia nomina in *ρα* desinentia praeeunte quoque diphthongo producantur, itaque *α* elidi vix possit, deinde quia exclamationis repetitio h. l. ieiuna videatur. Ad illud quod attinet, Heerenium fugit, *Μοῖρα* extrema elisa apud tragicos saepius inveniri, velut apud Aesch. Suppl. 1025. Pers. 102. Ag. 129. 1426. Choeph. 898. Eum. 105. 321. Soph. OC. 1546. OT. 1458. Eur. Phoen. 1611. Inc. Trag. Fragm. CCXIV; altera vero ratio nescio an h. l. plus valeat. Certe eidem etiam Iacobs. Epist. ad Heer. p. 228. tantum tribuit, ut scribi mallet: *λιταῖς ἄτρωτε Μοῖρα*, quae correctio sane habet, quo commendetur. — Vs. 3. sq. in codd. est: *πᾶν τὸ λῆμ' ἀνάγκης στυγνὸν ἢ κατ' αὐχένων ἡμῶν ἐρείδεις τῆς τε λατρείας ζυγόν.* Priora Grot. sic correxit: *πᾶν τλῆμ'*, sed ea vox, quum alibi non extet nec aptam sententiam praebeat, recte offensioni fuit editoribus. Quare Iacobs. l. c. scripsit: *τὸ πῆμ' ἀνάγκης*, non multo probabilius; nam haud facile perspicitur, qua ratione inde exoriri potuerit corruptela *πᾶν τὸ λῆμ'*. Quare longe praeferenda est emendatio, quam Porso l. c. proposuit quamque recipere non dubitavimus. Sententia haec est: *audax necessitas, quae odiosum servitutis iugum cervicibus nostris imponis.* *Πάντολμος* saepius apud tragicos legitur. cf. Aesch. Suppl. 653. Choeph. 423. 589. Eur. Suppl. 1075. Iphig. Aul. 913. *πάντολμος ἀνάγκη* est in Antiphili epigr. in Anthol. Gr. I, 47, 4. — Vs. 4. *τῆσδε* pro vulg. *τῆς τε* primus correxit Ruhnk. Hymn. in Cerer. 217.

ΦΕΡΑΙΑΙ.

I. (3.)

Stob. CXXV, 3. c. lem. *Μοσχίωνος ἐκ Φεραιῶν.*

Κενὸν θανόντος ἀνδρὸς αἰκίζειν σκιάν·
ζῶντας κολάζειν, οὐ θανόντας εὐσεβές.

Gaisf. postremum versum a priori disiunxit et incerto poetae tribuit, quod eo magis improbandum est, quum optimus Stobaei codex Paris. A. utrumque Moschioni tribuat et alter cum altero optime cohaereat. Ad sententiam cf. Soph. Ai. 1154.

Ad eandem fabulam pertinere videntur fragm. 8. 9.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (4.)

Stob. XIII, 14. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ὅμως τό γ' ὀρθὸν καὶ δίκαιον οὔποτε
σιγῇ παρήσω· τὴν γὰρ ἐντεθραμμένην
ἀστοῖς Ἀθάνας τῇ τε Θησέως πόλει
καλὸν φυλάξαι γνησίως παρρησίαν.

Hos versus e fabula ductos esse, cuius scena Athenis fuerit, nemo non videt: quare nescio an ad Themistoclem referendi et ab hoc ipso coram populo prolati sint. — Vs. 3. Poetas tragicos semper dorica forma *Ἀθάνα*, nunquam altera *Ἀθηνᾶ* usos esse propter tirones moneo. cf. Gramm. Herm. de emend. rat. gramm. p. 319. Herm. Opusc. VII. p. 272. — Vs. 4. *γνησίως παρρησίαν* Gaisf. ex Paris. A. dedit, quum in reliquis codd. et editt. esset *γνησίῳ παρρησίᾳ*. De dicendi libertate Atheniensium vide quae in comment. de Moschionis vita p. 3. disputavimus. De eadem re nuper praeclare egit *C. Wagner* in Actis Octavi Philolog. conventus (Darmstadii, 1846.) p. 94. sqq.

II. (5.)

Stob. XLVI, 14. c. l. *Μοσχίωνος.*

Μόνον σὺ θυμοῦ χωρὶς ἐνδέξαι λόγους,
οὓς σοι κομίζω· τὸν κλύοντα γὰρ λαβὼν
ὁ μῦθος εὔνουν οὐ μάτην λεχθήσεται.

Hoc fragmentum in optimo cod. Paris. A. deest. — Vs. 2. animadverte dictionem alibi vix extantem: *λόγους κομίζειν*, *verba afferre, proferre*, quae pariter atque versuum argumentum eos in iudicio, quod poeta in scena exhibuerit, apud regem vel tyrannum quendam dictos esse ostendunt.

III. (6.)

Stob. CV, 22. Arsen. Viol. p. 363. ed. Walz. c. l. *Μοσχίωνος.*

Συνέσει· δόξῃ πρόσθε καὶ γένει μέγας
Ἄργους δυνάστης, λιτὸς ἐκ τυραννικῶν

θρόνων, προσίκτην θάλλον ἠγκαλισμένος
ἔστειχεν εἰς γῆν ὄμμα συμπαθὲς φέρων
καὶ πᾶσι δεικνὺς, ὡς τὰ λαμπρὰ τῆς τύχης
τὴν κτῆσιν οὐ βέβαιον ἀνθρώποις νέμει,
ὃν πᾶς μὲν ἀστῶν ἠλέησεν εἰσιδών.
ἅπας δὲ χεῖρα καὶ προσήγορον φάτιν
ὤρεξε κάνθους τ' ἐξέτηξε δακρύοις,
τύχαις συναλγῶν· τἀξίωμα γὰρ νοσοῦν
τὸ πρόσθε πολλοῖς οἶκτον εὐπορεῖ βροτῶν.

Difficile est ad dicendum, de quo Argorum rege his versibus agatur, quum, quae narrantur, vix in ullum ex iis regibus, quos Hyginus fab. CXXIV enumerat quorumque numerum facile ex Paus. IX, 5. et Apollod. II. 2, 1. sq. augere possumus, quadrent. Attamen, si coniecturam proferre licet, de Thyesta sermo esse mihi videtur, ut fabulae argumentum, ex qua hi versus fluxerint, non multum a *Sophoclis Thyesta Sicyonio* (de qua vide Hygin. fab. LXXXVII. Welck. Trag. Gr. p. 367. sq.) discrepuerit. —

Vs. 1. corruptissimus est nec facilis ad reficiendum, quum non satis appareat, in qua voce corruptela lateat. In optimo cod. Paris. A. est: *συν αἰσσι δόξη* in reliquis *συνέσει δόξῃ*. Hinc Grot. Exc. p. 435. effixit: *συνέσει γένει τε πρόσθε καὶ δόξῃ μέγας*. Schott. in adnot. manuscr. apud Grot. *σύνες σὺ· δόξῃ κτλ.* Valck. ad Eur. Hipp. 96. *συνέσει γε δόξας*. Mihi vero harum emendationum nulla probatur. Nam Grotiana nimis violenta est; in Schottiana offendit *σὺ* et articulus ad sequentia desideratur; in Valckenaeriana denique displiceat sententia. Sed in locum coniecturae, quam ipse in comment. de Moschionis vita etc. p. 18. proposui: *σύνες, ὡς ὁ δόξῃ κτλ.* collat. Soph. Trach. 865. *ξύνες δὲ τήνδ' ὡς ἀληθῆς — χωρεῖ πρὸς ἡμᾶς γραῖα*. nunc aliam substituerim, quae propius ad optimi codicis scripturam accedit: *ξυναῖσι δόξαις κτλ.* h. e. *communi s. omnium consensu*. —

Vs. 3. pro vulg. *δόμων* ex optimis codd. Paris. A. B. Voss. et Arsen. *θρόνων* recepimus. Valck. l. c., quum *προσίκτην* alibi non extet, scribi maluit: *προΐκτην*, quod probarem, nisi plura vocabula a Moschione de novo ficta esse (v. c. *εὐϊῶτις, τρανὺς*, etc. cf. comment. de Mosch. vita etc. p. 6. not.) et Aeschylum (Eum. 118. 419.) similiter vocem *προσίκτωρ* formasse scirem. — *ἠγκαλισμένος* restitutum est ex codd. Paris. A. B. Voss. et Arsen., quum in reliquis libris mss. et editt. legeretur *ἠναγκασμένος*. —

Vs. 4. pro *ὄμμα* Arsen. habet *σῶμα*. Pro *συμπαθὲς* Scalig. apud Grot. scribi voluit *συμπαγὲς*, ut sententia esset: *lumina fixus humo*, sed neque locus emendatione indiget, nec *συμπαγὲς* eam, quam Scaliger statuit, vim habere potest. —

Vs. 7. Arsen. omittit *μέν*. —

Vs. 8. Arsen. *φάτην* pro *φάτιν* praebet. Valck. l. c. pro *καὶ προσήγορον* correxit *κεὐπροσήγορον*, quod haud ineptum quidem, minime autem necessarium est. —

Vs. 9. ad dictionem *κάνθους ἐκτήκειν δακρύοις* cf. Eur. Or. 134. *ὄμμα ἐκτήξουσ' ἐμὸν δακρύοις.* Ibid. vs. 528. Hel. 1435. —

Vs. 11. Arsen. *πρόσθεν.*

IV. (7.)

Stob. CXIV, 9. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ἦν ἄρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε,
ὡς τὸν πέλας μὲν νουθετεῖν βραχὺς πόνος,
αὐτὸν δ' ἐνεγκεῖν ἵβριν ἠδικημένον,
πάντων μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις βάρος.

Vs. 1. de particula *ἄρα* vide quae monuimus ad Eurip. fragm. 33. vs. 2, nec praetermittas, Moschionem ex vulgari tragicorum usu dicendi, de quo praeter alios egregie disputavit Ellendt. Lex. Soph. I. p. 214. scripsisse: *ἦν ἄρα.* cf. Eurip. fragm. 57. 77. etc. Pro *τρανὸς*, quo post Moschionem etiam Antiphilus (Epigr. 23. in Anth. Pal. IX. 298.) usus est, reliqui tragici scribere solent *τρανής.* cf. Aesch. Ag. 1344. Eum. 45. Soph. Ai. 23. Eur. El. 758. Rhes. 40. — Vs. 3. *αὐτὸν* primus recte Halm. Lectt. Stob. II. p. 57. in *αὐτὸν* mutandum esse monuit, collatis Philemonis versibus apud Stob. CII, 4. (Philem. *Σικελικὸς*, fragm. I. ed. Meineke.) *ἄνθρωπον* (*ἄλλῳ πονοῦντι* ingeniose correxit Bentl.) *ῥᾴδιον παραινέσαι ἐστίν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.*

V. (8.)

Stob. CXXV, 14. c. l. *Μοσχίωνος.*

Τί κέρδος οὐκέτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς;
τί τὴν ἄναυδον γαῖαν ὑβρίζειν πλέον;
ἐπὴν γὰρ ἡ κρίνουσα καὶ θ' ἡδίονα
καὶ τἀνιαρὰ φρονοῦσα αἴσθησις φθαρῇ,
τὸ σῶμα κωφοῦ τάξιν εἴληφεν πέτρου.

Qui hos vs. cum fragm. 3 comparaverit, dubitare vix poterit, quin ex eadem fabula atque scena cum illo ducti sint. (Vide quae in comment. de Moschionis vita etc. p. 14. sq. de Pheraearum argumento monuimus.) Nec multum abest, quin mihi persuadeam, praecipue si tres extremos versus considero, Moschionem iis locum ex Euripidis Antigona (fragm. 160) imitatum esse. —

Vs. 1. *τί* omittit optimus cod. Paris. A. —

Vs. 3. *ἐπὴν* ex tragicorum more scripsi pro vulg. *ἐπὰν.* cf. Herm. ad Eur. Herc. fur. 1356. Poppo. not. crit. ad Thuc. T. VI. p. 589. coll. T. I. p. 231. In sequentibus gravis corruptela latet. Paris. A. praebet *τὰ ἡδίονα.* Paris. B. *θ' ἡδίονα* et sic dedit Gaisf. Trinc. *τὰ ἡδίων.* reliqui *τὰ ἡδίω.* Sed cum crasis *θἡδίονα* (sic scribendum foret) prorsus inaudita atque intolerabilis est, tum comparativus haud mediocriter offendit, quare viri docti iure de correctione cogitarunt. Ac primus quidem Porso (Tracts Miscell. p. 231.)

proposuit τὰς ἡδονάς, quod sane ad literas prope accedit, (praecipue si per compendium scriptum ἡδονῦ fuit) et optimam sententiam praebet, attamen haud dubie quibusdam dubitationem movebit, quum mirifico profecto casu canoni, quem Porso ipse (Praef. ad Hecub. Suppl. p. XXX. sq.) constituit, plane repugnet. Post Porsonem versui mederi studuit Meinek. (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1845. n. 145.) scribendo τἀνώδυνα, sed ea vox non modo a tragicorum usu, sed etiam ab antiqua graecitate abhorret; praeterea non satis opposita est verbo τἀνιαρὰ, quippe nondum suaviter affectus est, qui dolore vacat. Sententia autem efflagitat vocem, quae *iucundi* significatum habeat, nam sensus (αἴσθησις) discernere non potest nisi *iucunda* et *molesta*, haudquaquam vero *molesta* et *molestiam non parantia*, quum haec animi conditio nonnunquam ab eo, quod Graeci ἀπάθειαν dicunt, non differat. Quae quum ita sint, aliud indagandum erit ad versum restituendum remedium. Quod repperisse mihi videor in correctione τά γ' ἡδέα, nisi forte probare malis Porsonis τὰς ἡδονάς, praesertim quum eadem verba in fine senarii ponere vel Sophocles non dubitaverit El. 1302. (adde Apollonid. fgm. I. vs. 3.); nam Porsonis canoni non nimium tribuendum esse infra (ad Inc. Trag. Fragm. XLV.) docuimus. Saepissime vero apud Graecos sibi opponuntur τὰ ἡδέα et τὰ ἀνιαρά. cf. Plat. Protag. p. 355. B. ὡς δὲ ταῦτα γελοῖά ἐστι, κατάδηλον ἔσται, ἐὰν μὴ πολλοῖς ὀνόμασι χρώμεθα ἄρα, ἡδεῖ τε καὶ ἀνιαρῷ καὶ ἀγαθῷ καὶ κακῷ κτλ. Xen. Cyr. VIII. 3, 42. Lucian. Contempl. 18. Demon. 20. etc. —

Vs. 5. pro εἵληφεν Valck. ad Eur. Hipp. 79 scripsit εἵληχεν, quod illi longe posthabendum est.

VI. (9.)

Stob. Ecl. Phys. I, 9, 38. p. 240. ed. Heer. c. l. *Μοσχίωνος.*

Πρῶτον δ' ἄνειμι καὶ διαπτύξω λόγῳ
ἀρχὴν βροτείου καὶ κατάστασιν βίου.
Ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα
θηρσὶ διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοὶ,
ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους
φάραγγας ἐνναίοντες· οἰδέπω γὰρ ἦν
οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις
εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις.
Οὐ μὲν ἀρότροισιν ἀγκύλοις ἐτέμνετο
μέλαινα καρποῦ βῶλος ὀμπνίου τροφός·
οὐδ' ἐργάτης σίδηρος εὐϊώτιδος
θάλλοντας οἴνης ὀρχάτους ἐτημέλει.
ἀλλ' ἦν ἀκύμων κωφά τ' ἐκφέρουσα γῆ·
βοραὶ δὲ σαρκοβρῶτες ἀλληλοκτόνους
αὐτοῖς παρεῖχον δαῖτας· ἦν δ' ὁ μὲν νόμος
ταπεινὸς, ἡ βία δὲ σύνθρονος Διΐ·

ὁ δ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.
Ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος
τὸν θνητὸν ἠλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον,
εἶτ' οὖν μέριμναν τὴν Προμηθέως σπάσας,
εἶτ' οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ
αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον·
τόθ' εὑρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς
Δήμητρος ἁγνῆς, εὑρέθη δὲ Βακχίου
γλυκεῖα πηγή· γαῖα δ' ἡ πρὶν ἄσπορος
ἤδη ζυγουλκοῖς βουσὶν ἠροτρεύετο.
αὖτη δ' ἐπυργώσαντο καὶ περισκεπεῖς
ἔντευξαν οἴκους, καὶ τὸν ἠγριωμένον
εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγον βίον.
κἀκ τοῦδε τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος
τύμβοις καλύπτειν κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν,
νεκρούς τ' ἀθάπτους μηδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἐᾶν,
τῆς πρόσθε θοίνης μνημόνευμα δυσσεβές.

Moschio his versibus rationem exponere studuit, qua homines ex prima barbaria ad cultiorem vitam pervenerint; sed hoc praeclaro argumento, quod et ante et postea philosophi ac poetae (ex tragicis v. c. Aesch. Prom. 434. sqq. Critias fragm. 2.) certatim tractarunt, ita abusus est, ut eo mortuos sepeliendos esse doceret. Sed eius argumentatio quam artificiosa atque contorta sit, neminem latere potest, nec quemquam fore puto, qui Moschionem potius rhetoris atque sophistae, quam poetae munere functum esse neget. Ex eo autem, quod summa rei haec est, ut humari mortuos oportere demonstretur, iure concludendum est, hos vs. cum fgm. 8. et 3. quippe ad eundem finem spectantibus ex eadem fabula (Pheraeis), quamvis de eius argumento certi nihil constet, petitos esse. Nam quod Welck. Trag. Gr. p. 1050 eos pariter atque fragm. 8. ad fabulam quandam refert, in qua Moschio Aeschylum vel Euripidem secutus (cf. ea, quae in comment. de Moschionis vita etc. p. 14. sq. de Pheraearum argumento disputavimus) de sepultura septem ducum ad Thebas interfectorum egerit, id per se quidem non improbabile, tamen propter fragm. 3. credibile non est, quippe quod Moschionem etiam in Pheraeis de sepultura mortuis non deneganda disputasse testetur. Quis autem poetam in duabus fabulis de eadem re exposuisse credat?

Vs. 1. locutione *διαπτύσσειν λόγῳ* poeta imitatus est Eurip. Hippol. 985.

Vs. 2. edebatur *βροτίου*, quod Heeren. e codd. August. Vatic. correxit.

Vs. 3. cod. Aug. *ἦν*. Aug. et Vatic. *ποτ'*, reliqui *ποτέ*.

Vs. 4. Respicit poeta ad antiquissima tempora, quibus homines instar animalium glandibus herbisque vesci et silvas speluncasque

habitare solebant. Huius loci simile est initium descriptionis, quam Critias (fragm. 2.) de cultioris vitae principiis exhibuit. In Cod. Aug. est διαίρας.

Vs. 7. Codd. Aug. Vatic. Escurial. habent λαγήνοις vel λαγγήνοις, in reliquis λαγίνοις, quod Grot. optime correxit.

Vs. 8. Aug. Vatic. ὠχυρωμένους πόλει, sed recte iidem εὐρεῖα praebent pro vulg. εὐρία. Πόλει, quod in omnibus codd. est, primus in πόλις mutavit Grot.

Vs. 9. codd. Aug. Vatic. Escur. ἐγέμνετο.

Vs. 10. ab Heeren. e codd. Vat. Aug. Escur. restitutus est, quum apud Canter. legeretur: μέλαινα καρπὸς ὀμπίου τροφός. καρπὸς ὔμπνιος, *fruges Cereris*. cf. Eratosth. Cyren. (in Anthol. Pal. II, 16.) ὔμπνιος καρπὸς Δημήτερος. Υ̓́μπνιος enim vel Υ̓́μπνια (ita scribendum est ex praecepto Drac. Strat. p. 20, 21. sicut πότνια, neque vero ὀμπνία vel ποτνία) est Cereris cognomen. cf. Suid. v. Υ̓́μπνιος. ἡ Δημήτηρ, αἰτία οὖσα τοῦ ἀναπνεῖν. Deinceps: Υ̓́μπνιος λειμών· ὁ σῖτος καὶ οἱ Δημητριακοὶ καρποί· ἐπεὶ Ὄμπνία (imo Υ̓́μπνια) ἡ Δημήτηρ λέγεται. Similiter paullo ante: Υ̓́μπνιον νέφος. μέγα, πολύ, ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ. καὶ Υ̓́μπνιος χεὶρ ἡ πλουσία. Υ̓́μπνιον ὕδωρ. τὸ τρύφιμον καὶ πολύ. λέγεται καὶ ὑμπνιηρὸν (Phot. s. v. ὀπνιηρὸν, rectius, ut videtur, Hesych. s. v. ὀμπνηρόν.) Similiter Phot. s. v. ὔπνιος. Hesych. Steph. Byz. s. v. Eustath. ad Il. ο'. p. 1012, 4. Schol. Apoll. Rhod. IV, 989. Υ̓́μπνιον. πολὺν, δαψιλῆ. Φιλητᾶς ἐν Ἀτάκτοις Γλώσσαις ἀπέδωκε, ὔμπνιον στάχυν, τὸν εὔχυλον καὶ τρύφιμον. Κυρηναίων δέ τινες τὸν πλούσιον καὶ εὐδαίμονα ὔμπνιον καλοῦσιν. ἄμεινον δὲ τὸν φερέσβιον εἰπεῖν. Schol. Nic. Alex. 7. p. 43. Ὀμφαλὸς γὰρ ἀπὸ τῆς ὄμπνης εἴρηται, ὃ ἔστι τροφή. ἀφ' οὗ καὶ ἡ Δημήτηρ Ὀμπνία (l. Υ̓́μπνια.) cf. *Preller*, Demet. et Perseph. p. 324. sq.

Vs. 11. εὐϊώτιδος certissima Grotii est emendatio pro eo, quod in codd. legitur: εὐγώτιδος. Similiter enim vs. 7. λαγίνοις (λαγήνοις) erat pro λαΐνοις. Εὔϊος solenne est Bacchi epitheton, quod haud raro ad uvas, vinum aliasque res ad Bacchum pertinentes transfertur. cf. Eur. Cycl. 191. βότρυος πῶμ' εὐΐου. Neque vero inde, ut Heeren. credidit, sed ab εὐιώτης, quod in usu olim fuisse videtur (cf. Epimer. Hom. in Cram. Anecd. Gr. Oxon. I. p. 86, 29. Εὔιος Εὐιώτης), ad analogiam similium vocum v. c. ἀγροιῶτις, ἀγρῶστις, ἀρτόπωλις, aliarum, rectissime formatum est εὐϊῶτις, quamquam dici poterat οἴνη εὔιος. (cf. Eur. Phoen. 660. Bacch. 238.)

Vs. 12. edebatur θαλλόντας οἴνης ὀρχάτους μένει, quod primus Grot. correxit adstipulantibus codd. Vat. Aug., qui sic habent: (A) ὀρχάτουσε τημέλε, (V.) ὀρχάτουσε τη μέλλει.

Vs. 13. in codd. est: ἀλλ' ἦν ἀκύμων κωφεύουσα ῥέουσα γῆ, claudicante metro et sententia. Correxit igitur vir doctus in margine edit. Stob., qua Heeren. usus est, haud male: καρπὸν οὐ φέρουσα γῆ, at recte Heeren. et κωφεύουσα non plane librarii errori adscribendum videri monuit, et ipse ad literarum ductus propius accedens proposuit: κωφά τ' ἐκφύουσα vel κωφά τ' ἐκφέρουσα γῆ, quod recipere non dubitavimus. Nam non perspicimus causam, cur Iacobs. l. c. Moschionem nec ἐκφύουσα nec ἐκφέρουσα, sed fortiori vocabulo usum

scripsisse ἐκτρώσασα (metaphora ducta a muliere, quae immaturum foetum per abortum dederit) sibi persuaserit; nam ea, quae ex terra proveniebant, infecunda quidem erant, neque tamen immatura. Κωφὸς enim nonnunquam id significat, quod eventum, utilitatem non habet vel irritum est, (cf. Hom. Il. λ'. 390. Soph. OT. 290. Coray ad Heliod. T. II. p. 152. sq.) itaque κωφὰ h. l. sunt herbae et frutices inutiles, steriles, fructum non ferentes. Similiter Latini adiectivo *surdi* utuntur. cf. Plin. Hist. Nat. XVIII, 3, 4. *surda tellus.* XIX, 1, 4. *surdi ictus.* Pers. VI, 28. *surda vota.* Ac nostri quoque agricolae agrum nihil proferentem *surdum (einen tauben Acker)*, nucem fructu vacuam *surdam (eine taube Nuss)* dicunt.

Vs. 14. primus illustravit Wesseling ad Diod. Sic. I, 14. Pervulgata enim in antiquitate fuit fama, homines olim se mutuo comedisse, donec ipsis fruges et frumenta data sint, quod beneficium Moschio mortales Cereri (cf. Cic. de Nat. Deor. II, 23, 60. Verr. II, 4, 48, 106.), Diodorus l. c. Aegyptiorum narrationes secutus Isidi debere dicit.

Vs. 16. Cant. edidit σύνθρονος νηδία, in codd. Aug. Vatic. Escur. est νηΐ, in quo Διΐ (a Grotio iam coniectura restitutum) latere neminem fugit. Βία et vs. 15. Νόμος pro personis vel numinibus accipiendi videntur; sed quod Heeren. locum Callimachi (Hymn. Iov. 68.) σύ τε Βίη τε καὶ Κάρτος, ὁ καὶ πέλας εἶσαο δίφρου. respiciens dicit, solenne esse poetis Graecis, ut Βίαν Iovi assidentem fingant, id nec recte se habet (cf. Hesiod. Op. 254. sq. Aesch. Sept. 644. Eur. Med. 764. Aesch. Choeph. 273. Soph. OC. 1384. sq. Pind. Ol. VIII, 28. et Boeckh. ad h. l.) nec, si recte se haberet, ad Moschionis locum pertinere posset. Nam longe aliter intelligendus est Callimachi, aliter Moschionis locus. Apud illum Βία est *potestas*, apud hunc vero significat *violentiam.* Moschio enim, ut facile vs. 17 considerato cognoscitur, hoc dicit: *„illo tempore legem nihil valuisse, sed violentiam prope Iovem consedisse, ut infirmior fortiori certa fuerit praeda.“* Hinc eum optime quidem opinionem istam de Iustitia Iovi assidente ab antiquissimis poetis traditam et ab universa Graecia acceptam nosse et amplexum esse, simul vero tempus quoddam, quo Iustitia sedem illam nondum occupaverit, statuisse consentaneum est. Ceterum verbo tetigisse sufficiat, Βίαν ab Aeschylo in Prom. Vinct. ipsam in scenam esse inductam.

Vs. 18. Vir doctus apud Heeren. pro τρέφων corrigi iussit τρέπων, sed recte monuit Heeren. scripturam vulgatam non esse sollicitandam propter praegressum τίκτων, quum poeta in eadem metaphora pergat.

Vs. 20. sq. correxi εἶτ' οὖν pro eo, quod in libris mss. et editt. est εἶτ' οὖν, nam Moschio de ratione, qua tempus vitam immutaverit, loquitur. Similiter scribit Aesch. Choeph. 672. εἶτ' οὖν κομίζειν δόξα νικήσει φίλων, εἶτ' οὖν μέτοικον, εἰς τὸ πᾶν ἀείξενον κτλ. Agam. 477. 817. Soph. Phil. 345. OR. 1049. etc. — μέριμναν τὰν Προμήθεως (in codd. Aug. Vat. Escur. est Προμύθεως) recte explicat Heerenius *curam, studium, prudentiam humanam*, quippe quae Prometheo tribuatur, quatenus is omnium artium inventor habeatur. cf.

Aesch. Prom. 506. *πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.* Totius igitur loci sententia poetico ornatu detracto haec est: „tempus produxit hominum inventa, sive id studio, sive necessitate, sive experientia factum est.“

Vs. 24. pro *Δήμητρος* (sic codd. Aug. Vat. pro vulg. *Δημήτερος*) *ἀγνῆς* Kays. Hist. crit. trag. gr. p. 301. scribi voluit *Δήμητρος ἀκτῆς*, quoniam Euripides (fragm. 849.) scripsit: *ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον Δήμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου.* Quae coniectura et plures ob rationes displicet, et prorsus supervacanea est; nam *ἁγνὸς* solenne epitheton est multorum deorum, maxime vero Dianae, Cereris et Proserpinae. cf. Aesch. Sept. 136. 1011. Hes. Op. 465. Welck. Syllog. Epigr. p. 178.

Vs. 25. *γλυκεῖα* recte codd. Vat. Aug. pro vulg. *γλυκία.*

Vs. 27. in omnibus libris est *αὕτη*, quod ineptum est. Canterus in interpret. Lat. vertit: *ipsi*, quasi legisset *αὐτοί*, et hoc sane habet, quo commendetur. Poeta enim, quum adhuc de rebus ad vitam pertinentibus egerit, ad homines ipsos progreditur, qui per *αὐτοί* rebus humanis opponuntur. Certe haec emendatio ei longe praeferenda est, quam proposuit Heeren. *ἄλλη* h. e. *alia parte* terram coluere, *alia* urbes aedesque exstruxere. Multo probabilior contra dignaque, quae h. l. commemoretur, est Meinekii (Poet. com. Vol. III. p. 240.) correctio: *ἄστη δ' ἐπυργώσαντο*: frequens enim est in libris vocabulorum *ἀστὸς* et *αὐτὸς* confusio.

Vs. 30. sq. Praeclare Heeren. ex ultimis versibus intellexit, hunc totum sermonem ex tragoedia petitum et prolatum esse coram rege vel tyranno quodam, qui Creontis instar (in Soph. Antig. 1078. sq.) hostem interfectum sepultura privare voluerit.

Vs. 31. eadem significatione, qua Moschio *ἐπιμοιρᾶσθαι κόνιν*, Phocyl. 93 scripsit: *ἐπιμοιρᾶσθαι γαῖαν* h. e. tantum pulveris vel terrae in mortuos coniicere, quantum ad eos obtegendos opus est.

Vs. 33. vulg. *πρόσθε*, cod. Voss *πρώτης*, codd. A. E. *πρόσθεν.*

VII. (10.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, 14. p. 745. P. *Μοσχίων δ' ὁ κωμικὸς* (sic) *γράφει·*

Κεῖνος δ' ἁπάντων ἐστὶ μακαριώτατος,
ὃς διὰ τέλους ζῶν ὁμαλὸν ἤσκησεν βίον.

Ad Moschionis verba cf. Cic. de Off. I, 26, 90. *Praeclara est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons.* *Ὁμαλῶς βιῶναι* habet Isocr. Paneg. 151.

VIII. (11.)

Append. e cod. Florent. 74. p. 434. ed. Gaisf. Maximus (in edit. Stob. a. 1609. Aurel. Allobrog.) Serm. XXXII. p. 45, 18. c. l. *Μοσχίωνος.*

Βέλτιόν ἐσιν ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ συστελλόμενον εὐθυμεῖν, ἢ μεγάλης τυγχάνοντα δυσπνοεῖν.

IX. (12.)

Maximus l. c. Serm. VIII. p. 16, 8. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ἐν οἷς πλήττειν ἄλλους ἐθέλεις, ἐν τοῖς βλάβην ἔλπιζε τὴν μείζονα.

X. (13.)

Maxim. l. c. Serm. XXXV. p. 55, 21. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ἀπαλλαγεὶς ἕνεκα ὀχλήσεως κέρδος ἡγεῖται ὁ ἄνθρωπος τὴν ζημίαν.

Hinc nescio an eliciendi sint versus:

Ὀχλήσεως γὰρ ἕνεκ' ἀπαλλαγείς τις ἂν
τὴν ζημίαν ἡγοῖτο κέρδος.

XI. (14.)

Maximus l. c. Serm. XL. p. 60, 54. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ἄμεινον δικαίως κρίναντα πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀδίκως μεμφθῆναι, ἢ ἀδίκως κρίναντα παρὰ τὴν φύσει δικαίως ψέγεσθαι.

Eundem locum Stob. IX, 45. Epicteto tribuit bis *κρίνοντα* pro *κρίναντα* exhibens.

XII. (15.)

Maximus l. c. Serm. LIII. p. 79, 16. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ὑπὸ πολλῶν διαβάλλεσθαι κακῶν οὔτε ἀληθὲς οὔτε βλαβερόν. τὸ δὲ ὑφ' ἑνὸς ἀγαθοῦ ψέγεσθαι καὶ ἀληθὲς καὶ λυσιτελές.

XIII. (16.)

Maximus l. c. Serm. LVIII. p. 95, 18. c. l. *Μοσχίωνος.*

Τὸ μὲν εἰς ἀχάριστον ἀναλῶσαι ἐπιζήμιον· τὸ δὲ εἰς εὐχάριστον μὴ ἀναλῶσαι βλαβερόν.

XIV. (17.)

Maximus l. c. Serm. LXXI. p. 120, 25. c. l. *Μοσχίωνος.*

Γελᾶν ὁ θέλων μετὰ μειρακείων (sic) αἰσχρὰς ὕβρεις κερδήσει καὶ μέμψιν.

XV. (18.)

Maximus l. c. Serm. CXL. p. 221, 26. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ὥσπερ οὐ τῷ ἵππῳ κόσμος, οὐδὲ τοῖς ὄρνεσι καλιὰ ὑψοῦσθαι καὶ γαυριᾶν δίδωσιν, ἀλλὰ τῷ μὲν τοῦ ποδὸς ἡ ὠκύτης, τοῖς δὲ τῶν πτερῶν· οὕτως οὐδ' ἀνθρώπῳ καλλωπισμὸς καὶ τρυφὴ, ἀλλὰ χρηστότης καὶ εὐποιΐα.

XVI. (19.)

Maximus l. c. Serm. CXLV. p. 231, 8. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ἔπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά.

Hinc effixerim versum:

τὸ λυπρὸν αἰεὶ τοῖσι τερπνοῖς ἕπετο.

XVII. (20.)

Maximus l. c. Serm. CXLIX. p. 238, 20. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ὃν ἡ τύχη προπηλακίζει, καὶ παρὰ τῶν πράων οὗτος μάσιγας εὑρίσκει.

XVIII. (21.)

Maximus l. c. Serm. CLV. p. 248, 35. c. l. *Μοσχίωνος.*

Ταῖς νόσοις ὁ θάνατος ἀλλήλαις (corrige *ἀλλήλας*) *ἐπιλαμβανούσαις οὐδ' αὐτὸς παρεῖναι ἀναβάλλεται.*

XIX. (22.)

Maximus l. c. Serm. CLXVIII. p. 273, 8. c. l. *Μοσχίωνος.*

Αἱρῶ πάντα τὰ θνητὰ καὶ γῆϊνα ἀπολέσας ἕνα (corrige *ἕν τι*) *ἀθάνατον καὶ οὐράνιον κτήσασθαι.*

XX. (23.)

Maximus l. c. Serm. CLXX. p. 278, 10. c. l. *Μοσχίωνος.*

Αἱ μὲν χελιδόνες εὐδίαν ἡμῖν προσημαίνουσιν· οἱ δὲ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι ἀλυπίαν.

XXI. (24.)

Maximus l. c. Serm. CLXX. p. 278, 15. c. l. *Μοσχίωνος.*

Τὸν προσομιλοῦντα τριχῇ διασκοπῶ, ἢ ὡς ἀμείνονα, ἢ ὡς ἧττονα, ἢ ὡς ἴσον. καὶ εἰ μὲν ἀμείνονα, ἀκούειν χρὴ καὶ πείθεσθαι αὐτῷ. εἰ δὲ ἧττω, ἀπειθεῖν. εἰ δὲ ἴσον, συμφωνεῖν.

Stob. V, 103. haec verba Epicteto assignat in fine haec adiiciens: *καὶ οὔ ποτε ἀλώσῃ φιλονεικίας.*

XXII. (25.)

Maximus l. c. Serm. CLXXII. p. 283, 38. c. l. *Μοσχίωνος.*

Βέλτιον, ὀλιγάκις (πλημμελεῖν) ὁμολογοῦντα, σωφρονεῖν πλεονάκις, ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτεῖν λέγοντα, πλημμελεῖν πολλάκις.

Maximus priori loco *πλημμελεῖν* omisit, quod e Stob. (I, 49.) qui sententiam Epicteto tribuit, adiecimus.

Praeterea Moschioni a Stob. CXXIII, 3. hi versus assignantur:

Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς·
ὅθεν δ' ἕκαστος εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. Οὔ τι γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον,
κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.

qui in Euripidis Suppl. 531. sq. (541. Markl.) leguntur; a Mich. Apost. X, 11. vero hic versiculus cum lem. *Μοσχίωνος ἡ ὑποθήκη.*

Θάρσει, τὸ δίκαιον ἰσχύει μέγα.

quem Stob. XIII, 13 inserto *τοί* post *τό* ex Euripidis Dictye affert. Utrumque locum igitur, nisi forte errore Moschioni tributum esse statuis, poeta ab Euripide mutuatus est. cf. Comment. de Moschionis vita etc. p. 7.

CLEANETUS.

1.

Stob. LXXIX, 5. c. l. *Κλεανέτου.* (Gesn.)

Γεννητόρων ἔκατι κατθανεῖν καλόν.

Pro *Κλεανέτου* nomine, quod Gesn. in codice suo reperisse videtur, Paris. A. compendium habet κ̄λενε. Trincav. locum *Dicaeogeni* tribuit, sed vide fragm. 2.

2.

Stob. XCIX, 2. c. l. *Κλεαινέτου.*

Λύπη γὰρ ὀργή τ' εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον
ἐλθόντα μανία τοῖς ἔχουσι γίγνεται.

Cleaeneti nomen non modo Trincav., sed etiam Paris. A. praebet. idemque inter poetas, quibus Stobaeus in componendo florilegio usus sit, a Photio exhibetur. Itaque vix dubium esse potest, quin compendium in Paris. A. (ad fgm. 1.) recte legatur *Κλεαινέτου.*

DICAEOGENES.

KYPPIOI.

I. (1.)

Aristot. Poet. 16. *τρίτη δ' ἡ διὰ μνήμης (ἀναγνώρισις) τῷ αἰσθέσθαι τι ἰδόντα, ὥσπερ ἡ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους. ἰδὼν γὰρ τὴν γραφὴν ἔκλαυσεν.*

MHΔEIA.

I. (2.)

Schol. ad Eur. Med. 164. *Τιμαχίδας ἐπὶ τὰ πρόχειρα πᾶσιν ἐντεχθείς, τὸν Ἄψυρτόν φησι λέγειν αὐτήν, τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνομαστί. Ὁ δὲ Φερεκύδης διὰ τοῦ ξ ὀνομάζει αὐτόν. Δικαιογένης δὲ ἐν τῇ Μηδείᾳ Μεταπόντιον αὐτὸν ὀνομάζει.*

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (3.)

Aristoph. Eccl. 1.

Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου.

ad quem locum schol.: *ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους.* Quum igitur de auctore versus dubitetur, eundem etiam inter Agathonis fragmenta (26) exhibuimus.

II. (4.)

Stob. LXXIX, 6. c. l. *Δικαιογένους.* (Paris. A.)

Αὐτὸς τραφεὶς δὲ τῶν φυτευσάντων ὕπο,
καλῶς τὸν αὐτὸν ἔρανον αὐτοῖσιν νέμεις.

Vs. 1. vulgo edebatur: *αὐτὸς δὲ τραφεὶς*, sed Paris. A. *τραφεὶς δέ*, ut Grot. coniectura iam dederat. Pors. Adv. p. 304. et Wakef. *αὐτὸς δὲ θρεφθείς.*

III. (5.)

Stob. LXXIX, 33.

Θεὸς μέγιστος τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.

Praeterea in codd. quibusdam Dicaeogeni duo fragmenta tribuuntur, quae optimi libri Paris. A. auctoritate aliis poetis assignavimus. cf. Diogen. fragm. 2. et Cleaenet. fragm. 1.

PATROCLES.

1.

Clem. Alex. Protrept. II, 30. p. 26. P. *Πατροκλῆς δ' ὁ Θούριος καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳδίαις ἱστορεῖτον τῶν Διοσκούρων πέρι. ἀνθρώπῳ τινὲ τούτῳ τῷ Διοσκούρῳ ἐπικήρῳ γενέσθην, εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι Ὅμηρος τὸ λελεγμένον. τοὺς δ' ἤδη κατέχεν φυσίζοος αἶα κτλ.* In his verba *ἐν τρισὶ τραγῳδίαις* non de trilogia, ut Lessingio (Vit. Sophocl. not. 33.) visum est, sed de tribus singulis tragoediis, ita ut alteri una, alteri duae assignentur, accipienda esse optime Welck. Trag. Gr. p. 979. monuit.

2.

Stob. CXI, 3. c. l. *Πατροκλέους.*

Καὶ νῦν τὰ δεινὰ ταῦτα καὶ τὰ πόλλ' ἔπη
εἰς ὧδε μικρὸν τεῦχος ἤθροισεν τύχη.
τί δῆτα θνητοὶ πόλλ' ἀπειλοῦμεν μάτην
δεινοὺς ἐπ' ἀλλήλοισι πέμποντες λόγους,
καὶ πάντα συννοοῦμεν ἐκπράξειν χερὶ,
πρόσω βλέποντες, τὴν δὲ πλησίον τύχην
οὐκ ἴσμεν οὐδ' ὁρῶμεν ἀθλίου μόρου;

Locus in Paris A. deest. — Vs. 2. Pro *ὧδε μικρὸν* cod. Voss. et Arsen. habent *ὅδε μόνον.*

APOLLONIDES.

1.

Stob. LXVII, 3. c. l. *Ἀπολλωνίδου.*

Φεῦ Φεῦ γυναῖκες, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἄρα
οὐ χρυσὸς, οὐ τυραννὶς, οὐ πλούτου χλιδὴ
τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονὰς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς
γνώμη δικαία καὶ φρονοῦσα τἄνδικα.

Eundem locum etiam Clem. Alex. Paed. III, 12, 84. p. 303. P. omisso quidem auctoris nomine, sed his verbis praemissis attulit: *πάνυ γοῦν θαυμασίως ἡ τραγῳδία φησί· φεῦ φεῦ κτλ.* Ad sententiam cf. Eur. Med. 13. sq. Verba satis luculenter Euripidis imitatorem produnt.

2.

Stob. LXVII, 6. c. l. *Ἀπολλωνίδου.*

Γυναικὸς ἀρετὰς ἀξίως ἐπαινέσαι
σοφοῦ τινος γένοιτ' ἂν ἵστορος λόγων.

Sitne ἵστορος an ἵστορος scribendum, dubitari potest; iam enim inter veteres de spiritu dissensio fuit. Vide quae de hac voce rarissima disputarunt Lehrs. de Aristarch. Stud. Hom. p. 116. Ellendt. Lex. Soph. I. p. 852.

HIPPOTHOO *).

1.

Stob. XXII, 25. c. l. *Ἱππoθόωντος.*

Ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.

*) Ab *Hippothoonte* haud diversus est videtur *Hippothous* poeta, cuius fragmenta passim citantur: quare utriusque reliquias h. l. coniunximus. Praeiverat Meinck. Poet. com. IV. p. 711. sq.

In Paris. A. B. est lemma *Ἱπποθώντος*, sed in A. a manu secunda scriptum *Ἱπποθόντος*. Trinc. dedit: *Ἱπποσθέ*. Gesn. *Hipposthenes in Hippothoonte*. Ad sententiam cf. Eurip. Bacch. 393. sq. Fragm. 900. —

2.

Stob. XXXVIII, 15. c. l. *Ἱπποθώντος*.

Φθόνος κάκιστος κἀδικώτατος θεός,
κακοῖς τε χαίρει κἀγαθοῖς ἀλγύνεται.

Welck. Trag. Gr. p. 1099. ad sententiam conferri iussit Simonid. Amorg. fragm. p. 72.

3.

Stob. LXVII, 14. c. l. *Ἱπποθώντος*.

Ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς γυνή.

Hipponacti hunc versum tribuit Arsen. — Ad sententiam cf. Eurip. Fragm. 815.

4.

Stob. CXV, 14. Maxim. s. Antonius Meliss. (in edit. Stob. a. 1609. Aurel. Allobrog.) Serm. CLIII. p. 243, 45. utroque loco c. l. *Ἱπποθόντος*.

Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀχμαίων νεβρῶν.

In Paris. A. *ἀλκαίων* est pro *ἀχμαίων*.

5.

Stob. LXVIII, 24. c. l. *Ἱπποθόου*.

Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος.

Eundem versum cum duobus aliis arctissime coniunctum Stob. LXVII, 13. Euripidi (Fragm. 163) tribuit, tamen eum inter Hippothoontis reliquias recipere non dubitavimus, quum hic poeta, ut permulti alii, Euripidem non modo imitatus esse, sed etiam expilasse videtur.

6.

Stob. LXXXIII, 15. c. l. *Ἱπποθόου*.

Παίδων κρατεῖν δεῖ τῶν νεωτέρων σοφούς.

Praeterea a Stob. CXV, 13 (ante fragm. 4.) Hippothoonti c. l. *Ἱπποθώντος* hic versus: *παυρολόγοι πολιαὶ, ταὶ γήραος ἄνθεα θνατοῖς* tribuitur, in quo et metrum et dorica dialectus offendunt; quum igitur in cod. Voss. lemma sit *Εἰρήνης*, sub quo Stobaeus etiam CXVIII, 4 duos hexametros dorice scriptos exhibet, Meinek. Poet. com. IV.

p. 711. sq. perquam probabiliter locum *Erinnae* Lesbiae tribuendum et sic corrigendum esse: *παυρολόγοι πολιαὶ τῶ γήραος ἄνθεα θνητοῖς* coniecit.

TIMOCLES.

1.

Plut. vit. Timol. 36. — *τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων ἔξω λόγον θεμένοις τὴν περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀνάγκην οὐδέν ἐστιν, ᾧ μὴ τὰ τοῦ Τιμοκλέους* (in quibusdam codd. est *Σοφοκλέους*), *ὥς φησι Τίμαιος, ἐπιφωνεῖν ἔπρεπεν·*

Ὦ θεοί, τίς ἄρα Κύπρις ἢ τίς Ἵμερος
τοῦδε ξυνήψατο;

Meinek. Hist. crit. com. p. 430. et Welck. Trag. Gr. p. 1100. correxerunt: *ξυνήψατ' αὐτοῦ.* Nescio an hoc loco codicibus, qui Sophoclis nomen praebent magis confidendum sit, quam illis, qui Timoclis nomen exhibent, quamquam sexcentis aliis locis scriptorum minus clarorum nomina clariorum nominibus deturbata esse optime scio: librarius enim, quum plura nomina a syllaba *Τι* incipientia (*Τιμωλέων, Τίμαιος*) scriberet, facile ad *Τιμοκλέους* aberrare potuit.

ECDORUS.

1.

Stob. XC, 9. c. l. *Ἐκδώρου* (Trinc. *Ἐκιδώρου.* Paris. A.)

Μορφὰς ἀτερπεῖς ὄψεσιν κεκτημένος,
παρεμφερεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχεις.
ἐκ τοῦ κακοῦ γὰρ ἡ φύσις τίκτει κακὸν,
ὡς ἐξ ἐχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίγνεται.

Meinekio (Hist. crit. com. p. 525.) auctore hos 4 proxime sequentes versus hic recepimus. — Vs. 3. In Paris. A. est *καλόν.* Ad sententiam simillima sunt Eurip. Fragm. 166. 342. 77.

SERAPIO.

1.

Stob. X, 2. c. l. *Σεραπίωνος.* (Paris. A. Trinc.)

Οὐ τῆς ἐμῆς ἔκατι καρδίας φέρεις
λόγους προσηνεῖς, τοῦ δὲ σοῦ κέρδους χάριν.

Trinc. dedit *οὐ*.

SOSITHEUS.

ΑΘΛΙΟΣ.

I. (1.)

Stob. LI, 23. c. l. *Σωσιθέου ἐξ Ἀθλίου.* (Paris. A.)

Εἰς μυρίους ὄρνιθας αἰετὸς σοβεῖ,
λαῶν δὲ δειλῶν πλῆθος εὐ τραφεὶς ἀνήρ.

Versum 2 habet etiam Arsen. Viol. p. 221. ed. Walz. c. l. *Σωσιθέου ἡ γνώμη*, unde *λαῶν δὲ* pro eo, quod Stob. habet *λαῶν τε* recepimus. — Ad sententiam cf. Moschion. fgm. 1.

ΔΑΦΝΙΣ Η ΛΙΤΥΕΡΣΑΣ.

I. (2.)

Primam huius fabulae notitiam Athenaeo (X. p. 415. B.) debemus haec scribenti: *Λιτυέρσας δὲ ἦν μὲν υἱὸς Μίδου νόθος, Κελαινῶν δὲ τῶν ἐν Φρυγίᾳ βασιλεὺς, ἄγριος ἰδέσθαι καὶ ἀνήμερος ἄνθρωπος, ἀδηφάγος δ' ἰσχυρῶς. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίθεος ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσᾳ οὕτως*

Ἔσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας· πίνει δ' ἕνα
καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.

Haec pauca Tzetzae (Chil. II, 592 sq.) deinde cura duobus versibus aucta, nostris autem temporibus multo pleniora atque correctiora

exhibita sunt primum a Casaubono (Lectt. Theocr. c. 12. p. 265. sq.) e cod. ms., quem accuratius describere neglexit, deinde ab Heerenio ex anonymi scriptoris libello de mulieribus (in Bibl. lit. et art. Gotting. 1790. fasc. 7. Append. p. 9. sq. edito). Ubi haec leguntur: *Διτυέρσης Μίδου υἱὸς ὑόθος, ὃν ὁ Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν ὅτια κακόξεινον· ἠνάγκαζε γὰρ τοὺς ξένους συνθηρίζειν αὐτῷ, εἶτα εὐωχῶν ἀπεκεφάλιζε. Τὰ δὲ σώματα ἐκόμιζεν ἐν τοῖς δράγμασιν, ὡς παραλελογισμένων. Ἱστορεῖ ταῦτα κατὰ μέρος Σουίβιος* (corrige Σωσίθεος ex Athenaeo) *ἐν Δάφνιδι λέγων οὕτως·*

Λίδ' αἱ Κελαιναὶ, πατρὶς, ἀρχαία πόλις
Μίδου γέροντος, ὅστις ὠτ' ἔχων ὄνου
ἤνασσε καὶ νοῦν φωτὸς εὐήθους ἄγαν.
Οὗτος δ' ἐκείνοι παῖς, πατρὶ πλαστὸς νόθος,
μητρὸς δ' ὁποίας ἡ τεκοῦσ' ἐπίσταται,
ἔσθει μὲν ἄρτου τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.
ἐργάζεται δ ἐλαφρὰ πρὸς τὰ σιτία,
ὄγμους θερίζων· τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Λιόνυσον ὄμπνῃ συντίθησιν εἰς τέλος.
χὠταν τις ἔλθῃ ξεῖνος ἢ παρὲξ ἰῇ
φαγεῖν τ' ἔδωκεν, εἶτα κἀπεχόρτασεν,
καὶ τοῦ ποτοῦ προὔτεινεν, ὡς ἂν ἐν θέρει,
πλέον· φθονεῖν γὰρ τοῖς θανουμένοις ὀκνεῖ.
ἐπισκοπῶν δὲ πεδία Μαιάνδρου ῥοαῖς
κηπευμάτων ἀρδευτὰ δαψιλεῖ πότῳ,
τὸν ἀνδρομήκη πυρὸν ἠκονημένῃ
ἅρπῃ θερίζει· τὸν ξένον δὲ δράγμασι
αὐτῷ κυλίσας, κρατὸς ὀρφαιὸν φέρει,
γελῶν θεριστὴν ὡς ἄνουν ἠρίστισεν.

Dedimus hoc fragmentum, quo fabulae exordium contineri videtur, ex God. Hermanni (de dram. com. sat. in Opusc. I. p. 55. sq.) recensione, quum nimis corrupte apud Anon. de mul. circumferretur. Ibi enim legitur vs. 1. *αἴθ' αἱ Κελαιναὶ κτλ.* Casaub. e cod *οὔτε οἱ*, quod ipse correxit in *αἵ τ' οἱ κτλ.*

Vs. 3. Anon. *ἤνασσε καὶ τοῦν φατὸς εὐειδοῦς ἄγαν*, unde Casaub. *ἤνασσε καὶ νοῦν φανὸς εὐειδής τ' ἄγαν.* Heeren. *ἤνασσε νοῦν ἄφατος* (h. e. cuius mentem nemo laudavit, stupidus) *καὶ εὐήθης ἄγαν.* effinxit.

Vs. 4. Anon *παῖς περίπλαστος νόθος*, Tzetz. Chil. VI, 300. sq. hos vs. citans *παράπλαστος*; utroque *spurium* significari posse negavit Hermannus, eiusque in locum substituit *πατρὶ πλαστὸς*, haud improbabiliter, quandoquidem *πατρὶ* per *πρὶ* lineola supra scripta indicari solet. At equidem *spurii* significationem a voce *περίπλαστος*

certe non alienam iudicaverim: nam *περιπλάσσειν* (cf. Plat. Rep. IX. p. 588. D. Eubul. ap. Athen. XIII. p. 557. E.) *illinere, circumlinere* significat. Quae autem aliqua re circumlita sunt, ea non sua ipsorum natura splendent, sed adulterata atque spuria sunt. Quidni igitur *παῖς περίπλαστος* significat *filium suppositum*, praecipue quum adiectum sit *νόθος*?

Vs. 6. Apud Athen. optimi libri *αὐτοὺς τρεῖς ὅλους* habent, *αὐτὸς τρεῖς ὄνους* tantummodo Epitom. Paris. cod. Laur. et Editt. praebent. Tzetz. Chil. II. 592. et Anon. de mul. *ἄρτους τρεῖς ὄνους*. Arnald. Animadv. crit. c. 9. p. 48. (Harlingae. 1748.) coniecit: *ἄρτον τρεῖς ὄνους κανθηλίους*, h. e. *tantum panis comedebat, quantum trium asinorum clitellariorum onus erat*, quod probavit Hermann. Similiter Casaub. *ἄρτων τρεῖς ὄνους*. Eichstadt. de dram. com. sat. *ἄρτους τρεῖς ὄνου καθηλίου*. Friebel. (Poet. Satyr. Fragm. p. 126.) *ἄρτους τρεῖς ὄνους κτλ.* Heerenius vero ad optimorum codd. scripturam sese applicans scripsit: *ἄρτους τρεῖς ὅλους κανθηλίους*, et *ἄρτους κανθηλίους* per: *panes ingentes, quales asinis ad vescendum dari soleant*, explicuit, in quod nuper etiam Meinek. (Exercit. Philol. in Athen. spec. II. p. 18.) incidit hanc interpretionem cum propter oppositionem *τῆς βραχείας ἡμέρας*, tum propterea praeferendam esse dicens, quod *ἄρτος* per se spectatum nullam certae magnitudinis notionem habeat. Quae scriptura mihi quoque nunc praestantior videtur, nam dubito, an verba *ἄρτου* (vel *ἄρτων*) *τρεῖς ὄνους καινθηλίους* significare nequeant: *tantum panum, quantum tres asini clitellarii portare poterant;* neque tamen, ut Heerenius, *ἄρτους καινθηλίους panes ea magnitudine* esse dixerim, *qualibus asini vescantur*, sed *tam magnos, ut corbes onerarias* (*τὰ καινθήλια, aut expleverint aut magnitudine aequaverint.*

Vs. 7. Tzetz. l. c. *πίνει θ' ἅμα.*

Vs. 8. Anon. et Tzetz. *καλῶν*, Athenaei libri *καλὸν* et postea *δὲ καρποφόρον* pro *δεκάμφορον.*

Vs. 9. Tzetz. *φορτία* pro *σιτία.*

Vs. 10. sq. Anon. habet: *ὄγμον θερίζει, τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ δαίννσι τ' ἔμπης συντίθησιν εἰς τέλος.* Haec corrupta esse iam Casaub. perspexit, qui hanc proposuit medelam: *δεκάγνον ὄμπνην συντιθ. κτλ.* h. e. „uno die, inquit, arvum decem *γύας* (id mensurae est nomen) habens metit, et mergites in acervum congerit.“ Quam correctionem Heerenius improbat, ipse autem multo improbabiliorem in eius locum substituit scribens; *διόργνιον ὄμπνην*, h. e. „partem exiguam agri vix sex pedes continentem.“ Genuinam scripturam haud dubie restituit God. Hermannus corrigendo *Διόννσον ὄμπνῃ κτλ.* h. e. „sunt dies, quibus ille Bacchum cibis a mane usque ad vesperam coniungit.“ cf. Hesych. v. *ὄμπνη, τροφή.* Moschion. fgm. 9. vs. 10. Non minus probandum est, quod idem vir clarissimus vs. 10. *ὄγμους θερίζων* correxit, et *ὄγμους θερίζειν* haudquaquam esse monuit: *segetem demetere*, sed *sulcorum ordinem sequi metendo.* collat. Aesch. Sept. c. Th. 575. sq. Well. Exemplis de usu vocis *ὄγμος* a Kiesslingio ad Theocr. X, 2 allatis adde Qu. Smyrn. V, 57. et Apollon. Lex. p. 488.

Vs. 12. Anon. παρεξίῃ et sic editores, quod, quum verbum παρεξιέναι alibi non extet, in παρὲξ ἴῃ mutavi.

Vs. 13. Anon. εὖ καὶ 'πιχόρτασιν, Casaub. et Heeren. εὖ καὶ εὖ 'πεχόρτασεν. sine metro. Vitium sustulit Herm.

Vs. 14. Anon. προὔτειν' quod iam Casaub. et Heeren. correxerunt.

Vs. 15. Anon. φθονεῖν γὰρ τοὺς θανουμένους ὤκνει. Casaub. et Heeren. φθονεῖν γὰρ ὤκνει τοῖς θανουμένοις, sed nulla opus est verborum transpositione, modo ὀκνεῖ pro ὤκνει scribatur.

Vs. 16. Anon. ἐπιστατῶν Οἰδῆα Μαιάνδρου ῥοαῖς καρπεύτων κτλ. Casaub. et Heeren. ἐπεὶ δ' ἄγων ἔδειξε Μαιάνδρου ῥοαῖς καρπευμάτων κτλ., sed multo ingeniosior ac verior est Hermanni emendatio. Dicit enim poeta: *campos vero invisens a Maeandri fluctibus largo rigatos frugum potu* etc. Nescio tamen, an, quod propius ad codicum scripturam accedit, καρπευμάτων vel καρπωμάτων pro κηπευμάτων recipiendum sit, praecipue quum dubitari possit, liceatne κηπεύματα etiam de *frugibus* an tantummodo de *hortis* dicere.

Vs. 18. Cod. ἡονημένη, quod correxit Casaub. Verba τὸν ἀιδρεμήκη πυρὸν, ut recte Friebel. l. c. p. 127 contra Hermannum monuit, ad hospitem pertinent; nam satis intelligi sequentia τὸν ξένον δὲ κτλ. non possunt, nisi illa ad hospitem simul atque ad triticum referantur.

Vs. 21. cod. γερῶν θεριστὴν ὡς ἄνουν ἠρίστησεν, quod correxit Casaub.

II. (3.)

Pergit Anon. l. c. p. 15. Ὅτι δ' ἀπέθανεν ὑφ' Ἡρακλέους φησὶ λέγων·

A. Θανὼν μὲν εἰς Μαίανδρον ἐρρίφη ποδὸς,
ὥσπερ σόλος τις. ἦν δ' ὁ δισκεύσας ἀνὴρ —
B. τίς δή;
A. πύθοι' ἄν. τίς γὰρ ἀνθ' Ἡρακλέους;

Etiam hos vs. ex Hermanni correctione dedimus. Vs. 2. sq. enim in cod. est: σοφός τις ὥσπερ δίσκος· ἦν δ' ὁ ἰσκεύσας ἀνὴρ πυθιο — κτλ. Casaub. correxit: σόλος τις ὥσπερ· ἦν δ' ὁ ἰσκεύσας ἀνὴρ Τίς Πυθιονίκης κτλ. egregie δίσκος e glossa in textum irrepsisse versusque e dialogo petitos esse perspiciens. Heeren. *A.* σόλος τις ὥσπερ. *B.* ἦν δ' ὁ διδασκεύσας 'ανῆρ τίς; *A.* Πυθιονίκης. *B.* τίς κτλ. lure miratus est Hermannus, qui sibi interpretes in animum inducere potuerint literas πυθιο partem esse vocabuli Πυθιονίκης (de qua vid. p. 149.)

III. (4.)

Schol. Theocr. VIII, 1. Σωσίθεος δὲ λέγει Δάφνιν γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν κρινάντων, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Id. VIII, 93. Ἱστοροῦσι γὰρ αὐτὸν (sc. Δάφνιν) ἀγα-

πηθῆναι ὑπό τινος νύμφης, ἣν Σωσίθεος Θάλειαν λέγει. Cf. Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 68.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (5.)

E tragoedia etiam fluxisse videntur, quae narrat Eratosth. Catast. XXVIII et ex Eratosthene Schol. Germ. 305, p. 72. Hygin. Poet. Astr. II, 27. *(Sagittarius): Hunc complures Centaurum esse dixerunt, alii autem hac de causa negaverunt, quod nemo centaurus sagittis sit usus. Hic autem quaeritur, cur equinis cruribus sit deformatus et caudam habeat ut Satyri. Dicunt enim nonnulli hunc esse Crotum nomine, Euphemes, Musarum nutricis filium, ut ait Sositheus, tragoediarum scriptor: eum domicilium in monte Helicone habuisse et cum Musis solitum delectari, nonnunquam etiam studio venationis exerceri. Itaque pro merita diligentia magnam laudem assecutum: nam et celerrimum in silvis et acutissimum a Musis factum esse. Pro quo studio illius petisse Musas a Iove, ut in aliquo astrorum numero deformaretur. Itaque Iovem fecisse, ut quum omnia illius artificia in uno corpore vellet significare, crura eius equina fecisse, quod equo multum sit usus: et sagittas (pro ingenio) adiunxisse, ut ex his et acumen et celeritas esse videretur: caudam Satyricam in corpore finxisse, quod non minus hoc Musae, quam Liber Satyris sit delectatus.*

LYCOPHRO.

MENEΔHMOΣ.

I. (1.)

Athen. X. p. 420. B. μαρτυρεῖ δὲ καὶ περὶ τούτων (sc. τῶν τοῦ Μενεδήμου δείπνων) Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεύς, γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν οἷς φησιν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς σατύρους

Παῖδες κρατίστου πατρὸς ἐξωλέστατοι,
ἐγὼ μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, στρηνιῶ.
δεῖπνον γὰρ οὔτ' ἐν Καρίᾳ, μὰ τοὺς θεούς,
οὔτ' ἐν Ρόδῳ τοιοῦτον οὔτ' ἐν Λυδίᾳ
κατέχω δεδειπνηκώς. Ἄπολλον, ὡς καλόν.

Facile intelligitur, Silenum modo redeuntem a coena quadam, quam ipsius Menedemi fuisse omnes intellexerint spectatores, huius apparatum descripsisse et eiusmodi epulas philosophicas, quibus convivae magis sententiis sermonibusque, quam cibis refecti sint (cf. fgm. II. III.), satyris commendasse. — Vs. 1. pro *πατρὸς* in codd. est *παιδὸς*, quod primus correxit Guil. Cant. Nov. Lectt. VI, 17. — Vs. 5. *κατέχειν* h. l. significat *animo, memoria tenere, meminisse.* cf. Schweigh. ad Athen. I. p. 5. E.

II. (2.)

Pergit Athen. l. c. *καὶ προελθὼν*

Ἀλλὰ κυλίκιον
ὑδαρὲς ὁ παῖς περιῆγε τοῦ πεντωβόλου,
ἀιρέμα παρεξεστηκός· ὅ τ' ἀλιτήριος
καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.

Vs. 3. animadvertendum est, quod *παρεξεστηκὸς* non ad poculum (*κυλίκιον*), sed ad vinum, quod poculo isto continebatur, relatum est. Id autem ita offendit Toupium (Emendatt. in Suid. III. p. 497.), ut scribi mallet: *παρεξεστηκότος, ἀλιτήριος,* quod, modo post *παρεξεστηκότος* interpungatur et *ἀλιτήριος* scribatur (– nam anapaestus in quarto trimetri satyrici pede non habet, quo offendat. cf. Herm. El. Doctr. Metr. p. 125. —) nescio an recipiendum sit. Minus autem necessarium est, ut vs. 1., quod idem vir doctus proposuit, scribatur: *ἀλλὰ καὶ κυλίχνιον.* — Vs. 4. 5. citat Athenaeus etiam lib. II. p. 55. D. his verbis praemissis: *Λυκόφρων δ' ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραφεν εἰς Μενέδημον τὸν φιλόσοφον, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Ἐρετρικῶν ὠνομάσθη αἵρεσις, διασκώπτων τῶν φιλοσόφων τὰ δεῖπνά φησι „καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευσε κτλ.“* Verbum *δημόκοινος* Casauboni ingenio restitutum est, nam in libris h. l. *δημόνικος*, altero *δημόκριτος* legitur. Id autem haud quaquam, *plebeii*, sed *carnificis, tortoris* significationem habet, ut bene Schweigh. ad Athen. II. p. 55. D. docuit, eaque significatio egregie *lupino* ob amaritudinem et acrimoniam convenit, qui insuper versu praecedente *ἀλιτήριος* i. e. *scelestus, flagitiosus, abominandus* appellatur. Cum dictione *ἐπεχόρευε* (II. p. 55. D. *ἐπιχόρευσε*) Friebel. (Poet. Satyr. Fragm. p. 107.) haud inepte contulit Hom. Il. XIII, 589. Diphil. ap. Athen. IV. p. 157. A. Idem recte verba *πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης* inde explicationem ferre monuit, quod lupinus ad divitum mensas vix admissus sit.

III. (3.)

Pergit Athen. l. c. *ἐξῆς δέ φησιν ὅτι ζητήσεις ἦσαν παρὰ πότοις·*

τράγημα γὰρ
ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

ἱστορεῖται δὲ καὶ ὅτι πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖον ὁ ὄρνις κατελάμβανε τὴν ἕω καλῶν, τοῖσι δὲ οὐδέπω κόρος. - Lycophronis verba pleniora attulerunt Diog. Laert. II, 140. et Hesych. v. *τράγημα·*

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἢ βαιὰ κύλιξ
αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον, τράγημα δὲ
ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

Praeterea in reliquis Athenaei verbis versuum vestigia latere iam vidit Schweigh. hos inde eliciens versiculos:

καὶ πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλέον
κατελάμβανεν γ' ὁ ὄρνις ὁ τὴν ἕω καλῶν·
τοῖς δ' οὐδέπω κόρος.

Friebel. l. c. p. 104. fere eodem modo, sed male vs. 2. hiatu admisso:

καὶ πολλακις συνόντας αὐτοὺς ἐς πλέον
κατελάμβανεν καλῶν ὁ ὄρνις τὴν ἕω,
κόρος δὲ τοῖσιν οὐδέπω.

Meinek. Exerc. Philol. in Athen. spec. II. p. 19.) vero primum *ἱστορεῖ* (sc. Lycophro) pro *ἱστορεῖται* scribi, deinde hasce versuum reliquias ex iis excerpi iubet:

— — ὁ τὴν ἕω καλῶν
κατέλαβεν ὄρνις, τοῖσι δ' οὐδέπω κόρος.

ad extrema verba collat. fragm. 4. vs. 4.

ΠΕΛΟΠΙΔΑΙ.

I. (4.)

Stob. CXIX, 13. c. l. *Λυκόφρονος ἐκ Πελοπιδῶν.*

Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν μὲν ᾖ πρόσω τὸ κατθανεῖν,
Ἅιδης ποθεῖται τοῖς δεδυστυχηκόσιν.
ὅταν δ' ἐφέρπῃ κῦμα λοίσθιον βίου,
τὸ ζῆν ποθοῦμεν· οὐ γάρ ἐστ' αὐτοῦ κόρος.

Quicunque hoc fragmentum perlegerit, haud dubie nobiscum vehementer dolebit, quod non plura e Lycophronis tragoediis fragmenta aetatem tulerunt.

ALEXANDER *).

ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

I. (1.)

Schol. Ven. ad Hom. Il. α', 216. Ἀπὸ τοῦ χρῶμαι τὸ δεύτερον τῆς κοινῆς διαλέκτου ἐστὶ χρᾷ, Ἰωνικῶς. Ἀττικὸν δὲ χρῇ, ὡς εἴρηται Ἀλεξάνδρῳ ἐν Διονύσῳ

Ἰδοὺ κατόπτρου· εἰπέ μοι τούτῳ τί χρῇ;

Ita correxit G. Herm. El. Doctr. Metr. p. 145. pro eo, quod Schol. habet: εἰπέ μοι τί χρῇ τούτῳ. Meinekio nescio quis haec verba Dionyso ipsi dixisse videtur, quippe cuius in apparatu luxuriae speculum commemoret Aeschylus (cf. Welck. Append. Trilog. p. 108.) apud Aristoph. Thesm. 149. τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; — Versus optime in dramate satyrico locum habere potuit.

ΕΛΕΝΗ.

I. (2.)

Phryn. Appar. Soph. in Bekk. An. Gr. p. 96, 33. Εὐφρηδία. Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 513.

ΠΟΤΟΣ.

I. (3.)

Athen. IV. p. 170. E. ξητητέον δὲ εἰ καὶ ὁ τραπεζοκόμος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τραπεζοποιῷ. Ἰόβας γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς Ὁμοιότησι τὸν αὐτὸν

*) De *Alexandri Aetoli* vita et carminum reliquiis peculiari libello disseruit *Al. Capellmannus* (Alexandri Aetoli fragmenta collecta et illustrata. Bonn. 1829). Omnes, quae afferuntur, *Alexandri* fabulae, *Διόννσος*, *Ἑλένη*, *Πότος*, *Τίγων* (sic) pariter atque iambica Alexandri fragmenta, quum non apertis verbis *Aetolo* assignentur, a Meinekio (Hist. crit. com. p. 488.) non tragico, sed comico poetae pariter nominato vindicantur. Verum tamen equidem neque in fabularum illarum titulis, neque in fragmentis quidquam reperire possum, quod a tragoedia abhorreat: nam *Dionysum* et *Helenam* etiam alii poetae tragici scripserunt: *Πότος* fortasse drama satyricum fuit, quod nescio an in Dionysum et Helenam quoque cadat; in *Τίγονι* autem quid latere mihi videatur, infra patefaciam. Quo accedit, quod Athenaeus saepius *Alexandrum* tragicum, etiam *Aetoli* cognomine omisso, nunquam autem poetam comicum citavit. Quare, etiamsi dramata ac fragmenta supra exhibita ab *Alexandro Aetolo* composita esse confidenter affirmare non ausim, nullo pacto tamen posse ea ab hoc poeta scripta esse negaverim.

εἶναί φησι τραπεζοκόμον καὶ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενον στρούκτωρα, παρατιθέμενος ἐκ δράματος Ἀλεξάνδρου ᾧ ἐπιγραφὴ Πότος·

Εἰς ἀῦριόν με δεῖ λαβεῖν αὐλητρίδα·
τραπεζοποιὸν, δημιουργὸν λήψομαι.
ἐπὶ τοῦτ' ἀπέστειλ' ἐξ ἀγροῦ μ' ὁ δεσπότης.

ἐκάλουν δὲ τραπεζοποιὸν τὸν τραπεζῶν ἐπιμελητὴν καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας. Recte Capellmann. l. c. p. 45. monuit, servi haec verba esse videri a domino missi, ut omnia, quae ad compotationem necessaria essent, arcesseret. An vero iis, ut idem coniecit, fabulae exordium non contineatur dubito. — Vs. 2. differunt inter se τραπεζοποιός et δημιουργός. cf. praeter Athen. p. 170. D. sq. Polluc. VI, 13. ὁ δὲ φροντίζων τῆς ὑπηρεσίας ἁπάσης τραπεζοποιός. Id. III, 41. — ἡ δὲ τὰ πέμματα μάττουσα καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας διοικουμένη δημιουργὸς, ὁ δὲ πάντων τῶν περὶ τὴν ἑστίασιν ἐπιμελούμενος τραπεζοποιός.

T I T Ω N (?).

I. (4.)

Athen. XI. p. 496. C. Προχύτης, εἶδος ἐκπώματος, ὡς Σιμάριστος ἐν τετάρτῳ συνωνύμων. Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν ἐλεγείοις (fgm. 50. ed. Koepke.) „Ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέραπες Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις." Φιλητᾶς δ' ἐν Ἀτάκτοις ἀγγεῖον ξύλινον, ἀφ' οὗ τοὺς ἀγροίκους πίνειν. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Τίγονι. Quid in corruptis verbis lateat, haud facile sit ad explorandum: quibus corrigendis viri docti frustra adhuc operam dederunt. Casaub. coniecit: Ἀλέξανδρος ἐν Ἁλιεῖ vel Ἄλεξις ἐν Ἀγῶνι. Villebrun. Ἄρχιππος ἐν Ῥίνωνι. Schweigh. ἐν Τρυγόνι. Capellmann. p. 18. Ἀντιφάνης ἐν Τίμωνι. Friebel. Satyr. Gr. p. 75. adnot. 59. Ἀλέξανδρος ἐν γ' Ἰωνικῶν, quod probarem, quum Alexander Aetolus re vera Ἰωνικὰ, quamquam vix hoc titulo, scripserit (cf. Athen. XIV. p. 620. E.) nisi ad literarum ductus multo propius accederet coniectura, quae mihi in mentem venit quaeque infra apposita est. Meinek. Poet. com. IV. p. 554. correxit ἐν Τιγονίῳ, Τιγόνιον, quod nomen etiam Τιτιγόνιον scribi potuerit, meretricis nomen apud Alexandrum fuisse dicens. At vide ne potius Athenaeus scripserit: Ἀλέξανδρος Ἀντιγόνῃ vel ἐν Ἀντιγόνῃ. In qua correctione nec propterea, opinor, quisquam haerebit, quod Antigone alibi non commemoratur: — nam etiam reliquarum Alexandri fabularum unaquaeque semel tantum commemoratur — nec ideo, quod ita poculi mentio in tragoedia fiat. Nam cf. Soph. OC. 175. 473. 1589. Eur. Alc. 759. Iphig. A. 1061. 1052. Bacch. 384. 686. Ion. 1177. 1192. 1195. Fgm. 155. etc.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (5.)

Stob. LXVII, 12. c. l. Ἀλεξάνδρου.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή.

Ad eundem locum respexit Clem. Alex. Paed. III. § 67. p. 293. P. *συλλήβδην γοῦν ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστιν ἀνδρεία γυνὴ, ἥτις σῖτα ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγεν κτλ.* Quem primus ad Alexandrum Aetolum rettulit Naek. sched. crit. p. 7., quum alii eum ex Euripidis Alexandro petitum arbitrarentur. Sed ipsi iam ad calcem Euripideae fabulae monuimus, versum Euripidis esse vix posse; utrum autem Alexandro Aetolo an Alexandro, poetae comico, ut Meinekius voluit, assignandus sit, in medio relinquimus.

II. (6.)

Schol. Theocr. VIII, 1. *Σωσίθεος δὲ λέγει, Δάφνιν γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν κρινάντων, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν μουσικήν.* Pertineatne hic locus ad tragoediam an ad aliud Alexandri poema, dubitari potest.

PHILISCUS.

1.

Stob. Flor. XXIX, 40. c. l. *Φιλίσκου.*

Οὐκ ἔστιν, ὦ μάταιε, σὺν ῥαθυμίᾳ
τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν.

Hunc locum cur Meinek. Poet. com. III. p. 580. inter Philisci comici reliquias rettulerit equidem causam non perspicio.

2. *

Stob. IX, 21. c. l. *Φιλήμονος.* Paris. A. *Παλαμη.* δι

Τοῦ γὰρ δικαίου κἀν βροτοῖσι καὶ θεοῖς
ἀθάνατος αἰεὶ δόξα διατελεῖ μόνον.

Grotius hos vs. Philisco tragico tribuit consentiente Meinekio (Poet. com. IV. p. 17.), qui etiam *κἀν* pro *καὶ* scribi iubet. Grotii coniecturae si quid tribuendum est, Philiscum Palamedem fabulam composuisse statuendum erit.

SOSIPHANES.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

I. (1.)

Schol. Apollon. Rhod. III, 533. *Διὸ καὶ μέχρι τῶν Δημοκράτους χρόνων πολλοὶ τὰς ἐκλείψεις καθαιρέσεις ἐκάλουν. Σωσιφάνης ἐν Μελεάγρῳ·*

Μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη,
πάντες λέγουσιν, ὡς καθαιρεῖ· καὶ γὰρ ἂν
ψευδὴς Σελήνης αἰθέρος καταίβασις.

Apud scholiasten tantummodo verba: *μάγοις ἐπῳδαῖς πᾶσα Θεσσαλὶς κόρη ψευδὴς σελήνης αἰθέρος καταίβασις* **leguntur, sed reliqua praeclare Naek. Sched. crit. p. 29 ex Natalis Comitis Mythologia (lib. III. c. 17. p. 252. ed. Genev.) supplevit. Idem vir clarissimus etiam versus ab aliis aliter intellectos sic bene explicuisse mihi videtur: „Luna vi deripitur a puellis, quod omnes affirmant: fabula enim descensus (*καταίβασις*) voluntarius ad Endymionem.“ De re ipsa cf. Aristoph. Nub. 749. sq.** *γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλῆν, κα θέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην κτλ.* **et schol. ad h. l.**

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. (2.)

Stob. XX, 18. c. l. *Σωσιφάνους.*

Νῦν σοι πρὸς ὄψιν θυμὸς ἡβάτω, γέρον,
νῦν δεῖ γὰρ ὀργὴν, ἡνίκ' ἔνδικον, λαβεῖν.

In Paris. A. locus deest. Vs. 2. in libris est *νυνὶ δεῖ ὀργὴν κτλ.* **Grot. dedit:** *νυνὶ δεῖ γ' ὀργὴν ἡνίκ' ἐνδίκου λαβεῖν.* **Naek. Sched. crit. p. 28.** *νῦν δεῖ γὰρ κτλ.* **quod recepimus. Pro** *ἔνδικον* **in Paris. B. legitur:** *ἔνε δοίκον.* **apud Cant.** *ἐν 'δει καί.*

II. (3.)

Stob. XXII, 3. c. l. *Σωσιφάνους.* **(sic Paris. A. Trinc.)**

Ὦ δυστυχεῖς μὲν πολλὰ, παῦρα δ' ὄλβιοι
βροτοὶ, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις,
ἃς ἔν τ' ἔδωκε φέγγος, ἔν τ' ἀφείλετο;
ἦν δ' εὐτυχῆτε μηδὲν ὄντες, εὐθέως

5. *ἴσ' οὐρανῷ φρονεῖτε, τὸν δὲ κύριον*
Ἅιδην παρεστῶτ' οὐχ ὁρᾶτε πλησίον.

Vs. 2. *τί σφόδρα σεμνύνεσθε.* Paris. B. a manu sec. — Vs. 3. bene comparat Naek. (Sched. crit. p. 29.) Euripidis (Phoen. 1703) versum: *ὅλωλ' · ἓν ἡμάρ μ' ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν.* — Vs. 4. *ἂν δ' εὐτυχῆτε* Paris. A. Trinc. reliqui *εὐτυχεῖτε.* Ex tragicorum usu scripsimus: *ἢν δ' εὐτυχῆτε.* — Vs. 6. Paris. A. *Ἃ δὴ* a manu pr. *καὶ δὴ* Trinc. N. Paris. B. a manu pr. *ἄδην* B. a manu sec. *ἃ δὴ.* Voss. Arsen. *πλούσιον* pro *πλησίον.* Voss. Paris. A. a manu pr. N. Trinc.

III. (4.)

Schol. Eur. Phoen. 1017. *Σωσιφάνης ὁ τραγικὸς ὑπὸ τοῦ Αἰόλου φησὶ τεθνηκέναι τὸν Μενοικέα, Νικόστρατος δὲ ὑπὸ τῆς Σφιγγός.* Egregie monuit Welck. Trag. Gr. p. 1267., haec verba ad tragoediam spectare, cuius argumentum e fabulis Thebanis petitum fuerit.

AESCHYLUS.

AMΦITPYΩN.

1.

Athen. XIII. p. 599. E.

Τίς δ' ἔστ' ἀνάγκη δυστυχεῖν ἐν πλείοσιν,
ἑξὸν σιωπᾶν κἀν σκότῳ κρύπτειν τάδε;

Αἰσχύλος ἔφη ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν Ἀμφιτρύωνι. οὗτος δ' ἐστὶν Αἰσχύλος ὁ καὶ τὰ Μεσσηνιακὰ ἔπη συνθεὶς, ἀνὴρ εὐπαίδευτος. — Amphitryo utrum tragoedia an comoedia fuerit, viri docti dubitarunt; sed orationis color potius cothurnum quam soccum prodere videtur. — Vs. 1. cod. Laurent. *τί δ' ἔσται.*

In ordine poetarum tragicorum chronologico consilio omisi *ALCAEUM*, quamvis Suid. s. v. scripserit: Ἀλκαῖος· Ἀθηναῖος, τραγικὸς, ὃν τινες θέλουσι πρῶτον τραγικὸν γεγονέναι. ac Macrob. (Sat. V. 20.) eius tragoediam *Coelum* citaverit haec scribens: „*Unde haec Gargara tanta frugum copia erant, ut, qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa Gargara nominaret. Testis Alcaeus, qui in Coelo tragoedia sic ait:*

Ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πλείστους φέρων
*εἰς τὴν ἑορτὴν * ὅσον οἷον εἴκοσι.*
ὁρῶ δ' ἄνωθεν Γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ.

Gargara, ut videtis, manifeste posuit pro multitudine.“ Nam in Macrobii verbis corrigendum esse Κωμῳδοτραγῳδίᾳ, cuius fabulae ab Alcaeo, poeta comico, compositae etiam Harpocrat. p. 5, 17. s. v. ἀδηφάγος. Phot. Suid. s. h. v. meminerunt, iam vidit Fabric. Bibl. Gr. II. p. 283. cf. Meinek. Poet. com. I. p. 247. II. p. 850. Ac pariter Suidas tragicum cum comico poeta, quem ipse mox post tragicum commemoravit, commutasse videtur, cuius error inde fortasse originem duxit, quod in fonte, ex quo lexicographus hausit, memoratum erat, Alcaeum primum tragoediam cum comoedia commiscuisse vel q. i. e. primum κωμῳδοτραγῳδίαν scripsisse. Ceterum voces τραγικὸς et κωμικὸς saepius confusae sunt. cf. Casaub. de poes. sat. I, 5. Bentl. Opusc. p. 63. ed. Lips. Meinek. Hist. crit. com. p. 340. 521. 524. etc. Eurip. Fragm. 908. Iophon. fgm. 1. Moschion. fgm. 10. etc.

INCERTORUM POETARUM TRAGICORUM FRAGMENTA.

I.

Fragm. poet. graec. e papyro Paris. ed. Schneidewin. (Gotting. 1838.) p. 10. nr. 9.

Οὐκ οἶδ, ὅπως χρὴ [τὸν] σαφῶς κατειδότα
τῆς Ἡρακλείας φροντίδος κατηγορεῖν.

Letronnius Euripidis versus esse opinatur.

II.

Ibid. p. 20. nr. 18.

Οὐκ οἶδα· τἀληθὲς γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν.

Similis est locus Aesch. Agam. 606. (628.) sq.

III. IV.

Clem. Alex. Strom. II, 15. § 63. p. 462. P. *ἀλλ' οὐδὲ Αἴας σωφρὼν, μέλλων δὲ ἑαυτὸν ἀποσφάττειν, κέκραγεν οὖν οὐδὲν ἦν πῆμα ἐλευθέρου ψυχὴν δάκνον οὕτως ὡς ἀνδρὸς ἀτιμία.*

οὕτως πέπονθα καί με συμφορᾶς ἀεὶ
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει
λύσσης πικροῖς κεντροῖσιν ἠρεθισμένον.

Vs. 1. in codd. est *συμφοροῦσα*, quod egregie Lobeck. ad Soph. Ai. p. 253. et Bothius emendarunt. cf. Soph. OR. 833. Suevernio hos vs. ad Aeschyli Thressas referenti assensi sunt praeter alios Welck. Aesch. Tril. p. 439. et G. Hermann. diss. de Aesch. trag. fata Aiacis et Teucri complexis. p. 13. Hermannus praeterea antecedentia Clementis verba, quae manifesto versuum vestigia ostendunt, ab aliis aliter in versus redacta (cf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 124) sic constituit:

οὐκ ἔστιν οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν τοσοῦτον ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.

atque ita fere postea legebantur inter fragm. poet. graec. e Papyr. Paris. p. 14. nr. 12.

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.

quos Letronnius Euripidi assignavit. Certe cum sequentibus: οὕτως πέπονθα κτλ. eos coniungi non posse consentaneum est; quare Schneidewin. (Coni. crit. p. 112.) Letronnii sententiam amplexus Clementi Euripidis sententiam in mentem venisse putat Aiacis Aeschylei verba apposituro, atque inde apparere, cur Euripidea memoriter citata numeris suis soluta sint.

V.

Welcker. in Sylloge Inscr. p. 93 distichon elegiacum exhibet, quod verbis χαῖρε δίκαιος ἐών et his versibus excipitur:

Ὦ παῖ, φυλάσσου μὴ σφαλῇς· ἡ γλῶσσά τοι
αὐτὴ μὲν οὐδέν, ἡνίκ' ἄν λέγῃ, πονεῖ,
ὅταν δ' ἁμαρτῇ, πλεῖστα προσβάλλει κακά.

Probabiliter Meinekius (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1844. p. 1048.) monuit, haec verba (in sepulcro olim lecta) a tragico quodam poeta et quidem ab Euripide videri profecta, quum sepulcra plerumque clarorum virorum sententiis exornata sint.

VI.

Ael. V. H. III, 29. Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰ ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει. εἶναι γὰρ

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων ἐφήμερον.

Eosdem vs. habet Diog. Laert. VI, 38., quos Welck. Valckenario auctore ad Euripidis Archelaum rettulit. Vid. adnot. nostr. ad Eurip. Archel. s. fin. — Vs. 2. Ael. habet δυσείμων pro πλανήτης et βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον, Diog. β. ἔ. τοὐφήμερον. — Quod ex Aeliano coniicias, Diogenis esse hos versus, id confirmari videtur verbis Iul. Or. ad Them. p. 256. D. ἢ τὸν Διογένους ἐκεῖνον „ἄπολιν ἄοικον πατρίδος ἐστερημένον.“ et Or. VI. p. 895. B. ἆρά σοι μικρὰ φαίνεται ἀνὴρ „ἄπολις ἄοικος πατρίδος ἐστερημένος“ οὐκ ὄβολον, οὐ δραχμὴν, οὐκ οἰκέτην ἔχων. nisi forte aut verba τὸν Διογένους ἐκεῖνον ita accipienda sunt, ut *ille a Diogene multum celebratus* intelligatur, aut potius Διογένη pro Διογένους corrigendum est. De qua re nos admonuit Meinek. Exerc. Philol. in Athen. I. p. 47.

VII.

Ael. H. A. 1, 15. οἱ δὲ θήλεις κόσσυφοι, ἕως μὲν ἄρρενα ὁρῶσι προασπίζοντα, ὡς ἂν εἴποις

μένουσιν ἔνδον, καὶ τὸ τῆς οἰκουρίας
φυλάττουσιν σχῆμα. — cf. Eur. Herc. f. 1373. El. 74. Troad. 642.

VIII.

Ibid. VI, 25. Οἱ ποιηταὶ μὲν τὴν παίδα τὴν τοῦ Ἴφιδος (h. e. Evadnen) σέβουσι καὶ τά γε θέατρα ὑπ' αὐτῶν ἐμπέπληνται ὑμνούντων τὴν ἡρωΐνην ἐκείνην, ἐπεὶ τὰς ἄλλας ὑπερεπήδησε τῇ σωφροσύνῃ, τὸν ἑαυτῆς γαμέτην προτιμήσασα τοῦ βίου.

IX.

Ibid. XIV. 14. ἥ γε μὲν καλουμένη καὶ ὑπὸ τῶν ποιητῶν

κεμὰς δραμεῖν ὠκίστη, Θυέλλης δίκην.

Corrige: δραμοῦσ' ὤκιστα.

X.

Aristot. de divin. per somn. c. 2. p. 463, 20. ed. Bekk. διὰ γὰρ τὰ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ κινεῖσθαι ἐπιτυγχάνουσιν ὁμοίοις θεωρήμασιν, ἐπιτυχεῖς ὄντες ἐν τούτοις ὥσπερ ἔνιοι ἄρτια μερίζοντες. ὥσπερ γὰρ καὶ λέγεται

ἄν (scr. ἦν) πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς.

καὶ ἐπὶ τούτων τοῦτο συμβαίνει.

XI.

Id. Ethic. Nicom. VIII, 10. p. 1242, 35. Bk. ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν (φιλία) πρὸς ἀλλήλους ἑταιρικὴ μάλιστα ἢ κατ' ἰσότητα

οὐ γάρ τι νόθος τῷδ' ἀπεδείχθη,
ἀμφοῖν δὲ πατὴρ αὐτὸς ἐκλήθη
Ζεὺς ἐμὸς ἄρχων.

ταῦτα γὰρ ὡς τὸ ἴσον ζητούντων λέγεται. — Meinek. (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1846. n. 138.) hos versus ad Euripidis Antiopam pertinere dicit.

XII.

Id. Polit. VII, 7. p. 1328, 16. Bk. παρ' οἷς γὰρ ὀφείλεσθαι δεῖν τὴν εὐεργεσίαν ὑπολαμβάνουσι, πρὸς τῷ βλάβει καὶ ταύτης ἀποστερεῖσθαι νομίζουσιν. ὅθεν εἴρηται (Eurip. fgm. 916.) „χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν“ καὶ

οἵ τοι πέρα στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα
μισοῦσιν.

Corrigas: οἵδε. Barnes. p. 497 locum Euripidi tribuit.

XIII.

Id. Rhet. II, 10. p. 1388, 7. Bk. ὅθεν εἴρηται
τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται.

XIV.

Ibid. II, 21. p. 1394, 20. Bk. εἰσὶ δ' αὗται ἐν ὅσαις ἐμφαίνεται τοῦ λεγομένου τὸ αἴτιον, οἷον ἐν τῷ

ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλασσε θνητός ὤν.

Auctor versus, quisquis fuit, imitatus est Eurip. fragm. 790., quod conferas velim. Hinc autem, ni egregie fallor, sive calami errore sive imitatione originem duxit incerti poetae (tragici, ut videtur,) dictum, quod inter Menandri sentent. monostich. 4. legitur:

ἀθάνατον ἐχθρὰν μὴ φύλασσε θνητὸς ὤν.

XV.

Ibid. II, 23. p. 1397, 12. Bk. εἰ γὰρ ὁ πόλεμος αἴτιος τῶν παρόντων κακῶν μετὰ τῆς εἰρήνης δεῖ ἐπανορθώσασθαι

εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν
ἀκουσίως δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν,
οὐδ' ἂν ἀναγκασθείς τις εὖ δράσῃ τινὰ,
προσῆκόν ἐστι τῷδ' ὀφείλεσθαι χάριν.

Sequitur Eurip. fgm. 399. — Elmsl. ad Eur. Med. 87. not. correxit: ἐπεὶ γὰρ οὐδὲ κτλ. et vs. 3. οὐδ' εἴ γ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσει τινά. In quibus ἐπεὶ vs. 1. probari potest, vs. 3. vero leniori mutatione sic restituerim: οὐδ', ἦν ἀναγκ. κτλ. vel οὐδ', ᾖ ἂν ἀναγκ. κτλ.

XVI.

Ibid. p. 1397, 18. Bk. ὅθεν εἴρηται·

καὶ σὸς μὲν οἰκτρὸς παῖδας ἀπολέσας πατήρ·
Οἰνεὺς δ' ἆρ' οὐχὶ [τὸν Ἑλλάδος] κλεινὸν ἀπολέσας γόνον;

Ad hunc locum adnotat Steph. schol. in Cram. An. Gr. Paris. I. p. 292, 21. καὶ σὸς μὲν οἰκτρός· οἶμαι ταῦτα πρὸς τὴν Ἀλθαίαν λέγειν τὸν Οἰνέα, λυπουμένην δὶ ἀδελφὸν αὐτῆς ἀναιρεθέντα παρὰ Μελεάγρου, καὶ διὰ τὸν πατέρα αὐτῆς λυπούμενον. φησὶ γοῦν, εἰ λυπεῖται ὁ πατήρ σου διὰ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, οὐ δεῖ κἀμὲ πάνυ λυπεῖσθαι, ὡς ἀπολέσαντα

τὸν υἱόν σου Μελέαγρον; — Verba igitur ex nescio cuius (fortassis Antiphontis, ut Victorius et Welck. Trag. Gr. p. 1012. probabiliter coniecerant, nam sequuntur mox apud Aristotelem Antiphontis versus —) Meleagro ducta sunt. cf. Antiph. Fgm. 3. Schrader. dederat: τὸν Ἑλλάδος ἀπολέσας κλεινότατον γόνον. Bekker. autem scripturam e codd. correxit ac iure verba τὸν Ἑλλάδος, quae quidem in codd extant, uncinis inclusit.

XVII.

Ibid. II, 23. p. 1399, 21. Bk. ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται·

πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὔνοιαν φέρων
μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματ', ἀλλ' ἵνα
τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.

Sequuntur Antiphontis (fragm. 3.) versus.

XVIII.

Ibid. III, 11. p. 1412, 24. Bk. δεῖ δ' ἀεὶ προσεῖναι ἢ τὸ πρὸς ὃν λέγεται ἢ τὸ ὀρθῶς λέγεσθαι εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθὲς καὶ μὴ ἐπιπόλαιον. ἔστι γὰρ ταῦτα χωρὶς ἔχειν, οἷον „ἀποθνήσκειν δεῖ μηδὲν ἁμαρτάνοντα." ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον.

τὴν ἀξίαν [γὰρ] δεῖ γαμεῖν τὸν ἄξιον.

ἀλλ' οὐκ ἀστεῖον. Ad explendum versum inserui γάρ. — Prius exemplum pertinet ad Anaxandridis versum: καλόν γ' ἀποθανεῖν πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον, quem Aristoteles paulo ante attulerat; quam ob rem Meinek. (Poet. com. III. p. 201. et IV. p. 603.) etiam alterum versum, in quo ἔδει pro δεῖ scribi iussit, eidem poetae vindicavit. At equidem nescio, an ea in re viro eruditissimo non assentiendum sit. Aristoteles enim tragicorum et comicorum versus promiscue attulit: quo accedit, quod versiculus ipse, qui longioris orationis exitus esse videtur, potius tragicum, quam comicum colorem prae se fert.

XIX.

Ibid. III, 14. p. 1415, 20. Bk. πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσιν ἢ φόβους ἀπολύονται ἐν τοῖς προοιμίοις.

A. ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως σπουδῆς ὕπο.
B. τί φροιμιάζῃ;

Personarum vices indicavi. Ad vs. 2. cf. Aesch. Ag. 1327. Eur. Iph. Taur. 1162.

XX.

Arsen. Violet. p. 15 ed. Walz. Menandr. sentent. monostich. 11.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

Simillimus est Sophoclis versus apud Stob. Ecl. I, 9, 1. p. 222. ed. Heer. *πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει.* et Philemonis ibid. p. 234. (fragm. inc. XCVII. ed. Meinek.) *χρόνος τὰ κρυπτὰ πάντα εἰς φάος ἄγει.*

XXI.

Ibid. p. 37. W. Mich. Apost. II, 36.

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους,
καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἕλκουσαν βίαν.

Aeschyli versus esse videntur.

XXII.

Ibid. p. 65. W. Mich. Apost. III, 78. Diogenian. III, 28.

Ἅπαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει.

XXIII.

Ibid. p. 156. W. Mich. Apost. VI, 97.

Γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Versus e dramate satyrico petitus videtur. *Νοῦς λεπτὸς* habet etiam Eurip. Med. 529.

XXIV.

Ibid. p. 165. W. Menandr. sent. monost. 112.

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

Praecedit apud Arsenium Agathonis fgm. 24. Auctor versus imitatus esse videtur Aesch. Eum. 720. Well.

XXV. XXVI.

Ibid. p. 171. W. Mich. Apost. VI. 70.

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀχμάζουσιν βέλος.

Mich. Apost. addit: *ὁμοία τῇ·*

γυναικὸς αὐδὴ θάνατος νεωτέροις.

Versus sintne tragici an comici poetae dubitari potest. Vs. 2. restitui facile potest, si aut *'στι* post *αὐδὴ* aut *ἦν* ante *νεωτέροις* inseritur.

XXVII.

Ibid. p. 181. W. Mich. Apost. VII, 9. Zenob. III, 28. Proverb. e cod. Bodl. 347. ed. Gaisf. Suid. s. v. *Δίκη*

Δίκη δίκην ἔτικτε καὶ βλάβη βλάβην.

ἐπὶ τῶν φιλοδίκων καὶ συνειρόντων δίκας δίκαις. Hunc locum nescio quis apud Arsen. p. 455. W. et Mich. Apost. XIX, 79 in hunc modum imitatus est: *ὕβρις ὕβριν ἔτικτε καὶ ψόγος ψόγον*, unde facile particula *γὰρ* post *ὕβρις* inserta versus effici potest.

XXVIII.

Ibid. p. 217. W. Mich. Apost. VII, 49. Zenob. III, 43. Proverb. e cod. Bodl. 243. Gaisf. Suid. s. v. Aristaenet. Ep. II, 7.

Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν.

Suid. addit: *ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια πασχόντων.*

XXIX.

Ibid. p. 227. W.

Ἕλκος γὰρ πέλει τῆς ἀληθείας φθόνος.

Corrige: *ἕλκος πέλει γὰρ κτλ.*

XXX.

Ibid. p. 233. W. Mich. Apost. VIII, 53.

Ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελής.

Mich. Apost. addit: *ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν ἐν οἷς οὐ χρή· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς νυκτερίδος.*

XXXI.

Ibid. p. 249. W. Menandr. sent. monost. 164.

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν οὔποτ' ἂν πάθοις βλάβην.

Pro *πάθοις* cod. Vindob. 4. in Men. s. m. male *λάβῃς.*

XXXII.

Ibid. p. 262. W. Menandr. sent. monost. 195.

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον.

XXXIII.

Ibid. p. 287. W. Menandr. sent. monost. 247.

Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.

cf. Soph. ap. Stob. XCIX, 20. *πῶς οὖν μάχωμαι θνητὸς ὢν θεᾷ τύχῃ· ὅπου τὸ δεινὸν ἐλπὶς οὐδὲν ὠφελεῖ;* Eur. fragm. 718. — Pro *καὶ τύχῃ* malim *κἀτυχής*, h. e. *funestum.*

XXXIV.

Ibid. p. 288. W. Menand. sent. monost. 235.

Θεοῖ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.

Cf. Eurip. fgm. 293. 575. 1013.

XXXV.

Ibid. 305. W. Menandr. sent. monost. 270.

Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Dubitans hunc locum recepi canoni Porsoniano adversantem. Vide tamen ad Inc. trag. fgm. XLV.

XXXVI.

Ibid. p. 314. W. Menand. sent. monost. 274.

Κακοῖς ὁμιλῶν αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Simillimum est Eurip. fgm. 962.

XXXVII.

Ibid. p. 317. W. Menandr. sent. monost. 273.

Καλὸν τὸ καίρου παντὸς εἰδέναι μέτρον.

Arsenius male *τι*.

XXXVIII.

Ibid. p. 323. W. Menandr. sent. monost. 276.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

Euripidis sententia esse mihi videtur.

XXXIX.

Ibid. p. 336. W. Menand. sent. monost. 310.

Λίαν φιλῶν σεαυτὸν οὐχ ἕξεις φίλον.

Cf. Incert. trag. fragm. CCLIV.

XL.

Ibid. p. 336. W. Menand. sentent. monost. 321.

Λιμῷ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἀντειπεῖν ἔπος.

Nescio an hic vs. ad Achæi Aethonem referendus sit.

XLI.

Ibid. p. 337. W. Menand. sent monost. 313.

Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.

In Men. sent. mon. est: *λόγῳ με πεῖσον*, sed in Vindob. 3. *λόγῳ μὲν πεῖσαι*, unde Meinek. coniectura effinxit: *λόγῳ μ' ἔπεισε*. Tragici hunc locum veramque Arsenii scripturam esse docet Tertullian. Pall. V. p. 57., qui hanc addit interpretationem: *sermone me suasisti, medicamine sapientissimo.*

XLII.

Ibid. p. 337. W.

Λόγος μέν ἐστι φάρμακον λύπης μόνον.

Cf. Aesch. Prom. 386. Eur. fragm. 903. Aristoph. Vesp. 1254.

XLIII.

Ibid. p. 357. W. Zenob. III, 23.

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

Cf. (Eurip.) Rhes. 395. 423. Eurip. Fragm. 56.

XLIV.

Ibid. 463. W. Menand. sent. monost. 528.

Φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

Cf. Eur. Med. 86.

XLV.

Ibid. p. 464. W. Mich. Apost. XX, 42.

Φύσει γὰρ ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσποταῖς.

Metrum restitue transpositis verbis: *τὸ δοῦλον ἐχθρὸν γὰρ φύσει τοῖς δεσποταῖς*, vel vitato in fine cretico: *τὸ δοῦλον ἐχθρὸν τοῖσι δεσποταῖς φύσει.* Sed posteriores tragici ac ne Euripides quidem (cf. Eurip. fgm. 595.) anxie legem istam atque normam, quam acute Porso detexit et constituit, curasse videntur. Equidem enim in Euripidis et reliquorum tragicorum fragmentis haec exempla repperi a parte codicum satis munita. Eurip. fgm. 50. 141. 193. 221. vs. 3. 231. 271. 285. vs. 6. 296. 351. 353. vs. 54. 362. 413. 424. 488. vs. 7. 492. vs. 4. 513. vs. 6. 592. 683. 710. vs. 2. 721. 764. vs. 2. et 4. 851. vs. 3. 880. vs. 5. 898. vs. 7. Phryn. fgm. 18. Aristarch. fgm. 1. vs. 3. Ion. fgm. 20. 28. vs. 2. Achaei fgm. 11. Agath. fgm. 9. Astydam. fgm. 3. vs. 4. fgm. 8. vs. 4. Theodect. fgm. 18. vs. 2.

fgm. 19. vs. 1. (Chaerem. fgm. 14. fgm. 30.) Chaerem. fgm. 36. Apollonid. fgm. 1. vs. 3. Lycophr. fgm. 1. Sosiphan. fgm. 1. Inc. Trag. Fragm. V. XXI. XXXV. LVIII. LXXV. vs. 3. CXXVIII. vs. 2. CXLIX. CCXLV. vs. 7. An quis omnia haec exempla corrigenda esse dicat?! — Ceterum ab huius versus auctore etiam compositum et huic praemissum esse suspicor versum, qui inter Menand. sent. monost. 116. legitur:

Δοῦλος πεφυκὼς εὐνοεῖ τῷ δεσπότῃ.

quamvis eidem legi adversetur.

XLVI.

Ibid. p. 478. W. Mich. Apost. XX, 19.

Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω λόγος,
πείθειν γὰρ οἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγειν.

XLVII.

Athen. IV. p. 156. F. *εἶτα πάλιν φακοὶ προσηνέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι, καὶ ὁ Δημήτριος δραξάμενος ἔφη „Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν" καὶ ἄλλος ἐξῆς ἀνιβύησε „φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι."* Ut prior versus unius literae mutatione ex Eurip. Med. 333 ad risum detortus est, ita alterum ex hoc tragici cuiusdam ac fortasse ipsius Euripidis versu

κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι.

originem duxisse perquam probabiliter Leopard. Emendatt. VI, 12 et Porso ad Med. l. c. statuunt.

XLVIII.

Id. IV. p. 187. A. (p. 404. ed. Dindf.) *τοῦτο γὰρ* (sc. Hesiodi Op. 341. dictum) *ὡς ἀληθῶς Βοιωτικῆς ἐστιν ἀναισθησίας συμπόσιον καὶ τῇ μισανθρωποτάτῃ τῶν παροιμιῶν ἁρμόττον*

τήλου φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.

Ad hunc locum respexit Muret. Epist. I, 44.

XLIX.

Id. VIII. p. 336. B. — *καὶ ἄλλος δέ τις φησὶ τῷ Σαρδαναπάλλῳ παραπλήσιος ὑποτιθέμενος καὶ οὗτος τοῖς μὴ σωφρονοῦσι τοιάδε·*

Πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι
τοὐφήμερον ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν
τὸ μηδέν ἐστι καὶ σκιὰ κατὰ χθονός.
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαυρέσθαι χρεών.

Euripidis versus esse coniecit Porso. — Casaub. maluit vs. 2. τοὐφ' ἡμέραν.

L.

Id. X. p. 433. E. καὶ τῶν τραγικῶν δέ τις ἔφη

ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου.

LI.

Bachm. Anecd. Gr. I. p. 389, 18. Τρανές· τὸ σαφὲς οἱ τραγικοὶ λέγουσι. Cf. Suid. s. v. Ad Soph. Ai. 23. pertinere videtur.

LII.

Basil. Magn. Ep. 53. (Opp. Vol. III. p. 156. D. ed. Garn. 1730.) τὸν σοφὸν ἄνδρα, κἂν ἐκὰς ναίῃ χθονὸς, καὶ μήποτ' αὐτὸν ὄσσοις προσίδω, κρίνω φίλον. Unde duos senarios elicuit Porso Adv. p. 277. hosce:

σοφὸν γὰρ ἄνδρα, κἂν ἐκὰς ναίῃ χθονὸς
κἂν μήποτ' ὄσσοις προσίδω, κρίνω φίλον.

Ad eundem locum respexit Procop. Epist. XCVI. in Maii Class. Auct. IV. p. 267. σοφὸς ἦν ὄντως ὁ ταῦτα δήπου φθεγξάμενος, ὡς ἄρα τὸν σοφὸν, κἂν ἐκὰς ναίῃ χθονὸς κἂν μήποτ' ὄσσοις ἰσίδω, κρίνω φίλον. Pro προσίδω e Procopio ἰσίδω in vs. 2. recipiendum esse facile intelligitur.

LIII.

Bekk. An. Gr. p. 335, 10. Bachm. An. Gr. I, p. 20, 3. Ἀγανόν· τὸ κατεαγός. ἡ πρώτη ὀξεῖα. καὶ τοῦτο τραγικώτερον τὸ ὄνομα.

LIV.

Ibid. p. 336, 10. Bachm. An. Gr. I, p. 21, 12. Ἄγαι. οἱ τραγικοὶ τὰς τρώσεις οὕτως ἐκάλουν καὶ τὰ τραύματα. καὶ γὰρ τὸ τραῦμα οἷον κάταγμα γίνεται.

LV.

Ibid. 346, 28. Bachm. An. Gr. I, p. 34, 1. ἀελλάδες ἵπποι. αἱ ταχεῖαι. καὶ τοῦτο τραγικόν. Manifesto pertinet ad Soph. OR. 463. cf. Hesych. Etym. Magn. s. v. et interprett. ad Soph. l.c.

LVI.

Ibid. p. 349, 3. Bachm. An. Gr. I, p. 36, 14. Ἀηδόνα· ἔστι μὲν ἡ ὄρνις, ἐκ μεταφορᾶς δὲ οἱ τραγικοὶ τὴν γλωσσίδα [adde διὰ] τῶν βοῶν

[adde ὁμοιότητα οὕτω καλοῦσιν] ἔστιν δ' ὅπου καὶ τὸν αὐλὸν [adde σημαίνει]. ἡ λέξις Διδύμου.

LVII.

Ibid. p. 1309, 6. (Choerobosc. ad Theodos.) τὸ Αἴσων κύριον ὂν δίχως κλίνεται. καὶ γὰρ διὰ τοῦ ω, οἷον

Αἴσωνος υἱὸς Κρηθέως ἀφ' αἵματος.

Bekk. in indice p. 1447 versum Euripidi vindicavit, quem secuti sunt Euripidis fragmentorum editores. cf. Eurip. fgm. 599.

LVIII.

Cic. ad Att. IV, 11, 2. *Nos hic voramus literas cum homine mirifico — ita mehercule sentio — Dionysio, qui te omnesque vos salutat:* οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντ' εἰδέναι. Facili negotio, ut in reliquis locis Ciceronis infra subiectis, tragici poetae senarium restitueris scribendo:

οὐδὲν γλυκύτερόν (vel γλυκίον) ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι.

LIX.

Ibid. VI, 4, 3. *Illud praeterea* μυστικώτερον *ad te scribam: tu sagacius odorabere:* τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογενόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δή, μή τι νοήσῃς· εἰς δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος, τὰ λοιπὰ ἐξασφαλίσαι. *Non queo tantum, quantum vereor, scribere.* — Valck. Diatr. p. 194. ingeniose ac probabiliter in his verbis tragici poetae fragmentulum (et quidem Iocastae ex Euripidis Oedipo dictum) latere suspicatus est in hunc fere modum restituendum:

δέδοικα δή,
μή τοι νοήσῃς, Οἰδίπου.

collat. Plaut. Poen. I, 3, 34. *isti quidem hercle orationi Oedipo Opus est coniectore, qui Sphingi interpres fuit.* Ciceronis verba graeca usque ad τυραννοκτόνου fere integra etiam in sequenti epistola leguntur.

LX.

Ibid. VII, 3, 5. *Sed quoniam res eo deducta est, non quaeram, ut tu scribis*

ποῦ σκάφος
τὸ τῶν Ἀτρειδῶν;

mihi σκάφος unum erit, quod a Pompeio gubernabitur. — Valck. Diatr. p. 192. etiam haec verba Euripidi assignat.

LXI.

Ibid. XIV, 22. *Etsi illud iuvenes*

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

Valckenario Diatr. p. 192 Sophoclis esse videtur versus, mihi Euripidis ob rationem, quam ad Eurip. fgm. 924. exposui.

LXII.

Ibid. XV, 11, 3. *Hoc dempto munere amoris atque officio, sequebatur, ut mecum ipse*

ἦ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν θεοπρόπε;

Priorem versus partem Cicero etiam Epist. ad Att. XVI, 6, 2. affert. Sophoclis est indice Valck. l. c., comici poetae secundum Meinek. Poet. com. IV. p. 610, Euripidis mea sententia. Vide ad antecedens fgm.

LXIII.

Clem. Alex. Paedag. II, 1, 5. p. 166. P. *Ἀλλ' αἰσθάνομαι ὅθεν ἡ εὐπρόσωπος ἐρρύη τῶν δείπνων προσηγορία „ἀπὸ τῶν φαρύγων καὶ φοιτητῆς μανίας ἐπὶ δείπνων" κατὰ τὸν κωμικόν. ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς*

τὰ πολλὰ τοῖς πολλοῖσι τοῦ δείπνου χάριν.

Quum poetae comici versus praecedat, Meinek. Poet. com. IV. p. 610. etiam hunc vs. e comoedia fluxisse censet, sed equidem non video, quid obstat, quominus cum tragico assignemus quippe colorem tragicum prae se ferentem, praesertim cum saepissime Clemens cuiusvis generis poetarum versus promiscue attulerit.

LXIV.

Ibid. II, 12. § 118. p. 241. P. *τοιοῦτοι ταῖς ἡλιθίαις οἱ λίθοι γυναιξὶ περιδούμενοι τοῖς ὅρμοις καὶ τοῖς περιδεραίοις ἐγκατακλειόμενοι ἀμέθυστοι καὶ κεραυνῖται καὶ ἰάσπιδες καὶ τοπάζιον, ἥτε*

Μιλησία
σμάραγδος, ἐμπόλημα τιμιέστατον.

Versus sitne tragici an comici poetae dubitari potest.

LXV.

Clem. Alex. Strom. IV, 7, 49. p. 585. P.

Ἃ δ' ἐκπυθέσθαι τῆς ἐμῆς χρῄζεις φρενὸς,
οὔτ' ἂν καταίθων οὔτε κρατὸς ἐξ ἄκρου
δεινοὺς καθιεὶς πρίον' εἰς ἄκρους πόδας
πύθοι' ἄν, οὔτ' εἰ δεσμὰ πάντα προσβάλοις.

ἀφόβως ἀνδρειζομένη παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ λέγει γυνή. — Vs. 2. πρίον' pro πρίονας bene correxit Porso ad Med. 5.

LXVI.

Ibid. IV, 7, 51. p. 586. P.

Τοῦ σώματος γὰρ οὕνεχ' οἱ πολλοὶ πόνοι,
τοῦδ' εἵνεκ' οἶκον στεγανὸν ἐξευρήκαμεν,
λευκόν τ' ὀρύσσειν ἄργυρον σπείρειν τε γῆν,
τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἡμεῖς ὀνόμασιν γιγνώσκομεν.

Vs. 2. corrige: τοῦδ' οὕνεκ'. — Vs. 3. noli haerere in locutione σπείρειν γῆν. cf. Eur. Hec. 9. Heracl. 840.

LXVII.

Ibid. IV, 7, 56. p. 588. P. — — κινδύνων ὑπερφρονῶ διὰ τὴν πρός σε ἀγάπην

ὀθούνεκ' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει,
αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

Euripidi locum tribuit Hemsterh. ad Luc. Tim. 4. T. I. p. 106, 51., Sophocli Valck. ad Hippol. 395. et Matthiae Eurip. T. IX. p. 448.

LXVIII.

Ibid. VII, 7, 34. p. 851. P.

Ἐπεὶ τίς ὧδε μωρὸς, κατὰ τὴν ποιητικὴν χάριν,
καὶ λίαν ἀνειμένος
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χόλης πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
χαίρειν ἀπαρχῇ καὶ γέρας λαβεῖν τόδε;

καὶ χάριν τούτων τοῖς δρῶσιν ἐκτίνειν, κἂν πειραταὶ κἂν λῃσταὶ κἂν τύραννοι τύχωσιν; Eundem locum exhibet Porphyr. de abstin. anim. II, 58. et ex Porphyrio, ut ipse dicit, Cyrill. c. Iul. IX. p. 306. E. Quem I. H. Vossius (Epist. mythol. II, 40.) Menandro assignat, Gatak. ad Antonin. X, 8 vero tragico potius quam comico poetae tribuendum esse censet, quod mihi etiam probabilius videtur. Meinek. (Poet. com. IV. p. 613.) rem in medio reliquit. — Vs. 1.

ἀνειμένος cod. Paris. (secundum Klotzium Vol. IV. p. 245.), vulgo ἀνειμένως. — Vs. 2. pro εὔπιστος Meinek. l. c. legi iubet εὔπειστος lectores ablegans ad Lobeckii adnot. ad Soph. Ai. 151. Cyrill. ἐλπίζῃ. — Vs. 5. vulgo χαίρειν ἀπάτῃ, cod. Paris. ἅπαντα, Porphyr. et Cyrill. ἅπαντας, quod correxit Grot. Exc. p. 923 scribendo ἀπαρχῇ. Similiter Pors. ad Eurip. Hec. 41. proposuit ἀπαρχαῖς, quod recepit Meinek. — Grot. l. c. etiam ex postremis Clementis verbis hunc vs. effinxit: χάριν τε τούτων τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν, sed manifesto ibi Clemens ipse, non poeta loquitur.

LXIX.

Inc. auctor comparationis Menandr. et Philem. p. 357. ed. Rutgers.

Πρόσεστι δὲ τῷ πένητι ἀπιστία.
κἂν σοφὸς ὑπάρχῃ κἂν λέγῃ τι συμφέρον
δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν κακῶς.
τῶν γὰρ πενήτων πίστιν οὐκ ἔχει λόγος.
ἀνὴρ δὲ πλουτῶν, κἂν ἄγαν ψευδηγορῇ
δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν ἀσφαλὲς.

Dobr. ad Aristoph. Plut. 689 Euripidis esse hos versus suspicabatur, fortassis recte, quum, ut bene Meinekius (Poet. com. IV. p. 39.) ostendit ac supra iam ad Chaeremonis fragmenta a nobis monitum est, plures tragicorum versus in hanc Menandri et Philemonis comparationem illati sint. Iam enim quomodo versui 1 medela adhiberi possit, difficile est ad dicendum; nam quod Bentl. voluit: πρόσεστιν αἰεὶ τῷ πένητ' ἀπιστία vel ἀεὶ πρόσεστι τῷ πένητ' ἀπιστία, non valde placet propter iota dativi elisione abreptum, quamvis hoc subsidii quid habeat in Eurip. fgm. 19 inque locis ibi a nobis collectis, nec magis arridet Meinekii l. c. correctio: τῷ γὰρ πένητι μὲν πρόσεστ' ἀπιστία, quippe quae nimis a codicum vestigiis recedat. Nescio igitur an scribere praestet: πρόσεστι τῷ πένητί πως ἀπιστία, κτλ., nisi forte accipienda est sententia, quam paullo inferius proposui. — Vs. 2. Meinek. scribi iussit καὶ λέγῃ, recte, ut mihi videtur. — Versum 3 non sine probabilitatis specie Dobr. l. c. e vs. 6 originem duxisse monuit, Heinsius a quarto vel novum fragmentum incipi voluit, Meinekius denique utrumque eiiciendum esse coniecit. Equidem vero diffiteri nolo, etiam contrarium cogitari posse, nimirum versum 1, quum a metro alienissimus sit ac nihil aliud, quam adnotationem, qua nescio qui librarius in margine totius loci summam breviter expresserit, continere videatur, a margine in textum irrepsisse, versum 6 autem e vs. 3, cuius similis fortasse fuerit, librarii negligentia interpolatum ideoque severiore medicina emendandum esse. Quare vide, ne locus e continuitate sermonis ereptus ita se habuerit:

[ὁ γὰρ πένης]
κἂν σοφὸς ὑπάρχῃ καὶ λέγῃ τι συμφέρον,
δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν κακῶς·
τῶν γὰρ πενήτων πίστιν οὐκ ἔχει λόγος.
ἀνὴρ δὲ πλουτῶν, κἂν ἄγαν ψευδηγορῇ,
δοκεῖ τι φράζειν κἀτ' ἀκούσεται σοφός.

Ad sententiam cf. Eur. fgm. 319. 989. — Vs. 6. Dobr. pro ἀσφαλὲς correxit σαφὲς, quod equidem pro frequenti vocum σαφὴς et σοφὸς permutatione (de qua diximus ad Eurip. fragm. 615.) in σοφὸς mutavi; Meinek. κλύουσιν et ἀκούουσιν maluit.

LXX.

Ibid. p. 361. R.

Ὃ δεῖ παθεῖν σε μηδαμοῦ σκέψῃ φυγεῖν.
[οὐ γὰρ δυνήσῃ φεύγειν, ὅ σε δεῖ παθεῖν.]
τὸ πεπρωμένον γὰρ οὐ μόνον βροτοῖς
ἀφευκτόν ἐστι, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν

Hic locus aeque atque praecedens e tragoedia fluxisse videtur, sed non minus fere depravatus est. Praecipue in vs. 2 emendando viri docti certarunt, quamquam et numerorum dissolutio et sententiae languor otiosaque eorundem verborum repetitio docere poterant, hunc versum a poetae manu profectum non esse. Quare nos eum uncinis inclusimus. — Vs. 3. Grot. versum explevit inserto πᾶν ante πεπρώμενον. — Vs. 4. correxit Grot. ἀλλὰ καὶ κατ' οὐρανόν, sed probabilius Meinek. (Poet. com. IV. p. 41.) καὶ τοῖς οὐρανὸν | ἔχουσι vel οἰκοῦσι.

LXXI.

Cram. Anecd. Gr. Oxon. I, p. 83, 30. Ἄντρον. — ἢ παρὰ τὸ ἄντομαι, τὸ ἱκετεύω (Apollon. Rhod. III, 77.) „ἄξετο δ' ἀντομένην Ἥρην," καὶ

ἀλλ' ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς Ὀλυμπίου.

ἐν ἄντροις γὰρ τοὺς θεοὺς ἱκέτευον, ἱερὰ τὰ σπήλαια ἡγούμενοι. cf. Etym. M. p. 115, 1. Hesych. s. v. Schneidewin. Coni. crit. p. 102 haud improbabiliter correxit:

ἀλλ' ἀντόμεσθα πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου.

versumque Sophocli assignavit. cf. Eur. Iph. Aul. 1247. Alc. 1101.

LXXII.

Ibid. I. p. 213, 32. τὸ δὲ ἴδρις ψιλοῦται διότι οὐχ ὑποτάσσεται τὸ ρ μετὰ φυσικῆς μακρᾶς

γέρων γάρ εἰμι καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις.

cf. Etym. M. p. 466, 36. — Similiter Eur. Med. 285. *σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις.*

LXXIII.

Ibid. II. p. 337, 26.... *καὶ ὥσπερ παρὰ τὸ περῶ περαίω καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν περαίνω*

νέον περαίνεις τὸν φθαρέντα τῇ πλάνῃ.

LXXIV.

Ibid. II. p. 414, 5. *Τονθάζω. σημαίνει τὸ ἐμπαίζω* (sic) *καὶ ἀπατῶ, ἐκ τοῦ θὼψ, ὃ σημαίνει τὸ κολυμα* (sic codd. quo e *κολάκευμα* per compendium scripto exortum videtur)· *τὸ θὼψ μέγα ἐκ τῆς χρήσεως*

μισῶ παρ' ἐχθρῶν θῶπας εὐειδεῖς λόγῳ.

LXXV.

Ibid. IV. p. 235, 53.

φύλλων λαγῳοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι·
ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.

Hinc formam *λαγῳὸς* etiam a tragicis usurpatam esse liquet, nam versus e recentiore tragoedia fluxisse mihi persuasissimum est, quamvis Schneidewin. Coni. crit. p. 119. eos Menandro assignaverit, Meinekius (Poet. com. IV. praef. p. VIII.) vero vel ab Atticis propter formam *λαγῳὸς* prorsus abiudicaverit. Ceterum si quis nimis pertinaciter in ista forma haereat, corrigat *λαγὼς μὲν* (h. e. *lepores quidem* etc.) vel *λαγὼς γοῦν* (h. e. *lepores sane*) statuatque grammaticum (velut Plutarchum et alios. cf. fgm. CXIII CXVII.) forma usum esse suae aetatis propria.

LXXVI.

Dio Chrysost. XII, 4. p. 194. R. *ἀλλ' οὐδὲ τὸν κύκνον ἀσπάζεται διὰ τὴν μουσικήν, οὐδὲ ὅταν ὑμνῇ τὴν ὑστάτην ᾠδήν, ἅτε εὐγήρως* (εὔγηρυς ὢν coni. Reisk.) *ὑπὸ ἡδονῆς τε καὶ λήθης τῶν ἐν τῷ βίῳ χαλεπῶν, εὐφημῶν ἅμα καὶ προπέμπων ἀλύπως αὐτὸν, ὡς ἔοικε, πρὸς ἄλυπον τὸν ἀθάνατον οὐκοῦν οὐδὲ τότε ἀθροίζεται κηλούμενα τοῖς μέλεσι,*

πρὸς ὄχθην ποταμοῦ τινος ἢ λειμῶνα πλατὺν
ἢ καθαρὰν ἠϊόνα λίμνης
ἤ τινα σμικρὰν εὐθαλῆ ποταμίαν νησίδα.

Poetae verba h. l. latere certum, sed utrum tragici an lyrici incertum.

LXXVII.

Ibid. LXXVIII. p. 662. R. *τῶν δὲ ὀκνούντων καὶ ἀποστρεφομένων, λοιδορεῖν αὐτοὺς, ὡς μαλακούς τε καὶ ἀναξίους αὐτοῦ, καὶ τῇ μητρὶ μᾶλλον ἐοικότως, λέγοντας, ὡς ποιητής φησι·*

ποῖ μεταστρέφεσθ', ὦ κακοὶ
κἀνάξιοι τῆς ἐμῆς σπορᾶς
Αἰτωλίδος ἀγάλματα μητρός.

Iam Reiskius locum ad Herculem pertinere vidit, quare videndum, ne ex Hercule nescio cuius poetae Oetaeo ducti sint.

LXXVIII.

Diod. Sic. XVI. 92, 3. *ἐν γὰρ τῷ βασιλικῷ πότῳ Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδὸς πρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ, προστάξαντος αὐτῷ τοῦ Φιλίππου προενέγκασθαι τῶν ἐπιτετευγμένων ποιημάτων καὶ μάλιστα τῶν ἀνηκόντων πρὸς τὴν κατὰ τῶν Περσῶν στρατείαν, ὁ μὲν τεχνίτης κρίνας οἰκεῖον ὑποληφθήσεσθαι τὸ ποίημα τῇ διαβάσει τοῦ Φιλίππου, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπιπλῆξαι βουλόμενος τοῦ Περσῶν βασιλέως, καίπερ οὖσαν μεγάλην καὶ περιβόητον, ὅπως μεταπέσοι ποτὲ εἰς τοὐναντίον ὑπὸ τῆς τύχης, ἤρξατο λέγειν τόδε τὸ ποίημα·*

Φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον
καὶ μεγάλων πεδίων ἀρούρας,
φρυνεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι
δόμων δόμους, ἀφροσύνᾳ
πρόσω βιοτὰν τεκμαιρόμενοι.
ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπους
κέλευθον· ἔργῳ σκοτίαν,
ἄφνῳ δ' ἄφαντος προσέβα
μακρὰς ἀφαιρούμενος ἐλπίδας
θνατῶν πολύμοχθος Ἅιδας,

καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς συνεῖρε, πάντα πρὸς τὴν ὁμοίαν φερόμενα διάνοιαν. — **Sic bene editor Parisinus locum exhibuit, quum vs. 6. in codd. esset** *ταχύπουν*, **vs. 10.** *θανάτων*, **quod Wesseling. in** *θανάτῳ* **mutaverat. Nec dubium esse potest, quin versus ex nescio qua tragoedia petiti sint, in qua Neoptolemus agere solebat, ut facile locum, licet fortasse e chori carmine depromptum, memoria tenere posset.**

LXXIX.

Diod. Sic. Exc. l. XXXII, 27. (in Ang. Maii Script. vett. nov. coll. T. II. p. 96. Diodor. ed. C. Mueller. Paris. 1844. T. II. p. 520.) *Ὅτι περὶ τῆς Κορίνθου καὶ οἱ ποιηταὶ προειρηκότες ἦσαν*

Κόρινθος ἄστρον οὐκ ἄσημον Ἑλλάδος.

Malim *Κόρινθον*. Eodem modo Corinthum *Graeciae astrum* appellavit Polystrat. in Anthol. Pal. VII, 297. (Iacobs. Delect. IX. 14. p. 334.). Propter sigmatismum Euripidi versum tribuerim.

LXXX.

Diod. Sic. Exc. l. XXXVII, 30. (in Ang. Maii Script. vett. nov. coll. T. II. p. 122. Diodor. ed. Mueller. Paris. 1844. T. II. p. 571.) *Τοσαύτην ὁ χρυσὸς ἔχει δύναμιν ἐπὶ κακῷ προτιμώμενος ἀφρόνως παρὰ ἀνθρώποις, οἵτινες διὰ τὴν ὑπερβολὴν τ῀ς πρὸς τοῦτον ἐπιθυμίας παρ' ἕκαστα προφέρονται τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν* (sequuntur aliquot versus ex Eurip. fragm. 288.) — *καὶ τὰ διὰ τῶν μελῶν πεποιημένα*

Ὦ χρυσὲ, βλάστημα χθονὸς,
οἷον ἔρωτα βροτοῖσι φλέγεις,
πάντων κράτιστε, πάντων τύραννε,
πολεμεῖς δ' Ἄρεος
κρείσσον' ἔχων δύναμιν.
πάντα θέλγεις· ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μὲν ᾠδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ
θηρῶν ἀνόητα γένη,
σοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόντος καὶ ὁ παμμήστωρ Ἄρης.

Sic locum dedit editor Parisiensis vs. 6. fortasse secutus coniecturam Meinekii, qui primus, quod sciam, in Exercit. philol. in Athen. Berol. 1843. p. 19. vulgatam *μελῳδαῖς* vs. 6. (ab aliis contra metrum in *μελῳδίαις* mutatam) correxit locumque inde a vs. 4 sic constituit:

πολεμεῖς δ' Ἄρεος κρείσσον' ἔχων δύναμιν,
τᾷ πάντα θέλγεις· ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μὲν ᾠδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ θηρῶν ἀνόητα γένη.
τοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόντος ..... καὶ ὁ παμμήστωρ Ἄρης.

Post *πόντος* enim excidisse statuit anapaesticae mensurae verbum, quale sit *δίδεται*, collat. Pind. Pyth. III, 96. *ἀλλὰ κέρδει καὶ δίδεται σοφία.* i. e. *ἥττηται* ut schol. adnotat. Idem fere iam ante Meinekium senserat God. Hermannus (apud Matth. Eurip. T. IX. p. 447.) locum verbis *πάντων κράτιστε*, quae pro gloss. habet, electis sic exhibens:

οἷον ἔρωτα βροτοῖσιν φλέγεις, πάντων τύραννε,
καὶ πολεμεῖς Ἄρεος
κρείσσον' ἔχων δύναμιν, τᾷ πάντα θέλγεις.
ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις μελῳδοῖς ἀοιδαῖς
εἵπετο δένδρεα καὶ θηρῶν ἀνόητα γένη.

σοὶ δὲ καὶ χθὼν πᾶσα καὶ πόν-
τος * * καὶ ὁ παμμήστωρ Ἄρης.

Sed equidem malim: ἐν πολέμοις vel κἀν πολέμοις. — Omnes fere viri docti versus Euripidi tribuunt, sed alii eos ex Bellerophonte, alii e Danae petitos esse affirmant. Atqui caveant, ne pro Iunone, ut fertur, nubem amplectantur: nam Diodorum complurium poetarum versus attulisse ipse sat manifesto indicavit verbis: τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν, quamvis scribere eum propterea ita potuisse non negaverim, quia locum contraria sententia conspicuum (vide fragm. sequ.) et haud dubie ab alio poeta compositum his verbis subiecerit.

LXXXI.

Pergit Diod. l. c. καίτοι γε πόσῳ κρεῖττόν ἐστιν ἐκφέρεσθαι τῶν ποιημάτων τὰ τὴν ἐναντίαν ἔχοντα τούτοις παράκλησιν

Πότνια σοφία, σύ μοι ἄνδανε.
ὄλβου δ' ἐμοὶ μὴ * χρύσου
φαεννὰν ἀκτῖνα δαίμων διδοίη
πάρος σοφίας ἢ τυραννίδα Διός.
* Ἀπωτάτω * κεῖται καλὸς θησαυρὸς ὅτῳ προσέβαλε.

Sic Muellerus, quum codd. vs. 2. χρυσέου habeant et nullam lacunae signum praebeant. God. Hermannus l. c. sic scripsit:

πότνι' ὦ σοφία, σύ μοι ἄνδαν', ὄλ-
βου δὲ μή μοι μηδὲ χρυσοῦ φαεννὰν
ἀκτῖνα πάρος σοφίας δαίμων διδοίη
ἢ Διὸς τυραννίδ'· ἀπώτατα κεῖ-
ται καλὸς θησαυρός, ὅτῳ προσέβα.

LXXXII.

Diog. Laert. IV, 25. καὶ ἐρωτηθέντα πρὸς αὐτοῦ, ποῦ βούλεται ταφῆναι, εἰπεῖν

ἐν γῆς φίλης μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν.

Sic Casaub. et Huebn. pro vulg. φίλοις.

LXXXIII.

Ibid. VI, 95. οὗτος τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα κατακαίων, ὥς φησι Ἑκάτων ἐν πρώτῳ Χρειῶν, ἐπέλεγε

τάδ' ἔστ' ὀνείρων νεκρέρων φαντάσματα

οἷον λῆρος.

LXXXIV.

Ibid. VII, 67. προστακτικὸν δέ ἐστι πρᾶγμα, ὃ λέγοντες προστάσσομεν, οἷον

σὺ μὲν βάδιζε τὰς ἐπ᾽ Ἰνάχου ῥοάς.

G. Hermannus versum e Sophoclis Inacho ductum censet. Sed cf. Eur. Suppl. 890.

LXXXV.

Doxopatr. Homil. in Aphthon. in Walz. Rhet. Gr. II. p. 291, 22. — τὸ θεῖον δ᾽ ἐστὶ φύσει τοιοῦτον

τὸ τῆς ἀνάγκης [–⏑] ἰσχυρὸν ζυγόν.

καὶ τὸ (Eur. Hec. 864.) οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἔστ᾽ ἐλεύθερος. — Lacunam in isto versu facile expleas inserto πᾶσιν vel ἐστίν.

LXXXVI.

Ibid. p. 299. Schol. Anon. ad Aphthon. in Walz. Rhet. II. p. 23, 2. — τὸ μὲν γὰρ διπλοῦν ἐκ δύο καταφατικῶν ὂν· οἷον

Δεινὸν πένεσθαι, χεῖρον εὐπορεῖν κακῶς.

Doxopater vitiose χεῖρον δ᾽. Hunc versum etiam Gregorius Nazianzenus, quem carminibus suis veteres tragoedias, maxime Euripidis, expilasse constat, inter sentent. monostich. iamb. praebet, sed male δεινὸν pro χεῖρον scripsit.

LXXXVII.

Draco Straton. p. 35, 21. τὰ δὲ δι᾽ ἑαυτῶν (μακροπαραληκτοῦντα) τὰ τοιαῦτα, ψιλὸς, χιλὸς, χυλὸς, δαλός· οὕτως ὁ βαθμὸς καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Pro δαλὸς corrigendum videtur βηλὸς (dor. βαλός. Aesch. Cho. 564.)

LXXXVIII.

Etym. Magn. p. 346, 42. Ἐξάντης· ἐξεστηκὼς, μαινόμενος. ἢ ἀβλαβὴς ἢ ὑγιής· οἷον

Ὦ Ζεῦ, γενέσθαι τῆσδέ μ᾽ ἐξάντην νόσου.

Eundem locum sed paullo corruptiorem habet Suid. v. Ἐξάντη· ὑγιῆ καὶ ἔξω ἄτης. ὦ Ζεῦ γενέσθαι με τῆσδ᾽ ἐξάντη νόσου. τὸ ν ἔγκειται δι᾽ εὐστομίαν. Unde tamen recipiendum est ἐξάντη. — Versum in nescio cuius poetae Philocteta locum habuisse suspicor.

LXXXIX.

Euseb. Praep. Ev. XV, 62. p. 854. C. *μηδὲν γὰρ ἡμῖν ἔσεσθαι πλέον, ἀλλ' οὐδ' εἰ μετεωρότεροι τοῦ Περσέως ἀρθέντες*

ὑπέρ τε πόντου χεῦμ' ὑπέρ τε Πλειάδα

αὐτοῖς τοῖς ὄμμασι κατίδοιμεν τὸν πάντα κόσμον, καὶ τῶν ὄντων φύσιν, ἥτις δή ποτέ ἐστιν. — Ex Eusebii verbis dubito an alium senarium expiscari totumque locum sic constituere liceat:

ὑπέρ τε πόντου χεῦμ' ὑπέρ τε Πλειάδα
ἀρθεὶς ἅπαντα κόσμον ὀφθαλμοῖς ὁρῶ.

Quem a Perseo ipso in Andromeda vel Dictye quadam pronuntiatum esse suspicor. Meinekius, qui (in Bergkii et Caesaris Diar. Ant. a. 1845. p. 1066.) pariter atque nos hunc locum poetae cuidam tragico assignaverat, nuper (in eodem Diario a. 1846. p. 1084.) eum cum Eurip. Fragm. 126 coniungi iussit. Atque Euripidi versum etiam Gaisfordus in Ind. Euseb. tribuit.

XC.

Eustath. p. 1093, 27. *ἐκ δὲ τοῦ ῥιχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, ἔοικε ληφθῆναι καὶ τό·*

ἔγνωκα δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο.

XCI.

Ibid. p. 1484, 50. *οὕτω δέ φασι καὶ ἄλλα ἐξ ἀρρενικῶν ἐπὶ θηλυκὰ μεταφέρονται, ὡς τὸ*

Κίλιξ δὲ χώρα καὶ Σηρῶν ἐπιστροφαί.

Pro *Σηρῶν* legendum esse *Σύρων* iam vidit Meinekius, qui primus hunc et antecedentem locum indicavit. Vox *ἐπιστροφαί* eadem, qua hoc loco usurpata est (*hospitii*) significatione occurrit etiam apud Aesch. Sept. 630. ubi vide Blomfield. Glossar. Eum. 518. Eur. Hel. 440. Aristoph. Ran. 1383. cf. Eustath. p. 1408, 18.

XCII.

Ibid. p. 1625, 24. *σηκὸς γοῦν, φασὶν, ἡρῷον, οἷον·*

ὃς τόνδ' ἔχεις τὸν σηκὸν, Ἴλεως γενοῦ.

Nescio quis aliquem deum invocat, quemadmodum bubulcus in Eur. Iph. Taur. 271. *δέσποτα Παλαῖμον, Ἴλεως ἡμῖν γενοῦ.* cf. Archil. ap. Plut. de aud. poet. 6. (fgm. 70. Bergk.) *κλῦθ' ἄναξ Ἥφαιστε καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ ἵλαος γενεῦ, χαριζεῦ δ' οἷάπερ χαρίζεαι.*

XCIII.

Galen. de dogm. Hippocr. et Plat. III. p. 265, 38. ed. Basil. (T. V. p. 293. Kuehn.)

Ὁ θυμὸς αὐτὸν τῶν φρενῶν ἔξῃρ᾽ ἄνω.

Euripidis esse dicunt Barnes., Valck. ad Hippol. 332 et Wyttenb. ad Plut. de ser. num. vind. 29.

XCIV.

Ibid. l. c.

Ἡηδῶν δ᾽ ὁ θυμὸς ἔνδοθεν μαντεύεται.

Euripideus est versus iudice Wyttenb. l. c.

XCV.

Herodian. qui dicitur *περὶ σολοικισμοῦ* in Boissonad. Anecd. Gr. III. p. 245. sq. *Αἰτιατικὴν ἀντὶ δοτικῆς*

χεῖρας δὲ Τρώων ὅπλ᾽ ἔδωκαν Ἑλλάδος.

ἀντὶ τοῦ αἰτιατικῇ χρήσασθαι χερσὶν δὲ Τρώων κτλ. Ad. Schoell. (de Tetral. Trag. Att. I. p. 383.) versum Sophocli, Schneidewin. (Coni. crit. p. 111.) Euripidi assignat.

XCVI.

Idem l. c. pergit: *καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιατικῆς γενικην.*

Τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ᾽ εὐανδρησίας

ἀντὶ τοῦ αἰτιατικῇ χρήσασθαι· Μακεδόνας τιμᾶν. Schneidewin. l. c. versum ad Euripidis Archelaum refert. Ceterum pro *εἵνεκ᾽* corrige *οὕνεκ᾽*.

XCVII.

Id. ibid. p. 253. *Ἔσθ᾽ ὅτε δέ τινες, ἀντὶ τοῦ παρῳχημένῳ χρῆσθαι τῷ ἐνεστῶτι χρῶνται, οἷον*

Γαμεῖ δ᾽ ὁ μὲν δὴ Τυνδάρεω κόρην μίαν.

ἀντὶ τοῦ ἐγάμησε.

XCVIII.

Ibid. p. 255. *Γίνεται σολοικισμὸς, ὅταν — — ἢ ἀντὶ προτακτικοῦ χρήσηταί τις τῷ ὑποτακτικῷ*

Τοίων γὰρ ἀνδρῶν σπέρμ᾽ ἔδωκεν Ἑλλάδος —

τῆς κατὰ Τροίαν.

XCIX.

Hesych. v. *Βαθμοί· ἴχνη, πόδες· καὶ δίφροι παρὰ τραγικοῖς.*

C. *

Hesych. v. *Κυκλώπων ἕδος. ἐπειδὴ Κύκλωπες ἐτείχισαν τὰς Μυκήνας.*

v. *Τιρύνθιον πλίνθευμα. ἀντὶ τοῦ τεῖχος. ὑπὸ δὲ Κυκλώπων κατεσκεύασατο.* Has glossas, si coniungas, egregium efficere senarium

Τιρύνθιον πλίνθευμα, Κυκλώπων ἕδος

eumque antiquae tragoediae poeta dignissimum praeclare monuit Meinek. Anal. Alex. p. 51. adnot.

CI.

Ioan. Sic. Schol. ad Hermog. in Walz. Rhet. Gr. VI. p. 338, 21. *λέγεται δὲ ἡ ἐπανάληψις, ὅταν ἀμέσως ᾖ καὶ ἐπαναδίπλωσις. — — καὶ ἄλλως*

βαρὺς σύνοικος, ὦ φίλοι, βαρύς.

CII.

Lucian. pro lapsu inter salut. 2. *τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν προσαγόρευσις, οὐ μὴν ἐωθινὴ μόνον οὐδὲ ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον μὲν ἰδόντες ἀλλήλους ἔλεγον αὐτὸ, ὡς τὸ*

Χαῖρ', ὦ δύναστα τῆσδε γῆς Τιρυνθίας.

CIII.

Id. Scyth. 9. *καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον*

ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν οἷς θάλλει πόλις.

CIV.

Id. Iupit. trag. 1.

ΖΕΥΣ. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ τραγῳδικὴ,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἡ θεῶν φύσις.
ΑΘΗΝΗ. Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου.

ΖΕΥΣ. *Ὦ παγκάκιστα χθόνια γῆς παιδεύματα,*
σύ τ', ὦ Προμηθεῦ, οἷά μ' εἴργασαι κακά.
ΑΘΗΝΗ. *Τί δ' ἐστί; πρὸς χορὸν γὰρ οἰκείων λέγεις.*

Tres primi versus ex Euripidis Oreste (init.), si vocem τραγῳδικὴ, pro qua apud Euripidem est θεήλατος, exceperis, quartus ex Eurip. Herc. fur. 538. ad verbum descripti sunt, itaque veri est simillimum, etiam reliquos versus e tragoediis esse petitos.

CV.

Ibid. 2.

Οὐκ οἶσθ', ἐπεί τοι κἂν ἐκώκυες μέγα.

Euripidis est versus iudice Porsone ad Med. 675.

CVI.

Lycurg. c. Leocr. 21. fin. p. 159, 23. Steph. (§ 94. ed. Bekk.) *καί μοι δοκοῦσι τῶν ἀρχαίων τινὲς ποιητῶν ὥσπερ χρησμοὺς γράψαντες τοῖς ἐπιγενομένοις τάδε τὰ ἰαμβεῖα καταλιπεῖν·*

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινὰ,
τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
τὸν νοῦν τὸν ἐσθλὸν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὢν ἁμαρτάνει.

Euripidi assignat locum Valck. ad Hippol. 322. Ad sententiam cf. Inc. Trag. Fragm. CLXXXVI.

CVII.

Mich. Apost. III, 46.

Ἦν οἶνον αἰτῇ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου.

ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν αἰτούντων, κακὰ δὲ ἀντιλαμβανόντων· ἡ δὲ ἱστορία ἀπὸ τοῦ Κύκλωπος. Versus e dramate satyrico ductus videtur.

CVIII.

Id. XVI, 93.

Πτωχοῦ φίλοι δ' οὐδ' εἰσὶν οἱ γεννήτορες.

Sic dedi pro vulg. *πτωχοῦ φίλοι οὐδ' οἱ γενήτορες.*

CIX.

Id. XIX, 71.

Τὰ πολλὰ τολμᾶν πόλλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ.

CX.

Id. XX, 19.

Φιλεῖν ἀκαίρως ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν.

Pro μισεῖν corrige στυγεῖν aut scribe: φ. α. ἐστὶ τῷ μισεῖν ἴσον. Ceterum hic vs. ab eo fere non differt, quem inter Euripidis fragmenta (437.) exhibuimus: ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, ut non dubitem, quin huius versus auctor, (quem, nisi forte transponenda sunt verba, aetate Alexandrina vixisse iota in ἴσον productum docet,) Euripidis locum imitatus sit.

CXI.

Pseudo-Phalaris Epist. LXXXVII. (CXVI.)

Πολλῷ δὲ κρεῖσσόν ἐστι, μὴ δεδοικότα
παθεῖν τὸ μέλλον δεινὸν, ἢ δεδοικότα.

Agathonis versus esse suspicatur Porso ad Eurip. Med. 140. l.

CXII.

Id. Ep. CXXII. (V.) — ἐπεὶ δὲ ἀναπτύξας τὸ πλευρὸν ἐγύμνωσε

Πάσης μὲν ὠμότητος ἀνάπλεων φόνον,
παντὸς δὲ θανάτου δυσποτμώτερον μόρον.

τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, τῶν τρόπων ἐτιμωρούμεθα. Legebatur ἀνάπλεω et δυσποτμότερος, quod correxit Porso l. c. tragico poetae locum tribuens.

CXIII.

Plut. de aud. poet. 2. p. 16. E. ὁ δὲ μεμνημένος ἀεὶ κατέχων ἐναργῶς τῆς ποιητικῆς τὴν περὶ τὸ ψεῦδος γοητείαν, καὶ δυνάμενος λέγειν ἑκάστοτε πρὸς αὐτὴν

ὦ μηχάνημα λυγκὸς αἰολώτερον.

Λυγκὸς restitui pro λυγγὸς, quod Plut. ex more suae aetatis scripsit. cf. Iacobs. ad Anth. Pal. p. 91.

CXIV.

Ibid. 6. p. 23. D.

Ὦ Ζεῦ, τίς εἶναί φησι σοῦ σοφώτερος;

Euripidis esse suspicatur Wyttenb. ad h. l. p. 239 collat. Hel. 578.

CXV.

Ibid. 6. p. 23. E. Stob. Ecl. Phys. I. p. 106, 8. ed. Heer. Florileg. V, 8.

Εἱμαρμένον δὲ τῶν κακῶν βουλευμάτων
κακὰς ἀμοιβὰς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς.

Vs. 1. apud Plut. pro δὲ legitur γάρ. Grot. Exc. p. 394 versus ad Euripidis Oedipum rettulit, quem secuti sunt Barnes. Musgr. alii. Ac sane eos Euripidis esse inde probabile fit, quod apud Apostolium praecedit Eurip. fragm. 849, sequitur fgm. 933.

CXVI.

Ibid. 6. p. 24. C.

Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα φροντίζει βροτῶν,
τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ.

Euripidi post Gatak. ad Antonin. VII, 31. tribuit Valck. Diatr. p. 72.

CXVII.

Ibid. 9. p. 28. D.

Μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραγότα.

Plut. ex more suae aetatis πεπραχότα. Ad sententiam cf. Eurip. fragm. 80.

CXVIII.

Ibid. 12. p. 33. E. τί δὴ κωλύει καὶ ἡμᾶς ταῖς τοιαύταις ὑποφωνήσεσι τοὺς νέους ὑποκαλεῖν πρὸς τὸ βέλτιον, οὕτω πως χρωμένους τοῖς λεγομένοις

τόδ' ἔστι τὸ ζηλωτὸν ἀνθρώποις, ὅτῳ
τόξον μερίμνης, εἰς ὃ βούλεται, πέσῃ.

οὐκ· ἀλλ' „ὅτῳ τόξον μερίμνης, εἰς ὃ συμφέρει, πέσῃ." — Euripidis dictum Wyttenbachio p. 282 esse videtur.

CXIX.

Ibid. 12. p. 34. A. οὐδὲν οὕτω φιλάνθρωπον οὔτε συγγενὲς ἐχούσης τῆς ἀρετῆς ὄργανον ὡς τὸν λόγον

A. Πρὸς θῆλυ νεύει μᾶλλον ἢ 'πι τἄρσενα;
B. Ὅπου προσῇ τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος.

Ἦν δὲ βέλτιον εἰπεῖν· „ὅπου προσῇ τὸ σῶφρον ἀμφιδέξιος." — Eundem locum, qui ex tragoedia potius, quam ex comoedia, quod aliquis opinetur, fluxisse mihi videtur, iterum affert Plut. Amator. 21. p. 766. F. sq. οὐ γὰρ μὲν ὁ φιλήδονος, ἐρωτηθεὶς εἰ „πρὸς θῆλυ κτλ." καὶ ἀποκρινάμενος „ὅπου προσῇ κτλ." ἔδοξεν οἰκείως ἀποκρίνασθαι τῆς ἐπιθυμίας· ὁ δὲ φιλόκαλος καὶ γενναῖος οὐ πρὸς τὸ καλὸν οὐδὲ τὴν εὐφυΐαν, ἀλλὰ μορίων διαφορὰς ποιεῖται τοὺς ἔρωτας; Plut. τἄρρενα, contra tragicorum usum.

CXX.

Ibid. Deinceps

Φόβος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν

καὶ μὴν οὐδαμῶς, ἀλλὰ „Θάρσος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν.“ — — Τὸ μὲν οὖν τῆς ἐπανορθώσεως γένος τοιοῦτόν ἐστι. Eundem versum sine lemmate praebet Stob. Floril. V, 3., quem Valck. ad Eur. Phoen. 557. Sophocli, Gaisf. vero ad Stob. l. c. Euripidi tribuit. Apud Stob. vitiose legitur: *φόβος δέ*, deinde vero rectius *σώφροσιν*.

CXXI.

Ibid. 13. p. 34. E.

Τῆς δειλίας γὰρ αἰσχρὰ γίγνεται τέκνα.

Euripidis esse coniecit Wyttenb. p. 288 propter similem locum fragm. 946.

CXXII. a. b.

Ibid. 13. p. 35. E. *Ἂν δὲ φαίνηταί τις ἐπιλήψεως δεόμενος, τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν παθῶν ἐπιλαμβάνου, ὥσπερ ὁ τραγικὸς Ἄδραστος, τοῦ Ἀλκμαίωνος εἰπόντος πρὸς αὐτὸν*

Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς,

ἀπεκρίνατο·

σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς, ἣ σ' ἐγείνατο.

Eosdem versus iterum citat Plut. de inim. util. 5. p. 88. F. sq., quos Valck. Diatr. p. 150. C. ad Sophoclis Eriphylen rettulit. Sed res perquam dubia est: nam omnes fere poetae tragici Alcmaeonis historiam in scena repraesentarunt. Quare eos inter incert. trag. reliquias posuimus.

CXXIII.

Ibid. 14. p. 36. F.

Ἰὼ τυραννὶ βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη.

Grot. Exc. p. 429. et Wyttenb. p. 297. Euripidi locum assignarunt non sine probabilitatis specie: nam omnes, qui apud Plut. praecedunt, versus Euripidis sunt.

CXXIV.

Ibid. 14. p. 37. A.

ἢ βροτῶν τ' εὐπραξία
τῶν τἀλάχιστα γίγνεται λυπουμένων.

De his versibus idem atque de antecedentibus valet.

CXXV.

Plut. de audiendo 12. p. 43. E. De cohibend. ira. 7. p. 456. C. Animine an corp. affect. 2. p. 501. A. De garrul. 1. p. 502. D. Quaest. Conviv. III, 9, 1. p. 657. D.

κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν.

Agathoni versum tribuerim.

CXXVI.

Id. de adul. et amic. 6. p. 51. E. *Ἀρχὴν φιλίας εἶναι — — ὁμοιοπαθῆ διάθεσίν τε καὶ φύσιν, ἐφ' οἷς καὶ ταῦτα εἴρηται·*

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ,
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Primus vs. legitur etiam apud Sext. Empir. adv. Math. I. 298. p. 282. Fabr. (p. 668. ed. Bekk), ubi Fabricius eum Menandro tribuit. Sed Valck. Diatr. p. 148 et Wyttenbach. p. 435. totum locum Euripidis esse suspicantur, quod mihi quoque probabilius videtur. Meinek. ad Menandr. p. 301. eum inter Menandrea, deinde vero (Poet. com. IV. p. 668.) inter Anonymorum Comicorum Fragmenta quamquam ipse dubitans rettulit. Ad vs. 2. cf. Eur. Hel. 830. *σὸν ἔργον, ὡς γυναικὶ πρόσφορον γυνή.*

CXXVII.

Ibid. 14. p. 58. B. *πρὸς μηδὲν γὰρ ἀντιλέγων, ἀλλὰ πᾶσι συνεπινεύων, καὶ δεχόμενος πάντα, καὶ βοῶν παρ' ἕκαστον ὡς εὖ καὶ ἱκανῶς, γίνεται καταφανὴς*

σύνθημ' ἐρωτῶν, ἄλλο μαστεύων χρέος,

ἐπαινέσαι καὶ συνεπιτυφῶσαι βουλόμενος.

CXXVIII.

Id. de profect. in virt. 2. p. 75. F. *Ἀλλ' ὀρθῶς μὲν εἴρηται τὸ*

Πρὸς στάθμῃ
πέτρον τίθεσθαι, μήτι πρὸς πέτρῳ στάθμην.

Hi versus, quamvis tragoediam non dedecuerint, tamen etiam originem e philosophi cuiusdam officina v. c. Aristonis Chii ducere potuerunt. Vide quae ad Aristonem tragicum disputavimus.

CXXIX.

Id. de amic. mult. 3. p. 94. C. *σκεπτέον δὴ πρῶτον, εἰ ἀδύνατόν ἐστιν ἐν βραχεῖ χρόνῳ δοκιμάσαι χωρευτὰς συγχορευσομένους — — μήτι*

γε φίλους πολλοὺς εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης συναποδυομένους, ὧν ἕκαστος αὐτός τε

αὐτόν τε πράσσων εὖ, τίθησιν εἰς μέσον,
τοῦ δυστυχοῦς τε λαγχάνων οὐκ ἄχθεται.

Versus Euripidis esse videntur Wyttenbachio p. 647.

CXXX.

Id. de fort. init. p. 97. C.

τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.

CXXXI.

Ibid. 3. p. 98. D. μόνος δ' ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὸν Πλάτωνα, γυμνὸς καὶ ἄνοπλος, ἀνυπόδητος καὶ ἄστρωτος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπολείπεται.

Ἀλλ' ἓν διδοῦσα, πάντα μαλθάσσει τάδε.

τὸν λογισμὸν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν πρόνοιαν. — **Versus est Euripidis secundum Wyttenb. p. 697.**

CXXXII.

Id. Consol. ad Apollon. 4. fin. p. 103. B.

τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν.

Euripidi vindicat Wyttenb. p. 709. cf. Herc. fur. 310.

CXXXIII.

Ibid. 6. p. 104. A. Ἀνθρώπων γὰρ ὄντως θνητὰ καὶ ἐφήμερα τὰ σώματα, θνηταὶ δὲ τύχαι καὶ πάθη, καὶ πάνθ' ἁπλῶς κατὰ τὸν βίον. ἅπερ

οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι

τοπαραπάν. **E chori quodam carmine petita videntur.**

CXXXIV.

Ibid. 10. p. 106. E.

Ἅιδην δ' ἔχων βοηθὸν οὐ τρέμω σκιάς.

Praecedit Eurip. fragm. 934.

CXXXV.

Ibid. 30. p. 117. A. διὸ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὀδύρονται, στένοντες, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀτυχίαν αἰτιώμενοι· πρὸς οὓς ὑποτυχὼν ἄν τις εἴποι

Θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς σύ σοι

καὶ ἡ διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν ἄνοια καὶ παραφροσύνη. — Euripidi versum tribuerim cum propter sigmatismum (de quo vid. adnot. ad Eur. fgm. 133. et Inc. Trag. Fragm. CCLIV.), tum propterea, quia omnes, qui apud Plut. praecedunt, versus Euripidis sunt.

CXXXVI.

Plut. de superstit. 1. p. 165. A. Ἀλλ' αἴτινές εἰσι τοιαῦται κρίσεις καὶ ὑπολήψεις

Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε
ὡς ἔργον ἤσκουν —

ἀφεὶς τὴν πλουτοποιὸν ἀδικίαν καὶ τὴν γόνιμον ἁπάσης ἡδονῆς ἀκολασίαν. — Vs. 2. e Dio. Cass. XLVII, 49., qui eosdem versus affert, ita explendus est:

ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

CXXXVII.

Ibid. 3. p. 166. A. Εἶτ' ἐξαναστάντες οὐ κατεφρόνησαν — ὅτι τῶν ταραξάντων οὐδὲν ἦν ἀληθινὸν, ἀλλὰ σκιὰν φεύγοντες — ἐξαπατῶσιν ἑαυτοὺς καὶ δαπανῶσι καὶ ταράττουσι εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες λέγοντας·

ἀλλ' εἴτ' ἔνυπνον φάντασμα φοβῇ,
χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω

τὴν περιμάκτριαν καλεῖ γραῦν κτλ. Porso ad Eur. Or. 401. locum Aeschylo tribuit.

CXXXVIII.

Ibid. 4. p. 166. E. Εἶτα οὗτοι τὸ δουλεύειν ἀτύχημα ἡγοῦνται, καὶ λέγουσι

Δεινή τις ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφορὰ
δούλους γενέσθαι, δεσπότας τε δυστυχεῖς
λαβεῖν.

Versus Euripidi assignandos esse dicit Valck. ad Phoen. 393. assentiente Wyttenb. p. 1011. et pro δυστυχεῖς scribi δυσχερεῖς acute iubet. Sed emendatione haud quaquam opus esse videtur, quamvis δυστυχεῖς, ut Matthiaeo visum est, non sint ἄφρονες, si quidem δυστυχὴς, velut Latinorum *infelix*, activa significatione adhibitum est, sicut apud Eur. Hel. 241. ἐπὶ τὸ δυστυχὲς κάλλος. Troad. 461. δυστυχῆ τύχην. etc.

CXXIX.

Ibid. 8. p. 169. B. — — εὐχόμενος δὲ τὸν οἶακα προσάγει (ὁ κυβερνήτης) τὴν κεραίαν ὑφίησι

φεύγει μέγα λαῖφος ὑποστολίσας
ἐρεβώδεος ἐκ θαλάσσης.

CXL. *

Id. Apophthegm. reg. p. 184. B. — *ὁ δὲ Εὐμένης φιλοφρόνως ἀσπασάμενος αὐτὸν* (sc. *τὸν Ἄτταλον*) *καὶ πρὸς τὸ οὖς εἰπών*

μὴ σπεῦδε γῆμαι, πρὶν τελευτήσαντ' ἰδῃς —

Eundem versum e Plutarcho habent Mich. Apost. XII, 79. et Arsen. Viol. p. 355. c. additamento: *ἐπὶ τῶν ἀκαίρως καὶ ῥᾳθύμως ποιούντων τι.* — Mihi versus e tragoedia ductus et verbis *τὸν πρόσθεν ἄνδρα* vel similibus exceptus esse videtur, — similiter enim locutus est Dionys. fragm. 3. vs. 2. — quamvis aliquam probabilitatis speciem prae se ferat, quod coniicere quispiam possit, Eumenem *παρῳδίᾳ* expressisse Sophoclis ex Tereo versum (ap. Stob. CV, 21. Cic. ad Att. IV, 8. Schol. Hom. Il. θ'. 5.) *μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.*

CXLI.

Id. Apophthegm. reg. et imp. (Cic. 12.) p. 205. C.

Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρεν τέκνα.

Idem vs. citatur a Mich. Apost. XX, 32. et Arsen. Viol. p. 464. cum adnotatione: *ἐπὶ τῶν ἐχόντων θυγατέρας ἀμορφοτάτας.* A Meinekio (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. 1843. p. 289.) ad Euripidis Oedipum refertur, sed eodem iure ad Danaen referri potest. Ac fortassis etiam erit, qui eum e nova comoedia fluxisse statuat.

CXLII.

Id. de virt. mor. 6. p. 446. B.

Ἕλκει [με] γὰρ ἤδη θυμὸς, οὐδ' ἔτ' ἀντέχει,
θινῶδες ὡς ἄγκιστρον ἀγκύρας σάλῳ.

θινῶδες ἄγκιστρον οὐ φαύλως λέγων τὸ μὴ κάτοχον τοῦ λογισμοῦ μηδὲ ἀραρὸς, ἀλλὰ μανότητι τῆς ψυχῆς καὶ μαλακίᾳ προϊέμενον τὴν κρίσιν. Locus iterum legitur apud Plut. ad princ. inerud. 6, 6. p. 782. D., ubi recte quidem *με*, quod sententiae caussa adiectum esse facile intelligitur, abest, male autem *ἐκεῖ* pro *ἕλκει*, *οὐκ* pro *οὐδ'*, *σάλον* pro *σάλῳ* reperitur. — Praecedit ap. Plut. Eurip. fragm. 830.

CXLIII.

Id. l. c. pergit: *οὐ πόρρω δὲ τῆς εἰκόνος ταύτης κἀκεῖνα εἴρηται·*

Ναῦς ὥς τις ἐκ μὲν γῆς ἀνήρτηται βρόχοις,
πνεῖ δ' οὖρος, ἡμῖν δ' οὐ κρατεῖ τὰ πείσματα.

πείσματα γὰρ λέγει τὰς ἀντεχούσας κρίσεις πρὸς τὸ αἰσχρὸν κτλ.

CXLIV.

Plut. de cohib. ira. 6. p. 456. D. *καὶ γὰρ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν λέγουσιν οἱ παίζοντες αὐλοῦσαν ὑπὸ τοῦ σατύρου νουθετεῖσθαι, καὶ μὴ προσέχειν·*

οὗτοι πρέπει τὸ σχῆμα· τοὺς αὐλοὺς μέθες,
κἀθ' ὅπλα λάζου, καὶ γνάθους εὐσχημόνει.

θεασαμένην δὲ τοῦ προσώπου τὴν ὄψιν ἐν ποταμῷ τινι δυσχεράναι καὶ προέσθαι τοὺς αὐλούς. καίτοι παραμυθίαν ἡ τέχνη τῆς ἀμορφίας ἔχει τὴν εὐτέλειαν. καὶ ὁ Μαρσύας, ὡς ἔοικε, φορβειᾷ τινι καὶ περιστομίοις (βίᾳ) τοῦ πνεύματος τὸ ῥαγδαῖον ἐγκαθεῖρξε καὶ τοῦ προσώπου κατεκόσμησε καὶ ἀπέκρυψε τὴν ἀνωμαλίαν. — **Bene nuper monuit Meinek. Exerc. Philol. in Athen. spec. II. p. 34. hos versus e dramate satyrico ductos esse; nec improbabilis est, quam addidit, coniectura, eos ad illam Euripidis fabulam, ex qua de Marsya dictum attulerit Strabo XIII. p. 616. (Fragm. 922.) pertinere. — Ceterum de Minerva tibias aspernante extant etiam Telestae versus apud Athen. XIV. p. 616. F., de quibus vide quae disputavit Meinek. Poet. com. III. p. 637.**

CXLV.

Ibid. 9. p. 457. C.

ἄνδρ' ἠδίκησας· ἄνδρ' ἀνεκτέον τόδε;

Malim *ἀνδρὶ τοῦτ' ἀνεκτέον*; **quamvis iota dativi nonnunquam elisione abiectum sit (cf. Eurip. fragm. 19. vs. 5.). Nimis enim displicet** *ἄνδρ'* **extrema vocali elisa in eodem versu bis positum. Illud alterum vero** *ἄνδρ'* **accusativum esse, qui nonnunquam pro dativo cum adiectivis verbalibus coniunctum reperiatur, nemo opinor affirmabit, qui huius usus exempla, quae collegit Matth. Gr. Gr. § 447, 4., accuratius circumspexerit et cum hoc versu comparaverit. —** *Ἀνεκτέος* **habet etiam Soph. OC. 884.**

CXLVI.

Id. de fratr. am. 6. p. 481. B. *Ποῖος δ' ἂν ἦν ὁ Ἀτρεὺς, εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφὸν, ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας*

Φίλων γε μέντοι χρῆσις ἡ πρὸς αἵματος
μόνη κακοῦ ῥέοντος ὠφελεῖν φιλεῖ.

Quum aliquot Euripidis versus e Phoenissis (514. sq. 534. sq.) petiti praecedant, facile aliquis etiam hos in Euripidis Cressis vel Thyesta locum habuisse coniiciat. Atqui ne fallatur caveat, quippe quum Pelopidarum historiam, quam Aristoteles vel tragoediae aptissimam

dicit, plurimi poetae tragici tractaverint, v. c. Sophocles, Agatho, Carcinus, alii.

CXLVII.

Id. de am. prol. 2. p. 495. A. *Θαυμάζεται γὰρ ἐν τοῖς θεάτροις ὁ εἰπὼν*

Μισθοῦ γὰρ ἀνθρώπων τις ἄνθρωπον φιλεῖ,

κατ' Ἐπίκουρον. — Versus igitur, nisi e philosophi fabrica, ex Alexandrinorum tragoedia fluxisse videtur, nam Epicurus natus est Ol. CIX, 4.

CXLVIII.

Id. de garrul. 10. p. 507. B. *οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφέντα ῥᾴδιόν ἐστιν αὖθις κατασχεῖν, οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν δυνατόν, ἀλλὰ φέρεται*

— λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ

δι' ἄλλων ἐπὶ ἄλλους σκιδνάμενος. — Eadem verba praebet Plut. Erot. 3, 4, p. 750. B.

CXLVIIII.

Id. de curios. 6. p. 518. A. *καὶ τὸ*

Οἴμοι, τὸ κακὸν τῆς εὐτυχίας
ὡς μᾶλλον ἐς οὓς φέρεται θνητῶν

ἐπὶ τῶν πολυπραγμόνων εἰρημένον ἐστὶν ἀληθῶς.

CL.

Ibid. 6. p. 518. C.

Ἀεὶ δ' ἀείδων μοῦνος ἐν στέγαις ἐμαῖς
κωκυτὸς ἐμπέπτωκεν.

αὕτη τοῖς πολυπράγμοσι μοῦσα καὶ σειρὴν μία, τοῦτο ἥδιστον ἀκουσμάτων αὐτοῖς. — Vs. 1. Corrigendum videtur *ἀοιδῶν.*

CLI.

Ibid. 10. p. 520. B. *ἆρ' οὐκ ἔστι τῆς τραγικῆς κατάρας ἄξιος*

ὅλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς.

Eundem versum praebet iterum Plut. de Herod. malign. 3. p. 855. D. et Lucian. Lexiphan. 17.

CLII.

Id. de vitios. pud. 10. p. 533. B. *Ὁ δ' ἀβελτερίᾳ καὶ μαλακίᾳ πρὸς τὸν αἰτοῦντα δυσωπούμενος εἰπεῖν*

οὐκ ἔστ' ἐν ἄντροις λευκὸς, ὦ ξέν', ἄργυρος.

Nisi e tragoedia, certe e dramate satyrico ductus est versus, quemadmodum qui mox sequitur vs. e Pirithoo aut Euripidis aut Critiae petitus est. cf. Eurip. fragm. 591.

CLIII.

Plut. de sera num. vind. 5 p. 550. F. — *ἀλλ' ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες καὶ λάβρον ἀφαιρῶν καὶ διδάσκων, μὴ σὺν ὀργῇ, μήδ' ὅτε μάλιστα φλέγεται καὶ σφαδάζει*

Ἡδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω.

Wyttenb. p. 29 et Ruhnk. ad Longin. 10. p. 252 Euripidi versum tribuunt.

CLIIII.

Ibid. 10. p. 554. F. *τὸ δὲ συνειδὸς ἐγκείμενον ἔχων* (sc. *ὁ ἀδικήσας*) *καὶ ἀποτῖνον*

Θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διαστροβεῖ.

Eodem versu, quem Aeschylo tribuerim, iterum usus est Plut. vit. Lucull. c. 1., ubi vero dedit: *διεστρύβει.*

CLV.

Id. de exil. 8. p. 602. D. *Ἂν γὰρ τούτων τις μνημονεύῃ φρένας ἔχων καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος, αἱρήσεται καὶ νῆσον οἰκεῖν φυγὰς γενόμενος, Γυαρὸν ἢ Κίναρον*

σκληραν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακὴν,

οὐκ ἀθυμῶν, οὐκ ὀδυρόμενος, ἀλλὰ λέγων κτλ.

CLVI.

Id. Quaest. Conviv. II, 7. c. 2, 2. p. 641. D, *ὅμοιον ὡς εἴ τις οἴοιτο, τῇ ἀνθήσει τοῦ ἄγνου πεπαίνεσθαι τὸν τῆς ἀμπέλου κάρπον, ὅτι δὴ, τοῦτο τὸ λεγόμενον*

ἡ ἄγνος ἀνθεῖ χὠ βότρυς πεπαίνεται.

Corrigendum est *ἡ δ'* vel *ὁ δ' ἄγνος* vel potius: *ᾗ δ'* h. e. *ubi.* — Prorsus similiter locutus est Ion fragm. 53.

CLVII.

Ibid. III. 6. c. 4, 4. p. 655. A. — *ἐν ᾧ καιρῷ φροῦδα τὰ τῆς ἡδονῆς*

λήγει δὲ Κύπρις θαλίαι τε νέων,
οὐδέ τι θύρσος φύλλα Βακχείου —

CLVIII.

Ibid. IX, 1. c. 2, 4. p. 736. F. *καὶ ὁ παρὰ Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ ἀπρόθυμος ὢν ἅδειν μετὰ τὸ δεῖπνον, ὡς τε προσέπεμψεν αὐτῷ τὸν υἱὸν ἔτι παιδάριον ὄντα, τὸν Φίλιππον, ἐμβαλὼν εὐθύς,*

τὸν παῖδά μοι τόνδ' ἀξίως Ἡρακλέους
ἡμῶν τε θρέψαι —

Versus a Porsone ad Eur. Med. 675. Euripidi vindicatos probabiliter Welck. ad Augen rettulit, atqui eos hoc loco omittere noluimus, ne quis nos coniecturis nimium confisos esse dicat.

CLVIIII.

Id. Amator. 4, 7. p. 750. B. *Ἀκούεις δέ τινος τραγικοῦ γαμέτου λέγοντος πρὸς τὴν γυναῖκα·*

Μισεῖς; ἐγὼ δέ ῥᾳδίως μισήσομαι,
πρὸς κέρδος ἔλκων τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν.

CLX.

Ibid. 5, 5. p. 751. E. *ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑπό τινος ἐρωτᾶται·*

Βίᾳ δὲ πράξας χάριτας ἢ πείσας κόρην;

Nescio an corrigendum sit: *βίᾳ δ' ἔπραξας χάριτας ἢ πεῖσας κόρην*; Ceterum haud dubitari posse mihi videtur, quin locus e dramate satyrico ductus sit.

CLXI.

Ibid. 5, 11. p. 752. A. — *καὶ σωφρονεῖ ἔξω διὰ τὸν νόμον. εἶτα νύκτωρ καὶ καθ' ἡσυχίαν*

γλυκεῖ' ὅπωρα φύλακος ἐκλελοιπότος.

Versus in proverbium abiit. cf. Diogenian. III. 95. Proverb. e cod. Bodlei. 395. ed. Gaisf. Mich. Apost. VI, 35.

CLXII.

Ibid. 6, 11. p. 752. C.

Τόδ' ἐξοπλίζει τοὖπος Ἀργεῖον λεών.

CLXIII.

Plut. Amator. 15, 6. p. 758. B. *ἔστι δέ τις ἐκεῖ κομιστὴρ ἐνθένδε καὶ ἀρωγὸς ἐν τέλει γενομένων κατευναστὴς καὶ ψυχοπομπὸς, ὥσπερ οὗτος* (sc. *ὁ Ἀπόλλων*)

Οὐ γάρ με Νὺξ ἔτικτε δεσπότην λύρας
*οὐ μάντιν οὐδ' ἰατρὸν, ἀλλὰ * *
θνητῶν ἅμα ψυχαῖς.

Versum 2 expleverim: *ἀλλ' ἡγήτορα.*

CLXIIII.

Ibid. 16, 10. p. 759. A.

Τίς καλλίκαρπον θύρσον ἀνασείει θεῶν;

Versus e dramate satyrico v. c. ex Achaei Hephaesto depromptus videtur.

CLXV.

Ibid. 16, 21. p. 759. F. *καὶ ὅπως ἐνταῦθα μὴ Φρύνην ὀνομάζωμεν, ὦ ἑταίρα, ἢ Λαΐδα τιν' ἢ Γναθαίνιον*

Ἑῳέσπερον δαίουσα λαμπτῆρος σέλας

ἐκδεχομένη καὶ καλοῦσα ποροδεύεται πολλάκις. — **cf. Soph. Ai. 285. Eur. Hel. 865.**

CLXVI.

Ibid. 17, 2. p. 760. D. *Ἀνὴρ γὰρ ὑποπλησθεὶς Ἔρωτος, οὐδὲν Ἄρεος δεῖται μαχόμενος πολεμίοις, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ θεὸν ἔχων συνόντα*

Πῦρ καὶ θάλασσαν καὶ πνοὰς τὰς αἰθέρος
περᾶν ἕτοιμος.

ὑπὲρ τοῦ φίλου, οὗπερ ἂν κελεύῃ.

CLXVII.

Ibid. 23, 2. p. 768. E. *Τὴν μὲν πρὸς ἄρρενα ἄρρενος ὁμιλίαν, μᾶλλον δὲ ἀκρασίαν καὶ ἐπιπήδησιν εἴποι τις ἂν ἐννοήσας*

Ὕβρις τάδ', οὐχὶ Κύπρις ἐξεργάζεται.

Cf. Soph. OC. 884. et Wunder. ad h. l. — Meinekius haec optime in eum convenire dicit (Poet. com. IV. p. 695.), qui oblatum virgini vitium amore excusaverit. Haud dissimiles sunt loci, quibus eiusmodi vitium vino excusatur, velut Eur. fragm. 266. Inc. Trag. Fragm. CCLVIII. —

CLXVIII. a. b.

Id. an seni ger. sit resp. 9. p. 789. A. Ὥσπερ γὰρ ὁ γαμεῖν παρασκευαζόμενον γέροντα, ἐστεφανωμένον καὶ μυριζόμενον ἀποτρέπων, καὶ λέγων τὰ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην

Τίς ἄν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
δέξαιτ' ἄν; εὖ γ' οὖν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας.

οὐκ ἄτοπός ἐστι. καὶ γὰρ αὐτοὶ πολλὰ τοιαῦτα παίζουσιν εἰς ἑαυτούς

Γαμῶ γέρων, εὖ οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.

Ad hunc locum respexit etiam Plut. in vit. Sol. c. 20. haec scribens: ἀλλὰ γέροντι νέαν ἀγομένῳ φαίη τις ἂν ἐμμελὴς ἄρχων ἢ νομοθέτης τὸ πρὸς τὸν Φιλοκτήτην „εὖ γοῦν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας." — Musgr. locum inter Philoctetae Euripideae fragmenta rettulit, sed Matth. (Eurip. T. IX. p. 289. sq.) eum legi ulla in tragoedia potuisse negavit. Nam intelligere se non posse dicit quomodo Philoctetes senex in tragoedia induci potuerit puellam in matrimonium ducturus, ideoque locum e Strattidis comici Philocteta petitum opinatur. At vero fugit Matthiaeum, Philoctetae historiam ab omnibus fere poetis tragicis et quidem a nonnullis vel in duabus fabulis esse repraesentatam, itaque necessarium fuisse, ut posteriores tragici aliquantulum in ea novarent, ut spectatorum animos propensos sibi redderent. In eadem fere sententia fuisse videtur Meinek. (Poet. com. IV. p. 673.) quum locum inter anonym. comic. fragmenta nisi dubitans non receperit. Ac fortasse rectius God. Hermannus (Praef. ad Soph. Phil. p. X.) eum ad Sophoclis *Philoctetam in Troia* rettulit, quam drama satyricum fuisse suspicatur.

CLXIX. a. b.

Ibid. 14, 4. p. 791. D. Ἐπὶ ταῦτα γὰρ ἡ φύσις ἄγει καὶ ταύτας ὑπαγορεύει τὰς φωνὰς τοῖς μὴ διεφθορόσι τελείως ὑπ' ἀργίας καὶ μαλακίας·

Πολλοῦ σε θνητοῖς ἄξιον τίκτει πατήρ.

καὶ

— μή τι παυσαίμεσθα δρῶντες εὖ βροτούς.

Utrumque versum iteravit Plut. non posse suav. vivi sec. Epic. 17, 4. p. 1098., in altero autem scripsit: μή ποτέ γε παυσώμεσθα κτλ. Duebner. ibi ποτὲ uncinis inclusit, unde vocem in aliquot codicibus abesse coniicias.

CLXX.

Id. praec. reip. gerend. 17, 6. p. 811. F. Ἡ γὰρ ἔκπτωσις οὐ φέρει συριγμὸν οὐδὲ χλευασμὸν, ἀλλὰ πολλοῖς μὲν ἐπέβη

δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς.

Versus manifesto e tragoedia depromptus est. cf. Eur. Or. 51.

CLXXI.

Ibid. 31, 7. p. 813. A. *Οὐ γὰρ αὐθάδης οὐδ' ἐπαχθὴς ὁ χρηστὸς οὐδ' αὐθέκαστός ἐστιν ὁ σώφρων ἀνὴρ,* (καὶ)

στείχει πολίταις ὄμμ' ἔχων ἰδεῖν πικρόν.

CLXXII.

Id. de commun. notit. 20, 4. p. 1068. B. *Οὐδὲ διψῶσιν οὐδὲ πεινῶσιν ἄνθρωποι, πρὶν σοφοὶ γενέσθαι. διψῶντες οὖν ὕδατος οὐκ ἔχοντα χρείαν, οὐδ' ἄρτου πεινῶντες·*

Ἔστε ξένοισι μειλίχοις ἐοικότες
στέγης τε μοῦνον καὶ πυρὸς κεχρημένῳ.

Dubitans hos versus recepi, qui fortasse e philosophi cuiusdam disciplina fluxerunt. Vide quae ad Aristonem disputavimus.

CLXXIII.

Id. non poss. suav. viv. sec. Epic. 17, 2. p. 1098. E. *τῶν δὲ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῶν καὶ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ τιμὴν καὶ χάριν*

Οὐκ ἔστιν αὐτῶν [ὁ] *τοῦ βίου χρόνος.*

Corrige: *οὐκ ἔστιν αὐτῶν* (vel quod malim *αὐτοῖς*) *τοῦ βίου μέτρον χρόνος.*

CLXXIV.

Id. vit. Aristid. c. 4. p. 320. D.

Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν.

Euripidis versum esse suspicatus est Valck. Diatr. p. 220. not.

CLXXV.

Id. apud Stob. Floril. XL, 3. *ὅθεν εὖ μὲν ὁ Ἡρακλῆς εἶπεν ἐρωτηθείς·*

Ἀργεῖος ἢ Θηβαῖος; οὐ γὰρ εὔχομαι
μιᾶς· ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων πατρίς.

CLXXVI.

Id. ibid. LXIV, 32. — — *ἀμέλει καὶ ἡ Σφὶγξ εἶχεν ἐπαγωγὸν τὸ ποίκιλμα τοῦ πτεροῦ, καὶ*

εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
νώτισμα θηρός· εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι,
κυανωπὸν, ὥς τις Ἶρις ἀντηύγει σέλας.

Paris. A. habet ἡλίου superscripto τρέψειε, Paris. B. ἡλίου τρέψειε continuo ordine; sed verbum τρέψειε a nescio quo librario sententiae causa additum esse nemo non videt. Uterque vero codex recte νώτισμα pro vulg. νότισμα et ἀιτηύγει pro vulg. ἀντανγεῖ. — Quum his versibus varii bestiae cuiusdam colores describantur, Valck. Diatr. p. 194. de Sphinge agi ratus eos ad Euripidis Oedipum rettulit. Quae coniectura licet admodum probabilis sit, tamen commovere nos non potuit, ut versus hoc loco omitteremus. Nam iidem etiam in Andromeda locum habere potuerunt.

CLXXVII.

Polluc. Onom. I, 6. οἱ μὲν γὰρ ἀκριβέστεροι σηκὸν τὸν τῶν ἡρώων λέγουσι, οἱ δὲ ποιηταὶ καὶ τὸν τῶν θεῶν, ὡς οἱ τραγῳδοὶ

ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ.

CLXXVIII.

Ibid. II, 224. ἡ δὲ τραγῳδία τὴν ἀμίδα οὐράνην ἐκάλεσεν. cf. X. 44. — τῷ μὲν ἀνδρὶ καὶ λάσανα ἀναγκαῖα καὶ ἀμίς, ἣν Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ ἐνουρήθραν καλεῖ καὶ Αἰσχύλος οὐράνην. Sed voce οὐράνη etiam Sophocles usus est ἐν Ἀχαιῶν συνδείπνῳ (ap. Athen. I. p. 17. D. Eustath. p. 1828, 28.): ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε.

CLXXIX.

Ibid. III, 95. Ὁδοῦ δὲ ἡγεμὼν ἀγωγός. ὁ γὰρ ἀγωγεὺς εὐτελέστερον. ἐν μέντοι τῷ πλήθει καὶ ἀγωγοὶ καὶ ἀγωγεῖς ῥυτοί (l. ῥητέον.). ὑφηγητὴς ἐξηγητὴς, προηγεμὼν προηγητὴς, παρὰ δὲ Κέβητι καὶ καθηγητὴς καὶ παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς.

CLXXX.

Ibid. X, 78. ἰστέον δὲ ὅτι τὴν λεκάνην πέλλιν οἱ τραγῳδοὶ λέγουσι.

CLXXXI.

Schol. Hom. (Lips. et in Cram. An. Gr. Paris. III. p. 279, 29) ad Il. β. 269. ἠδὺ ἐγέλασαν ἐπὶ τῇ ὄψει τοῦ Θερσίτου

Ὡς αἰσχρόν ἐστι μὴ καλῶν ἀπ' ὀμμάτων
κλᾶον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν.

Cod. Lips. καὶ pro μὴ, sed recte κλᾶον pro vulg. κλαίειν. — Bachmann. et Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. 425. versus ad Euripidis Syleum referunt, sed eos potius ad fabulam pertinuisse, in qua Thersites egerit, manifestum est. Vide igitur, ne e *Chaeremonis Achille Thersitae Interfectore* petiti sint.

CLXXXII.

Id. (in Cram. An. Gr. Paris. III. p. 12, 27.) ad Il. κ'. 360. *ἐκεῖ δὲ Ἀττικοῖς φίλος εἶναι ὁ ἐν δυοὶ συλλαβαῖς λαγώς, οὗ καὶ γενικὴ τοῦ λαγώ, καθὰ δὴ ὁ γράψας τὸ*

Λαγὼ βίον ζῇς ὁ πρὶν ἄτρομος λέων.

καὶ πληθυντικὴ εὐθεῖα οἱ λαγώ, ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου λαγὼς καὶ „κρέα λαγῶα" παρὰ τῷ κωμικῷ. Versus situe e comoedia an ex tragoedia ductus dubitari potest. Ceterum pro ὁ corrigendum videtur ὦ, quamquam etiam in aliis tragicorum locis vocalis ante πρ producitur. cf. Chaerem. Fragm. 1. vs. 2.

CLXXXIII.

Id. ad Il. γ'. 414. ed. Bekk.

Ὁ θεὸς ἐπὶ σμικροῖσιν οὐ θερμαίνεται,
ἀλλ' ὡς λέβης τοῦ μείζονος δεῖται πυρός.

Sic locum iam dederat Valck. ad Eur. Hippol. 120.

CLXXXIV.

Schol. ad Hes. Theog. 691. *ἵκταρ ἅμα.) εὐθέως ἐκ τοῦ σύντ γυς, ὡς ἀπὸ τοῦ ἱκνοῦμαι, ἵκταρ, ἱκτικῶς, ταχέως. ἢ ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς, ἐκ τοῦ παρεπομένου, ἐπειδὴ ὁ ἀφικνούμενος ἐγγὺς γίνεται. Χρῶνται δὲ καὶ οἱ τραγικοὶ ταύτῃ τῇ λέξει.* Extat vox apud Aesch. Ag. 115. Eum. 952., sed ibi non ἵκταρ, sed ἵκταρ legitur, quam formam etiam Thom. Magist., Erotian. et Harpocr. s. v. agnoscunt, quamque Ruhnken. a verbo ἵκω derivandam esse docuit ad schol. Plat. p. 191.

CLXXXV.

Schol. Pind. Pyth. VIII, 73. ed. Boeckh. *ὅτι δὲ Ἀγγκέως Ἄβας ἐξ ἐκείνου δῆλον·*

Σφαγὰς δὲ Λαναοῦ παρθένων Ἀγγκεὺς φυγὼν
Ἄβαντα φύει διαδόχον τυραννίδος.

Boeckh. locum ex prologo tragoediae cuiusdam Euripideae v. c. Danaes aut Stheneboeae ductum esse dicit, quod in caussa nobis fuit, ut eum ad Euripidis Archelaum (cf. fgm. 227.) referremus.

CLXXXVI.

Schol. Soph. Antig. 620. — *μετὰ σοφίας γὰρ ὑπό τινος ἀοίδιμον καὶ κλεινὸν ἔπος πέφανται, τὸ*

ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακὰ,
τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον, ᾧ βουλεύεται.

Ad sententiam simillimum est Inc. Trag. Fragm. CVI. Barnes. locum Euripidi tribuit.

CLXXXVII.

Schol. Soph. Trach. 296. *Ὅμως δ' ἔνεστι·*) *γνωμολογεῖ δ' ὁρῶσα τὰς αἰχμαλώτους*

καὶ τοῦτο τοὐπός ἐστιν ἀνδρὸς εὐφρονος·
ὅταν καλῶς πράσσῃ τις, ἐλπίζειν κακά.

CLXXXVIII.

Sext. Empir. in Disputt. Antiscept. apud Fabric. Bibl. Gr. V. 7. p. 623.

Ὄψει διαθρῶν οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν
οὐδ' αἰσχρόν· ἀλλὰ ταὔτ' ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ, καὶ διαλλάξας καλά.

Locum indicavit et correxit Meinek. ad Menandr. p. 201., quum ante legeretur vs. 1. *διαιρῶν*. vs. 2. *ταῦτ'*.

CLXXXIX.

Sext. Empir. adv. Math. VIII, 53. p. 312, 28. ed. Bekk. *ἔστι δέ τινα καὶ πλείονα ἢ ἀξιώματα, οἷον τὸ μὲν τοιοῦτο*

— *Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος.*

ἀξίωμά ἐστιν· ἢ γὰρ ἀληθεύομεν λέγοντες αὐτὸ ἢ ψευδόμεθα. τὸ δὲ οὕτως ἔχον

ὡς Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος.

πλέον τι ἀξιώματός ἐστι καὶ οὐκ ἀξίωμα. — Eundem versum praebet Diog. Laert. VII, 47. Ceterum corrigendum est *Πριαμίδαισιν* (cf. Ellendt. Lex. Soph. II. p. IX. sq.) neque, ut Meinekius (Poet. com. IV. p. 617. 620.) voluit: *Πριαμίδη 'στίν*. Idem vir doctissimus in eo etiam falsus esse videtur, quod inter Anon. poet. comicorum fragmenta locum rettulit, qui manifesto, si quid video, ex Euripidis vel alius cuiusdam tragici Alexandro petitus est.

CXC.

Simplic. in Epictet. Enchir. 31. p. 223. Olympiod. comment. Mss. in Plat. Gorg. ad § 54. ed. Heindorf.

Τολμῶ κατειπεῖν, μήποτ' οὐκ εἰσὶν θεοί.
κακοὶ γὰρ εὐτυχοῦντες ἐκπλήσσουσί με.

Olymp. *τολμῶ γὰρ εἰπεῖν*, sed rectius *ἐκπλήττουσι* pro *ἐπιπλήττουσι* Simplicii, in quod etiam Porso (Tracts and Miscell. crit. p. 176.) incidit.

Euripidi locum tribuit Barnes. contra disputante Porsone l. c. – Ad sententiam cf. Eur. fragm. 293.

CXCI.

Stob. Ecl. Phys. I, 3, 5. p. 26. ed. Heer.

Ὁ γὰρ θεὸς μέγιστος ἀνθρώποις νόμος.

CXCII. CXCIII.

Ibid. I, 3, 13. p. 34. ed. H. Versus monostichi.

1. *Θεοῦ θέλοντος, μέτα πάντα γίγνεται.*

Syllabam, quae abest, Iacobs. revocari iussit scribendo ἔργματα vel μέτα in ἔργα mutando. Sed nescio an leniori ratione versum restitueris τὰ post μέτα inserto, quod facile propter praegressum τὰ excidere potuit.

2. *Τί δ' οὐ γένοιτ' ἂν θεοῦ γ' ἐφιέντος τύχην;*

Hiatum post θεοῦ, qui in libris erat, sustuli interiecto γέ. Praeterea Heerenii correctionem τύχην pro vulg. τύχη recepi.

CXCIV. CXCV.

Ibid. p. 36. Versus monostichi.

1. *Ζεύς ἐσθ' ὁ πέμπων τὴν ἐφήμερον τροφήν.*
2. *Ἄνευ θεοῦ γὰρ οὐδὲ εἰς ἀνὴρ στένει.*

CXCVI. CXCVII.

Ibid. p. 38. Versus monostichi.

1. *Θνητοῖσιν ἀνθρώποισι καταφυγὴ θεοί.*
2. *Καὶ τἀμπλακήματ' ἔρχεται θεοὺς ἐπι,*
   ὅθεν λαβόντες οἱ κακῶς πεπραγότες
   σωτηρίαν, ἀπῆλθον ἐκ δυσπραξίας.

Fgm. 2. vs. 1. θιοὺς ἔπι pro vulg. θεὸς ἐπὶ ex emendatione Iacobsii scripsi. Ad sententiam cf. Eur. fragm. 488.

CXCVIII.

Ibid. I, 4, 4. p. 106. ed. Heer.

Φθείρει γὰρ ἡ πρόνοια τὴν εὐβουλίαν.

CXCIX.

Ibid. I, 4, 9. p. 106. ed. Heer.

οὐχ εἶδει Διὸς
ὀφθαλμὸς· ἐγγὺς δ' ἐστὶ, καίπερ ὢν πρόσω.

Locum sic, ut edidimus, emendavit Huschk. Anal. crit. p. 265., quum ante legeretur: *καίπερ ὢν πόνω.* Nam longe inferior est Iacobsii (Animadv. ad Athen. p. 202.) correctio: *καὶ πόρρω ποτ' ὤν.*

CC.

Ibid. I, 4, 10. p. 108. ed. Heer.

Οὐ γάρ τις, οὔτε χρημάτων ὕπερ γεγὼς,
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράσκεται,
ἀλλ' ἡμέρας ἢ νυκτὸς ἡ Δίκη ποτὲ
τῷ δυσσεβοῦντι, σῖγ' ἔχουσ', ἐνήλατο.

Vs. 1. corrigendum videtur: *οὐδὲ χρήμασιν ὑπερήφανος* vel *οὐδὲ χρημάτων ὑπεργέμων.* Voce *ὑπεργέμων* usus est Alexis ap. Athen. X. p. 419. B. *οὔθ' ὑπεργέμων* (sc. *μοχθηρίας*) *ἀπέρχομαι νῦν, οὔτε κενὸς, ἀλλ' ἡδέως ἔχων ἐμαυτοῦ.* — Vs. 4. cf. Soph. OR. 263. — Ad sententiam totius loci cf. Eurip. fgm. 837.

CCI.

Ibid. I, 4, 11. p. 108. H.

Τὸ μὴ δίκαιον ἔργον οὐ λήθει θεούς.

CCII.

Ibid. I, 4, 12. p. 108. H.

Δαίμων βροτοῖσι πόλλ' ἀνευρίσκει κακά.

Ἀνευρίσκειν κακὰ habet Eurip. fragm. 867.

CCIII. CCIV.

Ibid. I, 4, 16. p. 112. H.

1. *Ὀξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς ἐς τὰ πάντ' ἰδεῖν.*
2. *Ἔσθ', ὡς ἔοικεν, ἔστιν, οὐχ ὁρώμενον*
τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
δαιμόνιον, ᾧ μέλει τὰ τοῦ θνητοῦ βίου.

In codd. nullum extat lemma, sed praecedunt et sequuntur Euripidis versus, quod haud dubie effecit, ut Canterus huic poetae locum assignaret eundemque Heerenius vel sub Euripidis nomine ederet; uterque praepropere. Hoc autem bene perspexit Heeren., a versu 2 novum exordiri fragmentum.

CCV.

Stob. Ecl. I, 4, 30. p. 122. H.

Ἐχθρὸς ἀνὴρ μέν, ἀλλὰ τὴν Δίκην σέβω.

Recte Heeren. *ἀνὴρ μέν* pro *μὲν ἀνὴρ* scripsit et versum e medio dialogo ereptum esse monuit.

CCVI.

Ibid. I, 4, 39. p. 126. H.

Οὐδεὶς παρανομῶν πρὸς θεοὺς ἐχέγγυος.

CCVII.

Ibid. I, 4, 41. p. 128. H.

Μόνη ’στιν ἀπαραίτητος ἀνθρώποις Δίκη.

Ἀνθρώποις ex H. Grotii emendatione pro vulg. *θνητοῖς* dedimus. Similis est harum vocum confusio in Eurip. fragm. 904.

CCVIII.

Ibid. I, 4, 42. p. 128. H.

Μήπου σὺ ποίει πρὸς τὸ νηπιώτερον.
πόρρω γὰρ ἔστως ὁ θεὸς ἔγγυθεν κλύει.

In codd. est: *μὴ μουσοποίει πρὸς τὸν ἠπιώτερον*, quod Grot. sic correxit: *μηδὲν σὺ ποίει πρὸς τὸ νηπιώτερον*, Heeren. vero ad literarum ductus propius accedens: *μήπου σὺ κτλ.* — A versu secundo diversus esse non videtur vs., quem Plut. adv. Colot. 30, 3. p. 1124. F. affert: *πέλας* (*ἐκὰς* Valck. Diatr. p. 32. C.) *γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἔγγυθεν βλέπει*, quemque Wyttenb. Euripidi vel Diphilo tribui voluit. Praecedit enim apud Plut. Diphili (vel Philemonis. cf. Menand. et Philem. reliqu. ed. Meinek. p. 433.) versus: *ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ’ ὁρᾷ.* Praestantior vero est Stobaei scriptura *πόρρω* pro *πέλας*.

CCIX.

Ibid. I, 4, 43. p. 128. H.

Ὅστις λέγει κακὰ φρονῶν, σιγῇ στένει.

Corrigendum videtur: *ὅστις λέγει δὲ κακοφρονῶν, σιγῇ στένει.* cf. Aesch. Ag. 1147. Schol. Eur. Or. 822.

CCX.

Ibid. I, 4, 44. p. 128. H. Menand. sent. monost. 14.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.

CCXI.

Ibid. I, 4, 45. p. 128. H.

Τὸ θεῶν δὲ κράτος μέγα κατ᾽ ἀνθρώπους,
ἄφρονες δ᾽ ὅποσοι τὸ δίκαιον ἄγουσιν
ὑπὸ τᾶς ἀδίκου βιοτᾶς, ἀφανὲς
μέγα καὶ ὄμμα δαιμόνων, οἷς
τίνουσ᾽ ἀμοιβὰς κακῶν.

Dedimus locum, uti in codicibus extat, praeterquam quod a vs. 2 novum fragmentum incipere noluimus. In quo nec sententia satis perspicua est, nec metrum a vitiis liberum. De sententia autem, ut dicam, quod sentio, verba *τὸ δίκαιον ἄγειν* significare mihi videntur: *ius tenere* (*δικάζειν*); nam *ἄγειν* aut ita usurpatum est, ut in locutionibus: *πόλιν, πολιτείαν, δήμους ἄγειν*, aut ita, ut in locutionibus: *εὐδαιμονίαν ἄγειν* (= *εὐδαιμονίζειν*) in Eur. Hippol. 750., *σχολὴν ἄγειν* (= *σχολάζειν*) in Eur. Med. 1238., aliis. Ita haec sententia exoritur: *stulti sunt, qui ius tenent, dum ipsi iniuste vivunt.* In sequentibus autem aliquid excidisse videtur, imprimis negatio *οὐ* vel *οὐδέν*, et particula causalis *γὰρ* vel *ὅτι*. Praeterea *καὶ* in *κατ᾽* et *οἷς* in *οἵπερ* (quod per compendium scriptum facile in *οἷς* abire potuit) mutandum videtur. Hanc enim extremis verbis sententiam infuisse suspicor: *nam nihil latet magnum oculum deorum, qui quidem malorum gratiam referunt.* De metro, quum ne de sententia quidem constet, certi quid statuere non ausim.

CCXII. CCXIII.

Ibid. I, 5, 2. p. 154. H. Versus monostichi.

1. *Ὅσία δ᾽ Ἀνάγκη πολεμικωτάτη θεός.*

Pro *ὁσία* Grot. contra codd. auctoritatem scripsit: *ὡς ἐστ᾽ Ἀνάγκη κτλ.*

2. *Οὐδεὶς Ἀνάγκης μεῖζον ἰσχύει νόμος.*

Simillimi sunt Euripidis loci Hel. 514. Fragm. 481.

CCXIV.

Ibid. I, 6, 8. p. 170. H.

Μόνη γὰρ ἐν θεοῖσιν οὐ δεσπόζεται
Μοῖρ᾽ οὐδ᾽ ἐν ἀνθρώποισιν, ἀλλ᾽ αὑτῆς κρατεῖ.

Vs. 2. recte Grot. *οὐδ' ἐν* pro vulg. *οὐδέν*. De extrema vocali in *Μοῖρα* elisa vide ad Moschion. fragm. 2. vs. 2.

CCXV.

Stob. Ecl. Phys. I, 6, 9. p. 170. H.

Ὦ Μοῖρα, κεδνῶν καὶ κακῶν κυνηγέτι.

CCXVI.

Ibid. I, 6, 12. p. 172. H.

Κλωθὼ Λάχεσίς τ', εὐώλενοι κοῦραι
Νυκτὸς, εὐχομένων ἐπακούσατε,
Οὐράνιαι χθόνιαί τε δαίμονες.
ὦ πανδείμαντοι, πέμπετ' ἀμῖν
ῥοδόκολπον Εὐνομίαν,
λιπαροθρόνους ἀδελφὰς, Δικὰν
καὶ στεφανηφόρον Εἰράναν,
πόλιν δὲ τάνδε βαρυφρόνων
ἐκλύθητε συντυχιᾶν.

Versus, ut ex postremis liquet, petiti sunt e chori carmine, quo cives urbis bellis sive intestinis sive externis turbatae Parcas invocabant, ut concordiam ac pacem urbi concederent. Idem factum esse videmus in Euripidis Cresphonte (fragm. 453.), in Aeschyli Septem c. Theb. (vs. 78. sq.), et aliis fabulis. Similiter atque h. l. in Euripidis Peleo (fragm. 614.) Parcae invocantur, quarum de numero iam antiquitus dissensio fuit: quare non mireris, quod hoc loco nisi duae non commemorantur. cf. Limburg. Brouwer. hist. de la civil. des Grecs. T. II. p. 450. sq. — Vs. 6. malim *λιπαροθρόνους τ'*. — Vs. 9. in codd. est *λελάθοιτε*, quod Grot. mutavit in *ἐκλύθητε*. Heeren. scribi *λήγοιτε* maluit, sed quum de metro non constaret, nobiscum Grotii correctionem recepit.

CCXVII.

Ibid. I, 7, 6. p. 196. H.

Ἡ τὰ θνητῶν καὶ τὰ θεῖα πάντ' ἐπισκοποῦσ' ἀεὶ
καὶ νέμουσ' ἡμῶν ἑκάστῳ τὴν κατ' ἀξίαν Τύχη
μερίδα.

Codd. A. E. F. praebent *ἐπισκοπεῖ*, V. *ἐπισκοποῦσ'*., et omnes dein alterum versum incipiunt. Heeren. igitur primum versum explevit scribendo *ἐπισκοποῦσα μὲν*, sed probabilius Iacobs. *ἐπισκοποῦσ' ἀεί*. Similis enim erat depravatio in versu quodam tragico a Clem. Alex. servato. cf. Inc. Trag. Fragm. III.

CCXVIII.

Ibid. I, 9, 9. p. 226. H.

Ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἔστι τοῖς σοφοῖς βροτῶν,
χρόνῳ σκοπεῖσθαι τῆς ἀληθείας πέρι.

In cod. V. est lemma *τοῦ αὐτοῦ*, praecedit autem Menandri locus. Rectissime vero Meinek. (ad Menandr. p. 245. et Poet. com. IV. Praef. p. XIII) hos versus non a comico, sed a tragico poeta originem duxisse monuit simulque coniecit, quum apud Stobaeum proxime Critiae versus (fgm. 4.), qui manifesto comici cuiusdam sit, sequatur, utriusque fragmenti lemmata esse transponenda. De qua lemmatum transpositione equidem dubito (vide ad Critiae l. c.); hoc autem certissimum mihi videtur, hos versus a tragico esse profectos. — Vs. 1. Grot. correxit: *ὦ δέσποτ' Αἴας*, Heeren. *ὦ δέσποτ' ὦναξ*, utroque autem multo probabilius Hartung (Eurip. Restit. I. p. 72.) *ὦ δέσποτ', αἶνός ἐστι κτλ.* ex Euripidis Phoenice locum depromptum esse coniiciens. cf. Eurip. fragm. 38. 324. 342. 497.

CCXIX.

Ibid. I, 9, 11. p. 228. H.

Μετὰ νὴν σκιὰν τάχιστα γηράσκει χρόνος.

cf. Aesch. Prom. 983. Eum. 226. Eur. Herc. f. 1223.

CCXX.

Ibid. I, 9, 14. p. 230. H.

Σοφὸν λέγουσι τὸν χρόνον πεφυκέναι.

Ad sententiam cf. Sophocl. ap. Stob. l. c. *χρόνος αὖ χρόνος ἅμα κραταιᾷ τερμοσύνᾳ βίου πόλλ' ἀνευρίσκει σοφὰ μαιομένοις.*

CCXXI.

Ibid. I, 9, 27. p. 236. H.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνος
δείξει· μόνος γάρ ἐστιν ἀνθρώπων κριτής.

Cf. Eurip. fgm. 64. Valck. ad Hippol. 428.

CCXXII.

Ibid. I, 9, 29. p. 238. H.

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Cant. et Grot. hunc versum Chaeremoni tribuunt. Sed in codd. V. A. E. Chaeremonis nomen ad proximum versum pertinet.

CCXXIII.

Stob. Floril. III, 1.

Ἃ δεῖ παρὼν φρόντιζε, μὴ παρὼν ἀπῇς.

Coniunctus est hic locus cum hoc Aeschyli versu: *ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πόλλ' εἰδὼς σοφός*, sed quia cum eo non cohaeret, probabiliter coniecit Dindorf. (ad Aesch. inc. fragm. 271.) lemma tantummodo ad alterum versum pertinere, priorem autem vs. ab alio poeta profectum esse.

CCXXIV.

Ibid. XVII, 5.

Ὅσοι δὲ φιλοσοφοῦντες ἐκμοχθοῦσί τι,
ἐνταῦθ' ὑπάρχει τῷ βίῳ γαστρὸς κρατεῖν.

Versus, nisi forte e comoedia fluxerunt, auctorem produnt novae comoediae tempore florentem. — Vs. 2. init. Grot. correxit: *ἐν πάντ' ἀνάγκη*, audacter et male iota dativi eliso. (cf. Inc. Trag. Fragm. CXLV.) Equidem malim: *ἐν τῶνδ' ὑπάρχει* κτλ.

CCXXV.

Ibid. XVII, 6.

Διδάσκαλος γὰρ ἡ ὑτέλεια τῶν σοφῶν
καὶ τῶν ἀρίστων γίγνεται βουλευμάτων.

Erat *ἡ ὑτέλεια*, quod correxi. Eadem crasis est in Eurip. fgm. 99.

CCXXVI.

Ibid. XX, 40.

Ἐν τοῖς κακοῖσι συγγένει' ὅταν παρῇ
τραχεῖα κὠξύθυμος, ἀμαθίαν ἔχει.

Barnes. hunc locum inter Euripidis fragmenta rettulit.

CCXXVII.

Ibid. XXII, 16.

Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς.

In codd. quidem hic vs. cum lemmate *Demonactis* legitur, sed quum Demonax non poeta, sed philosophus fuerit, qui haud dubie ex philosophorum more poetarum versus aut integros aut leniter pro proposito suo immutatos in usum convertit, versum hoc loco recipere non dubitavimus, quum sententia in tragoedia satis trita sit.

CCXXVIII.

Ibid. XXVIII, 2. Mich. Apost. 5, 15. Diogenian. III, 37. Suid. v. *Ἀφροδίσιος.* Schol. Plat. p. 45. Ruhnk.

Ἀφροδίσιος γὰρ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

Γὰρ, quod ab omnibus, qui hunc versum citant. omissum est, inseruit Grot. Ceterum pro *ἐμποίνιμος* cod. Paris. A. a manu prima habet *ἐπώνυμος*.

CCXXIX.

Ibid. XXIX, 27.

Ἅπανθ' ὁ τοῦ ζητοῦντος εὑρίσκει πόνος.

Πόνος primus Valck. pro vulg. *πόθος* correxit.

CCXXX.

Ibid. XXXII, 3.

Κακὴ γὰρ αἰδὼς ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ.

Hunc versum recte iam Grot. a praecedente quodam Diphili versu, quocum vulgo coniunctus edebatur, secrevit et incerto poetae tribuit, qui Valck. (ad Eur. Hippol. 385.) iudice nullus alius quam Euripides fuit. Idem primus *τἀναιδὲς* pro vulg. *γ' ἀναιδὲς* scripsit.

CCXXXI.

Ibid. XXXVI, 14.

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.

Versus in codd. Menandro assignantur, sed eos potius a tragico poeta compositos esse cum numerorum gravitatem tum formam *χερὸς*, quippe quae a comicis aliena sit, docere recte monuit Meinek. Poet. com. IV. Praef. p. XIII.

CCXXXII.

Ibid. XXXVIII, 4.

Ἀδικώτατον πρᾶγμ' ἐστὶ τῶν πάντων φθόνος.

CCXXXIII.

Ibid. XXXVIII, 16.

Οὐδεὶς ἂν εἴποι κεῖνον ἀνθρώπων κακῶς,
οὐδ' εἰ φθόνου γένοιτο δυσμενέστερος.

Hoc et sequens fragm. in optimo cod. Paris. A. cum versibus quibusdam Hippothoontis proxime antecedentibus male cohaerent. Cf. Hippoth. fgm. 2. — Pro *ἀνθρώπων* Grot. dedit *ἄνθρωπον*.

CCXXXIV.

Stob. Floril. XXXVIII, 17.

Χρὴ δ' ἢ λέγειν τι χρηστὸν, ἢ λέγουσιν εὖ
μὴ δυσμεναίνειν τῷ φθόνῳ νικώμενον.

Vs. 2. vulgo erat *δυσμεναίτιν*, Par. B. *δυσμενέειν*, sed recte *δυσμεναίνειν* Trinc. Grot. Gesn. ed. 3.

CCXXXV.

Ibid. XXXIX, 4.

Πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου
κρείσσων πάτρα σώφρονι ναίειν.
τὸ δὲ σύντροφον ἀδύ τι θνατοῖς
ἐν βίῳ χωρεῖ.

Locum dedimus, uti e codd. editus et a Grot. in versus redactus est, nisi quod propter praecedens *ἀδὺ* etiam *θνατοῖς* pro *θνητοῖς* scripsimus.

CCXXXVI.

Ibid. XL, 8. [XXXVIII. p. 233. ed. Gesn.] p. 75. ed. Gaisf.
Ἀλλὰ καὶ ὅτι μέτοικος, ὀνειδίζουσι δὲ πολλοὶ λέγοντες, μέτοικε

σὺ δ' εὐγενὴς ὢν, τήνδε δουλώσας ἔχεις.

Valck. locum Sophocli vindicans pro *εὐγενὴς* legendum esse *ἐγγενὴς* dicit, quum opponatur *μέτοικος*, sed multo ingeniosius probabiliusque Iacobs. (Lectt. Stob. p. 76.) sic correxit:

μέτοικε σὺ,
οὐδ' εὐγενὴς ὢν τήνδε δουλώσας ἔχεις.

CCXXXVII.

Ibid. XLV, 7.

Τῶν γὰρ δυναστῶν πλεῖστος ἐν πόλει λόγος.

Versus deest in Paris. A, in reliquis tanquam loci praecedentis (ex Eurip. Hecuba petiti) pars exhibetur.

CCXXXVIII.

Ibid. LIV, 1.

Γνῶμαι γὰρ ἔργων τῶν ἐν ἀνθρώποις τροφοί.

Sophocli locum tribuunt Trinc. et Gesn., incerto poetae Grot., ac sane in Paris. A lemma deest. Idem valet de sequ. fragm.

CCXXXIX.

Ibid. LIV, 2.

Βουλαὶ τάδ' ἐξέπραξαν, οὐ χερῶν σθένος.

Cf. antecedens fragm.

CCXL.

Ibid. LXXIII, 6.

Ἐχθροῖσιν εἴη πολεμίαν δάμαρτ' ἔχειν.

Barnes. locum inter Euripidis fragmenta rettulit, sed vide, ne ex comoedia fluxerit.

CCXLI.

Ibid. LXXIV, 27.

Ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων δ' ἡμᾶς σέθεν.
τὸ μὲν μέγιστον οὔποτ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν
λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων.
ἑρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς,
ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη,
βλέπουσά τ' εἰς πᾶν καὶ παροῦσα πανταχοῦ,
τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν.
τό τ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον.
ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων
σώζει δάμαρτα, δρᾶν τι δὴ δοκῶν σοφὸν,
μάταιός ἐστι καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.
ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ' ἔχει,
θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρίζεται,
λάθοι δ' ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλμους κόρας.
καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας γέλως,
ἀνὴρ τ' ἀχρεῖος χἠ γυνὴ διοίχεται.

In Stobaei codd. et editt. versus continuo ordine his Menandri versibus:

ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν,
μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ

annexi leguntur, ut pariter Menandri esse videantur. Sed cum multi alii viri docti, quos nominat Meinek. ad Menandr. p. 186. sq., eos a comoedia abhorrere perspexerunt, tum imprimis Meinekius ipse

(l. c.) rationes exposuit, cur eos tragico poetae originem debere credendum esset. Mirum igitur est, quod idem vir eruditissimus, quamvis hoc bene intellexisset, tamen Buttmanni et Reisigii, qui se non intelligere dixerant, cui mulieri Euripides hos versus tribuere potuisset (— quasi versus Euripidis esse constaret —) auctoritate commotus in fine disputationis ad sententiam accessit, Menandrum consulto sublimiorem orationis formam affectasse. Opinionem istam Buttmanni Reisigiique bene redarguit Matthiaeus (Eurip. T. IX. p. 414.), id quod in causa fuisse videtur Meinekio, ut abiecta pristina sententia nuper (Poet. com. IV. p. 227. sq.) hos versus poetae tragico vindicare non dubitaret. Eandem sententiam amplexus est Fritzsch. ad Aristoph. Thesm. p. 538. ad Euripidis Danaen eos referendos esse dicens. — Vs. 2. Paris. A. *ἄνδρα ᾖ*, reliqui *ἄνδρα ἦ*, quod correxerunt Grot. et Gesn. in marg. in *ἄνδρα χρὴ*, Stephan. Com. Gr. p. 140. in *ἄνδρα δεῖ*. — Vs. 7. legebatur: *ἐμπλήσασά τ' ἀπήλλακται*, quod emend. Bentl. — Vs. 8. Meinek. scribi mavult: *τὸ δ' ἄρσεν*. — Vs. 9. cf. Aristoph. Thesm. 420. sqq. et interprett. ad h. l. Eur. fragm. 323. 881. — Vs. 10. erat: *δάμαρτα δ' ἀνδρὶ δὴ δ. σ.*, quod correxit Iacobs. — Vs. 11. cf. Eur. Bacch. 332. *νῦν γὰρ πέτῃ τε καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς.*

CCXLII.

Stob. Floril. XCIII, 16.

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν.

Hic versus auctoritate Valck. Diatr. p. 228., ut videtur, inter Euripidis fragmenta exhibebatur, quum praecederet ex Alcmena (fragm. 100.), sequerentur ex Plisthene (fragm. 621.) versus, sed in optimis codd. lemma deest.

CCXLIII.

Ibid. XCVI, 7.

Ἡ γὰρ σπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.

Grot. hunc locum cum Philemonis versu, qui praecedit: *ὅστις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῆν βούλεται*, (quem sic emendavit Gesn. *ζῆν παραζῆν βούλεται*, Salmas. *ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται*. Bentl. *πᾶς τις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται.*) coniunxit eumque secutus est Meinek. ad Menandr. p. 419. et Poet. com. IV. p. 56. Sed idem vir doctissimus sibi non constitit, quum p. 692. eundem versum cum alio quodam incerti poetae singillatim exhibuerit et tragico poetae assignaverit, in qua re ego plane ad eius sententiam accedo. cf. Eur. El. 376.

CCXLIV.

Ibid. XCVII, 17.

Ἐγὼ γὰρ, εἰ νοῦν εἶχ' ἐμ' ὁ σπείρας πατὴρ,
ἠπιστάμην ἂν, μουσικὴν παρεὶς, πονεῖν,

ὡς εὐτυχήσων καὶ κακῶς πράξων ποτέ.
πρῶτον μὲν, ἐξ ὧν πάντα γίγνεται βροτοῖς,
εὔογκος εἶναι γαστρὶ μὴ πληρουμένῃ,
στέργειν θ' ὑδρηροῖς ὥστε θὴρ ἀεὶ ποτοῖς,
χειμῶνί τ' ἀσκεῖν σῶμα θερμά θ' ἡλίου
τοξεύματ' αἰνεῖν μὴ σκιατραφούμενος.
νῦν δ' οὐκ ἐθισθεὶς ταῦτ' ἐπίσταμαι μὲν οὐ,
φέρειν δ' ἀνάγκη· τὸν γὰρ Ὀρφέα λαβὼν
ἅπαν τε Μουσῶν ἐννεάφθογγον μέλος,
οὐκ ἂν πίθοιμι γαστέρ', ἀλλὰ δεῖ βίου.

Male olim haec verba in Paris. A. et apud Trinc. cum Euripidis loco (fragm. 285.) ap. Stob. praecedente cohaerebant ideoque a Barnesio inter Bellerophontis Euripideae reliquias referebantur, inde vero recte a Matthiaeo remota sunt. At Euripidi ea tribuere etiam non dubitavit Valck. Diatr. p. 71. B., ac sane negari nequit, haud indigna esse optimo poeta tragico. – Vs. 1. vulg. *παρεισπονεῖν*, sed recte Paris. B. *παρεὶς πονεῖν*, in quod Heath. et Valck. l. c. iam coniectura inciderant. — Vs. 8. Paris. A. *σκιατροφούμενος*. — Vs. 9. Trinc. *μὲν οὖν*.

CCXLV.

Ibid. XCVIII, 46.

Ζώοι τις ἀνθρώπων τὸ κατ' ἦμαρ, ὅπως
ἥδιστα πορσύνων, τὸ δ' ἐς αὔριον ἀεὶ τυφλὸν ἕρπει.

Quo iure haec verba inter Sophoclis fragmenta (685. ed. Dindf. 569. ed. Ahrens.) recepta sint, nescire me fateor, nam in codd. lemma deest, et locus, qui apud Stob. praecedit, e Sophoclis Tereo ductus, cum his versibus nullo modo cohaeret.

CCXLVI.

Ibid. CV, 51. c. lem. *Τραγικὸν ἐπεισόδιον.*

Τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον,
καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον κυρεῖ,
οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητῷ γένει,
ὃ περιέτρεψεν ἢ χρόνος τις ἢ φθόνος,
ἐπὴν ἐπ' ἄκρον τις τοῦ καλῶς πράσσειν δράμῃ.
ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα
τῷ μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τῆς τύχης
μέρει φέρεσθαι, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν.
κἂν γὰρ πέσῃ τις ἐξ ἐλάσσονος μέτρου,
εὐπερικάλυπτον ἔσχε τὴν δυσπραξίαν,

ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίγνεται μέγα.
πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται,
σφάλλει δ' ἐκείνους οὓς ἂν ὑψώσῃ τύχη.

Pluribus locis hi versus, si re vera, ut lemma indicat, tragici sunt, laborant itaque a quibusdam vel poetae comico adiudicati sunt. Ac primum quidem vs. 4 offendit praepositionis *περὶ* ante vocalem usus (cf. Pors. ad Eurip. Med. 284.), vs. 5 anapaestus in secundo pede: vs. 7 denique violatum videmus canonem Porsonianum. Quae quum bene perspexisset Meinek. (Poet. com. IV. praef. p. XI. sq.) acute haec vitia sustulit, quum vs. 4., ubi praeterea cod. Paris. A. *περιέστρεψεν* praebet, *ὅπερ παρέστρεψ'* (vel *κατέστρεψ'*) *ἡ χρόνος κτλ.* scribi, vs. 5. anapaestum aut eiecto pronomine *τις* aut ante *ἐπ' ἄκρον* collocato removeri iuberet, vs. 7. vero canoni Porsoniano satisfaceret scribendo: *ἐν ταπεινῷ τῳ τύχης.* (cf. Pors. praef. ad Hecub. p. XXXI.) Sed versus 7 correctio vix necessaria est; vide enim, quae de isto canone ad Inc. Trag. Fragm. XLV. monuimus. Nec probari potest, quod Meinekius vs. 2 propter notam Porsonis ad Eur. Hec. 819 in usu particulae *πάνυ* haesit, nam eam a tragicis non alienam esse, quamvis Euripides ea abstinuerit, docent Aesch. Pers. 890. Well. Ag. 1431. Choeph. 848. Soph. Phil. 646. OC. 142. — Vs. 7. pro *τῷ μήτε* Paris. A. Voss. Arsen. habent *τό*. — Vs. 10. Paris. A. *εὐπραξίαν* et vs. 11. *ψυχὴ* pro *τύχη*, male.

CCXLVII.

Stob. Floril. CVIII, 23.

Πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς,
στέργειν δὲ μοῖραν· τῶν δ' ἀμηχάνων ἔρως
πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν.

Praecedit locus ex Euripidis Electra petitus, quam ob rem Trinc. Euripidi hos versus tribuit, Brunck. vero inter Sophoclea (Thyest. fragm. III.) recepit, Gesneri fortasse margine deceptus. Recte autem Dindorf. eos nec inter Sophoclis nec inter Euripidis reliquias rettulit, quamvis etiam Gaisf. ad h. l. Euripidem eorum auctorem esse existimaverit. De verbo *ἀμπλακεῖν* cf. Monk. ad Eur. Alc. 247.

CCXLVIII.

Ibid. CXVII, 1.

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς γῆρας εὐπροσήγορον.

Tragico poetae versum tribuit Valck. ad Eurip. Hipp. 96, recte, ut equidem opinor.

CCXLIX.

Ibid. CXVIII, 12.

Ὅστις δὲ θνητῶν θάνατον ὀρρωδεῖ λίαν,

μωρὸς πέφυκε· τῇ τύχῃ μέλει τάδε.
ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθὼν τύχῃ,
οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς Ζηνὸς ἐκφύγοι μολών.

Vs. 3. anapaestum in secundo pede removeas scribendo: *ὅταν δ' ὁ καιρὸς* vel *ὅταν γὰρ ὁ χρόνος κτλ.* — **Vs. 4.** recte Halm. Lectt. Stob. **p. 57.** scripsit *ἐκφύγοι* pro vulg. *ἐκφύγῃ.*

CCL.

Ibid. CXXVI, 8.

Χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα κεἰς λήθην ἄγει.

CCLI.

Sueton. Ner. 46. *Observatum etiam fuerat, novissimam fabulam cantasse eum* (sc. Neronem) *publice Oedipum exsulem, atque in hoc desisse versu:*

οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, πατήρ.

God. Hermannus suffragante Welckero Trag. Gr. p. 1328. not. versum ad Euripidis Oedipum referri voluit, sed equidem definire nihil ausim, quum plurimi poetae tragici Oedipum scripserint.

CCLII.

Suid. v. *Ἀγριωπός. τουτέστιν ἡ ἀναιδὴς καὶ ἄγριος.* [*ἐκ τοῦ ὤψ, ὠπὸς, ὃ σημαίνει τὸν ὀφθαλμόν.*]

Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρατῶς γαυρουμένην.

λέγει δὲ τὴν ἁμαρτίαν. **Sic locum Kust. restituit, sed nescio an rectius iudicaverit Bernhardy, qui verba** *ἐκ τοῦ* — — *ὀφθαλμόν* **eiici iussit.**

CCLIII.

Id. s. v. *μετὰ γὰρ νοσούντων μαίνεσθαι καλόν· ὅτι χρὴ συνεξομοιοῦσθαι τοῖς παροῦσι. ὅμοιον τῷ „ὁ μαινομένοις μὴ συμμαινόμενος, οὗτος μαίνεται.“* **Eundem locum habent Proverb. Bodl. 656. Vat. II. 76., unde hic versus revocari potest:**

μετὰ γὰρ νοσούντων καὶ τὸ μαίνεσθαι καλόν.

ad quem respexisse videtur Senec. de tranqu. anim. 15. *nam si graeco poetae credimus, aliquando et insanire iucundum est.* **Cf. Valck. ad Eur. Phoen. 397.**

CCLIV.

Id. s. v. *Πολλοί σε μισ. κτλ.*

Πολλοί σε μισήσουσιν, ἢν σαυτὸν φιλῇς.

τοῦτό φασι τὰς Νύμφας πρὸς τὸν Νάρκισσον εἰπεῖν, ἀποβλέποντα εἰς τὰς πηγὰς διὰ τὴν οἰκείαν μορφήν. Eundem versum, qui in proverbium abisse videtur, habent Mich. Apost. XVI, 44. Proverb. Bodl. 80. ed. Gaisf. Neque eum Euripidi cum propter sententiam tum propter sigmatismum (de quo vide ad Inc. Trag. Fragm. CXXXV.) tribuere dubito. Ad sententiam cf. Inc. Trag. Fragm. XXXIX.

CCLV.

Tatian. orat. ad Graec. c. 14. (p. 35. ed. Worth.) *Λεγέτω μοι νῦν ὁ ἑκατηβόλος, πῶς Τάκινθον διεχρήσατο Ζέφυρος; Ζέφυρος αὐτὸν ἐνίκησε· καὶ τοῦ τραγῳδοποιοῦ λέγοντος*

αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον.

ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς ἀπώλεσε το(ν) ἐρώμενον. — Barnes. versum inter Euripidea rettulit.

CCLVI.

Themist. or. XVI. p. 207. D. sq. post citatos Euripidis locos (fragm. 205. Phoen. 516. sq.) et Hom. Il. ψ'. 315. pergit: *καὶ*

πάνθ' ὁ σοφὸς νοῦς ἐξ ἀμηχάνων ἄγει
καὶ πάντα κηλεῖ, κἂν ἀπώμοτός τις ᾖ.

Valck. ad Eurip. Phoen. 519. corrigit: *πάνθ' ὅ γε σοφὸς κτλ.*, sed equidem malim: *πάντα δ' ὁ σοφός κτλ.*

CCLVII.

Trypho. de tropis. 5. in Mus. Crit. Cantabrig. I. p. 47. et in Walz. Rhet. Gr. VIII. p. 738, 14.

Τεῦκρος δὲ τόξου χρώμενος φειδωλίᾳ
ὑπὲρ τάφρου πηδῶντας ἔστησε Φρύγας.

εἴρηται γὰρ φειδωλίᾳ ἀντὶ τοῦ ἀκριβείᾳ. — Blomfield. in Mus. Crit. Cant. l. c. versus ad Sophoclis Teucrum rettulit propter Soph. Ai. 1292. sq. — Vs. 2. non opus est, ut scribatur *ἔστησεν*, quod aliquis affirmare possit; cf. enim Chaerem. fragm. 20.

CCLVIII.

Id. 6. in Mus. Crit. Cant. l. p. 48. et in Walz. Rhet. Gr. VIII. p. 739, 6.

Οἰνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος.

Verba sunt nescio cuius delictum aliquod ebrietate excusantis. cf. Eurip. fragm. 266. Carcin. fragm. 5. — Quod poeta incertus de

vino, id Euripides (Fragm. 269) de Amore dixit: *Ἔρωτα — δαιμόνων ὑπέρτατον.* — Haud recte Meinek. hoc fragmentum inter anonymorum poetarum comicorum fragmenta (p. 694.) rettulisse mihi videtur.

CCLIX. CCLX.

Marc. Antonin. Comment. VII, 38—42.

38. *Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.*
μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν.
39. *Ἀθανάτοις τε θεοῖς καὶ ἡμῖν χάρματα δοίης.*
40. *Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν,*
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή.
41. *Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμώ,*
ἔχει λόγον καὶ τοῦτο.
42. *Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον.*

Iam inde, quod §§ 38 et 40 Euripidis (fragm. 298. 752.) praebent, pariter atque ex tragico §§ 41 et 42 colore concluderemus, iis tragici cuiusdam (haud dubie Euripidis) poetae verba contineri, nisi etiam Antoninus ipse (XI, 6.), ubi iterum locos 41. 38. 40. attulit, scripsisset: *καὶ λέγεταί δέ τινα ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιούντων χρησίμως. οἷόν ἐστι ἐκεῖνο μάλιστα „εἰ δ' ἠμελήθην κτλ."* — *Εὖ* cum articulo coniunctum praecipue a tragicis usurpatum est. cf. Aesch. Ag. 210. 340. Choeph. 334. 811. Eur. Herc. f. 694. Soph. Phil. 1125 (1140.) *ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν.*

CCLXI.

Id. VII, 51. post allatos Euripidis locos (Fragm. 833. et Suppl. 1110.) hos versus exhibet

θεόθεν δὲ πνέοντ' οὖρον ἀνάγκη
τλῆναι καμάτοις ἀνοδύρτοις.

quos Aeschylo haud indignos iudicaverim.

CCLXII.

Id. XI, 29.

Δοῦλος πέφυκας, οὐ μέτεστί σοι λόγου.

Hic versus sitne ex tragoedia an ex comoedia petitus dubitari potest.

CCLXIII.

Apollodor. Bibl. II, 1, 3. *Ἄργου τε καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσώπου παῖς Ἴασος, οὗ φασιν Ἰὼ γενέσθαι. Κάστωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ καὶ*

πολλοὶ τῶν τραγικῶν Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν, Ἡσίοδος δὲ καὶ Ἀκουσίλεως Πειρῆνος αὐτήν φασιν εἶναι.

CCLXIV.

Id. II, 1, fin. πρὶν δὲ τελευτῆσαι ἐγῆμεν (sc. ὁ Ναύπλιος), ὡς μὲν οἱ τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τοῦ Κατρέως, ὡς δὲ ὁ τοὺς τόστους γρά-ψας Φιλύραν, ὡς δὲ Κέρκωψ Ἡσιόνην, καὶ ἐγέννησε Παλαμήδην, Οἰακα, Νανσιμέδοντα.

CCLXV.

Id. II, 2, 1. ὁ δὲ (sc. Προῖτος) ἦκεν εἰς Λυκίαν πρὸς Ἰοβάτην, ὡς δέ τινές φασι πρὸς Ἀμφιάνακτα, καὶ γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα, ὡς μὲν Ὅμηρος, Ἄντειαν, ὡς δὲ οἱ τραγικοὶ Σθενέβοιαν.

CCLXVI.

Athen. IV. p. 150. C. καὶ κελεύσαντος ἐπεὶ παρεσκευάσθη, ἠσθεὶς ὁ Ὦχος τῷ δείπνῳ, κακὸν κακῶς σε, ἔφη, ὦ Αἰγύπτιε, ἀπολέσειαν οἱ θεοί, ὅστις δεῖπνα τοιαῦτα καταλιπὼν ἐπεθύμησας θοίνης εὐτελεστέρας. Latere in his verbis hunc tragici poetae, fortassis Euripidis, versum dicit Meinek. (Exerc. philol. in Athen. Spec. II. p. 7.)

Κακὸν κακῶς σέ γ' ἀπολέσειαν οἱ θεοί.

Quae coniectura perquam probabilis est, quum eadem fere verba in Demosth. orat. de coron. § 267. p. 315 legantur, ubi orator versus afferens, quos Aeschines pronunciando corruperit, haec scripsit: παρ' ἃς παρανάγνωθι καὶ σύ μοι τὰς ῥήσεις ἃς ἐλυμαίνου. „ἦκω τι-κρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας" καὶ „κακαγγελεῖν μὲν ἴσθι μὴ θέλοντά με" καὶ „κακὸν κακῶς σε — μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειτα οὗτοι πάντες — ἀπολέσειαν, πονηρὸν ὄντα καὶ πολίτην καὶ τρα-ταγωνίστην.

CCLXVII.

Athen. IV. p. 156. E. καὶ τῆς τραπέζης παρατεθείσης ἐδειπνοῦμεν

καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν (φακῆν) ἡ δ' ἐπεισρέει.

Libri ἐπεισέρρει, sed ἐπεισρέει Zenob. I, 75. et Lucian Hermotim. 61. qui locum sic exhibent: ἄλλην μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει. Tragici poetae versum esse monuit Dindorf. propter Arrian. Peripl. Pont. Euxin. I. p. 4. ed. Huds. τοῦτο δὴ τὸ τραγικὸν, καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει. Meinek. (Exerc. Philol. in Athen. II. p. 8.) vero Parmeniscum Athenaei non ipsis poetae verbis usum esse, sed ea pro consilio suo paullum mutata orationi immiscuisse, sicut Arrianum, dicit; poetam vero [haud dubie (?) Euripidem] scripsisse:

καὶ τὴν μὲν ἐξαντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει.

Quod mihi, quum apud omnes, qui hunc versum citant, scriptores ἐξηντλοῦμεν legatur, haud probabile videtur.

CCLXVIII. CCLXIX.

Clem. Alex. Strom. V, 14, 122. p. 721. P. et hinc Euseb. P. E. XIII, 13. p. 684. C. *Συνᾴδει δὲ τούτοις* (praecedit Diphili locus) *καὶ ἡ τραγῳδία διὰ τῶνδε*

Ἔσται γὰρ, ἔσται κεῖνος αἰῶνος χρόνος,
ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ
χρυσωπὸς αἰθήρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
ἅπαντα τἀπίγεια καὶ μετάρσια
φλέξει μανεῖσα.

καὶ μετ' ὀλίγα αὖτις ἐπιφέρει

ἐπὴν δ' ἅρ' ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθὸς,
γῆ δ' ἐδράνων ἔρημος, οὐδὲ γάρ τ' ἔτι
πτερωτὰ φῦλα βλαστήσει πυρουμένη,
κἄπειτα σώσει πάνθ', ἃ πρόσθ' ἀπώλεσε.

In prioris fragm. vs. 2. plures Eusebii codd. τέμοντα praebent, in altero fragm. vs. 1. *ἐπὰν δὲ ἐκλίπῃ κτλ.*, vs. 3. *γῆ δὲ ἐράνων ἔρημος, οὐδὲ ἅρ' ἔτι*, vs. 5. *κἄπειτα τὰ πρόσθεν ἀπώλεσε.*

CCLXX.

Cram. An. Gr. Paris. I. p. 392, 5. *τοῦτο καὶ ποιητὴς καλῶς ἐτραγῴδησεν „ἢ δ' ἡμέρα φάσκων θάνατον ἢ βίον φέρει." τῇ προσβολῇ δηλαδὴ τῶν κινδύνων ἐξαρτᾶσθαι τὰ ἀνθρωπινὰ δίκην τρυτάνης, ὡς εἰς τὸ μηδὲν κατ' αὐτὸν φρονήματος ἥκομεν στερέντες τῶν πρίν.*

CCLXXI.

Dio Cass. LVIII, 23. Senec. de clem. II, 2. Suet. Nero. c. 38. Proverb. e cod. Coisl. 181. ed. Gaisf. Gramm. in Cram. Anecd. Paris. I. p. 398, 28.

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. *)
[*οὐδὲν μέλει μοι· τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.*]

Barnes. hos vs. inter Euripidis fragmenta rettulit, fortassis recte.

*) Non debebam Crameri Anecdotis nimis obiter inspectis in editione Poet. trag. Graec. Parisiensi hunc versum inter Phrynichi fragmenta referre.

At vellem adiecisset, ex quo fonte eos hausit; nam locis, quos supra citavimus, tantummodo prior invenitur.

CCLXXII.

Epictet. Diss. II, 1, 13. *Οὐ γὰρ θάνατος ἢ πόνος φοβερὸν, ἀλλὰ τὸ φοβεῖσθαι πόνον ἢ θάνατον. Διὰ τοῦτο ἐπαινοῦμεν τὸν εἰπόντα, ὅτι*

Οὐ κατθανεῖν γὰρ δεινὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς θανεῖν.

Barnes. locum inter Euripidea rettulit, fortassis recte. cf. Eur. Or. 782. *ἰτέον, ὡς ἄνανδρον ἀκλεῶς κατθανεῖν.*

CCLXXIII.

Euseb. P. Ev. XV. 4. p. 795. A. *Μιᾷ γὰρ ὁδῷ βαδίζοντα, ἧπερ ἄγειν πέφυκεν ἐπί τι τῶν μικρῶν καὶ ταπεινῶν, οὐκ ἔστιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ μείζω καὶ ἐν ὕψει κείμενα.*

Ὁρᾷς, ἵν' ἐστ' ἐκεῖνος ὑψηλὸς πάγος,
*τρηχύς τε καὶ παλίγκοτος * *
ἐν τῷ κάθηται σὴν ἐλαφρίζων μάχην;

Sic Gaisf. locum exhibuit, de quo restituendo alii videant. Vs. 3. vulg. habet: *ὁ ἐνιλαφρίζων ἑαυτὸν ὄρνις.* De litera a in *ἐλαφρίζων* producta cf. Chaerem. fragm. 20.

CCLXXIV.

Stob. LXVIII, 37. *Ἀντιφῶντος· Φέρε δὴ προσελθέτω ὁ βίος εἰς τὸ πρόσθεν καὶ γάμων καὶ γυναικὸς ἐπιθυμησάτω. Αὕτη ἡ ἡμέρα, αὕτη ἡ νὺξ καινοῦ δαίμονος ἄρχει, καινοῦ πότμου. Μέγας γὰρ ἄγων γάμος ἀνθρώπῳ. Εἰ γὰρ τύχοι μὴ ἐπιτήδεια γενομένη, τί χρὴ τῇ συμφορᾷ χρῆσθαι;* Probabile est, quod Gaisf. coniecit, verba *καινοῦ δαίμονος ἄρχει καινοῦ πότμου* alicuius poetae esse. Sed fortassis etiam sequentia *μέγας — — ἀνθρώπῳ* et praecedentia *αὕτη ἡ ἡμέρα, αὕτη ἡ νὺξ* eiusdem poetae sunt. Nescio igitur an totus locus ita se habuerit:

ἡ νὺξ καινοῦ
δαίμονος ἄρχει (vel *ἀρχὴ*), *καινοῦ ποτμοῦ..*
μέγας [*ἡ*] *γὰρ ἄγων γάμος ἀνθρώπῳ.*

Quos versus haud inepte Euripidis fragmento 503 praefigas.

CCLXXV.

Cosmas ad Gregor. Nazianz. carm. CXLVI. in Ang. Maii Spicileg. Rom. II. p. 299. allatis hisce Gregorii versibus:

Φυσῶντες ἡμῖν ἑσπέριόν τι καὶ τραχὺ,
τοῖς δ' ἀντεπήει δῆμος Ἰλιοφρόνων,
κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν
(ὡς ἂν μιμήσομαί τι τῆς τραγῳδίας,)
λοξὸν βλέποντες ἐμπύροις τοῖς ὄμμασιν.

ergit: *Ὅμηρος ὁ ποιητὴς Αἴαντα τὸν Τελαμώνιον καὶ τὸν Πριαμίδην Ἕκτορα διαγωνιουμένους παρεισάγων, ἑκάστου τε αὐτῶν τὴν θρασύτητα παστῆναι βουλόμενος, κάπροις μαινομένοις ἀπεικάζει. τοῦ μὲν γὰρ Ἕκτορος ἐς ἀγῶνα τοὺς Ἕλλήνων ἀριστέας προκαλουμένου, διά τινος θειοτέρας τὸ δοκεῖν ψήφου τὸν Τελαμῶνος Αἴαντα συνδιαγωνιούμενον Ἕκτορι λόγος ἔχει. τρῶτα μὲν οὖν τοῖς ἀκοντίοις ἀλλήλους λέγοντα βαλεῖν, εἶτα λίθοις, μετέπειτα πάλιν τοῖς ξίφεσιν· ὡς οὖν ἔφαμεν λέουσιν ἢ κάπροις τῶν ἡρώων τὸ θράσος ἀπεικάζει δι' ἐπῶν ὧδε λέγων·* (Il. η'. 255.)

τὼ δ' ἐκσπασσαμένω δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἄμ' ἄμφω
σὺν ῥ' ἔπεσον, λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισιν
ἢ συσὶ κάπροισιν —

Ἑσπέριον δὲ φυσῶντας τοὺς ἐκ τῆς δύσεώς φησιν παρόντας ἐπισκοπούς· ἰλιόφρονας δὲ λέγει κατὰ μίμησιν τῆς τραγῳδίας. ὑπὲρ τῆς Ἰλίου γὰρ Ἕκτωρ μέγα φυσῶν τοῖς Δαναοῖς συνεπλέκετο. Gregorius, quem carmina sua e versibus poetarum tragicorum, imprimis Euripidis conglutinasse constat, h. l. (vs. 4. quem uncinis inclusimus,) ipse dicit, imitatum esse se tragoediam. Ac re vera vs. 3 in Eur. Phoenissis (1395) legitur; reliqui, unde ducti sint, incertum quidem est, sed praeter vs. 4 et 1 (nisi forte in hoc *ἕσπερον* pro *ἑσπέριον* scribendum est,) eos pariter e tragoedia delibatos esse cum orationis color tum Cosmas docent.

CCLXXVI.

Gell. N. A. II, 22, 24. *Est etiam ventus nomine Caecias, quem Aristoteles ita flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ut ad sese vocet, ex quo versum istum proverbialem factum ait:*

— — κακὰ
ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων, ὡς ὁ Καικίας νέφος.

Aristotelis locus, ad quem Gellius respexerit, hic esse videtur (Meteor. II, 6): *ὁ δὲ Καικίας οὐκ αἴθρ.ος, ὅτι ἀνακάμπτει εἰς αὐτόν· ὅθεν καὶ λέγεται ἡ παροιμία·*

ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ὥστε Καικίας νέφος.

Eundem versum, in usum suum convertit Plut. praec. ger. reip. 31, 9. p. 823. B. haec scribens: *— οὐ μικρὸν ἡμέρας μέρος ἐπὶ τοῦ βήματος ἢ τοῦ λογείου πολιτευόμενος, εἶτ' ἤδη παρὰ πάντα τὸν ἄλλον βίον*

Ἔλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὥστε Καικίας νέφη,

τὰς χρείας καὶ τὰς οἰκονομίας πανταχόθεν. Item Appulei. de mundo p. 396. — Locum e tragoedia manasse quominus statuamus, haud prohibebit, quod Aristoteles et Gellius eum proverbium fuisse dicunt — nam sexcenti tragicorum versus in proverbium abiere — imo vox *κακὰ* apud Gellium, quam eiicere nonnulli temere voluerunt, unum vel plures senarios praecessisse docet.

TRAGICORUM QUORUNDAM FRAGMENTA

AB

HUGONE GROTIO

SERMONE LATINO EXPRESSA.

THESPIS.

3.

Vides, ut alios Iupiter superet deos,
Mendacium illi et risus et fastus procul.
Unus deorum est, dulce quem non attigit.

ARISTARCHUS.

1.

De rebus istis par loqui vel non loqui.
Par ius et ignorantis et quaerentis est.
Nec qui putantur sapere, plus horum vident
Inerte vulgo. Si quis autem rectius
Loqui videtur, plus habet solum loqui.

2.

Qui nulla Amoris passus est incendia,
Necessitatis nescit invictae iugum,
Quae me subegit hoc iter capessere.
Namque ille robur addit infirmis deus,
Idemque monstrat inviis rebus viam.

3.

O mors, superbis sola quae frenum iniicis.

5.

Non haec ego ultro dico, sed me vindicans.

NEOPHRO.

2.

Quid adeo properas, anime? consulta antequam
Tam foeda peragis, capitaque haec carissima
Tibi sumis hostes. Misera quo tendas vide.
Saevi furoris reprime conatum impium.
Sed heu, quid ista pectori moesto queror,
Deserta et his contemta, praesidium mihi
Quos decuit esse? cordis ignavi est nimis
Flagitia tanta posse inultam perpeti.
Sed, anime, ne tu te quoque his prode in malis.
Proh constitutum est. Fugite conspectus meos,
Iam fugite pueri. Pectus implevit mihi
Cruenta rabies. O manus, ambae manus,
In quale facinus noster armatur furor?
Audacia o miseranda! Quam longos meos
Perdo labores ipsa momento brevi.

ION.

36.

Terrestria inter plures leoninos probo
Mores, echini misera quam molimina:
Qui simul ab aliis impeti se scit feris,
Denso sub orbe sentium corpus tegens,
Mordere et ultro tangere ignarus iacet.

51.

Te nosce dictum est haud longum quidem,
Operi deorum nemo par praeter Iovem.

52.

Veniens amicus taedio est, absens gravis.

58.

Lacaena verbis non superbit civitas,
Sed vis ut aliqua Martis incubuit recens,
Consilia praesunt, fortis exsequitur manus.

61.

Oculos laesus, saucius artus
Virtutis adhuc memor ille est,
Et deficiens mortem vocitat:
Mortem monstrat
Sibi servitio esse priorem.

ACHAEUS.

6.

Acerba Cypris esurientibus.

29.

Servis erat quam facilis et toti domo.

31.

Ab invalente saepe quantumvis celer-
Repente capitur aquilaque a testudine.

35.

Auxilia tempus ferre, dux vobis ego.
Capulo properiter miles admoveat manum:
Tuba sonante signa quam primum canant:
Eleleu: res moram non ferunt.

37.

Quid enim est opus
Quae sana adhuc sunt, cogere in sensum mali?

AGATHO.

5.

Una haec potestas defit etiam ipsi deo,
Infecta facere, facta quae iam sunt prius.

6.

Ars atque fortuna invicem se diligunt.

7.

Victi malorum mole degeneres solent
Optare mortem.

8.

Quaedam potest ars facere, sed multa accidunt
Nobis ita, ut fors iussit aut necessitas.

9.

Bene forte dicas hoc fide dignissimum,
Accidere multa hominibus aliena a fide.

10.

Operose id agimus, agere, quod non est opus,
At in eo, quod non opus est, opera perfunctoria est.

11.

Si vera dicam, gaudio tibi non ero,
Si gaudio sum, vera non dicam tibi.

12.

Obtundis et tu me rogans et Neotropus
Sermonis auctor huius alieno in loco.

13.

Non si feminae corpus nigrum est,
Etiam intus animi pigra cogitatio est.

15.

Nunquam mihi illud placuit uti tempore.

16.

Fortuna est lapsa nobis, non prudentia.

17.

Itinere trito non it anima industria.

18.

Vultus amicos revereor male conscius.

19.

Bona possidenti qui invidet pereat male.

20.

Immunis hominum vita ab invidia foret,
Si nascerentur sorte mortales pari.

21.

Sapientiae ergo melius inviderier
Quam propter aurum.

23.

Iuvenilis animus flexiles motus habet.

24.

Valente dextra potior est prudentia.

25.

Quam dulce natos esse morigeros patri.

MELANTHIUS.

2.

Dira ac tristia
Facit ira mentem sede demutans sua.

ASTYDAMANTES.

4.

Salve, salutis si quid est apud inferos.
Reor esse. Nam quo nullus accedit dolor,
Ibi sat salutis est malorum oblivio.

5.

Qui sapit poeta, debet ille spectatoribus
Ceu dapes praebere lectas splendido in convivi
Ut bibat qui vult edatque quod bibens simul atque
Gaudeat nec apparatus adsit unus musicae.

6.

Vitemque hominibus
Moerori medicam vini genitricem dedit.

7.

Garrulitas linguae quasi deambulatio est.

8.

Laus tuta generis, si virum laudes simul,
Cui sancta morum norma, cui iuris pudor,
Mens casta, recte nobilem appellaveris:
Qualem vel unum longus aegre invenerit
In centum hominibus mille quaerentum labos.

IOPHO.

2.

Hoc quoque, tametsi mulierem, me non latet.
Quanto magis quis scire divinas velit
Res, cogniturum protinus tanto minus.

ARISTO.

1.

A. Animaequus esto: nam solet dignos deus
luvare, tales quidem, qualis tu es, maxime.

Quod decet agentes nisi quid eximium ferent
Oro, quid ultra pietatem colere attinet?
B. Utinam quidem id sit saepe, sed video nimis
Ad sanitatis regulam qui se exigunt
Premi miseriis: at quibus cordi est nihil
Privata nisi quod res et utilitas iubent,
Florere nobis melius.
A. In praesens ita
Fit nempe, sed prospicere nos longum decet,
Et opperiri, dum orbis in sese redit,
Haud namque vera est, quae tenet sententia
Plerosque prava, fortuitis lapsibus
Hanc fluere vitam: quod sibi viaticum
Corrupta turba sumit ad mores malos.
Sed et piorum facta mercedem ferent,
Et impiorum scelera supplicium manet.
Fit absque nutu coelesti nihil.

2.

Hos in quadriiuges
Metum, dolorem, cupiditatem, gaudia,
Meditatione maxima et pugna est opus.
Hi namque sunt, hi, nostra qui sub viscera
Intrant et imo corde qui fluctus cient.

CARCINUS.

2.

O di, quid opus est feminis male dicere?
Satis hoc vel unum est, feminam si dixeris.

3.

Virtus colenda est semper, oranda est deos
Fortuna: quisquis ista coniunxit duo,
Boni et beati nomen is merito feret.

4.

Narratur olim Cereris almam virginem
Raptasse Pluto consilis fallacibus,
Atramque mox subisse telluris specum,
Materque natae perditae cupidine
Obambulasse quidquid est circum soli:
Trinacriae autem subditae Aetnae iugis
Igne evagante flammeis sub fluctibus
Gemuisse campos, Liberae ut luctu gravi
Taberet expers frugis Romanorum genus:
Honos deabus unde in hunc mansit diem.

5.

(Te Bacchus haud coëgerat:) namque insitis
Animo institutis stabile fundatam indolem
Ad prava agenda nulla trahet occasio.

6.

Clarum voluptas nemini peperit decus.

7.

Multis malorum remedium est silentium,
Egregia praebens signa moratae indolis.

8.

Cum te invidentem tueor, est quod gaudeam;
Nam multa livor inter habet hoc proprium:
Dolore dominum semper opulentat suum.

10.

Quanquam miseriis est ferax pecunia,
Tamen acre hominibus excitat studium sui.

11.

Res hominum horrenda haec quidem
Se iactitare adversus miseros mortuos.

CRITIAS.

1.

Fuit illud olim tempus, exlex quum fuit
Ferinaque hominum vita, vim dominam ferens;
Honor nec ullus tunc habebatur bonis,
Supplicia nec tunc ulla terrebant malos.
Post mihi videtur condita a mortalibus
Censura legum, nempe regina ut foret
Iustitia, famulam comprimens iniuriam.
Ex hinc secuta est poena delictum comes.
At posteaquam quae palam per vim meram
Fieri vetabat valida legum auctoritas,
Ea clam patrabant, tunc videtur quis mihi
Vir extitisse doctus idem et callidus,
Incutere qui quum quaereret mortalibus
Pravis pavorem, si quid auderent mali
Agere, profari, clam vel animo volvere.
Induxit ideo numinis reverentiam;
Florere vita nempe perpetua deum,
Natura cui sit potior, et cui mens vigil

Quaecunque fiunt curet atque intelligat,
Hominum profata qui repente exaudiat
Actusque cernat, nescius falli arbiter,
Silentio, aiens, si quod inceptes scelus,
Aut non latebit hoc deos, mens est quibus
Omnitua: tales saepe sermones serens
Gratissimae auctor extitit sententiae,
Verum sub umbra contegens mendacii.
Magisque ut animos credulos percelleret,
Habitare in illa sede memoravit deos,
Hominibus unde norat enasci metum
Aevique miseri semper aerumnas novas,
Motu ex superno, fulminum unde ictus ruunt
Gravesque sonitus horridorum tonitruum,
Conspersus astris fulget ubi coeli globus,
Quod tempus arte effinxit, egregius faber;
Unde et micantes saepius stellae cadunt,
Pluviusque terrae fertur in gremium liquor
Tantos hominibus ille terrores dedit,
Quos propter etiam talia adscriptis loca
Dis quae decerent, parque rationi ut fuit,
[Et absque lege statum abolevit legibus.] *)

2.

Hoc aliquis astu, sic reor, mortalibus
Persuasit, esse ut crederent primum deos.

3.

Est omnis irae tempus aptum pharmacum.

4.

Quicunque amicis gratiae tantum studens
Consuescit, ille gaudium praesens gravi
Compensat odio post futuri temporis.

5.

Res dura quum se sapere non sapiens putat.

6.

Sapiente paupertate divitias rudes
Habere satius contubernales domi.

*) Hunc versum a Grotio non expressum de meo adieci. (W.)

DIOGENES.

2.

Quoties amoris retibus capti sumus,
Benigniores tunc in alienos sumus,
Quam quos necessitudo iunxit sanguinis.

3.

Beatus ille, qui valens membris, veges
Natorum opifera robora acquirit sibi.

4.

Beatus ille, prole qui felix fuit,
Nullove certe indoluit insigni malo.

5.

Queis cor subegit molle deliciis suis
Effeminator luxus in tenebris latens,
Gravis his labor vel minimus.

ANTIPHO.

4.

Multum senectus ad consiliandum valet,
Quoniam res vidit atque didicit plurimas.

5.

Natura quorum superat, arte haec vincimus.

DIONYSIUS.

2.

Vacuam doloris si tibi vitam putas,
Semper futuram, spe beata pasceris.
Sed ea deorum vita, non mortalium.

3.

Hominem beatum quemquam dixeris cave,
Nisi iam beato collocatum funere.
Laudare tantum mortuos tutum datur.

4.

Dominatio omnis mater est iniuriae.

5.

Iustitia vultus supera tranquillos habet:
Nil eius oculis est inaccessum tamen.

6.

Nec illud igitur cogitas certissimum,
His, qui nihil sunt, invidere neminem?
Invidia rebus semper egregiis comes.
Res invidenda est eminens sapientia.

7.

Ne ditiori pauper invideas cave,
Iam prodeunt quos pascit invidentia.

THEODECTES.

4.

Clara inter homines fertur haec sententia.
Res inter omnes femina infelicius
Nil repperiri.

5.

O qui micantes explicas flammis comas
Sol alme, generi dulce mortali iubar,
Quenquamne tanto traditum discrimini
Litique iniquae lumen adspexit tuum?
Me namque mulier iudice accusat viro:
Quodque innocentem maxime causam gravat
Dominos habere cogor adversarios.

7.

Scripturae initium nigrocellus circulus.
Post hunc sequuntur regulae aequales duae,
Quas una iungit media transversum iacens.
Crispi capilli tertium formam refert:
Tridens deinde, sed reclinis in latus.
Quintum superne regulae aequales duae,
Pars ima quarum sibi propinquantum coit.
Sextum capillus, ante qualem dixeram.

8.

Miser Thyesta, pectus obdura tuum,
Iraeque frenum fortiter morde, precor,
Et hoc tot aliis rebus appone! Omnia
Tandem obtenebrat sub iugum mittens deus.

10.

Sunt geminae, quarum gignit germana sororem,
Atque haec, quae genuit, rursum generatur ab illa.

14.

Cui tot propinquas admovens terrae rotas,
Fuliginosis hominum adurens corpora
Finxit figuris, atque contorsit comam,
Quam sese in altum erigere non sivit calor.

15.

Semper petendum est a deis primordium.

16.

Calumniari qui deos audes homo,
Quod prave facta protinus non vindicant,
Sed punienda differunt, causam accipe.
Si poena supera non daret culpae diem,
Pietate nulla, sed metu solo, deos
Pars magna colerent; poena nunc longe sita
Omnes suo permittet ingenio frui;
Sed deprehensi postea in piaculis,
Utcunque sero, quod sat est, poenas luunt.

17.

Multo est opus
Labore, laudum illustre quaerenti decus.
Ignavia autem gaudiis praesentibus
Emit dolores postfuturi temporis.

18.

Humana cuncta nata sunt senescere,
Ipsoque cursu temporis finem assequi,
Unam, ut videtur, praeter impudentiam.
Mortale quippe quo magis crescit genus,
Hoc illa se fit in dies adultior.

19.

Aetas senectae similis matrimonio est.
Desideramus hoc et illam consequi,
At consecuti cum sumus valde dolet.

20.

Quoties maritus duxit uxorem domum,
Non ille solam ducit uxorem, ut putat.
Cum nupta festum transsilit limen pede,
Fortuna pariter intrat aut bona aut mala.

21.

Natis salus consilia genitorum sequi.

22.

Indigna laude est illa nobilitas mihi,
Quae nacta non est vindices laudis suae.

23.

Olim celebris, o senex, per Graeciam
Ipsis probata rebus haec sententia est:
Incerta hominibus esse fortunae bona.

CHAEREMO.

1.

Egregia species candicantis corporis
Tanquam siderea luce radiabat nitens:
At virginalis pudor affusa molliter
Niveum colorem temperabat purpura:
Tum cericolores, tanquam simulacri, comae
Interpolatae crispulis cincinnulis
Luxuriabantur auris alludentibus.

2.

Fortuna res mortalium, haud prudentia.

3.

Principium non est a me, qui me vindico.

14.

Quis non amantes solos credat vivere,
Quos bellatores oportet esse maximos,
Contra labores corpore invictissimo,
Ad res cupitas incumbentes sedulo,
Audaces, irrequietos, promptos opiparos,
In rebus arctis ad vivendum acerrimos.

15.

Alia iacebat candidas papillulas
Ostendens lunae retroiecto pallio:
Aliae chorea laevum nudarat latus,
Nudum sideribus exhibens spectaculum,
Viventem effigiem; lacteus visu color
Contra certabat umbris nigricantibus.
Monstrabat ulnas alia et formosas manus,
Alia obtegebat tenera colli columina,

Alia disrupto tenuis interulae sinu
Femur ostendebat: arridente gratia
Mihi se imprimebat spem non adducens amor.
Et iam volvuntur lapsabundae per inulas,
Iam nigricolores violas populantes legunt
Crocique florem, qui purpureis supparis
Iniectus rutilum Solis imitatur iubar.
Tum vero Persa suave-virens amaracus
In molli prato collum protendit suum.

16.

Bibentibus haec a vino praeberi solent:
Risus, docilitas, consilium, sapientia.

17.

Vinum bibentis moribus se attemperat.

20.

Non criminaris, ut putas, prudentiam;
Quod optimum est, honore dignum est maximo:
Qui sapere didicit, cuncta complexus tenet.

21.

Qui nihil sciunt egregium, ne vivunt quidem.

22.

Despicere quam prospicere didicisti magis;
Ingenia concitata ne placeant sibi.
Male consuluisse putatur, quisquis fallitur.

23.

Inter bonos mendacio uti non decet.

24.

Ut omne malorum genus ex ira nascitur.

25.

In multa vecors ira nos cogit mala.

26.

Vis maior esse nos superbos non sinit.

27.

Cognosce causam, qui sapis tarde. Suum
Facit ipse crimen, qui properiter iudicat.

28.

Sepelire uxorem satius est quam ducere.

29.

Utinam tam felix sim patri ut reddam vicem.

30.

Amor ad parentes esto constantissimus.

31.

Non servat iram in filium clemens pater.

32.

Si comparetur eximiis honoribus
Pecuniae vis, lumen amittit suum,
Per se magnifica: quippe pollens gratia
Vitamque mulcens mutuo commercio.

33.

Ex re pusilla, qui sapit, nemo dolet.

34.

Ad temperandam non valent iram senes.

35.

Necessitati proximum est inopia.

36.

Fortuna vincit atque mutat omnia,
Vincit nemo at, fortuna nisi faverit.

37.

Fortuna cunctorum tyrannus est deum,
At reliqua frustra nuncupantur nomina.
Haec namque sola gaudet regere.

38.

Multas habet fortuna vicissitudines.

39.

Nam continetur rebus humanis nihil,
Quod non requirentes reperiant tempore.

40.

Nil non fit aut diiudicatur tempore.

41.

Lente ambulando cuncta tempus permeat.

42.

Emollit efficitque tempus omnia.

CRATES.

1.

Mihi patria non urbs una, non una est domus,
Verum quot urbes, quot domos tellus habet,
Totidem mihi sunt aequa ad hanc vitam loca.

MOSCHIO.

1.

Saepe per silvam brevi
Deiecta ferro brachia alnorum iacent:
Saepe agmen ingens parva concidit manus.

2.

O sola diis et imperans mortalibus,
Precibusque nostris Parca inexorabilis,
Necessitatis quae impetum cervicibus
Nostris reponis servitutis et iugum. *)

3.

Saevire in umbram vanus est animi furor.
Punire vivos fas est, exanimes nefas.

4.

Quod ius et aequum est, supparo silentii
Velabo nunquam: quippe civem Theseos
Urbe educatum Palladis ius pristinum
Retinere libertatis ingenuae decet.

5.

Iram repelle et verba tibi quae proferam
Pacatus audi. Quae benignum oratio
Nacta audientem est, non caret fructu suo.

---

*) Extremos versus sic ad Porsonis correctionem: *πάντολμ' Ἀνάγκη κτλ.* accommodaverim:

Audax necessitas, odiosum quae iugum
Nostris reponis serviti cervicibus.

6.

Generosus ortu, nobilis prudentia
Argum imperator, regiis penatibus
Eliminatus, supplicem ramum ferens
Defigit oculos in solo miserabiles,
Monstratque cunctis illa, quae claro micant
Fulgore quam non propria sint homini bona.
Ut quisque vidit civium, ex animo dolet,
Dataque dextra benevolisque affatibus
Solatur: oculos uberes lacrimae rigant
Sensu doloris. Pristina etiam dignitas
Afflicta cogit corda commiserescere.

7.

Celebre inter homines illud est dictum vetus:
Consilia nullus est labos aliis dare,
At ipse si laedaris, animose id pati
Onus profecto est omnium gravissimum.

8.

Quaenam voluptas mortuos incessere
Mutamque glebam voce probrosa insequi?
Namque ille tristis atque iucundi arbiter
Cum sensus hominem destitutum liquerit,
Exanime restat corpus, ut surdus lapis.

9.

Primum explicabo congruis sermonibus
Initia vitae publicae mortalium.
Fuit profecto tempus hoc, cum belluis
Homines diaetam ducerent haud dissonam,
Et rupium specus et astris invia
Antra incolentes; nondum enim conspicua erat
Nec tecta desuper domus, nec lapideis
Munita in urbem turribus vel urbs vel arx.
Proscissa nondum dente curvi vomeris
Frugem beatam gleba parturiverat.
Nec efficax ferrum Lyaeo debitae
Vitis virentes excolebat ordines.
Sed nulla quicquam terra sterilis proderat.
Epulaeque carnis mutuis de caedibus
Famen fugabant, debilisque lex erat,
Iovi sed ipsi dura vis adsederat.
Valentiori pabulum factus minor.
Sed quando tempus, cuncta generans atque alens,
Vitam refinxit pristinam mortalium,
Curamve ducens callidi Promethei,
Necessitatemve, aut frequentibus usibus

Ipsam docentem rite naturam citans,
Tunc et repertus mitis alimenti frutex
Cereris modestae est, et repertus Bacchicus
Dulcissimus fons, terraque inculta antea
Iam tum iugum trahente arabatur bove.
Atque ita turres extulere, et undique
Struxere contextas domus et asperam
Blanda diacta rite vitam verterunt.
Tunc morte raptos imperatum legibus
Tegere sepulcris pulveremque inducere;
Nec insepulta proiicere cadavera,
Abominanda signa pastus pristini.

10.

Ille omnium hominum vere est felicissimus,
Cui vita fluxit aequabiliter perpetim.

CLEAENETUS.

1.

Honesta mors est pro parentibus mori.

2.

Cum dolor et ira pectoris sedem occupat
Unam, furores inde generari solent.

DICAEOGENES.

4.

Tu quem parentes educarunt sedulo
Nunc recte eisdem gratiam reddis parem.

5.

Numen parentes maximum sapientibus.

PATROCLES.

2.

En, nunc ut illa verba tot tam grandia
Fortuna in arctum tam repens compegerit.
Quid ergo saevo iurgii certamine
Minamur aliis magna mortales mala,
Manu exequenda cuncta dum confidimus
Prorsum tuentes? interim non cernimus
Quos calamitates casus a tergo ferat.

APOLLONIDES.

1.

Non solia regni, credite hoc, o feminae,
Non copia auri, non opum ostentatio,
Tantas hominibus totque delicias ferunt,
Quantas pudicae uxoris et fortis viri
Iusto atque honesto congruens sententia.

2.

Celebrare sexus omne feminei decus,
Labor disertam quaerit hic sapientiam.

HIPPOTHOO.

1.

Homo natus hominum vive fortunae memor.

2.

Invidia divum pessima ac gravissima est:
Gaudet dolendis atque gaudendis dolet.

3.

Unanimis uxor optimum munus viro.

4.

Senio leonis cepit hinnulei vigor.

5.

Haud liber ultra est, nuptiae quem vinciunt.

6.

Sapiens iuventam liberum adducte regat.

TIMOCLES.

1.

Quaenam Venus, vel quis Cupido, di boni
Hùic opitulatur?

ECDORUS.

1.

Deformis ore, vultu inominabili,
Foedus videri, foedus aeque es moribus.

Natura mater ex malo gignit malum.
Ita vipera edit viperam partu suo.

SERAPIO.

1.

Non ista blanda verba tu fundis, meo
Animo obsecundans, sed tuo compendio.

SOSITHEUS.

1.

Ut una volucres aquila sexcentas fugat,
Ita una bene docta anima turbam ignobilem.

LYCOPHRO.

4.

Mortem remotam poscit ardenti prece,
Quemcunque dura clade fortuna opprimit.
At cum supremus volvitur fluctus, redit
Vitae cupido: non enim satias tenet.

PHILISCUS.

1.

O stolide, nam sic agitur, ut molli otio
Praemia laborum non laborantes ferant.

2.

Sola inter homines atque caelestes deos
Iustitia laudes semper aeternas habet.

SOSIPHANES.

2.

At nunc tibi ira purpuret vultum senex,
Quum ius et aequum poscit, irasci debet.

3.

O pauca felix, multa miserandum genus,
Homines, quid illa imperia vos reddunt feros,
Quae saepe donat una, saepe aufert dies?

Si faverit fortuna, cum sitis nihil,
Caelo levatis capita: nec de proximo
Respicitis Orcum, regna qui in reges habet.

INCERTORUM TRAGICORUM FRAGMENTA.

XX.

In lucis oras protrahit verum dies.

XXIV.

Proba sunt illius facta cui meus est proba.

XXXI.

Minus dolebis, quo hostibus credes minus.

XXXII.

Mulieris aemulatus incendit domum.

XXXIII.

Obsistere est difficile fortunae et deo.

XXXIV.

Crimen deorum est improbi felicitas.

XXXV.

Senes parentes qui fovet, vivet diu.

XXXVI.

Facient malorum te malum commercia.

XXXVII.

Occasionis nosse res pulchra est modum.

XXXVIII.

Aurum probatur igne, amicus tempore.

XXXIX.

Amans sui ipse nimis, amicu 'st nemini.

XL.

Famem adeo responsare nil contra datur.

XLI.

Oratione leni, medicina optima.

XLIV.

Haud ullus alii quam sibi est amicior.

XLV.

Ex mente sed mea quae vis resciscere,
Non audies, nec si cremes, serras graves,
Nec capite summo si ad pedes imos liges,
Nec si trecentis vincias me vinculis.

LXVI.

Multi labores gratia sunt corporis,
Hoc tecta propter et domos invenimus,
Effodere argentum, seminare vel solum
Aliaque, queis nos nomen imposuimus.

LXVII.

Nam sola virtus, rebus in mortalibus
Nunquam laboris praemium accipit foris,
Ut quae laboris ipsa praemium est sui.

LXVIII.

Quis gente in hominum tam supine est credulus
Aut stultus adeo est, qui deos existimet
Seu bilis ustae, sive crudorum ossium
Proiecta quae vix tangat esuriens canis,
Gaudere donis idque honori ducere
Facientibusque gratiam reponere.

LXIX.

Paupertas etiam hominibus deducit fidem:
Nam pauper, quamvis catus et quod negotium
Facto consuadens, gravis est auditoribus:
Quia cassa pondere inopis est oratio.
At dives plenus falsis testimoniis
Ita auscultatur quasi res compertas ferat.

LXX.

Quod est ferundum, fugere ne contenderis:
Nam nemo effugiet sibi ferundum quod manet.
Quod enim fatale est, id non modo mortalibus
Sed ipsis etiam superis insuperabile est.

CII.

Gaude, potens telluris o Tirynthiae.

CIII.

Bonis florentem, civitas quis possiet.

CIV.

Iup. Non est oratio ulla tam dictu gravis,
Non est aerumna aut calamitas tragoedica,
Cuius deum natura onus non sentiat.
Min. Apollo! quali exorsus es prooemio!
Iup. O pessimae artes, tartareum in terra scelus,
Tuque, o Prometheu, quis me affecisti malis.
Min. Quid est? choro enim tu loquere domestico.

CV.

Non nosti: cuncta nam misceres fletibus.

CXIII.

O machinatrix lynce versicolor magis.

CXIV.

Quis sapere plus te speret, o rex Iupiter?!

CXV.

Fatale quippe est, et malas mortalium
Fructum malis redire consilium vices.

CXVI.

Mortalium res tales curat Iupiter,
Minuta divis missa ceteris facit.

CXVII.

Animo esse parvo calamitosis convenit.

CXVIII.

Hoc expetendum hominibus est, si cui incidit
Curae sagitta, quem volebat in locum.

CXIX.

A. In mulieresne quam mares propensior?
B. Ubi pulchritudo est, ambidexter est.

CXX.

Formidini sunt res deum sapientibus.

CXXI.

Ignavia sunt namque turpes filii.

CXXII.

A. Frater mulieri es, quae virum leto dedit.
B. Leto dedisti tu tua matrem manu.

CXXIII.

Io tyrannis, genti amica barbarae.

CXXIV.

Haec est enim mortalium felicitas,
Dolere, quam fieri queat, rarissime.

CXXV.

Nunquam movendas commovens mentis fides.

CXXVI.

Seni senilis lingua iucundissima est,
Puero puer, mulier mulieri congruit.
Aegrotus aegro: quemque dura sors gravat
Casibus eisdem exercito belle accinit.

CXXVII.

Rogare tesseram, aliud autem quaerere.

CXXVIII.

Exigendus est
Lapis ad amussim, non ad hunc amussis est.

CXXIX.

Se et res secundas in medium offerat libens,
Et nil gravetur, sortis adversae comes.

CXXX.

Vitam regit fortuna, non sapientia.

CXXXI.

Unum sed haec largita, emollit omnia.

CXXXII.

Quod oportet, haud efficies ut sit non opus.

CXXXIII.

(Quae) non possit homo quisquam fugere aut evitare.

CXXXIV.

Orco adiuvante non umbris ego terreor.

CXXXV.

Non tibi deus nocet, sed ipse tu tibi.

CXXXVI.

O misera virtus, verba tu quum sis, ego
Tanquam rei navavi operam tibi.

CXXXVII.

Si nocturni terror visi
Hecatesve tumultus te exagitat.

CXXXVIII.

Gravis viro, gravis est mulieri calamitas
Servire sub dominis parum felicibus.

CXXXIX.

Atque inflata Noto carbasa contrahens
Obducto tenebris effugit e mari.

CXL.

Ne duc uxorem, nisi defunctum videris —

CXLI.

Phoebo olim non sinente hic sevit liberos.

CXLII.

Impellit ira, nec porro resistere
Littoreus ut uncus ancorae quit fluctibus.

CXLIII.

Non te decet forma isthaec, pone fistulas,
Et arma capesse, componens recte genas.

XLIV.

Nam nostra navis a terra rudentibus
Suspensa perstat: spirat aura, sed tamen
Haeremus nostris firmiter retinaculis.

CXLV.

Virum laesisti: sunt toleranda istaec viro?

CXLVI.

Usus equidem cognato iunctis sanguine
In rebus adversis opem fert unicus.

CXLVII.

Mercedis ergo namque hominem homo diligit.

CXLVIII.

Volucres alas rotans.

CL.

Semperque solus curiosi in aedibus
Auditur eiulatus.

CLI.

Pereas male, hominum calamitates colligens.

CLII.

Non est in antris argentum, hospes, candidum.

CLIII.

Animus super rationem se saltu efferens.

CLIV.

Agitatur, ut mare thynni fluctuat impetu.

CLV.

— asperam, sterilem atque cultu difficilem.

CLVI.

Florente vitice maturescit uvula.

CLVII.

Cessat Cypris et iuvenum ludi,
Bacchi thyrsus requiescit.

CLVIII.

Hunc filium tu mihi, ceu dignum est Hercule
Nobisque cura educas.

CLIX.

Odisti? at facile invisum me patiar tibi,
Lucro meamque ducam contumeliam.

CLX.

Vi tu puellae an suasu fruitu 's gratiis?

CLXI.

Pomum remoto dulce custode eripit.

CLXII.

Haec verba Achivum populum ad arma iam vocant.

CLXIII.

Non nox enim me genuit principem lyrae
Vatemve aut medicum; sed mortalium simul
Animarum deductorem.

CLXIV.

Thyrsum florentem fructu quis deûm quatit?

CLXV.

— sub vesperam lucernae succendens iubar.

CLXVI.

Per ignes, per mare, per ventorum turbines
Transire promptus.

CLXVII.

Non Veneris haec sunt opera, sed libidinis.

CLXVIII. a.

Quae te puella, virgo quae iuvencula
Te recipiet? quas nuptias paras miser?

CLXVIII. b.

Uxorem duco, novi, vicinis quoque.

CLXIX. a.

Magni aestimandum te pater mortalibus
genuit.

CLXIX. b.

Nec desinamus facere bene mortalibus.

CLXX.

Vindex securis atrox cervicem amputans.

CLXXI.

Incedit ore invisus civibus suis.

CLXXII.

Estote similes hospitibus clementibus,
Ei qui praeter ignem et tectum nil petet.

CLXXIII.

Eis non est mensura vitae tempus.

CLXXIV.

Sapiens quidem vir, sed manum non temperans.

CLXXV.

Argivus an Thebanus? haud unam mihi
Adscribo: patria est Graia qua tellus patet.

CXCI.

Lex summa enim mortalibus solus deus.

CXCII.

Deo volente cuncta habebunt exitum.

CXCIII.

Quid non deo mittente sortem fit bonum?

CXCIV.

Victum diurnum Iuppiter praebet nobis.

CXCV.

Praeter deum qui quid valeat nemo est homo.

CXCVI.

Mortalibus solum in deo solamen est.

CXCVII.

Adest iratum numen ultum hominum nefas
Ut quos calamitates tenent captos male
Salutem nacti evadant ex suis malis.

CXCVIII.

Vis provida ausus discutit temerarios.

CXCIX.

Oculus Iovis
Non dormit, operi sed prope et praesens adest.

CC.

Nemo inquinatas, sit licet gaza ferox,
Impune leges ad senectutem feret:
Sed vel die vel nocte tactura impium
Iustitia tacito veniet haud dubium gradu.

CCI.

Inique facta non latent unquam deos.

CCII.

Mala multa in homines artifex reperit deus

CCIII.

Acutus oculus est et omnituens deum.

CCIV.

Semperque nobis imminet de proximo;
Nil tale veritis, tale nil cernentibus,
Curare numen res solens mortalium.

CCV.

Inimicus ille, sed ego ius et fas colo.

CCVI.

Nemo in deos qui peccat, hoc tutum tulit.

CCVII.

Hominibus unum ius dei inevitabile.

CCVIII.

Attende facias ne quid amenter; deus,
Utcunque longe distat, exaudiet prope.

CCIX.

Qui menta prava loquitur, is tacitus gemit.

CCX.

Vindex iniquos ducit ad poenam deus.

CCXI.

Immanis in nos vis superum: sapit
Non recte, quisquis ius tenet improbo
Captum sub aevo; magna vis est
Irrequiesque oculus deorum,
Qui de profanis supplicium petet.

CCXII.

Necessitatis numen infestissimum.

CCXIII.

Haud ulla plus necessitate lex valet.

CCXIV.

Nam sola nec domatur in coelestibus
Parca, nec hominibus, ipsa sed paret sibi.

CCXV.

O Parca, venatrix boni simul et mali.

CCXVI.

Candida furvae soboles Noctis
Clotho et Lachesis; vos venerantum
Audite preces; pariter coeli
Et terrarum regna colentes.
Formidata a numine cunctis
Veniat nobis lex sancta, rosis
Alte cinctos impleta sinus:
Veniat celsa subnixa toro
Pax, Iustitiae iuncta sorori,
Laetis frontem vincta coronis:
Nimiumque diu tristia passam
Urbem gravibus solvite curis.

CCXVII.

Quae deorum res et hominum temperat nutu suo,
Dividens partem viritim singulis nostrum suam
Praepotens Fortuna.

CCXVIII.

Here maxime, omnis veritas sapientibus,
Cum spe datur scrutanda, si accedat dies.

CCXIX.

Vanescit umbrae tempus instar profugum.

CCXX.

Sapientiae tempus putatur particeps.

CCXXI.

Sed haec tempus quidem
Ostendet, unus arbiter mortalium.

CCXXII.

Fiuntque cuncta et iudicantur tempore.

CCXXIII.

Adesto rebus, quodque oportet hoc age.

CCXXIV.

Artis severae quisquis effectus amat,
Ventris domare debet immodestiam.

CCII.

[illegible] artifex reperit deus

CCIII.

[illegible] est et [illegible] deum.

CCIV.

[illegible] de proximo;
[illegible] cernentibus,
[illegible] mortalium.

CCV.

[illegible] ille, sed ego [illegible] et fas culo.

CCVI.

Nemo [illegible] qui peccat, hoc tutum [illegible]

CCVII.

Hominibus unum ius dei inevitabile.

CCVIII.

Attende facias ne quid amenter; [illegible]
Utcunque longe distat, exaudiet [illegible]

CCIX.

Qui menta prava loquitur, is tacit[illegible]

CCX.

Vindex iniquos ducit ad poenam

CCXI.

Immanis in nos vis superum [illegible]
Non recte, quisquis ius [illegible]
Captum sub aevo; [illegible]
Irrequiesque oculus [illegible]
Qui de profanis sup[illegible]

Necessitatis num[illegible]

Her[illegible]

Digitized by Google

[redacted]

[redacted] una

[redacted] suggerat.

[redacted] ctans omnia,

[redacted] is criminum.

[redacted] nt, captant magis,

[redacted] obstaculis

[redacted] videatur sibi,

[redacted] sapientia est.

[redacted] extra cor habet,

[redacted] avolaverit,

[redacted] oculea Argi vigilia,

[redacted] rium est accessio:

[redacted] unt despicabiles.

[redacted] CXLII.

[redacted] bus parere divitiae solent.

[redacted] CCXLIII.

[redacted] ad delinquendum incita est.

CCXLIIII.

[redacted] puisset, ingenium foret

[redacted] usicis concentibus,

[redacted] duraque ex aequo pati.

[redacted] nines inter usus maximi est,

[redacted] ventre non farto nimis:

[redacted] bibere, qui mos est feris,

[redacted] re pellere; aestivos pati

[redacted] corpore haud umbratico.

[redacted] re insolitus, ignarus, tamen

[redacted] gor. Thressa si vatis fides

[redacted] et Novensiles Deae,

[redacted] ta audiret; esca illi est opus.

CCXLV.

[redacted] nunc lucet, agatur:

[redacted] est caeca dies.

CCXLVI.

[redacted] erba dona Fortunae metum.

CCXXV.

Bonae magistra mentis est frugalitas,
Consilia semper saniora suggerens.

CCXXVI.

Miserum alloquendo si suis exasperat
Cognata dictis turba, facit improvide.

CCXXVIII.

Amantium impunita sunt periuria.

CCXXIX.

Inveniet avidus cuncta quaerentis labor.

CCXXX.

Damnosus pudor est in regno impudentia.

CCXXXI.

Nec saxum facile valida proiectum manu
Reprehendas nec sermonem, qui lingua fugit.

CCXXXII.

Invidia res est omnium iniustissima.

CCXXXIII.

Nemo male illi dixerit, ne si quidem
Malignitate vincat impudentiam.

CCXXXIV.

Utilia quisque promat, aut promentibus
Superatus a livore, ne succenseat.

CCXXXV.

Patriam dulce est habitare bonis,
Et congesto gratius auro.
Adeo est assuescere multum.

CCXXXVII.

Potentum in urbe ratio habetur maxima.

CCXXXVIII.

Praeclara facta ratio nutrix educat.

CCXXXIX.

Perfecit has res ratio, non robur manus.

CCXL.

Infesta coniux hostibus detur meis.

CCXLI.

Mas ecquis adeat, percontari desine.
Namque hoc sapienti vitandum apprime est viro,
Ne servet nimis uxorem in claustris aedium.
Externa namque visus oblectamina
Sibi expetiscit; quae si abunde suggeras,
Ubique praesens illa et spectans omnia,
Satiata obtutu, manet immunis criminum.
Viri quoque ipsi, quae latent, captant magis.
At qui serarum vectiumque obstaculis
Uxorem servat, sapere ut videatur sibi,
Reapse totus plenus insipientia est.
Nam si qua nostri sexus extra cor habet,
Et telo et penna citius avolaverit,
Neque illam asservet oculea Argi vigilia,
Ita ad mala alia ludibrium est accessio:
Uxorque virque intereunt despicabiles.

CCXLII.

Mala multa hominibus parere divitiae solent.

CCXLIII.

— nam paupertas ad delinquendum incita est.

CCXLIIII.

Mihi, si pater sapuisset, ingenium foret
Ita temperatum musicis concentibus,
Laeta ut valeret duraque ex aequo pati.
Primum quod homines inter usus maximi est,
Essem expeditus, ventre non farto nimis:
Aquam iuvaret bibere, qui mos est feris,
Hiemem labore pellere; aestivos pati
Solis calores, corpore haud umbratico.
Nunc ista ferre insolitus, ignarus, tamen
En, ferre cogor. Thressa si vatis fides
Carmen sonaret et Novensiles Deae,
Non venter ista audiret; esca illi est opus.

CCXLV.

Hilaris, quae nunc lucet, agatur:
Crastina nobis est caeca dies.

CCXLVI.

Habent superba dona Fortunae metum.

Rebus negata fulgidis securitas,
Tutumque hominibus nil et excelsum simul,
Aut livor illud, aut edax sternit dies,
Summum ad gradum quum claritatis venerit.
Mediocritatis tutior possessio,
Per quam nec aliquis premitur afflictus solo,
Nec se invidenda tollit in fastigia.
Nam qui minore volvitur spatio cadens,
Multo facilius damna dissimulat sua,
Maiore moles vasta cum strepitu ruit.
Invidia claris semper est rebus comes,
Et quum favet Fortuna, captatum venit.

CCXLVII.

In coelites vim non parare est optimum,
Sed amare fatum. Vetita qui nimium cupit,
Saepe et paratis rebus excussus iacet.

CCXLVIII.

Bonis senectus comis accessu viri.

CCXLIX.

Mortalis amens, qui nimis mortem timet:
Fortuna totum hoc verset arbitrio suo:
Suprema nam quum venerit vitae dies,
Iovis ipsa templa si petas, nulla est fuga.

CCL.

Diesque celat omnia atque oblitterat.

CCLXVIII.

Erit ille quondam ac tristis dies,
Cum rutilus alto conditos ignes sinu
Effundet aether: cum rapax flamma hauriet
Ima atque summa, nec modum capiet furor.

CCLXIX.

Ast ubi superstes nihil,
Marium profundi gurgites nulli tum erunt,
Labefactum ab imis sedibus vacuo solum
Gremio iacebit, haud enim vastis procul
Flammis perustum, summa pennatos greges
Mittet sub astra: sed tamen quidquid prius
Fuerit ademptum, recipit ac proprium tenet.

ADDENDA

AD

VOLUMEN II.

1. ADDITAMENTA

AD

EURIPIDIS FRAGMENTA.

Pag. 9. omittere non debebam locum Epictet. Diss. I, 28, 32. *καὶ ποία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; Ἀτρεὺς Εὐριπίδου τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Οἰδίπους Σοφοκλέους τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Φοῖνιξ; τὸ φαινόμενον. Ἱππόλυτος; τὸ φαινόμενον.* Ubi quae commemoratur tragoedia *Atreus* utrum a *Cressis* an a *Thyesta* non discrepuerit dubitari potest.

Fgm. 1. Probare debebam Elmsleii coniecturam *δευτέρα*: nam non de uxore alteri coniugi nupta, sed de altera nescio cuius (Medea Aegei?) uxore eademque liberorum e priori matrimonio superstitum noverca sermo esse videtur.

Fgm. 3. Meinek. (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1846. n. 136.) dochmios hic latere locumque sic restituendum esse dicit:

[ὄνομα] τί σε μάτηρ ἐν δεκάτᾳ τόκου
ὠνόμασεν;

Fgm. 6. Meinek. l. c. inter vs. 1 et 2 aliquid excidisse statuit ideoque vs. 2. codicum scripturam *οὐχ ἡ τύχη γε* revocari iussit; Hartungus (in eodem Diar. a. 1845. p. 1031.) vero *εἰ δ' ηὐτύχησε* proposuit. Madvigius (in Schneidewini Philologo I. p. 672.) denique correxit *οὐκ ἠτύχησε*, hanc in loco inesse sententiam dicens: „non mala fortuna usus est (is, de quo agitur), etsi non eam fortunam, quam voluit, consecutus est; plures enim fortunae sunt formae.“

Fgm. 15. Aeoli verba esse Meinek. l. c. negat.

Fgm. 19. vs. 7. Hartung. l. c. improbat *τιμώμεθα* eiusque loco substituendum esse suspicatur *πεπάμεθα*.

Fgm. 26. Hartung. l. c. et Welck. defendunt εὐνάζειν: ille praeterea (in Eurip. Restit. I. p. 257.) locum sic constituit:

ἀρ' ἔτυμον φάτιν ἔγνων, ὡς
Αἴολος εὐνάζει τὰ τέκνα φίλτατα.

Ad haec chori verba Meinek. l. c. Aeolum iis respondisse dicit, quae paullo inferius (Fragm. 35.) legantur.

Fgm. 27. Hartung. Eur. Restit. I. p. 261. sic dedit:

ἡ βραχὺ σθένος ἀνέρος,
ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων
δεινὰ μὲν πόντου χθονίων
τ' ἀερίων τε δάμναται
παιδεύματα φίλων.

Fgm. 56. Quod (in Addendis) scripseram:

μισῶ σοφὸν
τὸν ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν.

nam magis vitiosum est, (quamvis hoc Meinekius l. c. praepropere affirmaverit) quam quod ipse proposuit: μισῶ σοφὸν ὄντ' ἐν κτλ. Cf. exempla ab Ellendt. Lex. Soph. II, p. 241. congesta, quae facile augeri possunt. v. c. Aesch. Ag. 1555. καὶ καταθάψομεν οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων. Choeph. 471. θεῶν τῶν κατὰ γᾶς ὅδ' ὕμνος. Inc. Trag. Fragm. CCXXXVIII. etc.

Pag. 37. Ad versum ταμεῖον ἀρετῆς κτλ. respexit Clem. Alex. Paedag. III. § 67. p. 293. P. haec scribens: συλλήβδην γοῦν ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστιν ἀνδρεία γυνή, ἥτις σῖτα ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγεν κτλ.

Fgm. 68. In Hesychii verbis (v. Ἀτενὴς) omittere non debebam vocem συντείνασα, quippe ex qua, ut Meinek. l. c. monuit, concludi posset, verba a choro e virginibus composito in parodo prolata esse. cf. Aesch. Prom. 135. Choeph. 22. Inde autem Meinekius, qui nescio qua ira obcaecatus iusto acerbius de libro meo *) iudicavit (vid. infra ad Fragm. 283.), colligere non debebat, Hesychium a me non inspectum esse, nam sat multi loci contrarium docere eum poterant. cf v. c. fgm. 116, quod nec Matthiaeus nec Welckerus habent. Luculentius autem irae, ne dicam, malignitatis exemplum reliquis, quae adiecit, verbis suppeditavit: ex eo enim, quod ego fgm. 69 (iambicum) ex eadem Alcmaeonis narratione et conditionis descriptione vel q. i. e. ex eadem scena, ex qua verba

*) Longe aliter iudicarunt, qui eum examini subiecerunt, *Hartungus* in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1845. n. 129. sq. et *Cronius* in Ind. Duct. Acad. Lit. Monac. a. 1846. n. 190. sqq.

ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων — fluxerint, petitum videri dixi. Meinekius consequi ait, me verba ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων — pro initio trimetri iambici habuisse! Nae mira haec conclusio est! Quasi nunquam in unius hominis oratione metrum mutetur! cf. Aesch. Prom. 88. sq. e. a. l. Quid? si Alcmaeo fabulae initio animo concitato ideoque alacriori rhythmo usus cum aliquo collocutus sit, deinde vero paullulum tranquillatus oratione continua copiosius enarraverit, quae perpessus erat?! cf. Eur. Iph. Aul. init. Andromed. init. Soph. Ai. 330. sq. e. a. l.

Fgm. 73. Meinek. l. c. scribi mavult:

Χαῖρ', ὦ γεραιὲ, τὴν δὲ παῖδα δοὺς ἐμοὶ
γαμβρὸς νομίζει καὶ πατὴρ σωτήρ τ' ἐμός.

Fgm. 96. Meinek. l. c. corrigit χρῆν.

Fgm. 110. Meinek. l. c. et Hartung (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. l. c.) malunt γυναικεῖον γένος collat. fgm. 881; sed vide fgm. 513. vs. 5.

Fgm. 116. Meinek. l. c. in compendio αλῃ non Ἀλόπῃ, sed, quasi esset αλκ̄, Ἀλκμαίωνι latere suspicatur.

Fgm. 120. Hartung. Eur. Restit. II. p. 348. dedit:

ἀπόπαυσον, ἔασον, Ἀχοῖ,
μὲ σὺν φίλοις γόον πόθον λαβέσθαι.

Pag. 60. l. 14. delendus est Homeri locus, quum ibi non ἀπόπαυε, sed ἀποπαύε' (i. e. ἀποπαύεο) legatur.

Fgm. 123 Hartung. l. c. corrigit:

μέθηκεν Ἅιδᾳ πατρίδος ὑπερθανεῖν.

Fgm. 124 Meinek. l. c. sic constituit:

τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς,
ὅπῃ ποτε μοίρας διεξέρχεται·
στρέφει δ' ἄλλους (s. ἄλλον) ἄλλως εἰς ἡμέραν.

Hartung. l. c. contra:

τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾶν ἔσθ' ὅπῃ μοίρας
διεξέρχεται, στρέφει κτλ.

Fgm. 126 Meinek. l. c. uno versu ex Euseb. P. E. p. 854. E.

ὑπέρ τε πόντου χεῦμ' ὑπέρ τε Πλειάδα

augendum esse dicit. Vide quae ad Inc. Trag. Fragm. LXXXIX monuimus.

Fgm. 135. Meinek. (Exerc. Philol. in Athen. II. p. 26.) eorum probat sententiam, qui eosdem Euripidis versus ab Athenaeo et a Stobaeo citari statuunt, Stobaeum scriptorum

sententias saepius mutilatas attulisse dicens. Cuius rei etiam exemplum esse ait fgm. 530. et 540. (vide infra.) — Hartung. (Eur. Restit. I. p. 365.) θνητοῖς pro θεοῖς proposuit.

Fgm. 147 ab Hartungo (l. c. II. p. 427.) ad Antigonam refertur. In quo Meinek. (in Bergkii et Caesar. Diar. l. c.) corrigit: τοῦθ' ἡδονῆς.

Fgm. 148. Meinek. l. c. initio olim fuisse putat: δεσπότην | ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν vel ἔρωτα δὲ | δεινὸν σοφιστὴν ἔχομεν, in fine autem codicum scriptura perpensa corrigit:

ἄπειστόν ἐστ' ἔρως
κἀν τῷ κρατίστῳ τῶν φρενῶν ἄρχειν φιλεῖ.

Propter ἄπειστον illud autem conferri iubet Euclid. ap. Stob. V, 65.

Fgm. 152. Meinek. l. c. Valckenari correctione improbata laudat, quod Pflugkius verba ἐκ κείνων τῶν ποτε λαμπρῶν cum antecedentibus coniunxit.

Fgm. 161. vs. 4. Hartung. l. c. I. p. 428. corrigit:

ἦν δ' αὐ προσάντης Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

Fgm. 171. Halm. Lectt. Stob. II. p. 52. scribendum esse censet:

οὔτ' εἰκὸς ἀρχὴν οὔτ' ἐχρῆν εἶναι νόμον·
τύραννον εἶναι μωρία· δίκη δ' ἑλᾷ κτλ.

ad vs. 2. collat. Demosth. Phil. III. § 54.

Fgm. 175. Hartung. l. c. I. p. 429 dedit:

μή νυν θέλε
λυπεῖν σεαυτὸν, δέσποτ', εἰδὼς πολλάκις,
ὡς καὶ τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει.

Pag. 92. Ad structuram Antiopes accuratius cognoscendam bene valet locus Schol. ad Eurip. Hipp. 67. a Cobetio (ad calcem Phoenissarum a Geelio nuper editae) primum publicatus: — ὡς καὶ ἐν Ἀντιόπῃ δύο χοροὺς εἰσάγει τὸν Θηβαίων γερόντων καὶ τὸν μετὰ Δίρκης. Inde enim primum chorum e senibus Thebanis constitisse discimus; deinde scholiastae verbis confirmatur, quod ad fgm. 213 coniecimus, Dircen cum comitibus bacchantibus in scenam processisse.

Fgm. 182. Toupius ad Longin. l. c. non κομῶντα, sed κοσμοῦντα scripsit consentiente Hartungo.

Fgm. 197. vs. 4. Hartung. l. c. II. p. 419. scripsit:

τοιαῦτ' ἄειδ', ἀφ' ὧν δόξεις φρονεῖν.

Fgm. 201. Hartung. l. c. correxit: ἀλλά τοι τὰ πράγματα.

Fgm. 205. vs. 3. extat etiam apud Polyb. I, 35, 4.

Fgm. 215. Hartung. l. c. dedit: *ναίων.*

Fgm. 216. Schwenck. (in Museo Rhenan. Philol. a. 1844. p. 301.) *τὸ δ' ἐκλαλοῦν οὐδ' κτλ.* scribi voluit.

Fgm. 219. Meinek. l. c., quum scriptum non sit *σπείρεσθαι*, ferri *ἀνδρῶν* posse negat eiusque in locum substituit *ἀρχῶν* collat. Herc. fur. 1261.

Pag. 111. Antiopes fragmentis praeterea adiiciendum est fgm. 990. (vid. infra.)

Fgm. 223. Cum hoc fragmento dignum est quod conferatur epigramma a Welckero in Mus. Rhen. Philol. a. 1844. p. 253. publicatum:

πάντα χθὼν φύει καὶ ἔμπαλιν ἀμφικαλύπτει.
τοὔνεκα μὴ στοναχοί τις ἀπὸ χθονὸς εἰς χθόνα δύνων.

Fgm. 227. Hartung. l. c. II. p. 559. scripsit: *εὐκταίως ὕδωρ.* — Meinek. l. c. vs. 4. coniecit: *τέθριππ' ἔχοντος.*

Fgm. 235. Hartung. l. c. *ὀρθώσειαν.*

Fgm. 241. Typographi incuria ante *σὸν* excidit articulus. Lege igitur:

ἐγὼ δὲ τὸν σὸν κρᾶτ' ἀναστέψαι θέλω.

Fgm. 247. vs. 3. Hartung. l. c. scribit:

φρονοῦσι δ' οὐδέν, ὥς γε χρημάτων ἴπερ.

Fgm. 256. Meinekius non, ut impressum est, sed in hunc modum versus correxit:

ἐκ τῶν δικαίων γὰρ νόμοι τ' αὐξήματα
μεγάλα φέρουσι πάντα τ' ἀνθρώπει' ἀεί. κτλ.

In sequentibus dele verba: „praeterquam quod vs. 2. pro δ' fortassis τ' scribendum erit." Ceterum Rankii sententia etiamnunc mihi probatur.

Fgm. 265. Meinek. l. c. verba: *σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς* in fine trimetri collocata fuisse negat, si quidem locus ab Euripide profectus sit: videndum igitur esse, ne potius ad Philyllii vel Eubuli Augen pertineat. In eadem sententia est Fritzsch. ad Aristoph. Ran. 349, qui simul *Σκυθῶν* pro *σὺν τῷ* scribi iubet. Fritzschii correctio probanda videtur (cf. Achaei fgm. 9.), sed contra Meinekium vide quae de canone Porsoniano ad Inc. Trag. Fragm. XLV. disputavimus.

Fgm. 266. In *νῦν* non haerendum esse monuit Meinek. l. c. praecessisse dicens eiusmodi sententiam: „iusta essent convicia tua, si ultro te offendissem."

Fgm. 267. *Σκῦλα* et *ἐρείπια* idem esse negantes Meinek. et Hartung. Heathii correctionem *ὀρῶσα καὶ* receperunt, recte ut nunc mihi videtur.

Fgm. 268. Meinek. l. c. in dialogo inter Augen eiusque nutricem de fuga Auges sermonem fuisse, itaque vs. 1. *λήσω*, vel si nutrix versum 1 locuta sit, *λήσεις* legendum esse suspicatur. Ad eandem scenam pertinere dicit fgm. 273.

Fgm. 281. vs. 21. Quod ex optimorum Athenaei codd. auctoritate scripsi *χερὶ*, laudat Hartung. (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1845. p. 1036.), Meinek. l. c. vero sententiam praebere negat. Ipse igitur Lobeckium secutus scribi iubet: *ἢ δίχ' ἀσπίδων ποσὶ θέοντες κτλ.* collat. Theocr. Id. XXII, 66. *πύγμαχος ἢ καὶ ποσσὶ θέων σκέλος, ὄμματα δ' ὀρθύς.* Simul autem *θεῖνειν ποσὶ* ad luctatorum artes pertinere idemque esse atque *ὑποσκελίζειν* dicit.

Fgm. 283. In versu, quem sub paginae finem proposui, admodum negligenter spondeum in pede secundo admisi, quod magnam Meinekii iram excitavit, quamquam considerare debebat, talia etiam viris me multo doctioribus (vid. v. c. Valck. Diatr. p. 75. Eur. Fgm. 195.) excidisse. Ceterum haud pauca in libro meo limassem, si eum, quum typis imprimeretur, corrigere mihi ipsi licuisset. cf. Praef. p. VIII.

Fgm. 285. vs. 6. Madvig. (in Schneidewini Philologo I. p. 672.) scribi iussit: *παγκάλως δ' ἀβρύνεται.* — Ad eiusdem fragmenti vs. 13 praetermittere non debebam, apud Stob. XCVI, 1. *φρονῶν*, non *φρενῶν*, legi. Quum praeterea in Paris. A. *δ'* post *αἰδοῦς* reperiatur, Meinek. l. c. locum sic constituit:

ἐν δ' ἀλγύνεται
φρονῶν, ὑπ' αἰδοῦς δ' ἔργ' ἀπωθεῖται χεροῖν.

Fgm. 291. vs. 1. Matth. *χρεὼν* pro *χερῶν* scribi vult.

Fgm. 293. vs. 2. sq. Quum neque loci sententia: „*Si quis tamen affirmat, deos esse, non antiqua fama stolide confidat*“ ad finem perducta sit — exspectetur enim tale quid, quale hoc sit: „*sed aliis utatur argumentis*,“ neque particula adversativa (*εἰ δέ τις*) adsit, Madvig. l. c. scribendum esse dicit:

εἴ τις ἀνθρώπων θέλει
μὴ τῷ παλαιῷ μωρὸς ὢν χρῆσθαι λόγῳ.

In sequentibus autem, quum homines non ipsam rem (*αὐτὰ*) considerare, sed ipsi considerare, non eius, qui haec loquatur, orationi credere iubeantur, correxit: *σκέψασθε δ' αὐτοί.*

Fgm. 295. Vs. 1 et 2 usque ad οὐδὲν habet etiam M. Antonin. Comment. VII, 37. et XI, 6, sed auctoris nomine omisso.

Fgm. 309. Quae de productione penultimae in ἐγξύσῃ dixi, non omni ex parte recte se habere ex iis intelligo, quae disputavit Wernick. ad Tryphiod. 516. Vix igitur correctione ἐγξέσῃ opus sit.

Fgm. 322. vs. 2. typothetae vitio impressum est: ὅστις αὐτός ἐστιν pro

ὅστις δ' οὗτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.

Fgm. 336. Sicut caecum quendam de coloribus, ita me de hoc loco iudicasse Meinek. l. c. admodum urbane dicit, quia Pflugkii correctionem repudiavi.

Fgm. 347 Mich. Apost. X, 11 omisso τοὶ Moschioni tribuit. Vide Moschionis fgm. p. 163.

Fgm. 350 primus restituit ac recte explicuit Lobeck. Aglaoph. p. 216.

Fgm. 353. vs. 7. Meinek. l. c. corrigit λάβοιν. — Vs. 25. interrogationis signum deleri iubet. — Vs. 31. probat Matthiaei correctionem: ζῆν παῖδας εἵλοντ' ἢ παρῆνεσαν κακά. — Vs. 44. ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ significare dicit: *contra animi mei voluntatem*. — Vs. 46. verba χρυσέας γοργόνος non ad Gorgonis caput aureum in Minervae statua conspicuum, sed, ut G. Hermann. Opusc. VII. p. 278. docuerit, ad inauratum Gorgonis caput, quod in Acropoleos muro australi fuerit (cf. Paus. I, 21, 3. Isocr. c. Callim. 22.) pertinere dicit. Praeterea proxime post Praxitheae orationem eius filiam immolatam esse suspicatur, ex qua scena petita sint fragm. 363 et 354.

Fgm. 354. Meinek. l. c. Euripidem non de Sellis, sed de vitae ratione Thracum, quos Eumolpus in aciem eduxerit, loqui eaque verba nuntio pacem conciliaturo tribuisse censet.

Pag. 195. l. 15 a fin. lege *Syleum* pro *Lytiersam*.

Pag. 202. *Thesei* fragmentis adde versum, quem memoriae prodidit schol. Eur. Hec. 285. ed. Cobet.

καίτοι φθόνου μὲν μῦθον ἄξιον φράσω.

Fgm. 400. Hartung. (in Bergkii et Caesaris Diar. l. c. p. 1038.) nunc

εὐδοῦσα δ' Ἰνὼ συμφορᾷ πολὺν χρόνον
νῦν ὄμμ' ἐγείρει,

scribi locumque, ut nos, ad prologum referri vult.

Fgm. 416. vs. 4. Hartung. l. c. et Eur. Restit. I. p. 459. οὔσ' pro ὤν scribit et utrumque versum retinet.

Fgm. 417. vs. 3. Hartung. l. c. defendit εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις πορῇν, quamquam ἄν in optimis libris non legitur.

Fgm. 422. Meinek. l. c. inde a vs. 4 novum fragmentum exordiri dicit.

Pag. 217. *Inonis* fragmentis adde locum A. Gellii (N. A. XIII, 18, 3.): „*Sed etiam ille notissimus versus*

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.

et in tragoedia Sophoclis scriptus est, cui titulus est Φιλοκτήτης *et in Bacchis Euripidi. Id quoque animadvertimus, apud Aeschylum* ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ *et apud Euripidem in tragoedia, quae inscripta est* Εἰνὼ (*l.* Ἰνώ) *eundem versum esse absque paucis syllabis.*“

Fgm. 427. vs. 2. Hartung. l. c. praebet κοὐδὲν φρονεῖ δίκαιον κτλ.

Fgm. 437. Adde proverb. e cod. Bodl. 80. p. 9. ed. Gaisf. ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. Ταύτην φασὶν Ἱππόλυτον πρὸς Φαίδραν φάσκουσαν φιλεῖν αὐτὸν καὶ στέργειν παρὰ πάντας ἀνθρώπους. cf. Inc. Trag. Fragm. CX.

Fgm. 444. Hartung. Eur. Restit. I. p. 50. scripsit: τί δ' ἦν φόβει με κτλ.

Fgm. 452 et 453 Hartung. l. c. II. p. 53. e *Temenidis* petita esse statuit.

Fgm. 454. vs. 4. etiam a Senec. Apocoloc. p. 675 citari monuit Meinek. l. c.

Fgm. 470. vs. 4. Hartung. l. c. scripsit: τερείνη σαρκὶ χηνεία τε δαίς, Meinek. Exerc. Philol. in Athen. II. p. 36. μόσχων τέρειναι σάρκες ἀρνεία τε δαίς.

Fgm. 474. In hoc fragmento explicando Meinek. (in Bergkii et Caesar. Diar. l. c.) ad fragm. 468 respiciendum esse censet, ἐκφλῆναι autem idem valere atque ἐκφλύσαι et ad λόγος pertinere dicit, ut Atrei sententia haec fuerit: *antequam rem effutiam omnesque eam comperiant —.*

Fgm. 476. Madvig. (in Schneidewini Philologo I. p. 673.) corrigi iubet:

Φοινικογενοῦς τέκνον Εὐρώπας
καὶ τοῦ μεγάλου Ζανὸς ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου.

Ad Φοινικογενοῦς enim adscriptum fuisse dicit *Τυρίας*, itaque reliqua ad numeros explendos accessisse. — Vs. 8. Hartung. Eur. Restit. I. p. 108. correxit τορνοδέτους verbaque κόλλῃ κραθεῖσ' omisit, vs. 12 autem βιοτᾷ scripsit.

Pag. 253. dele verba uncinis inclusa: [*Αἴολον* addendum videtur]. quae, unde irrepserint, nescio.

Fgm. 489. Meinek. (Exerc. Philol. in Athen. II. p. 24.) haec habet: — „Cum his, si ipsa Aristotelis verba, ad quae adnotavit ista scholiastes, coniungas: πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη, καὶ οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστὸς, quorum postrema manifesto Euripidis sunt, haud contemnenda emergit chorici carminis particula haec:

δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον·
οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος οὕτω
θαυμαστός.

Nam τηλαυγὲς vehementer vereor, ne alter scholiastes ex notissimi loci Pind. Ol. VI, 4 memoria imprudens immiscuerit. Iam vero ex eodem Athenaei loco etiam aliud Euripideae poeseos fragmentum lucramur; pergit enim scriptor in hunc modum: καὶ πάλιν τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας, quae iam apertum est non alii poetae assignari posse quam cuius superiora esse diximus.“

Fgm. 495. Meinek. (in Bergk. et Caesaris Diar. l. c.) vs. 4. οἷς γὰρ θεὸς κτλ. scribendum, vs. 5 in optimi cod. Paris. A. scriptura τλεῖσθαι aliud quoddam latere dicit, quam 'γκαλεῖσθαι, quippe quod et forma (Medii) et constructione (cum praepos. πρὸς) offendat.

Fgm. 512. lin. 3 a fin. Quod typothetae errore scriptum est Theophanes *Conf.* pro Theophanes *Cont.* (i. e. Continuatus) Meinek. l. c. satis maligne mihi probro vertit.

Fgm. 532. Corrige: καταβαλεῖν τὸν σὺν ἐμέ. Sic certe est apud Walzium l. c.

Fgm. 534. F. Hermann (in Mus. Rhenan. Philol. a. 1845. p. 318.) scribi iubet:

τό τοι κράτιστον, κἄν γε μὴ κράτιστον ᾖ.

Fgm. 539. Hartung. Eur. Restit. I. p. 151. dedit:

τερπνὸν τὸ φῶς μέν, τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος
οὐδεὶς ἑκὼν ἂν εἵλετ' ἄνθρωπος μολεῖν.

nunc (in Bergk. et Caesar. Diar. l. c.) ex parte nostram emendationem secutus scripsit:

τερπνὸν τὸ φῶς μέν, τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος
οὐδὲ δι' ὀνείρων οἴποτ' ἀνθρώποις μολεῖν.

Meinek. (Exerc. Philol. in Athen. II. p. 26.) vero fgm. 539 et 540 non differre ratus (vid. supra Add. ad fragm. 135.) correxit:

τὸ τερπνὸν ἐν φῳ̃, τὸ δὲ κάτω σκότος κακὸν,
οὐδ' εἰς ὄνειρ' οὐδεὶς ἂν ἄνθρωπος μόλοι.

ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλικήδ' ὅμως
ἀπέπτυσ' αὐτὸ κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν.

Madvig. (in Schneidewini Philologo I. p. 673.) denique scripsit:

τὸ δ' ὑπὸ γῆν Ἅιδου σκότος
οὐδ' εἰς ὄνειρον οἶδεν ἀνθρώποις μολεῖν.

h. e. ne per somnium quidem Orci tenebrae animo informari inque eum insinuari possunt; adeo sunt a nostro sensu alienae et remotae."

Fgm. 548. vs. 4. Madvig. l. c. acute correxit:

ὡς μόνης τῶν χρημάτων
τί χρεῖσσόν ἐστι τἀνδρὶ, σωφρόν' ἂν λάβῃ;

corruptum esse μόνης dicens e proximis τῶν χρημάτων.

Fgm. 289. lin. 23. Versus Φοίβου ποτ' οὐκ ἐῶντος ἔσπειρεν τέκνα extat etiam apud Mich. Apost XX, 32. et Arsen. Viol. p. 464. ed. Walz., ille vero addit: ἐπὶ τῶν ἐχόντων θυγατέρας ἀμορφοτάτας.

Fgm. 562. Madvig. l. c. scripsit:

σὺν τοῖς ἐφ' ἥβης παισὶ τῶν ὀλωλότων.

Addit: οἱ ἐφ' ἥβης παῖδες sunt filii iuvenili aetate constituti. cf. Aristoph. Equ. 524.

Fgm. 564. Hartungo (in Bergkii et Caesaris Diar. Antiqu. a. 1845. p. 1039.) Philostrati verba ex Euripide petita et sic versibus adstringenda videntur:

ἐκεῖνο δ' εἰπέ μοι·
οἰκεῖα ταῦτα γαπονεῖς; ἢ δεσπότης
ἄλλος μὲν αὐτῶν, σὺ δὲ τρέφοντά νιν τρέφεις.

Fgm. 570. Hartung. Eur. Restit. I. p. 158. dedit:

τὰς βροτῶν
γνώμας ἐπισπῶν, ὥστε κτλ.

Fgm. 580. Meinek. (in Bergkii et Caesaris Diar. l. c.) pro κωμῶν scribi κωμάζων mavult.

Fgm. 582. Ad Harpocrationis verba adde Schol. Aristoph. Av. 842.

Fgm. 584. Hartung. Eur. Restit. II. p. 253. correxit Λάρτιε, Meinek. l. c. ἄϊε, πάλαι κτλ.

Fgm. 585. Hartungo (in Bergkii et Caesaris Diar. l. c.) scribendum videtur:

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι πᾶσι χρήματα
μορφὴν ἔχουσι, συντρέχουσι δ' αἱ τέχναι. κτλ.

Fgm. 593 et 594 Meinek. l. c. coniungenda esse dicit, simulque fgm. 594. vs. 1. sic corrigit: *ἀκάμας τε πέριξ χρόνος ἀενάφ.*

Fgm. 598. Meinek. l. c. probat scripturam Trincavelli a Matthiaeo quoque commendatam: *τρόπος δὲ χρηστὸς κτλ.*

Fgm. 599. Hartung. Eur. Restit. I. p. 65. dedit: *τί χρῆμα δρώσας κτλ.*

Fgm. 600. Meinek. l. c. corrigit: *οὐκ ἔστι τάκ θεῶν κτλ.*

Fgm. 613. Hartung. l. c. I. p. 292 locum corruptum esse dicens dedit: *ἰὼ βοαῖσιν ἤπυσ' ἐντόνοις.*

Fgm. 615. vs. 3. Hartung. l. c. similiter atque nos:

ὁ δυσγενὴς κρύψας ἂν εἴη μὴ σαφής.

Fgm. 618 pariter atque fgm. 616 Meinek. l. c. ex nuntii Astydamiae mortem referentis oratione petita esse dicit.

Fgm. 629. ad vs. 3. respexisse etiam Themist. or. XIII. p. 164. B. monuit Meinek.

Fgm. 630. vs. 3. Dindorf. correxit: *κοὐκ εὐτυχές*, quod omittere non debebam.

Fgm. 639. Meinek. l. c. scribi iubet: *οὐ γάρ τι παρὰ κρατῆρα κτλ.*

Fgm. 642. Meinek. l. c. corrigit:

τίς τοὐμὸν ὄνομα τοὐπονείδιστον βροτοῖς
οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς γένος;

eaque verba a Lamia ipsa in prologo alicuius fabulae prolata esse statuit.

Fgm. 649 Meinek. l. c. iis explicat, quae tradit Hygin. fab. CIV. (vid. Eurip. fragm. p. 331.), eoque Laodamiae verba contineri dicit, quibus haec vetuerit, ne quis in eius cubiculum intraret.

Fgm. 651. Hartung. l. c. I. p. 275. extrema Dionis Chrysostomi verba sic in versus redegit:

ὦ λόγων ἐμῶν
σιγηλὸν ὡς εἴδωλον, οὐ φαίνῃ κλύειν.

Fgm. 660. vs. 1. Meinek. l. c. corrigit: *ἴδρυται κράγος.*

Fgm. 661. Meinek. l. c. purpurae piscatorum verba esse dicit.

Pag. 349. Sylei argumentum praebet etiam Io. Tzetzes in prolegg. ad schol. Aristoph., quae nuper H. Keil in Museo Rhen. 1847. VI. fasc. 1. p. 119 publici iuris fecit, ad verbum fere cum grammatico Paris. conspirans, nisi quod habet: *τοῦ ἀγροῦ ψωμοὺς μεγάλους* pro *ἄρτους τε μεγάλους*, post *θύσας* addit *κατεθοινᾶτο*, post *πίθον* inserit *δὲ*, pro *δριμὺ ἐνορῶντι* praebet *δριμὺ ἐνορῶν*, in fine denique post *ἔκλαυ-*

σεν adiicit: ὁ δοῦλος καὶ ὀρ[γιάζει coniicit Keil] ὁ τεχνικώτατος γεωργός.

Fgm. 708. Meinek. l. c. priorem tantum versus partem Euripidis esse dicit, nisi forte scribendum sit: τί χρέος εἶπατε.

Fgm. 710 Euripidis esse pariter negat Meinek. l. c., quum scribi ex Euripidis dicendi ratione non possit: ἡμὶν οὐκ ἔνι. Sed vide quae de canone Porsoniano ad Inc. Trag. Fragm. XLV, de forma ἡμίν autem ad fgm. 418 monuimus, ubi Meinek. quidem legi mavult:

ἐν χερσὶν ἢ σπλάγχνοισιν ἢ παρ' ὄμματα;
οὐκ ἔστιν· ὡς ἦν κτλ.

Fgm. 747. Hartung. Eur. Restit. II. p. 438. legi voluit:

(Ἰδόντα . . . . . .)
πρὸς τάσδε χρήσει καὶ κτλ.

nuper autem (in Bergkii et Caesar. Diar. l. c.) commendavit Fixii coniecturam: πρὸς τὰς φύσεις χρὴ κτλ., quam repudiavit Meinek. l. c. κρίσεις requiri dicens.

Fgm. 752. vs. 5. 6. usque ad μὴ praebet etiam M. Antonin. Comment. VII, 37 et XI, 6. sq.

Fgm. 764. vs. 4. correxit C. Halm. (Lectt. Stobens. II. p. 56.): τὰς φρένας καὶ δυστυχεῖς, de δυστυχία φρενῶν lectores ablegans ad Demosth. Ol. III, 21. p. 34. Bergm. ad Isocr. Areop. c. 18. Apollod. com. ap. Stob. XVI, 2. Meinek. (Exerc. Philol. in Athen. I. p. 38. et Diar. Antiqu. l. c.) vero proposuit:

τί ποτε τούτου 'στ' αἴτιον;
ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς, ὅτι τυφλὸς συνηρετεῖ,
τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τέχνης.

parum sollicitus de canone Porsoniano, quem aliis locis anxie curat. (cf. supra Add. ad fgm. 710.). Ad correctionem suam firmandam comparavit Aristot. Problem. XXIX, 8. διὰ τί ὁ πλοῦτος ἐπὶ τὸ πολὺ παρὰ τοῖς φαύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἐπιεικέσιν ἐστίν; ἢ διότι τυφλὸς ὢν τὴν διάνοιαν οὐ δύναται κρίνειν οὐδὲ αἱρεῖσθαι τὸ βέλτιστον. Anaxim. ap. Stob. XCVII, 22. Eurip. fgm. 629. Genitivum τέχνης pendere dicit a τυφλὸς, quemadmodum κωφὸς a Menandro cum genitivo coniunctum sit Aneps. I, 2; voce τέχνη ipsa autem divinandi artem significari censet.

Fgm. 766. vs. 2. Ravius (Epist. de Eur. Phaeth.) dedit: λέγ', εἴ τι χρήζεις. collat. Med. 1320. El. 909.

Fgm. 775. Hartung. Eur. Restit. II. p. 204 scripsit vs. 1. ἐν νεκροῖς θερμὴν φλόγα. vs. 23. οἳ τὸν μέγαν κτλ. vs. 31. ὑμνήσεαι.

Fgm. 789. vs. 3. Hartung. l. c. I. p. 354. correxit: *τἀμὰ νῦν γνώσῃ κλύων.* Meinek. (in Bergkii et Caesar. Diar. l. c.) *τἀμὰ πάντ' εἴσῃ κλύων.* Vs. 4 probat idem Boissonadii correctionem.

Fgm. 791. vs. 1. Matth. coniecit: *τὸν τυχόντ' ἀεὶ κτλ.*, quod Meinek. l. c. probat; Madvig. (in Schneidewini Philologo I. p. 675.) contra correxit:

τὸν κρατοῦντ' ἀεὶ
μείζω τίθησι, δυστυχοῦντα δ' ἀσθενῆ.

Fgm. 795. Hartung. l. c. *αἱρεῖς νόον, δοξάζεις, ἠγῇ* scripsit.

Fgm. 797 recte a me ad Phoenicem relatum esse, id quod Hartungus (in Bergkii et Caesar. Diar. l. c.) negavit, luculenter apparet ex Philoponi *ἐξηγήσ. εἰς τὰς πέντε φωνὰς Πορφυρίου* (Schol. in Aristot. ed. Brandis ad 1, 6. 34. p. 11.) haec scribens: *λέγεται γὰρ εἶδος καὶ ἡ μορφὴ, ὥσπ ρ καὶ ἐν Φοινίσσαις* (leg. *Φοίνιξι* collat. fgm. 806. 808.) *Εὐριπίδης φησί· πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.* Item ex Prolegg. Porphyr. isagog. in Aristot. Categ. (Ibid. p. 21, 1. sq.) *ἔστι διττὸν τὸ εἶδος· λέγεται γὰρ εἶδος καὶ ἡ μορφὴ, ὥσπερ καὶ ἐν Φοινίσσαις* (l. *Φοίνιξι*) *ὁ Εὐριπίδης φησί· πρῶτον μὲν κτλ.*

Fgm. 798. Hartung. Eur. Restit. I. p. 70. emendavit:

μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ νέα,
ἠβῶσαν ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ.

Madvig. l. c. vero *τέκνα* dicit vocativi esse casum, in *δίδωσιν* latere substantivum, quod subiectum sit sententiae ac matrimonii notionem continere debeat; itaque scribendum esse:

μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ, τέκνα,
ζύγωσις, ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ.

Nam voce *ζύγωσις* Euripidem significasse censet matrimonii copulam, qua coniuges *ζυγοῦνται.* — Sed quod nos *τέκνα* h. l. de una filia dictum esse affirmavimus, id multis exemplis (etiam poetarum lyricorum. cf. Dissen. ad Pind. Ol. IX. 56. Schneidewin. Philol. I. p. 442) et aperto A. Gellii (N. A. II, 13) testimonio confirmatur. Quare etiamnunc in emendatione nostra:

μοχθηρὸν, εἴ τις ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
δίδωσιν, ὅσπερ οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖν.

subsistimus, praesertim quum *γαμεῖν* in optimis codd. sit.

Fgm. 803. Omittere non debebam, scripturam a Sauppio comprobatam *διαιτάν θ' ἥντιν'* revera in Append. Flor. l. c. extare. Ex eadem recipienda erat scriptura *ἡμερεύσαι* (cod. *ἰμερεύσαι*, quod Gaisf. correxit) pro vulg. *ἐμπορεύσαι.* Haec

recte monuit Meinek. l. c. Sed quod idem necessario statuendum esse dicit, post vs. 6 aliquot versus excidisse, id mihi, quamvis Meinekius sanam mentem a me abiudicet, non necessarium videtur.

Fgm. 832. Verba λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ διαπόντιος πέταται Euripidis non esse monet Meinek. l. c. ablegans ad Schneidewini librum: Beiträge zur Kritik der griech. Lyr. p. 96.

Fgm. 838. Meinek. l. c. probat Valckenari sententiam quattuor priores versus pro interrogatione accipientis ideoque vs. 5 non τοὶ, sed τε scribendum esse dicit.

Fgm. 839. vs. 5. post τεκμήριον δὲ Meinek. l. c. comma posuit.

Fgm. 841. vs. 3. Meinek. probat εὐγενείας, quod mihi quoque recipiendum videbatur.

Fgm. 842. Meinek. καλῶν pro καλὸν scribi iubet.

Fgm. 844. Meinek. l. c. defendit δὴ, sed ex Paris. B. καθῆκε pro vulg. καθίστησι vel ἵστησι recipiendum, et πημονὰς pro ἡδονὰς scribendum esse dicit.

Fgm. 859 vs. 2. Meinek. λαμπρόν τε πλούτῳ legi iubet, vs. 4 autem vestigiis scripturae in Comp. Men. et Philem. insistens sic emendat: τούτου τάχειαν νέμεσιν ἵξεσθαι δόκει. Simulque ad μεῖζον e verbo πέσῃ substantivum πέσημα vel πτῶμα referendum esse monuit, nisi forte tale quid in sequentibus locum habuerit.

Fgm. 861 Meinekio l. c. cum fragmento Menandri apud Stobaeum praecedente coniungendum videtur.

Fgm. 871. vs. 4. Stob. habet κακῶς πάσχειν ἀεὶ, quod omittere non debebam.

Fgm. 875. vs. 2. Halm. Lectt. Stob. II. p. 52. corrigit:

κόμη μόνον καὶ σάρκες, ἔργμα δ' οὐδαμοῦ.

Fgm. 885 Meinekio l. c. e duobus fragmentis conglutinatum videtur.

Fgm. 887. vs. 7. Meinek. l. c. non αὐχήσεις, sed

γυναικὸς αὐδήσειέ μ', ἀλλὰ τοῦ πατρός

scribendum esse dicit.

Fgm. 889 Meinekio comici poetae esse videtur.

Fgm. 904. Meinek. Poet. com. IV. Praef. p. X. corrigit:

λαβὼν δὲ πεῖραν, μεταμέλεια λαμβάνει

h. e. *poenitentia ingruit, adventat.* cf. fgm. 415. vs. 2. sq. Thuc. II, 68. Aristoph. ap. Polluc. VII, 67.

Fgm. 912. vs. 2. Meinek. in Bergkii et Caesar. Diar. l. c. corrigi iubet: ὅταν γὰρ εὖ τύχῃ διδῷ κτλ. — Bene monuit Cronius (in Ind. Doct. Acad. Monacens. a. 1846. p. 501.).

eandem sententiam iisdem fere verbis in Oreste vs. 654. sq. legi, ut timendum sit, ne Maximus locum hinc quidem petierit, sed negligenter vel potius memoriter citaverit. Vide tamen, quae ad fragm. 9 disputavimus.

Fgm. 919. Meinek. l. c. corrigit:

ἔργον δ' ἐκεῖνος, ἔργον ὃς παρέσχετο.

Fgm. 918 Meinek. l. c. nec Euripidis nec alius cuiusdam poetae tragici esse ait, id quod ex Aristotelis verbis appareat.

Fgm. 919. Meinekio *τρυσίμοχθοι* scribendum videtur.

Fgm. 924 omittere debebam, nam idem versus, ut Hartungus in Bergkii et Caesar. Diar. l. c. monuit, in Phoenissis (506) legitur.

Fgm. 928 Hartung l. c. ad partitionem Peloponnesi (fragm. 452) ideoque ad *Temenidas* referendum ac sic disponendum esse dicit:

ἔχει δὲ . . . . . Λακωνικὴ
πολλοῖσι πολλὴν, δὶς τοσοῖσδε πλείονα,
πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον.

Fgm. 935 Hartung. Eur. Restit. II. p. 241. sic dedit:

τιμᾶν δ' ἀντιτέτασθε, πλούτῳ δ
ἀρετὰν κατεργάσασθαι
δοκεῖτ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθε
ἄνολβοι.

Fgm. 944 citat etiam Appian. de bell. civ. II, 153.

Fgm. 950. Hartung l. c. I. p. 471. scripsit vs. 5. *εἰ δὴ* κτλ., vs. 7. sq. *τρέφει κάλλιστ' ἀεὶ χθονὸς δέλεαρ ἔχοντες οὐ θηρεύομεν.*

Fgm. 963. Madvig. (in Schneidewini Philologo I. p. 676.) ingeniose emendavit:

τεκοῦσα δ', ἣν μὲν ἄρρενας τέκω.

Fgm. 967. vs. 9. Hartung. l. c. I. p. 409. Grotii correctionem *ψυχαῖς* recepit.

Fgm. 975. Hartung. l. c. I. p. 161. correxit:

ἐγὼ δ' ἐν αὐτῷ καὶ κλύειν ἐπίσταμαι.

Fgm. 987 ante oculos etiam habuit Sext. Empir. p. 579. ed. Bekk.

Fgm. 990 ad Antiopam referendum esse docet Probi locus, quem Duebner primus e cod. Cassel. (in Diar. Paris. Revue de philologie, de lit. et d'hist. ancienne 1845. p. 23.) publici iuris fecit. Ibi enim legitur: „*consentit in numero* (sc. elementorum) *Euripides, sed speciem discriminat,*

terram enim et aerem inducit principia rerum esse in Aethiopa."

Fgm. 993. Meinek. l. c. scribi mavult:

σμικραῖσιν αὐτοὺς ἐπιτρέπουσιν ἐλπίσιν.

Fgm. 1000. Meinek. corrigi iubet:

μὴ κτεῖνε· τὸν ἱκέτην γὰρ οὐ θέμις κτανεῖν.

Fgm. 1001. Hartung. l. c. II. p. 105. dedit:

οὐκ ἐγγυῶμαι· ζημία φιλέγγυον
σκοπεῖ· τὰ Πυθοῖ δ' οἰκ ἐᾷ γεγραμμένα.

Fgm. 1002. Adde Terent. Heaut. IV, 1, 21. ubi vetus interpres: „*Apollodorus* ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος."

Fgm. 1003. Hartung. l. c. II. p. 286 ταύτην pro τούτους dedit.

Fgm. 1008. Meinek. l. c. Euripidem etymologiam vocis ἑνιαυτὸς exhibiturum scripsisse dicit:

ὀθούνεκα
αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

Fgm. 1012. Meinek. l. c. post οὐρανῷ excidisse κρατῶν censet.

Fgm. 1013. Meinek. haud necessarium esse ait, ut vs. 4 εἰ inseratur, modo verba in hunc modum coniungantur: εἴτε τύχη τις εἴτε δαίμων τὰ βρότεια κραίνει παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν κτλ.

Fgm. 1041. Hartung. l. c. II. p. 145. locum sic constituit:

(στερρὰ μὲν) ἀνάγκη
πεινῆν διὰ βίου,
τὸ δ' ἀθλιώτερον
ἀπαλλάττειν.

Fgm. 1050. Hartung. l. c. II. p. 177. dedit:

ἡδονὴ γὰρ πανταχοῦ
ἔστιν, δι' ἡδονῆς δὲ πάντα γίγνεται.

Fgm. 1057. Quum Ἀθηνᾶ ad antiquiorem Atticismum pertineat et καὶ particula h. l. inepta sit, Meinek. l. c. correxit: σὺν Ἀθηναίᾳ χέρα κίνει.

Fgm. 1061. De hoc fragmento idem valere videtur, quod de fragm. 912 monuimus; nam locus simillimus, nisi idem est, extat in Eurip. Iphigen. Aul. 378 eumque citat Stob. XXXI, 2.

Fgm. 1080. Meinek. l. c. corrigit: χνοῦν τὸ λεπτὸν τοῦ ἀχύρου (pro ἀργύρου).

Fgm. 1081. Meinek. coniicit: ἔρρ' ἰών, εἰς φθοράν.

Incertarum fabularum reliquiis praeterea adiicias:

1085. **Plut. Consol. ad Apoll. 15. fin. p. 110. D.** *Τούτοις* (sc. fgm. 455.) *γὰρ οἰκείως ἄν τις ταῦτα συνάψειε·*

Ποῦ γὰρ τὰ σεμνὰ, ποῦ δὲ Λυδίας
μέγας δυνάστης Κροῖσος, ἢ Ξέρξης βαρὺν
ζεύξας θαλάσσης αὐχέν' Ἑλλεσποντίας;

„ἅπαντες Ἅιδαν ἦλθον καὶ Λάθας δόμους" τῶν χρημάτων ἅμα τοῖς σώμασι διαφθαρέντων. — **Recte, ut videtur, Euripidi hunc locum vindicavit Meinek. ad Menandr. p. 578 propter Olympiod. in Plat. Alcib. I, 2. p. 46.** *καὶ ὡς φησιν Εὐριπίδης, ὅτι θάλασσαν μὲν ἐπέζευξεν.* **Idem primus verba** *ἅπαντες — — δόμους*, **quae vulgo cum antecedentibus versibus arcte coniuncti edebantur, quasi ab uno eodemque poeta essent profecti, non tragici, sed lyrici cuiusdam poetae esse monuit.**

1085. **Apollod. III, 9, 2. fin.** *Ἡσίοδος δὲ καὶ τινες ἕτεροι τὴν Ἀταλάντην οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον, Εὐριπίδης δὲ Μαινάλου, καὶ τὸν γήμαντα αὐτὴν οὐ Μειλανίωνα, ἀλλὰ Ἱππομένην.* **Maenali filia Atalante etiam in Phoenissis (vs. 1178) dicitur.**

1087. **Polluc. Onom. IX. 61** — *καὶ ἡ παρὰ Ξενοφῶντι εὐποδία, καὶ ἡ παρ' Εὐριπίδῃ εὐπαιδευσία, καὶ ἡ παρὰ Κριτίᾳ εὐξυνεσία καὶ ἡ παρ' Ἀριστοφάνει εὐοδία.*

1088. **Cosmas Hierosol. ad Greg. Nazianz. in A. Maii Spicileg. Rom. Vol. II. p. 162.** *Εὐριπίδης δὲ ὁ τραγικὸς ὄρος ὑπερνέφελον ἔφησε τὸν Ἄτλαντα.*

2. EURIPIDIS FRAGMENTA

LATINE

AB HUGONE GROTIO REDDITA.

1.

Odit priores mulier affectus suos,
Postquam secundo foederi implicuit fidem.

4.

Nam quid paterno dulcius tandem solo?

5.

Morti debitus
Etiam laborum qui sedet liber domi.

6.

Spes, nate, volucres sequeris; at non te simul
Fortuna; vultus illa multiplicis dea est.

7.

Perferre regnum rege sub iusto iuvat.

8.

Linguam nisi tenebis, impendent mala.

10.

Viri paventis uxor audacissima est.

11.

Non nobilitas tanti est, quanti
Vivere recte.

12.

Est ut morte aliquis sua
Virtutem doceat cadens.

16.

Videam meorum liberum natos mares,
Quorum ora celsum praeferant regni decus.
Virtutis etenim magna commendatio est
Spondens honesta corporis pulchri fides.

17.

Belli domique principes nolim viros
In res minutas perdere ingenii decus,
Sed ubi necesse est, acre consilium dare.

18.

Illud viri sapientis, o pueri, est opus,
Multa efficace proloqui compendio.

19.

Possetne summa stare res locupletibus,
Si plebs remotis pauper habitaret solum?
Seiuncta nolunt a malis poni bona.
Quae temperatam publicam rem promovent.
Quod defit inopi, supplet hoc dives manus,
Quod non habemus divites, hoc pauperum
Labor ministrans nos honoratos facit.

20.

Ne decora gentis, per Deos, oro, pater,
Mihi usque iactes; omne id in numis situm est,
Quos turba versat; hic habet, deest alteri,
Promiscua est sors ista: sed cuius domo
Longissime haeret, nobilem hunc omnes vocant.

21.

Pecuniam ne fare, nil moror deam,
Quae pessimorum saepe fit possessio.

22.

Puella iuveni nupta non recte datur;
Nam masculus fert melius aetatem vigor,
Muliebre corpus citius in senium cadit.

23.

Aut dona Veneris abdicant ultro senes,
Aut senis amores ipsa fastidit Venus.

24.

Quid turpe, nisi quod turpe usus putat?

25.

Tacere satius est, vel in medium sua
Afferre placita. At ille nec amicus mihi
Nec sit sodalis, qui satis per se sapit,
Ducens amicos Marte captorum loco.

27.

Vis exigua est, quamcunque homini
Natura dedit, sed consiliis
Variis artes. quae nata maris
Et quae terra coeloque domant.

28.

Narrare tempus visa post natis solet.
Valde loquax est, nec tacet, dum interroges.

29.

Audere cogit saepe nos necessitas.

31.

Quicunque praeceps fertur, ira qua rapit,
Malos habebit exitus, fallax via est.

32.

Exercet homines diversa sorte Venus:
Est quando luctum portat, est quando iuvat;
Accedat ad me quum favens est maxime.

33.

Onerare probris feminas qui desinit,
Facit hoc miseria auctore, non sapientia.

34.

Me nulla vitae cura delectat meae.

36.

Principia finem non bonum exspectant mala.

37.

Eheu dolorem quis tantis malis neget?
Quis audiens tantum ista fletu temperet?

38.

O quam vetusta haec veridica sententia est:
Omnes senili aetate plebs tantum sumus
Umbraeque rerum somniumque imagines,
Quum nos putemus sapere, mens nobis abest.

39.

Si me ista miserum prima spectaret dies,
Pernavigassem multa nec pridem mala,
Esset gemendi causa, iuvenes equulei
Sicut recepto iam recens freno dolent:
At iam subactus miseriis occallui.

40.

Pati necesse est: at quod imittunt dii
Bene ferre quisque didicit, is vere sapit.

41.

Hoc viget et ardet, illud effluxit malum,
At quod futura sors vehit, cerni vetat.

44.

Mala flere vetera lacrimis noli novis.

45.

Scio: sed dolores tempore inflecti decet.
Decet; at monere levius est quam perpeti.

46.

Ut nemo felix undique est mortaliam.

47.

Commune mori; sed rite malum
Commune pati sapientis opus.

48.

Qua parte te, rex, vincere ex usu fuit,
Non vincis; at ibi vincis, ubi non opus est.
Servis nihil non cedis, ingenuis nihil.

49.

Sapis tu quidem, Priame, tamen audi, precor,
Plus, quam necesse est sapere, qui servus sapit,
Onus est molestum; nec domi possessio est
Quae plus mali producat et frugis minus.

50.

Servos enim
Non utile est habere, qui praestent heris.

51.

Quicunque dominis exhibent servi fidem,
Crudele parium excitant odium sibi.

52.

Mali malarum se applicant connubio.

53.

Merito reprendi; pessimum servi genus;
Nil in futurum consulunt, ventres meri.

54.

Bonis adhaeret vera nobilitas, malos
A se relegat.

55.

O rex, malorum maximum calumnia est.
Nam saepe qui superatur eloquentia,
Utcunque iusta dixerit, causa cadit.

57.

Divitiae iniqua multa meditari solent.

58.

Consilia nunquam animosa suppeditant opes,
Nec auctor esse luxus audendi solet.
At contra egestas triste; sed prolem educat
Patientiae maioris atque audaciae.

59.

Pravi, quibus non servitus expenditur
Ratione, sed fortuna res diiudicat.

60.

Inane nomen nobilis fulgor domus,
Et stirpis excelsum decus.
Cum separavit alma mortales parens,
Os finxit aequalem in modum
Foecunda tellus: nil habemus proprium.
Sunt semen unum nobiles
Ignobilesque, lege sed discrimina
Reperta perfecit dies.

Mens cauta vere nobiles reddit, dei
Quae dote, non censu datur.

61.

Heu pereo mentis propter excellentiam,
Aliis saluti quae fuit mortalibus.

62.

Spes praeter, Hecuba, res agunt hominum dii,
Nunquamque eadem fata devolvunt via.

64.

Dies docebit; ille te ostendet mihi
Veriloquus index, sisne bonus an sis malus.

69.

At me incitavit maxime exhortans pater
Tum, quum ipse currum scanderet Thebas petens.

70.

Matrem interemi, nempe, brevis oratio;
Volens volentem vel nolentem non volens.

73.

Ego te, mihi si colloces natum, senex,
Socerum putabo, sospitatorem et patrem.

77.

Fili Creontis, quam vetus sententia
Est vera, fortes procreari fortibus,
Maloque ab ortu proseri sobolem malam.

78.

Spectate regem, qui senex, orbus fugit.
Spirare nimium magna mortalem nefas.

80.

Demissa fari cladibus pressos decet,
Non pristinae respicere fortunae decus.

81.

Heu magna magnis sunt malis obnoxia.

82.

Salubre non est, quidquid excessit modum,
Nec divum honores capere mortales decet.

83.

In servum herilis magna pars recidit mali.

84.

Quicunque servo praebet aures credulus,
Supplicia magna debet imprudentiae.

86.

Commissa quae sunt in parentes, haec deus
Persequitur ultor.

87.

Iam pergite, ergo, feminae, — nec cuipiam
Delinquat animus; ista cum cura omnia
Speculanda nobis artis hoc profitentibus.

88.

Nam quo parentes liberos optent sibi,
Si non feramus rebus afflictis opem?

89.

Quando nihil verere genitorem tuum.

92.

Nunquam siissem Sthenelon ego partes sequi
Feliciores et tibi esse iniurium.

93.

Quoties periclum cernitur vitae, timor
Causae tuendae ductus in certamina
Os hominis ipsum cogit obstupescere,
Mentemque prohibet, quae loqui cuperet, loqui,
Ut quae periclum non subit par corpori.
Exhauriendus est mihi tamen hic labor,
Cui posita merces aut mea est mors aut salus.

94.

Res est optima veritas
Iusti in principis urbe.

95.

Desinere cesset, se quoque esse hominem memor,
Qui fretus opibus patriae insultat suae.

96.

Hominem beatum sapere praecipue decet.

97.

Domino placendum est: hoc enim servo expedit,
Quidquid laboris imperatur, hoc suae
Efficere fidei specimen atque industriae.

98.

Insevit homini maximos stimulos deus
In prolem amoris.

99.

Confendere opibus clara nobilitas nequit:
Namque infimos ad summa divitiae vehunt.

100.

Odiosa res est imperita opulentitas.

101.

Sed plurima
Dies et atra nox ferunt mortalibus.

102.

Generosa sunt tua forte, sed prudentia
Carent facinora: non placet laudabilis
Miseria: praestat quippe res rumoribus.

103.

Adversa recte ferre generosam decet.

104.

Fortem indue animum: saepe sunt a dis bona
Exorta hominibus unde non speraverant.

105.

Aliena cuncti rectius multo solent
Diiudicare quam sua ipsorum mala.

108.

Quod est in hac re maximum, incipiam loqui.
Primum illud esto: filios patribus suis
Parere ius est atque fas certissimum.

109.

Tu nos parentes veritus nil es tuos.

110.

Quo nuptiarum tanta consultatio,

Bene educatae quum magis foedent domos
Leviusque peccet vita quae neglectui est?

113.

Mulier mulieri ferre suppetias solet.

117.

O nox, sacra nox, quam tu longos
Agitas cursus super astrigerum
Vecta aetherii dorsum templi
Et per Olympi veneranda loca.

122.

Iunge dolorem: nam qui pariter
Lacrymant, miseros ex parte levant.

124.

Nam quae fata paret deus,
Nunc hunc nunc alium cito
Versans turbine, non valet
Humani vigor ingeni
Ullis viribus assequi.

132.

Malum futurum nulla non metuit dies,
Graviusque torquet ille venturus dolor.

134.

Ne spes inanes fletui opponas meo.
At multa nec sperata proveniunt tamen.

135.

O inter homines et deos dominans Amor,
Aut ne videri coge quae mala sunt bona,
Aut certe amantum, causa tu quorum malis,
Iuva labores usque ad optatum exitum.
Curabis hoc si facere, di te ipsi colent;
Sin hoc ob ipsum suasor ad amandum quod es,
Rapietur a te nunc honorum quod capis.

136.

Adeo usque felix nullus est mortalium,
Divina quum non proruat tandem manus.

140.

Ante omnia aurum laribus exoptem meis.
Fortuna dives addit et servis decus;

At libero inopi nulla vis aut gratia est.
Hoc te beatum crede, quod rem possides.

141.

Sum felix opum,
Sed, ut vides, sors saeva me miserum facit.

142.

Aliena nunquam nam mala irrisi, timens
Nequid mihi olim eveniat ipsi humanitus

143.

Suasit iuventa vi potens mente impotens.

144.

Dulcem relinquit memoriam exactus dolor.

145.

Non sine labore multo peperi gloriam.

146.

Me (non) piget parare progeniem notham.
Quae parte nulla sobole legitima minor,
Sed lege premitur; quod cavendum existimo.

147.

Amore quisquis captus est mortalium,
Si forte amores commodos invenerit,
Desiderabit gaudii nullum genus.

148.

A. Heu durum amorem patimur. B. E dictis tibi
Quod optimum sumatur, infidum est amor,
Animique partem pessimam habitandam eligit.

149.

Iustitia perhibetur proles esse Iovis,
Quam proxime hominum poena comitari solet.

150.

Ah quam premente numine afflictae tibi
Res sunt, at alti spiritus oratio.

152.

Fuit hic felix, sed vertit opes
Deus et clari nominis olim

Fortuna labat, vitaque venti
Diffluit instar.

153.

Pars maxima divitiarum
Generosa uxore potiri.

158.

Exanime terra quod tui positum colunt.
Res vana. nam qui vivit, est felix, Creon.

159.

Felix initiis Oedipus, felix fuit,
Qui postea hominum factus est miserrimus.

160.

Mors iurgiorum finis est mortalibus;
Nam maius aliud quid potest leto dari?
Molem quis autem saxeam hasta verberans
Cieat dolorem, mortuumve iniuriis
Frustra lacessens nulla sensurum mala?

161.

Iuvenem calentem Veneris indomita face
Arcere vigiles non valent custodiae;
Amor ipse quamvis rudibus ingenium facit.
Dulce et salubre quae modum novit Venus.

163.

Haud liber ultra est, quem nuptiae vinciunt.
Sed adest bonum istud, a malis quod actibus
Affinitatis abstrahit reverentia.

164.

Natura par est, nomen invisum notho.

165.

Opulens amicus, cui deest sapientia,
Virtus nisi adsit, usui nulli est bono.

166.

Paternus illi morbus insipientia est:
Quippe ex malis plerumque generantur mali.

167.

Prolem parentum quod ferunt mores sequi
Falsum revincit saepe natorum indoles.

169.

Sermo est, nec aliud, Suada quo templo utitur,
Et eius ara est ipsa mens mortalium.

170.

Amabam: hominibus maximus furor est amor.

171.

Utinam nec ulla imperia nec leges forent.
Regnare velle maxima imprudentia est:
Nam cur habebit unus imperium in pares?

172.

Regi placere plurimis tutissimum.

173.

Domestica odia civibus nasci solent,
Quum factiones civitatem distrahunt.

174.

Redacti sumus ad ipsas incitas.

175.

Laxare habenas parce tristitiae, memor
Saepe ex dolore gaudium mortalibus
Et ex malorum segete progigni bona.

176.

Quicunque casus atque fortunae vices
Ratione tolerat, hic multo minus est miser.

177.

Nate o Diones, magnus o quam tu deus,
Lyaee, quem nec ferre mortales queant.

184.

Permulta hominibus, hospites, veniunt mala.

187.

Rerum satietas omnium est. Turpes toros
Vidi sequentem, pulchra cui coniux domi:
Et plenus epulis aliquis e vili cibo
Novitate commendante cepit gaudia.

188.

Eheu, ut omne ubique servorum genus
In sequiora cuncta transcripsit deus.

189.

Cernis servitus quid sit mali?

190.

Intelligo quae patiar; haud levis is dolor:
Aliqua est voluptas abstrahi a sensu mali
Interque damna quaestui ignorantia est.

191.

Affinitates qui sapit quaeret pares.

192.

Ego censor haud sum, mulier, at rectum interim est
Vitare nimia nec dare invidiae locum.

193.

Vera illa vulgi dictio: illum prospere
Agere necesse est, rursus hunc improspere.

194.

Si bene animata est, perplacet; sin, quo mihi
Formosa vultum, pectore intestabili.

195. a.

Animi sicne generosam indolem
In morem et habitum feminarum emasculas?

195. b.

Nec quicquam idonei frater, aut recti in foro
Dices bonive consules; sed nec manu
Clypeo vibrata rem iuvabis publicam:
Non alta capias moenia, aut pro innoxii
Salute calida capere consilia audeas.

196.

Quicunque magna copia florens opum
Domus regendae deserit custodiam
Soloque cantu gaudet et fidium sono,
Non civitati, non domo prodest suae,
Non ille amicis; ipsa natura excidit,
Ubi quis subactus dat voluptati manus.

197.

Audi me igitur: hos cantus leves
Omitte, teque ad Martis exerce sonum.
Ut iudiceris sapere, quae dico, cane:

Fodias aresque, pecora fac pascas tua;
Oblectet alios iste nugarum labor,
Per quas inani tibi sit habitandum domo.

199.

Tractare servum studia liberalia
Minime decorum est otiove insuescere.

200.

Sententiae quid in arte, quae recta accipit
Ingenia, sed peiora discendo facit?

204.

Tu corpus in me molle et infirmum secus
Non iure culpas; si mihi sapientia
Concessa, plus hoc quam lacertorum tori.

205.

Sapiente cura civitas feliciter
Domusque regitur; eadem ad bellum valet.
Sententia una vincit innumeras manus;
Multi imperiti plena res discriminis.

206.

Hi qui saginae manciparunt corpora,
Periculosum civitatibus genus,
Pecunia fugiente: ventri obnoxio
Manendum iisdem rebus optandum foret.

207.

Quicunque largis opibus et gaza affluens
Monumenta sortis nulla molitur suae,
Non hic beatus iure nuncupabitur,
Custos sed auri fortuito munere.

208.

Plena est laborum vita data mortalibus:
Non semper est infesta, non semper favens
Fortuna, nunc res laeta, nunc improspera.
Quando ergo nostra tam vaga est felicitas,
Quin absque curis discimus vita frui.

210.

Cantare promptum, dicere est promptum mihi,
Quod iuvet et urbis neutiquam incendat mala.

211.

Vitam otiosam qui potest traducere
Negotium si quaerit, recte sapit.

212.

Amans quietis animus et amicis bonus
Et civitati: qui volet, famam sibi
Quaerat periclis; ego nec audaces nimis
Nautas, nec urbis praesides laudaverim.

213.

Fandi peritus si qua se caussa offerat,
Pro parte utravis facile dissertaverit.

214.

Eheu malorum quot vices mortalibus
Formaeque! nemo nuncuparit terminum.

216.

Silentium corona cordati viri est:
Caret cupito gaudio loquacitas,
Suspecta amicis, civitatibus gravis.

217.

Iustitia proles nuncupatur Temporis,
Quae delitentes monstrat in nobis malos.

219.

Moneo nunc omnes semel
Ut ex honesto genere progeniem serant.
[Non illa quippe semper infelix erit.]

220.

Ius sero veniat licet,
Ius est; attamen impio
Poenas, quas decet, irrogans
Tanquam ex insidiis latet.

221.

Tria iusta, fili, te peraequum est dicere,
Deos vereri, deinde genitores tuos,
Tum sancta Graiis iura. Quod si feceris,
Stat pulchra tibi corona rumoris boni.

222.

Commune multis hoc malum mortalibus,

Ut mente sapiant, obsequantur nec tamen
Animo, cupitis gaudiis obnoxii.

227.

Quinque ille decies virginum Danaus pater,
Nili relinquens optimam in terris aquam,
Qui discolore de solo Aethiopum sua
Auget fluenta, quum liquefecit nives
Titan quadrigis aethera incendens citis,
Ut venit Argos, condit Inachias domos,
Et queis Pelasgum nomen hucusque haeserat,
Danaos vocari Graeciae morem facit.

229.

Nondum nobis vada vasta datur
Superare; manet fera paupertas,
Immite malum; sors laeta fugit.

230.

Pars magna belli est inclitis maioribus
Satus imperator, fama quem celebrat bona.

231.

Virtus parentum sequitur heredes suos:
Plus dote magna nobilis coniunx valet.

232.

Effari nostri si quid auxilii indiges:
Nam signa praebes genere prognati bono.
Nec illi spiritus celsos patris
Rapuit calamitas.

233.

Audere semper fortiter iuvenes decet,
Nam gloriae exsors semper est ignavia,
Celebritatem sanguis et sudor ferunt.

234.

Nemo otiosam molliter vitam trahens
Famam paravit, quae datur sudoribus.

235.

At vita mollis et pavens ignavia
Non civitatem non domum recte regunt.

236.

Labores inter multa pulchra se exserunt.

237.

Hoc es monendus nate, fortunam labor
Venatur; hinc est quod coli patrem vides.

238.

Me laborem sumere
An est iniquum? quem pigrum fama accipit?
Quis concupivit magna inerti pectore?

239.

Modica sed fortis manus
Multo imperanti melior immenso agmine.

240.

Imbelle vulgus anteëunt pauci et boni.

242.

Natos necesse est patris imperium sequi.

243.

Una res est quam monebo, servitutem ne tibi
Vivus accersas, perire dum licebit libero.

244.

Aetate iuvenis qui est, in re paupere,
Si sapiat animo, maximum miraculum est.

245.

Regnum tenenti defit ad vitam deum
Immunitate mortis excepta nihil.

246.

Quis non bonum se praestet in re prospera?

247.

Inopia templum non habet, turpis dea;
Nam valde ego illos sperno, qui sapiunt quidem,
Sed sola sapiunt ad lucra, ulterius nihil.

248.

Reddas caveto divitem: morem gerit
Melius egestas; spiritus faciunt opes,
Quas qui est adeptus nobilem se existimat.

249.

Non alere servum, sed nec ingenuum, domi
Homini modesto praestat et tutissimum est.

250.

Multorum opes evertit imperitia
Et ira, gemina pestis obsequentibus.

251.

Est et lacrymis iuncta voluptas,
Cum quis amici casus animo
Miserante gemit.

252.

Ubique finem reperit assiduus labor.

254.

Vitam dedi ut famula esset; aequum scilicet
Ut sequiora serviant potioribus.
Es dives? at iners res et ignava est opes.

257.

Persaepe, fili, di solent nos fallere
Facile est, quod urges, nempe causari deos.

258.

Breviter moneri vis? tace, grande est malum,
Sua nocere sibimet eloquentia.

259.

Flagitia secum multa fert ira impotens.
[Plus quisque semper positus extra iram sapit
Ira imperita mater est magnis malis.]

260.

Violentiae si iuncta mollities fere
Accedat, aufert id quod excedit modum.

263.

Pridem ipse mecum specto rem mortalium,
Quam sit caduca et fluxa; prostratus solo
Surgit, beatus alter eversus cadit.

264.

Male si quidquam facimus, poenae
Merito facientibus adsunt.

266.

Vino coactus nempe feci iniuriam;
Fateor: sed illud crimen haud spontis meae est.

267.

Lacera mortuorum corpora,
Spolia et cruenta dulce spectare est tibi.
Nullum hic piaclum est; at ego si peperi, nefas
Tibi videtur.

268.

Ubi? qui latebis? certa quae nobis fides?
Quaeramus: homini saepe credulitas nocet,
Falluntque conantem exitus contrarii.

269.

Qui non amoris numen admirabile
Supraque cunctos coelites positum putat,
Aut stupidus ille aut orbus experientia
Ignorat homini maximus quis sit deus.

270.

Fortuna nobis non negat solis fidem,
Omnes levis fefellit aut sero aut cito;
Felicitatem nemo perpetuam tulit.

271.

Lenit miserias aequitas mentis probae.

272.

Quem non tuentem lusus infantum iuvat.

273.

Sumus mulieres; saepe nos vincit pavor,
Est quando superet nemo nos audacia.

274.

Miserari oportet iura, non homines malos.

276.

Pereat profecto, quisquis aut regnum appetit,
Aut civitatem tradit in paucas manus.
At dulce nomen alma libertas mihi:
Nam quisque minimum quod habet, magni facit.

281.

Cum multa mala sint Graeciae, nulla est tamen
Gens peior his, qui ludicras pugnas cient.
Primum quod est, vitam agere nec discunt bene,

Nec utique possunt: quomodo vir serviens
Malis et ipse ventris appendix sui,
Opes lucretur, unde sit patriae utilis?
Nec pauper aevum ferre, nec se casibus
Aptare norunt; moribus sueti malis
Sed res inopes cum gravi sensu cadunt.
Pulchri, iuventa dum viret, spectaculum
Sunt urbis; at cum venerit senii dies
Restant velut lacerna cui villus perit.
At hoc nec illum Graeciae morem probo,
Coetus in horum quod celebrant gratiam,
Quorum usus haud est ullus, illecti dape
Qui namque lucta pollet aut celeri pede,
Discumve recte tollit aut os verberat,
Quid patriam, ob hanc rem si coronetur, iuvat?
An forte, cum res praelii est, discum manu
Tenebit, aut per scuta cursantes pede
Infesta pellet fine de patrio agmina?
Nemo ista inepta cogitat, ferrum prope
Cum stat. Sed alios fronde sapientes probos
Ornare decuit, publicum si quis bonum
Curat modestus, iuris ac recti tenax,
Male facta verbis si quis avertens suis
Dissidia pugnasque arcet: haec etenim urbibus
Claros honores Graeciaeque omni ferunt.

285.

Ego ex vetusta nobili sententia
Mortalibus primum esse non nasci puto.
At fortium cui de tribus victoriam
Addico? nam sunt divites, sunt pauperes,
Sunt genere clari; triplicem hic classem vides.
Vir dives, ortu sequiori prosatus
Dolet profecto, dolet, sed pulchre dolet,
Opum recludens dulce conditorium.
Verum inde provolutus irato deo
Tanto ruina tristiore affligitur.
At quisquis ortum stirpe generosa trahens
Re vivit arcta, quo satu est felicior,
Hoc gravius illum dura paupertas premit,
Victum parare dum manu prohibet pudor.
At ultimae qui sortis assidue est miser,
Hoc vincit alios, se quod orbatum bonis
Non sentit, usque assuetus infortunio.
Meliora nunquam scisse tanto est tutius.
Nam semper illud haeret; ah, qualis fui,
Quantusque fatis usus olim prosperis!

286.

Astus latentes atque fallentes doli
Solertioris sunt reperta ignaviae.

287.

Innata quaedam pravitas mortalibus:
At prava si quis emtus ingenti patrat
Mercede, frustra speret indulgentiam,
Pretium sed ingens sceleris ingentis ferens
Convitiantum verba non magni facit.

289.

Quod se minores iudicant, ideo invident;
Illustriora livor infestus petit.

290.

Iam saepe vidi vindices iuris bonos
Vinci veneno tristis invidentiae.

291.

Cruenta gaudet vulnera obvolvi dolis
Victoria, almum numen; exspes atque iners
Via veritatis; Mars amat mendacia.

292.

Magis timendus qui tener magnum sapit,
Quam roboris qui plenus ingenio vacat.

293.

Et aliquis esse credit in coelo deos?
Non sunt profecto: si quis esse existimat
Ne se vetustae fabulae obtentu tegat
Stolidus, negantem credulus nec me audiat,
Res spectet ipsas. Nonne vis regum insolens
Evertit illos opibus, hos tradit neci
Et peierata diruit portas fide?
Quique ista faciunt, multo agunt felicius
Quam qui deos pacemque perpetuo colunt.
Urbes minores video, sint quamvis piae,
Maioribus parere, compulsas iugum
Tolerare valido Marte numerosi agminis.
Vestrum quoque aliquis si deos pertenderet
Orare, victum nec sibi pareret manu,
Documentum ab ipsis rebus acciperet brevi,
Coelestis an vis calamitates arceat.

294.

Fidens honore spiritus tumidos geris.
Ah moriar; almum cernere haud tanti est iubar,
Ut honore plenos tuear indigno malos.

295.

Adversa contra magna vis constantiae est.

296.

Infirma cuncta, si ingruat Necessitas.

297.

Spem praeter omnem mille sunt rerum vices:
Multos remisit sospites mare naufragum;
Multi minores hostico in certamine
In res secundas rursus enisos vides.

298.

Nam neutiquam hominum rebus irasci decet:
Nil quippe curant; vertere at in usus suos
Quod casus offert, optimum ac tutissimum est.

299.

Mali necesse est noscat ingenium, malo
Qui vult mederi, more nec medicamina
Adhibenda, sed quae tempus et res exigunt.

300.

Sunt plurima homines sponte quae accersunt sua:
Sunt alia rursus missa de coelo mala,
Queis ars medetur. Ceterum hoc dictum volo,
Faciunt dei si prava, iam non sunt dei.

305.

Heu! sed quid heu! quod patimur, humanum est malum.

306.

Eros, tibi esse dum datum, in superos pius
Et hospitalis proque amicis impiger.

307.

Utcunque malis commodat aures
Fortuna suas, utcunque ferox
Partas subito quum spectat opes
Raptor, spreto iure superbit.
Nihil hic stabile est tutumque nihil:

Negat heredem res apta sequi.
Tempus nullo genitore satum
Aequat normis omnia rectis,
Tandemque malas detegit artes.

308.

Quid in humana certum vita est?
Cursum ratibus venti celeres
Per maris alti vada vasta regunt,
At fortunas sublime sitas
Hominum in praeceps agit ipsa dies
Pressasque levat.

309.

O feminarum pessima; hoc in nomine
Nam continetur quidquid est opprobrii.

310.

Nec vulnus ullum verberans inflixeris
Iunco palustri, nec malae matris genus
Librabit hastae pondus intrepida manu.

311.

Nate, efficaces hinc quidem iuvenum manus,
Sed plus senes prudente consilio valent;
Rerum magistra quippe multarum dies.

315.

Servo profari quamlibet verum nefas,
Usus heriles ferre si verum negant.

318.

Res otiosa et operis est fugiens amor,
Cui specula curae tinctaque in flavum coma.
Odit labores; hoc tibi signum cape,
Quod nemo amavit quaeritans victum stipe.
Regnum ille molles inter opulentos tenet.

319.

Plerique plenum iudicant sapientia
Quidquid profantur divites; si quid loqui
Vir pauper audet gente proletaria,
Rident; ego autem pauperes locupletibus
Plerumque sapere rectius re comperi,
Illisque salsa qui deos placant mola
Minus pios hos esse qui mactant bovem.

320.

At nonne cernis inclita stirpe editos,
Si pauperescunt, claritatem amittere,
At ante viles, rebus augescentibus,
Opulentitate comparare gloriam
Per liberum coniugia et innexas domos?
Deinde cuncti non probis, sed ditibus
Donare malunt, quam probis et egentibus.
Dites beati, pauperum infelix genus.

321.

Quicunque plenam laetus adspectet domum,
Et corpori ipse subtrahit succum suo,
Hic mihi videtur sacra rapturus deum,
Natusque amicos impio ut bello petat.

322.

Pecuniam qui spernat, haud quisquam est homo,
Aut si quis est, hunc qui sit ignoro tamen.

324.

Ita fama perhibet, foeminas astu magis
Pollere, ferri laude potiores viros.
Nam si daretur fraudibus victoria,
Virile nostras in leges iret genus.

325.

Forte aut lacertis pectori aut ludens meo
Assiliet atque innocua libans oscula
Mulcebit animum; namque blanditiae hae, pater,
In nostra magnam corda habent pellaciam.

326.

Tecum fatebor, nil nisi spolium sumus
Miserae mulieres, ni virum virtus iuvet.

327.

Mulier, amicum solis hoc magni iubar,
Dulce est tueri maria quum venti silent,
Dulce est et amnis largus et vernans humus.
Sunt alia pulchra multa, quae possum addere.
Sed crede, nullum gratius spectaculum est,
Quam post querelas orbitatis tetricae
Conspicere florem liberum orientem domi.

328.

Ah quam bonorum sanguinem semper decent
Impressa celsi spiritus vestigia.

329.

Ego esse valde paria fortunam arbitror
Et quem vocamus, quisquis est tandem, aethera.
Aether serenae aestatis accendit iubar
Hiememque denso nubium stipat globo;
Florere dat negatque; dat vitam et mori.
Humana sic gens saepe blandientibus
Fovetur auris, saepe inhorret nubilo.
Hi difficilius, illi agunt felicius,
Sed hos et illos exedunt ipsae vices.

330.

Mulier paternis exiens penatibus
Non iam parentum est propria, cum ducta est viro.
At stirps virilis in domo semper manet
Et ius sepulchrum servat et avitos deos.

331.

Audite, iuvenes; omnibus dictum volo,
Differre thalamos ad senectae terminum
Nolite: prolem serite, dum tempus sinit.
Res est molesta feminae coniunx senex;
Properate, iuvat hoc educandis liberis,
Pulchrumque iuveni natus alludens patri.

332.

Iuvenis, sed animo ad laborem exercito.

334.

Orcumne credis fletibus flecti tuis
Et redditurum, si gemas, natum tibi?
Iam parce, quaeso; quod tuum est, melius feres
Aliena spectans ad mala et tecum putans,
Quot sint acerba quos coërcent vincula,
Qui consenescunt liberum exsorti domo,
Qui devoluti regio de culmine
Nil sunt; iuvabit ista te animadvertere.

335.

Communis haec lex stirpis est mortalium,
Trahens et ipsos in sui assensum deos
Ferasque, amare quidquid est ex se natum;
In rebus aliis iure non uno utimur.

336.

Carissimum esse liberos patri puto,
Natis parentem; nec societas firmior
Datur inveniri nec fides antiquior.

337.

Nihil remittit, multa si moneas, Venus;
Quod si pares vim, tendit hoc contra magis,
Deinde bellum parit, in excidia urbium
Et vastitates haec solent prorumpere.

338.

Amasse ego illum fateor; ille autem fuit
Non stulta suadens, Veneris aut illex amor.
Nam datus et alius amor mortalibus
Iusti piique sobriique pectoris.
Utinamque lex haec gentis humanae foret,
Ut amare sanctis moribus spectabiles
Fas esset, omnis sed fugaretur Venus.

339.

Quum sit tibi stirps, quum genus vivat tuum,
Nova paras augere progenie domum,
Hospitalitatem mutuam proli seris.

340.

Morem remota gerere contumacia
Amore capto filio debet pater,
Natus parenti: non enim est hominum in manu
Amor, nec illud spontis est nostrae malum.
Audacia est insana, velle avertere
Necessitates numine immissas deum.

341.

Praeconia a me haud magna utilitas feret;
Nam bonus et aequus nobilis me iudice est;
Contemtor aequi, quamlibet claro satu
Ipsum Tonantem superet, est ignobilis.

342.

Quam vera vetus est, proh dolor, sententia,
Malo parente non seri sobolem bonam.

343.

Nunquam malus sim victus a pecunia;
Sed nec malorum me illigem commercio.

344.

Semper loqui discupere nimis est regium.

345.

Noli tyrannis, o senex, contendere.
Antiqua lex est ista, rectores cole.

346.

Iam saepe vidi, saepe et indigne tuli
Bonos sequentes moris exemplum mali,
Sermone cum certamen irato strepit.
At illud ingens visu et auditu nefas,
Aliquem tacentem probra peiorum pati.

347.

Confide; robur grande iustitia obtinet.

348.

Ni pravus esses, patriae nunquam tuae
Contemtor haec externa laudares sola.

349.

Nam me quidem censore non recte sapit,
Qui patriam collaudat alienam suae
Contemtor, inque non suos mores abit.

351.

Mihi illi morte qui pulchra iacent,
Quam vita quorum turpis est, vivunt magis.

352.

Araneae circa meam decurrat orsus hastam,
Tranquilla dum canis mihi pingat caput senecta,
Et candicantem vinciam comam virente serto.
Dum Thressa pelta pendeat de lectuli columnis,
Doctisque ego in chartis legam famae probatae verba.

353.

Quum quid fit aliis corde generoso bene,
Dulcissimum hoc hominibus: at qui differunt
Procrastinantque merita, generosi minus.
En ego meam ipsam filiam in mortem dabo
Animo revolvens multa: primum urbem mea
Reperire quae sit melior haud usquam licet;
Cui non coactus populus alieno ex solo,
Indigena, sed gens; ceterae, scrupi velut,
Urbes loco mutantur, ut iactus tulit,
Aliaeque ab aliis sede pelluntur sua.
At quisquis alio migrat et patriam fugit,
Tanquam quod operi iungitur tignum malum,
Verbo quidem ille est civis, at re non item.
Deinde in hanc rem parere nos prolem iuvat,
Ut protegamus patriam atque aras deum.
Tum civitatis nomen unum, in legibus

Res posita multis: perdere has an fas mihi,
Quum possit una vita pro multis dari?
Si namque numeros, quidque sit plus aut minus,
Percipimus animo, non malo unius domus
Commune vinci, sed nec aequari potest.
Quod si mihi pro stirpe foeminea mares
Essent, et urbem Martis impeteret furor,
Cunctarer illos mittere in pugnam, metu
Abstenta mortis? talis at stirps sit mihi,
Quae cernat armis, quae inter emineat viros,
Non qui se inane praebeant spectaculum.
Lamenta matrum prosequentum liberos
Effeminarunt saepe pugnacem impetum.
Odi sed illas, ante quae pulchro ferunt
Vitam suorum, quae male hortantur suos.
Quos pugna rapuit, hos solent communia
Monumenta multis lausque ut ex cumulo sequi;
Mea nata vero proprium accipiet decus,
Quod se una tota pro urbe lustralem dabit,
Matremque pariter atque germanas duas
Servabit? Hic quid ergo non optabile?
Dabo immolandam filiam non iam meam
Solo nisi ortu: namque si patriam capit
Hostis, quid ad me pertinet proles mea?
Nunc nostra habebunt se bene; hanc urbem regant
Alii: salutem dum suam mihi debeat.
Res, unde tantum publice orietur bonum,
Animo nisi volente non fiet meo,
Sic vetera nemo iura maiorum eruat.
Sacram tridentem Gorgonis nec aureae
Stat urbis ipsa quae super fundamina,
Eumolpus et Threïcia disiiciet manus,
Attollet hostis nec coronatum caput.
Cives, fruimini vos puerperio meo
Et vincite et supereste: populum quominus
Hunc anima redimat una, non possum pati:
O patria, si te quotquot hoc habitant solum
Pariter amarent, ut ego, nos feliciter
Ageremus et tu nulla patereris mala.

358.

Quaerenda navis magna prae tenui scapha.

359.

Imbellium agmen sperno pro paucis bonis.

360.

Volentibus dis arma sapientem decet
Movere, non coeleste si imperium vetet.

361.

Sine iure bellans non redit sospes domum.

362.

Decora res est, arte quae laudabili
Non vi paratur: non habent solidum diu
Male parta sedem.

364.

Difficile de pudore iudicium mihi est:
Saepe eius opus est, est et ubi magnum malum.

367.

Odi creatum patriae et bello ducem
Qui ferre nescit casibus solatia.

368.

Crescunt labore cuncta bona mortalium;
At vita mollis atque iners ignavia
Vitam nec hominum nec domos quidquam iuvant.

370.

Nil est parente carius natis sua.
Amate matrem, liberi: nam dulcior
Nullus suorum quam suos erga est amor.

371.

Stirpi insitivae nulla vis; praestantius
Satu datum quam lege mentitum genus.

372.

Quum iusta poscas, nate, quod poscis dabo.
Nam tibi dat aetas sapere, nec me mortuo
Sententiarum vis paternarum excidet.
Dabo igitur gemmas, quae iuventutem iuvent,
Sermone quamvis multa complectens brevi.
Benignus esto semper ac tractabilis;
Nec diviti largire plus quam pauperi,
Da te fruendum pariter ex aequo omnibus.
Negotiorum de duobus quae imminent,
Statim alteri animum adverte, ne procrastina.
Fundare si vis solia mansurae domus,
Opes iniquas sperne; nam quae per nefas
Trans limen intrant stare non possunt diu.
Fac aliquid habeas: inde nobilitas venit
Et nuptiarum copia optimatium.
At pauper adsit quamlibet sapientia,

Expers honoris nomen habet inglorium.
Tales amicos quaere, qui verum loqui
Constanter ausint; obde ferratas fores
His, qui infideles gratiae se mancipant.
Adsuesce senibus; utile est commercium.
Brevis voluptas saepe tristitiam parit.
Ad dignitatis alta vectus culmina
Ne civium corporibus illudas, cave.
In sese et enses acuit et laqueum vocat
Quicunque honesti pauperis spurcat domum.
Mandare noli non probis rempublicam:
Namque impiorum natio gazam sibi
Vel imperi vim nacta desultat ferox
Crevisse cernens spem supra subito lares.
Et iam manum da, nate, tangendam patri,
Valeque; nam te prohibet amplecti pudor:
Cor quippe non muliebre sapientem decet.

376.

Fidum qui ministerium exhibet,
Res ille heriles celet et praestet fidem.

377.

Vanum est, quod adeo serere progeniem notham
Plerique metuunt; si quis est recta indole
Non mutat huius vocis ingenium sonus.

378.

Nunc qui domum habitat divite instructam penu,
Summis adaequat hunc malorum factio.
Habemus omnes facta post pecunias.

379.

Non video qua sint lance res mortalium
Examinandae, ut quid sit e re appareat.

380.

Quae Daedaleum fecit ingenium, senex,
Miratus opera, haec ire et obtutu frui
Ne crede: non ars eius in tantum valet.

384.

Ego mente retinens monita sapientis viri
Animo futuras cogitabam miserias,
Mortes acerbas, tristis exsilii fugam,
Et alia quae sunt ipse mihi fingens mala,

Ut si quid evenisset ex illis, recens
Ne me imparatum cura cruciaret magis.

385.

Mihi literarum nulla notitia obtigit,
Certis figuras sed notis edisseram.
Velut arte torni ductus aequali ambitu
In parte media circulus signum gerit.
Loco secundo lineae apparent duae
Quas limite una media dispescit suo.
Crispi capilli tertium effigiem gerit.
At quarta regio lineam rectam tenet,
Quae tres ab una parte transversas habet
At quinta non est facilis explicitu nota:
Quae namque superam lineae findunt duae
Coëunt, ut una restet in parte infera.
Quod claudit agmen, tertio distat nihil.

389.

Natura mixta, monstrum abominabile,
Species biformis mixta de tauro et viro.

391.

Praestantis auri copia praestantior
Ducenda consuetudo iustorum virum.

392.

Quicunque pauper aere, violenta manu
Nimium videt se posse, non se continet,
Quin impotenter raptet alienas opes.

393.

Haud facile pauper nuptias invenerit,
Nam celsa gentis decora qui laudant, tamen
Opulentiores potius affines legunt.

394.

Desipis, quum sis homo,
Si sine labore te usque victurum putas.

398. a.

In multa dum spes studia nos homines trahit
Frustra laborem ferimus, ignari omnium.

401.

Spem fore ut regni sola
Olim capessant alta nobilitas facit.

402.

Proli creandae coniuges multi parant
Forma invenusta, nobili propagine,
Clarosque honores ante divitias habent.

405.

Quanto virili sexus infelicior
Est feminarum! quippe quantum linquimur
Virtute, tantum scelere superamus viros.

406.

Spe semper aliqua, qui sapit, vitam fovet.

407.

Nec tibi remittat fortunae favor
Adversa nec spem pectori excutiant tuo.

408.

Talis profecto famula matronam decet,
Quae ius et aequum non tegat silentio,
Quodcunque foedum est lumine infesto intuens.

409.

Detur mihi, sit ille mendicus licet,
Aut si quid infra est, qui mihi recte volens
Quod dictat animus promat amoto metu.

410.

Sicco miserias ore despicere est ferum;
Sed turpe et illud, opibus et magnis mala
Tenacitate demereri neminem.

411.

Infelicibus
Ne durus esto, te quoque esse hominem memor.

412.

Sine labe parti fac probe custodias
Parceque rem tuteris: id iustos decet.
At nauta cupidus, antea felix satis,
Dum plura quaerit, quod tenebat, perdidit.

413.

Multi feroces spiritu indomabili
Sua obtenebrant damna vel clades tegunt.

414.

Regina, multos opprimunt hominum mala;
Ab his recedunt, rursus illis imminent.
Eunt in orbem, terra quas fruges parit
Hominumque soboles; quippe pars surgens viret,
Pars iam petenda exspectat exitii diem.

415.

Tacenda quae sunt nemo per se intelligat.
Fax parva facile montis Idaei nemus
Totum cremavit; dixeris uni, cito
Rumor per urbem fiet arcanum tuum.

416.

Quae scire par est nobilem, didici omnia,
Quum res iubet tacere, quum tutum est, loqui,
Quae fas, videre, nec videre, quae nefas,
Ventri imperare; quamlibet pressum malis
Cor disciplinas liberales imbibit.

417.

Haud scripta recte iura sunt connubiis.
Decuit beatum pluribus se uxoribus
Sociare, quantas alere sufficeret domus,
Ut inaudientem pelleret penatibus,
Bonam volenti corde servaret sibi.
Nunc una sola accipitur immenso nimis
Vitae periclo: nam priusquam intrat domum
Nova nupta, nulla moris exploratio est.

418.

Quae mater aut quis genitor infelix malum
Inauspicatam sevit invidentiam?
Ubi, quas adepta corporis partes sedet?
Tenetne media viscera, an geminas manus,
An luminum orbes? quanta laus medicis foret
Ferro vel herba vel salubri populo
Auferre generi pessimam humano luem.

419.

Quae sors sit hominum, disce, nec nimium dole.
Mihi crede, non tu sola conflictas malis.

420.

Ite improbi; tenete vi partum decus,
Et undecunque trahite congestas opes

Ad. 1st. Sept. Ad. 1st. Sept.
Ad. 1st. Sept. Ad. 1st. Sept.
Ad. 1st. Sept. Ad. 1st. Sept.

433.

Quoties periclum est, ex mea sententia
Necessitati debet et lex cedere.

434.

Mortalium fortuna fas nescit sequi,
Sed vi manuque cernimus quaeri et rapi,
Quodcunque rerum est, occupandum audacia.

436.

Qui dona Veneris spernit animi contumax,
Nimium sequente non magis culpa vacat.

438.

Utinam teneres, sancte, tu mentes, Pudor,
Ut impudicum quidquid est evelleres.

439.

O lucide aether, Solis o purum iubar,
O quam beatos vester adspectus iuvat
Hominesque miseros pariter, inter quos ego.

440.

Aut parcitas aut fastus est opibus comes.

441.

Ut sapere pergas, moneo, Theseu: foeminae
Quamvis loquenti vera, nil credas velim.

442.

Eheu quod ipsis non datum est rebus loqui,
Ut nihil valeret erudita oratio:
Nam nunc diserti callide verum clepunt
Et sequiori mancipant caussae fidem.

443.

Labentia ferunt veritatem tempora.

447.

Quos tu et quantas,
Hippolyte heros, nactus honores
Casto vitae tramite! namque haec
Virtus homines prima coronat:
Cito vel sero sequitur semper
Pietatem debita merces.

451.

Si namque inhabitat mersa sub terram loca,
Ut mortui, esse desiit, nec quid potest.

453.

Pulcherrima diva dearum,
Pax, circumfusa beato
Sequitur quam copia cornu,
Nimium nimiumque morantem
Te te, dea, cernere flagro,
Metuens ne plena laborum
Senio mea vita fatiscat,
Tua nectare plena priusquam
Detur semel ora tueri
Et carmina iuncta choreis
Epulasque et florea serta.
Ades huic venerabilis urbi,
Longeque penatibus arce
Dirae mala seditionis;
Fugiat discordia, ferro
Quae ludere gaudet acuto.

454.

Nam nos decebet celebre cum coetu modo
Lugere genitum, tanta qui intraret mala,
At qui labores morte finisset graves,
Hunc laude amicos atque laetitia exsequi.

455.

Orbata natis mortuis, spolior viro
Non sola ego hominum: mille sunt aliae, quibus
Toleranda fuit haec vita, quae nunc est mihi.

458.

O nate, in oculis nascitur castus pudor.

460.

Si te, ut ais, interficere vir voluit tuus (corr. meus)
Sat erat tibi quoque velle quum tempus foret.

461.

Mihi hoc quod aliis evenit mortalibus,
Minimum inter omnes quos amo noceo mihi.

462.

Ea semper homines lucra sectari decet,
Nullos dolores pone quae secum trahant.

463.

Non est viri prudentis, uxori nimis
Laxare fraena et imperi vim cedere.
Nil in muliere stabile; quod si cui bona
Contigerit uxor, prosperum infortunium est.

464.

Grave est miseris atque dedecore opprimi:
At ferre si sors iubeat obducto mala
Clependa velo, fama ne in vulgum exeat
Turbaeque pariat hosticae ludibrium.

465.

Beatus esse non laborando nequis.
Negotiorum turpis est iuveni fuga.

467.

Experior equidem quam sit hoc verum nimis:
Omnes amicos esse nunc locupletibus.

468.

Iam ducite, inquam, ducite uxores domum,
Nempe est veneno liceat aut fraude emori.

472.

Reliquias mos habet canibus dari.

476.

Tyriae magno Phoenice satae
Genus Europae summique Iovis,
O qui Cretae
Centena per oppida regnas,
Sacra advenio templa relinquens,
Quas prisca domus dedit indigena
Quercus chalyba secta bipenni,
Taurique sibi glutine iungens
De vera tigna cupressu,
Puram vitam ducimus, ex quo
Factus magni sum mysta Iovis,
Et noctivagi vitam Zagreos
Et crudivoras claudens epulas,
Iacto mater tibi magna mater faces
Et Curetum dici incipio
Sacratus rite sacerdos,
Niveosque gerens habitus fugio
Partus hominum, quaeque sepultos

Monumenta tenent, nullaque utor
Dape quae venit ex animante.

477.

Fuci vacuum magnasque bonum
Ad res, cui non garrula solis
Constat sapientia factis.

478.

Ut fama perhibet, gloriae pater est labor.

481.

Necessitatis onus inenarrabile.

483.

Quicunque tandem est Iuppiter: nam nil scio
Nisi fama quod narravit.

486.

Non hic meus, sed matris est sermo meae,
Figura ut una fuerit et coeli et soli;
Secreta quae mox ut receperunt statum,
Cuncta ediderunt haec in oras luminis,
Feras, volucres, arbores, ponti gregem,
Homines quoque ipsos.

488.

Volare pennis scelera ad aetherias domos
Putatis, illic in Iovis tabularia
Scripto referri, tum Iovem lectis super
Sententiam proferre? sed mortalium
Facinora coeli quantaquanta est regia
Nequeat tenere, nec legendis Iuppiter
Et puniendis par sit. Est tamen ultio;
Sed si intuemur, illa nos habitat prope.

490.

Si quo ergo sua
Corrupta virgo pignora exposuit, patrem
Reverita, tunc caede maculabis manum?

492.

Afficite poena hanc: inde enim labem trahunt
Mores mulierum, quod malis parcunt viri
Aut proximorum aut pignorum reverentia.
Contagiosa sceleris est impunitas,
Lateque serpit omne securum nefas:
Ita alma virtus fracta atque afflicta occidit.

495.

Amens et excors, prole qui propria carens
Aliena domui pignora asciscit suae,
Arbitria fati more pervertens malo.
Cui stirps negata numine est coelestium,
Tolerare debet, non deos incessere.

496.

Habenda quo sit alta nobilitas loco
Nequeo videre: nam quibus mens est pia
Animusque fortis, sint licet servis sati
Vincunt tumentes nominis vani sono.

497.

Antiqua fatur dictio, iuvenum quidem
Plus opera, sed consilia plus pollent senum.

498.

Vir otiosus civis est idem malus.

499.

Cuicunque pater est durus, inclemens domi
Gravi atque grandi premitur adolescens malo.

500.

Vox est senex et umbra, praeterea nihil.

501.

Quam dira res est iuvenis eximie malus.

502.

Securitatem sceleribus non est dare;
Dies acutum cernit et nil non videt.

503.

Sors coniugii
Media et parvo contenta domus
Mortalibus optima res est.

505.

Quid interemtos interemtos esse non sinis?
Quid tibi repetitur iam sat effusus dolor?

506.

Obstare servo nomen haud aequum est probo.
Est quando virtus famula superat liberos.

507.

Genitrice demta mulierum omne odi genus.

508.

Odio esse postquam coepit, heu miserum genus
Muliebre, culpa sontium insontes gravat,
Malaeque castas in probri partem trahunt,
Et ad ista, quae sors exigit connubii,
Cuntas mariti sapere nos credunt nihil.

509.

Est excitandis risibus natum genus
Conviciosa Venere; sed tales ego
Lepidos perodi; quippe sapientes solent
Ore impudenti laedere, in rebus virum
Nullius usus, gratiosi in risibus;
Bene interim habitant, atque corrosas opes
Intra coërcent limen.

511.

Nil invenitur femina peius mala;
Bona nil reperitur excellentius.
Tam varia sexus unus ingenia obtinet.

513.

Sublimiori genere qui natas petunt,
Opibusve opimas coniuges, optant male.
Ubi namque potior res domi est uxoria,
Vir mancipatus iura non retinet sui.
Dotalis iste census infelix viro est,
Qui difficilius efficit divortium.

514.

Non destinatum sorte si quaeris torum,
Frustra laboras; quae manet fato virum,
Sponte in penates veniet et sine ambitu.

515.

O nate, multis convenit mortalibus
Moderata rerum copia; at moles nocet.

517.

Quicunque didicit dura mortalis pati,
Hic iure sapiens et gravis censebitur.

522.

O matèr, ingenis hoc et eximium est bonum,
Aequare nullis quod sit auri copiis,
Habere pulchra prole fundatam domum.
Thesaurus ille insignis et clarum decus
Vitae parentum, flosque perpetuus laris.

523.

Si sequiori iunxeris fortem toro,
Sperare non sit inclitam propaginem.
Bono ex utroque semine et proles bona est.

524.

Duo sunt parari merce quae nulla queunt,
Probitas et animus fortis; ignavo quoque
Ex semine oritur saepe generosus puer.

526.

Amica tenebris est Venus; namque ipsa lux
Necessitatem castimoniae facit.

527.

Lare contineri feminae officium probae est;
Foris vagantes nullius pretii puta.

528.

Telae laborem si viri sumant sibi,
Contra capessat arma femineus furor,
Nobis et illis arte deiectis sua
Non usus esset, non honos ullus super.

529.

Mihi si, quod omen magnus avertat deus,
Ducenda coniunx, sit meae proli parens,
Quam durus habuit usque labor exercitam.
Stirps illa quippe egregia, cui geminus parens
Vixere legis sub severa regula.

530.

Omnes mulieres exsecror, te maxime,
Quae prava facta voce blandiloqua tegis.

533.

Quam dulce servo facilis ac clemens herus,
Heroque servus qui praestat domo fidem.

535.

Numerare timidos parce, quum pugna imminet,
Sed hos, ut adsint, maxime absentes puta.

537.

Viventibus te impende: nam qui est mortuus,
Humus est et umbra; nil quod erat in nil abit.

539.

Mihi vita dulcis: inferum nigra domus,
Cui nemo semel inclusus in lucem redit.
Ego, nata quamvis nobili imprimis domo
Orcum reformido et velim nunquam mori.

541.

Ut mitigaris iam meos casus, vides.

542.

Divitum res heu secundas quam cito evertit deus.

543.

Tydea voluptas effera humanae dapis
Tentabit, ut edat ore Melanippi caput.

546.

Vulgare casus asperos vecordiae,
At quod ferendum est, ferre clam sapientiae est.

547.

Ius sed, ut video, dei
In lucis oras cuncta fert mortalium.

548.

Vir sua uxor et domus regni sat est:
Nam par calamitas, iudico si quid bene,
Amissa proles, patria et patrimonium,
Et casta coniunx: nam viro pretiosior
Opibus opimis uxor est industria.

549.

Spectanda mens est; nil decus formae iuvat,
Si pulcher absit animus et recta indoles.

550.

Amore ab uno multiplex est gaudium:
Nam pars cupiscit pulchra, pars deformia.

Sed amor modestas qui docet recti vias
Facit beatos; inter hos poni velim.

551.

Casta se matrona totam mancipat servam viro;
Quae mala est, spernit feroce coniugem vecordia.

552.

Plerumque nec sperata delectant magis
Quam quae sibi antecepit exspectatio.

553.

Pestifera multis mentibus mortalium
Invidia pariter meque et illum perdidit.

554.

Mutavit aevum saepe iam nobis deus,
Variasque tribuit sortis alternae vices.

555.

Mutationes una fert multas dies.

556.

Uter vir utri praestat? an prudens simul
Timidusque, an audax, et carens prudentia?
Haec est ferina vita sed vindex mali,
Placidior illa; neutra sed vitio caret.

557.

Minor est uxor vili, quamvis
Clarissima nupta marito.

558.

Res inter omnes mulier insuperabile est.

559.

Non solus ille est quem dat argenti nitor
Aurique nummus, sed genus potissimum
Nummi ipsa virtus usuique aptissimum.

561.

O patria salve terra, pergratum solum
Calydonis, unde sanguinem amicum luens,
Tydeus, meus qui genitor, Oeneo satus
Habitavit Argos, filiam Adrasti toro
Iungens.

562.

Ultus mei sum patris animose necem
Cum mortuorum filiis, qui adoleverant.

565.

Fortuna, amici, quum malos nimium fovet,
Illi insolentes; liberi poenae metu,
Quidquid lubido dictat, audacter patrant.

566.

Adeone sociis orba res periit tua?
Partim fuerunt, quique superant, sunt mali.

567.

Non tempus usque est; attamen miseros iuvat
Iterare luctus saepe narrando suos.

568.

Sed alius aliis moribus capitur magis.

569.

Ut nulla certa est liberos extra fides!
Cognationem studia corrumpunt sua.

570.

Sententias
Speculatus hominum, sic trahit mentem, ut lapis
Herculeus, et mox rursus aliorsum rapit.

573.

Ambiguus animi cernere haud valeo satis,
An sit propago liberum mortalibus,
An sterilis aevi vita fortunatior.
Conspicio miseros nulla queis proles domi est.
Sed nec parentum maior est felicitas:
Nam dira pestis moribus proles malis;
Quod si bonos sors dederit, hoc certe malum est,
Quod his parentes ne quid eveniat timent.

574.

Peccare quisque plus solet, quo plus agit.

576.

Ego illud ante cuncta discendum puto:
Ferre haud gravate si quid evenit mali.
Hoc qui scit ipse est melior, et mordent minus

Eum dolores; nos sed isthaec dicere
Callemus omnes, facere positum in arduo est.

577.

Inominatam qui senectutem assequi
Mortalis optat, non sibi bene consulit.
Nam longa vita mille moestitias parit.

578.

Etiam voluptas rebus afflictis sua est,
Genae madentes atque lamentatio.
Namque ista minuunt cordis anxietudines
Aestuque nimis pectus obsessum levant.

579.

Quae non patent, colligimus ex his quae patent.

581.

Ego ille mutas coniungans vocalibus
Monstravi hominibus literarum foedera,
Oblivionis tenebricosae remedium,
Ut qui vagatur alta trans ponti vaga
Conspiciant inde quod suae geritur domi;
Ut morte functus liberis dictet pater
Hereditatis dividendae regulas;
Sed et nocentis litium discordias
Sequestra dirimit tabula, mentiri vetans.

585.

Quodcunque fortunae aliud, Agamemnon, datur,
Habet querelam; sed in opes solas coit
Genus omne laudum; tum quibus Musae placent,
Tum cura quibus est alia, nummo omnes student.
Quo plus habet quis, hoc habetur doctior.

586.

Duces reperias mille; at unum atque alterum
Qui corde sapiat longa vix dederit dies.

588.

Vir iustus unus millia immensa improbum
Superat favente fretus et iure et deo.

591.

Non aere vinctus sed pudoris vinculo.

592.

Indecore vita satius est non vivere.

593.

Te voco, te non aliunde satum,
Qui naturam turbine versas
Totam aetherio, quem lux circum
Noxque atricolor semper et ingens
Circumsultat chorus astrorum.

597.

Pectus subactum gessit experientia,
Qui primus iustam protulit sententiam;
Sociam dat et fortuna se prudentibus.

598.

Securiores lege sunt mores boni:
His namque fraudem nullus orator facit,
Illam repertis saepe qui coloribus
Sursum deorsum vertit atque adulterat.

600.

Iniusta non sunt quae placent superis: sua
Aegros sed homines dant mala in vertiginem.

601.

Stimulis potentum ne recalcitres cave.

602.

Exlex potestas ista, quam vulgo stupent,
Nil aliud est quam splendida infelicitas.
Nam qui suorum est ipse praedo et carnifex,
Molitiones semper aliorum timet.

603.

Laudo: sed hoc te, filia, admonitam volo:
Donec puella es, quod puellarum est, sape,
Et virginum una virginis mores tene.
Quod si subieris coniugis clari togam,
(Contenta curae parte mandata tibi,)
Permitte rerum quidquid est ultra viris.

604.

Donare nemo iam solet nisi diviti.

614.

Audite, Parcae, quae solio Iovis
Magni sedetis proxima numina.

615.

Nulla inter homines tanta vis caliginis
Specuumve nigror, quo suum ingenium clepat
Vir pravus ortu, sapiat immensum licet.

616.

Opulentitatem nullius pretii puto,
Quam facile fingit, facilius delet deus.

617.

Plus, nate, senium corde iuvenili valet
Maturitate mentis et vi consili,
Inscitiamque vincit experientia.

620.

Nec tota vulgo fraena committe imperi
Tribuens nec opibus plus satis, plebem preme.
Plebis tuentem iura nec pelle exsulem,
Nec honore nimium tolle, ne popularibus
Suffultus auris vindicet regnum sibi.
Hunc qui secures raptat indignus, cave:
Gravissima urbi noxa felices mali.

621.

O copia auri, facile onus gestantibus;
Sed cura te comitatur et durus labor.
Adeo a dolore nulla pars vitae vacat.

Mala multa hominibus parere divitiae solent.

627.

Heu, quam senectus multa fert secum mala.
Nec est, ut aevi spatia producat senex.
Nam longa multis vita proiecta est malis.

628.

Quisquis suae ipse fraena naturae tenet,
Consulere recte commodis novit suis.

629.

Es dives; at scio praeter hoc unum nihil.
Id adesse vitium quippe divitiis solet:
Magis malo coacta paupertas sapit.

Love, friendship, and kindness shall not forsake thee: bind them about thy neck, write them upon the table of thine heart:

So shalt thou find favour and good understanding in the sight of God and man.

Trust in the Lord with all thine heart; and lean not unto thine own understanding.

In all thy ways acknowledge him, and he shall direct thy paths.

Be not wise in thine own eyes: fear the Lord, and depart from evil.

It shall be health to thy navel, and marrow to thy bones.

Honour the Lord with thy substance, and with the firstfruits of all thine increase:

So shall thy barns be filled with plenty, and thy presses shall burst out with new wine.

My son, despise not the chastening of the Lord; neither be weary of his correction:

For whom the Lord loveth he correcteth; even as a father the son in whom he delighteth.

652.

Quicunque passim feminas uno ordine
Vituperat omnes, errat et pravum sapit.
In classe tanta nempe reperire est malas;
Sunt rursus aliae, ut ista, generosa indole.

654.

Vitam hanc amores alius aliorsum trahunt.
Est qui vocari nobilis magnum putat;
Hoc spernit alius, et pater dici domus
Florentis emtum quamlibet magno velit.
Sunt queis libido est, prava quum dicant, tamen
Trahere audientes pestilente audacia.
Multos honesto cernimus praevertere
Lucrum: omnis ita vita plena erroribus.
Me nulla tentat id genus cupidinum,
Sed nomen optem ferre rumoris boni.

656.

Felix ab omni parte nusquam est homo:
Aut gente clarus vivit in re paupere,
Aut vilis ortu divites campos arat.

657.

Multos superbos opibus, ortu nobiles
Dedecore vecors femina affecit domi.

658.

Desertus a favente fortuna labor
Non defatigat, ut vetus fert dictio.

661.

Non mensis nitet
Vaga vita pelagi, hospitia litoreae casae.
At mater humens, pedibus haud praebens iter
Salacia; hanc aramus, hinc altricia
Laqueo atque vinclis spolia pertrahimus domum.

662.

Abripite, famuli, hanc; quisquis est mortalium,
Cui sapere cordi est, feminae credat nihil.

663.

Sed amor modestas qui docet recti vias
Facit beatos; inter hos poni velim.

664.

Artem carminum
Docet Cupido carminum ignaros prius.

665.

Tanto aestuat furore, si reprimis, amor.

673.

Res pulcherrima est
Punire sontes.

675.

Lyc. Non sine periclo filia aegrotat mea.
B. Quae causa? An latus vexat frigus e bile excitum.

676.

Meminere damna tegere, qui sapiunt, sua.

677.

Quam sors iniqua contigit mortalibus.
His ridet, illos cladibus diris premit
Fortuna, quamvis rite venerentur deos,
Castumque ab omni pectus arcentes probro
Sectentur aequi itinera sollicito pede.

679.

Nihil est in illo vile, sed vultus gravis
Habitusque pariter, sordidum, ut servis, nihil,
Aut mole tardum, splendida aspectu nitet
Ubique vestis, corpus ad agendum veget.

680.

Nemo profecto est, qui sibi pretio suo
Dominos parare cupiat; at te qui videt
Pavet omnis: oculos namque flammantes geris
Taurus leonis ut se ad incursum parans.

Culpo, quod ita praefracte siles,
Quasi non herilem sub potestatem datus,
Ipse imperare, non regi imperio velis.

681.

Ad haec vel ensem mi, vel ignem admove.
Ure haec cremaque membra, et impletor mei
Potans rubentem sanguinem; in terram prius
Descendet aether, terra se in coelum feret,
Quam blanda de me veniat ad te oratio.

682.

Accumbe, compotemus; extemplo mei
Hinc fac periclum sisne me praestantior.

683.

Iustis amicus et bonis, contra malis,
Ubique quot sunt, hostis infestissimus.

686.

Aetate in ista quam nihil recti est super.

690.

Hodie necesse est quippe mendicus puter,
Et sim quidem, qui sum ipse, non credar tamen.

691.

Opus est laboret, esse qui felix cupit.

694.

Quo libet, ito: non mihi tanti est
Helena, ut peream.

695.

Spartam, tibi quae contigit, orna,
Nobis fuerint cura Mycenae.

697.

Ne, Graeciae, flos, vertite hoc vitio mihi,
Quod optimatum in classe mendicus loquor.

699.

(Quid non valentem maximae iuvant opes)
Tenui paratu vivere equidem mavelim,
Quam possidere divitem aegrimoniam.

702.

Aude aliquid, quamvis dent tibi dura dei.

705.

Sit malus oportet, quod ministro te utitur.

706

Non, si minante iam securigera manu
Cervix sub ictu staret, Agamemnon, mea,
Munitus aequo liberam vocem premam.

713.

Solius haud Ulyssis eloquentia est;
Hebetes disertos efficit necessitas.

716.

Ergone Graeci serviemus barbaris.

717.

Consilia ut irae praeferas tempus iubet.

718.

Necessitati cede; ne pugna diis.
Iam respice ad me, deque magno spiritu
Aliquid remitte; saepe res magnas deus
Minuit repente, celsaque in planum tulit.

720.

Pulcherrimum est certamen armis vincere.

721.

Mutat favorem saepe bellorum alea;
Florem iuventae Mars superbus pignerat,
Oditque segnes: civitati nascitur
Hinc luctus ingens, mortuis ingens decus.

722.

Virtus, ubi quis interit, non interit,
Sed vivit et post corpus; at si quis malis
Intereat, eius cuncta sub terram cadunt.

723.

Ars imperantis prima nosse hostem suum,
Et scire qua sit arte concessus capi.

724.

Sic imperabis ergo. Dux autem bonus
Aequo necesse est iure regat exercitum.

725.

Egregie res est vera constanter loqui.

726.

Plus semper ira mos verecundus iuvat.

727.

Omnes amantes patriae pro publica
Salute verbis reque conniti decet.

728.

Egregia saepe sese exserere indoles
Duro malorum pressa dominatu nequit.

729.

Audere decet; tempestivi
Namque labores hominum generi
Finem peperere beatum.

732.

Alios ad usus alia tellus aptior.

733.

Vecordiae res plena, deiectum metu,
Fortuna si quid afflet, animos tollere.

734.

Proh! quanta res est, quam valens ad gratiam
Claro parente ducere excelsum genus.
Nam qui bonis est natus, in re paupere
Retinet honorem, et decoris antiqui memor
Sese ipse contra tela fortunae erigit.

735.

Saepe imperiti robur in damnum patet.

736.

Quos nutrit homines terra, mors omnes manet:
Communis est natura: patiendum quod est
Commune: fato quod caret, fato est minus.

746.

In prato residens puer
Nunc hunc, nunc alium cupit
Florem carpere; gaudio
Mens perfunditur; innocens
Expleri studium nequit.

748.

Apud malos utilia plus iustis valent.

750.

Plus quisque semper positus extra iram sapit.

755.

Nil est supra spem, cuncta sperari data.

762.

Quae prima tellus, quadriiugos cum Sol agit
Currus renascens, auream sentit facem:
Haec a propinquis regio nigricoloribus
Oriens vocari Solis et statio solet.

763.

Cum liber esset, factus est servus thori,
Pretioque dotis ipse sese vendidit.

764.

Res misera, verum propria divitibus tamen,
Bona carere mente; quid causae rear?
An caeca quoniam diva largitrix opum
Caecas alumnis efficit mentes suis?

765.

Ubicunque recte vixeris patriam puta.

767.

Animi ille vecors est mea sententia,
Quicunque natis mente non pollentibus
Popularibusve frena tradit imperi.

768.

Haud tuta navis una quam tenet anchora,
Ut quae tribus se credit; haud recte regat
Vir unus urbem, satius adiungi alterum.

769.

Flammata scandens fax dei terram super
Remota adurit, posita quae propius sinit
Bene temperata.

770.

Ah, parce habenas tangere ignara manu,
Carusque, fili, scandere agitandi rudis.

771. a.

Agitare parte Libyca qua coeli plaga est:
Expers madoris quippe destituet rotas,
Infraque mittet — —

771. b.

Septem per astra Pleiadum cursum tene.

Haec cum audisset frena transsumsit puer,
Et latera fodiens illico alipedes equos
Dimisit. Illi spatia per coeli volant.
Funalis at equi terga Sol genitor premens
Adest, monetque filium; heus isthac age,
Huc flecte currum.

778.

Quid? egone sapiam, cui procul laboribus
Licuit, ut uni plebe de tanta, assequi
Cum quamlibet sapiente fortunam parem?
(Nil tam superbum quam viri ferocia).
Sed inquietos quique plus aliis agunt,
Miramur; hi sunt quos viros populus putat.

779.

Me gratia abeat antefactorum timens
Subeo labores, quotquot occurrunt, novos.

783.

Satis est; iam desine vita
Ante meas nova quam
Sors populetur opes
Aut morbo membra fatiscant.

784.

Videte, ut ipsis sunt opes pulchrum diis.
Suspicitur is, qui plurimum templis habet
Auri; quid ergo te quoque oblatum vetat
Accipere lucrum, similis ut fias diis?

788.

Quid vos, sedentes otiosis sedibus
Iactatis omnes nosse res coelestium,
Temerarii rumoris audaces fabri?
Divina qui se scire profitetur, nihil
Scit ille plus quam credulis persuaserit.

789.

Dicam, ille quamquam fuerit in me iniurius,
Destruere dum sic verba praeoperat mea.
Verum ego te ut a me res meas discas rogo;
Ipse inde quis sit fatibus prodat suis.

790.

Mortale quando corpus est homini datum,
Nec odia gerere debet immortalia,
Quisquis magistra sapere natura valet.

Better dwell in the corner of the house-top,
than with a brawling woman in a wide house.

Prov. 21. 19. Better to dwell in the wilderness,
than with a contentious and an angry woman.

Prov. 25. 24. It is better to dwell in the corner of the house-top,
than with a brawling woman and in a wide house.

Prov. 27. 15. A continual dropping in a very rainy day
and a contentious woman are alike.

Prov. 27. 16. Whosoever hideth her, hideth the wind,
and the ointment of his right hand, which bewrayeth itself.

Prov. 30. 20. Such is the way of an adulterous woman;
she eateth, and wipeth her mouth, and saith, I have done no wickedness.

Prov. 31. 10. Who can find a virtuous woman?
for her price is far above rubies.

Prov. 31. 11. The heart of her husband doth safely trust in her,
so that he shall have no need of spoil.

Prov. 31. 12. She will do him good and not evil,
all the days of her life.

Prov. 31. 13. She seeketh wool, and flax,
and worketh willingly with her hands.

Prov. 31. 14. She is like the merchants' ships;
she bringeth her food from afar.

Prov. 31. 15. She riseth also while it is yet night,
and giveth meat to her household, and a portion to her maidens.

Prov. 31. 16. She considereth a field, and buyeth it:
with the fruit of her hands she planteth a vineyard.

Prov. 31. 17. She girdeth her loins with strength,
and strengtheneth her arms.

Prov. 31. 18. She perceiveth that her merchandise is good:
her candle goeth not out by night.

Prov. 31. 19. She layeth her hands to the spindle,
and her hands hold the distaff.

Prov. 31. 20. She stretcheth out her hand to the poor;
yea, she reacheth forth her hands to the needy.

Prov. 31. 21. She is not afraid of the snow for her household:
for all her household are clothed with scarlet.

Prov. 31. 22. She maketh herself coverings of tapestry;
her clothing is silk and purple.

Prov. 31. 23. Her husband is known in the gates,
when he sitteth among the elders of the land.

Prov. 31. 24. She maketh fine linen, and selleth it;
and delivereth girdles unto the merchant.

Prov. 31. 25. Strength and honour are her clothing;
and she shall rejoice in time to come.

Prov. 31. 26. She openeth her mouth with wisdom;
and in her tongue is the law of kindness.

Prov. 31. 27. She looketh well to the ways of her household,
and eateth not the bread of idleness.

Prov. 31. 28. Her children arise up, and call her blessed;
her husband also, and he praiseth her.

Prov. 31. 29. Many daughters have done virtuously,
but thou excellest them all.

Prov. 31. 30. Favour is deceitful, and beauty is vain:
but a woman that feareth the Lord, she shall be praised.

Prov. 31. 31. Give her of the fruit of her hands;
and let her own works praise her in the gates.

808.

Ego si quis antehac captus oculorum orbibus
Pedes per urbem regeret aliena manu,
Non desinebam arguere socordem metum,
Quod abstineret morte tantam miseriam.
Nunc quo volutus in meas sententias
En ipse pecco. Misera gens mortalium
Quam cupida vitae! posteram semper lubet
Lucem tueri, mille quae vectat mala.
Tantos amores vita hominibus suscitat.
Nam vita quid sit scimus; at mortis rudes
Ideo timemus linquere hoc solis iubar.

809.

Salve meorum terra maiorum parens.
Eheu, ut homini quamlibet presso malis
Altrice nulla dulcior tellus humo.

814.

Male velle semper ante genitis liberis
Fama est novercas; hoc ego effugio opprobrium.

815.

Quoties maritus in malo aut morbo iacet,
Dulcissimum, uxor si domum recte regat.
Iram illa lenit, illa mentem liberat
Moerore, dulcis ipsa frons amantium.

816.

Recte locuta est; namque id uxorem decet,
Socialiter tolerare fortunam viri.

818.

Vir vis vocari; sed virum minime decet
Trepidantis animi mollis aegrimonia.

819.

Spei per auram vive, eadem pascere.

820.

Non solitudo, sed viri sunt civitas.

821.

Quis scit, morine vivere atque hoc vivere,
Quod nos vocamus, sit mori? hoc certe liquet:
Morbis laborat vita; qui summum diem
Obiit, miseriis pariter et morbo vacat.

823.

Infame servis nomen est, mens interim
Quum liberis sit saepe liberalior.

824.

Si ius sequentem cum profano atque impio
Sors aequa sequitur, quomodo bene res cant,
Si nulla iuris optimo cura est Iovi?

825.

Mortalium nunc si quis admittit scelus
Latere posse credit ultores deos,
Sperat profana, speque captatur sua,
Ubi coeperit vacare divina ultio
Supplicia pendens iusta factorum male.
Advertite, esse qui deum non creditis,
Pravaque mente duplicatis crimina.
Est, est profecto; qui mala admittit malus,
Hic temporis sibi ducat usuram lucro:
Nam post futura aetate supplicium dabit.

826.

Cor hominibus natura tam tenerum dedit,
Ut iure quis sit caecus, haud minus hoc suos
Sibi quisque ademptos prosequi lacrymis amat.

827.

Res modica melior, testis innocentiae,
Quam culmen altum per nefas auctae domus.

829.

Ego esse vera et recta quae memoras scio,
Sed improbata cogit ingenium sequi.

830.

Eheu! malum illud evenit divinitus,
Quum quis videt meliora, nec sequitur tamen.

831.

Qui mente pollet, valeat et promptu manu.
Turpem esse praestat ore, quam pulchrum et malum.

833.

Maxima Tellus et Iovis Aether,
Hic idem hominum divumque sator.
Pluvios latices illa receptans
Pariter generant genus humanum

Hominumque dapes brutumque pecus.
. . . . . .
Retroque meant, quae terra dedit,
Iterum in terram, quod ab aetherio
Venerat ortu, coelestis poli
Repetit templum; quae sunt horum
Nil emoritur, sed secretum
Illud ab isto
Propria sub imagine paret.

834.

Here, nemo novit sorte mortali satus,
Mensura quae sit prosperi atque improsperi.

836.

Sublime fusum cernis immensum aethera,
Cuius tenetur uvidis amplexibus
Terra; hoc putato numen, hunc perhibe Iovem.

837.

Scelus ob patratum non tibi, non alteri
Iustitia supera pectus adversum petet;
Sed lenta gressu neutiquam obversabili
Tergis nocentum temper adfiget pedem.

839.

Quam magna vis sit Veneris, an nondum vides?
Haud lingua fari valeat, haud mens assequi,
Quanta illa, quoque numen extendat suum.
Alit illa teque meque et omne hominum genus.
Nec habere nudis te volo verbis fidem.
Orationis ipsa res sponsor meae est.
Cerne ut amet imbrem terra, quum sterili solum
Squallore lugens poscit humectas opes.
Rursum amat et aether ipse, Venerisque impetu
Foetos madoris explet in terram sinus;
Quae foederata mutuis amplexibus
Quod ubique rerum est proserunt ac nutriunt.
Hinc vita visque saeculis mortalibus.

840.

Ultro sibi homines pleraque accersunt mala.

841.

Virtute nulla carior possessio est,
Quae nescit auro se servam dare,
Vitaeve amori vel Quiritum plausibus,

Virtute quo quis utitur magis ac magis,
Hoc illa crescens se fit excellentior.

842.

Humana virtus omnia antistat bona.

843.

Nec nosse nec videre quae peccaveris
Est incitamen grande confidentiae.

844.

Vis illa subita et ingeni praeceps vigor
Immensa saepe damna dant mortalibus.

845.

Utcunque verba docta non docto ingeram,
Implere nunquam potero pectus perfluum.

846.

Pecunia qui floret et fautoribus,
Si maius aliud quaerit, pol quaerit malum.

847.

Hoc disce, si non ante didicisti tamen,
Pravum esse magna portio imperitiae est.

848.

Nil antiquius arbitror
Frenatrice modestia,
Quae semper comes est bonis.

849.

Homini quid est necesse praeterquam duo,
Cereale germen atque limpharum latex,
Quae sunt parata semper et vitae satis?
Sed non sat illud sat placet; quippe inciti
Luxu ciborum inventa sectamur nova.

851.

Ius praevalere semper est immensum bonum,
Iniuria ut quis superet, immensum malum.
Quis cor protervum et pectus invidia aestuans
Optet, nisi corruptus inflata indole?

852.

Miser ille, qui falsa ornare quum didicerit,
Non vera potius optat ornate eloqui.

853.

Rigidine veri, mollis an mendacii
Malis loquelas, ede: nam datur optio.

854.

Quae iusta sunt reticere nunquam decet.

855.

Ira imperita mater est magnis malis.

856.

Saepe ex miseriis ira concitur gravis,
Et pectus error nubilo circumsidet.

857.

Periculosum messis iracundia est.

858.

Miserum alloquendo si suis exasperat
Cognata dictis turba, facit improvide.

859.

Sublime si quem ferri conspicias malum,
Superbe qui divitiis utatur suis,
Superciliumque supra fortunam erigat,
Exspecta quam mox illi poena impendeat;
Namque altius levatur, ut gravius ruat.

860.

Hominumne sese quispiam magnum putet,
Occasio quem minima facile everterit?

861.

Superbiam utero nimia fert felicitas.

862.

Alios quidem culpare sapientes sumus:
At nostra nos delicta non agnoscimus.

863.

Nil quod necesse est ferre, mortali probro est.

864.

Silentio ni melius quid portas, tace.

865.

Patriam ut recuperes ne labor tibi sit gravis.

867.

Status urbis aeger ad mala ingenio valet.

868.

Nil geritur aequi rebus in mortalium.
Oportuit nil esse Fortunae vagae
Arbitria, sed conspicua florere omnia,
Ut qui vigore roboris primus foret,
Seu tendere arcum, seu vibrare hastam manu,
Suo imperaret iure deterioribus.

869.

Quod ipse deliqui, alteri non suaserim,
Ut solia regni liberi tradat suis,
Oculos priusquam sentiat tenebris premi,
Ne sobolis ipse debeat legem pati.

870.

Aequum est malos
Melioribus parere et imperium pati.

871.

Hunc qui facinorum conscius, nec legibus
Fidens ad aras volvitur supplex deum,
Trahere ad tribunal nulla religio mihi;
Mala semper aequum ferre, qui fecit male.

872.

Virum potentem non decet, me iudice,
Minimeque regem, vilibus contendere:
Namque hos minores gloriae ducunt sibi.

873.

Multos amantes et petitores sui
Habet potestas; quo tenenda est acrius.

874.

Adolescit hominum rebus ex duris decus.

875.

Florens iuventa proelium quisquis fugit,
Sine re coma est caroque, praeterea nihil.
Iucunda quam sit vita mensarum vides,

Circumstrepentis quale fortunae iubar;
Sed abest superbae clara laus adoreae,
Nisi periclum provocans adsit vigor.
Duri labores Martium pariunt decus;
Graium per orbem foeda res ignavia est,
Nil expetiscens praeter unum vivere.

876.

Nam fida coniux, ne vir evertat larem,
Sociata prohibet, sospitatrix familiae.

877.

Nec vita coniugalis infausta omnibus,
Nec fausta rursus: nam mala uxor maxima est
Miseria; felix ille, qui reperit bonam.

878.

Felix profecto, cui bona uxor contigit;
Felix et ille, vita cui caelebs placet.

879.

Nam quod iugale contigit foedus mihi,
Hoc me tenere fas ad aetatem ultimam.

880.

Vis saeva fluctuum, ira quos ponti ciet;
Saeva est et ignis anima et amnis vortices;
Res saeva egestas; saeva sunt mille altera,
Tamen muliere saevius nullum est malum.
Non ullus istam pingat aerumnam color,
Non ulla signent verba. Quod si quis deus
Hanc reperit, idem quisquis est summi mali
Se sciat opificem hominibus infestissimum.

881.

Vana atque inanis foeminae custodia est.
Servare namque velle, servandae sibi
Quae non sit ipsa, decipi est operosius.

882.

Magnae mulieri sunt opes coniux amans.

883.

Mater tenerius liberos adamat patre,
Quia mater esse scit suos, pater autumat.

884.

Saepe educasse quam dedisse exordium
Plus vincit, illecebrasque maiores habet.

885.

Quisquis parentes mente veneratur pia,
Hic vivus atque mortuus superis placet.

887.

Lex, crede, qnaeso, mater, intercedere
Nunquam ulla poterit, quominus studeam tibi.
Id quippe ius exposcit et partus tui.
Verum ante cuncta si meum crevi patrem
Amare, non est id quod irate feras.
Me sevit ille, et quidquid usquam est gentium
Nomen patris decusque, non matris, ferunt.

888.

Permulta veterum dicta vim veri exprimunt:
Alloquia hominibus blanda medicamen metus.

889.

Quem conglutinat
Natura, nullum tempus alienum facit.

890.

Sua est hominibus indoles pro patria.

891.

Avita quamvis nos reliquerunt bona,
At celsus animus et decus gentis manent.

892.

Novi parentem qui optimarum partium
Pietate prisca, moribus sanctis fuit.
Qui possit isto filius nasci malus
Genitore? nemo est, qui mihi hoc persuaserit.

893.

Nunquam id valebit educandi industria,
Ut qui malis est genitus, evadat bonus.

894.

Non haec, sed auri trahere vis te debuit.
Turpe esse ditem, scire praeterea nihil,

895.

Quicunque luctum tam gravem pestem autumat,
Ut debeat de montis aut saxi iugo
Se iacere quisquam, non sapit; merito tamen
Tanto vacare semper exoptes malo.

896.

Tristitia morbos parturit mortalibus.

897.

Periculoso qui malo ducit diem
Melius iuvabit saepe quam qui artus secat.

898.

Non debet usus prosperis successibus
Spondere sortem semper addictam sibi.
Dea illa, dici si tamen fas est deam,
Fastidiosa est, nec fovet quemquam diu.
Mortalium res fluxa; qui spe turgidi
Futura metiuntur e praesentibus,
Documenta veri cladibus capient suis.

899.

Firma et perennis nemini est felicitas.

900.

Mortalis id fer omne quod mortalium est.
Homo ne poscas coelitum vitam tibi.

901.

Evenit illud, quod solet multis, tibi:
Qui plus cupiscunt, parta non custodiunt,
Sua hos aviditas saepe in exitium trahit.

902.

Sapientium hoc est atque cordatum virum,
Nunquam malis in rebus irasci diis.

903.

Medicina nulla luctibus saevis datur
Praeter boni et faventis colloquium viri.
At quisquis illo solus aegrotans malo
Cor ipse concit atque demulcet suum,
Si nunc levatur onere cras duplum gemit.

904.

Quanta, senectus, spe boni homines allicis?

Ad te venire nemo non avide cupit,
Sed vota damnat sua, periclum qui facit.
Quam nil deterius extat aetate gravi.

905.

Praestat sepulcris nemo amicitiae fidem.

906.

Quam durus hic est moribusque inhospitis,
Queisque usus ante est nunc amicorum immemor.

907.

Rara in sepultos, rara et in superstites
Fides amica, namque plus pollent opes
Pietate, et illa quondam in oculis gratia
Simul interit quum funus effertur domo.

914.

Novique casus subito quum tibi se ingerent,
Talem virum tibi adesse magno emtum voles.

918.

Res cuius ergo extiterat haec, finem hunc habet.

919.

Duri ad labores, hasta quibus est inquies.

925.

Ne subtiles
Tange loquelas, anime; at quid enim
Vana labores, nisi forte inter
Vis te iactare sodales?

926.

Servare quum quem vult deus, multas solet
Occasiones tum salutiferas dare.

927.

Mala fer, quondam laetus agendo.
Ubicunque prensum iura laedi hostem sinunt.
Hosti nocere iudico officium viri.

929.

Vincere vivereque optima res est.
Si moriendum est, ita dulce mori
Vitam ut virtus sorbeat in se.

933.

Praestigiarum mille nos fallunt modis
Superi, ut quibus mens visque sit praestantior.

934.

An servus is sit, qui nihil metuit mori?

935.

Utcunque honore lumine fulgidi
Speratis auri subdere copia
Vos posse virtutem, bonorum
Iudicium miseros vocabit.

937.

Aliisque praesens alia medicina est malis;
Moestis amica benevolentium oratio,
At verba castigantia oblitis modi.

938.

Non ulla tanti sit tibi felicitas,
Ut plus, quam oportet, spiritus tollat suos,
Nec triste si quid accidit, te deiice,
Sed praesta eundem semper; ingeni tui
Serva tenorem velut in igne aurum solet.

939.

Necessitate qui minorem se gerit,
Sapit ille nobis, ac sciens coelestium est.

940.

Vita haec vocatur vita, re vera est labor.

943.

Ille ante florens artubus, coelo cadens
Ut stella. periit: spiritus rediit solo,
Corpus deum licet instar, exanimum iacet.

955.

Res enim summas deus
Tractat, minores ire, qua Fors fert, sinit.

946.

Petulans et insociale de servis sati.

947.

Sapiens saepe respondet tacens.

948.

Emenda fandi si esset homini copia,
Laudes amaret prosequi nemo suas;
Nunc, ex profundo quia facultas aethere est
Accipere gratis, gestiunt omnes loqui
Vera atque falsa; res enim damno caret.

954.

Opibus superbis, femina, hoc homines solent.

956.

Res non fabriles quippe tractasti faber.

958.

Aestati et hiemi quattuor menses dedit,
Veri duos attribuit, autumno duos.

959.

Est, sint licet qui videant, est Iupiter
Superique, casus qui vident mortalium.

962.

Colloquia mores prava corrumpunt bonos.

963.

Hominibus ipsis melius haud nasci fuit.
Ego deinde acerbis liberos cruciatibus
Pario; sinistra partubus si mens meis,
Frustra angor animi, quum super video malos,
Bonos perire. Fac tamen, vivant boni,
Edent perennes corda sollicitudines.
Quid hic sit ergo dulce? non unam satis
Curare vitam proque ea aerumnas pati?
Mea ista pridem est et manet sententia,
Proserere prolem liberum non debuit
Quisquam videns in quanta nascantur mala.
Homo nempe natus inde duxisti tuae
Vitae miserias, unde nos cunctos alit
Aether, qui inhalat spiritum viventibus.
Mortalis aegre ne feras mortalia.

964.

Dulce, quum fortuna saevit, condolere coniugem
Coniugi, partemque ferre de bonis et tristibus.
Ego tuas simul aegra tecum patiar aegrimonias,
Pariter aerumnas subibo; nil erit pro te grave,
Nil acerbum: nam quid aliud est amare mutuo?

Dixerit quidvis maritus, bene putandus dicere est.
Ipsa sit sollicita, si quid dicit, ut placeat viro.

964. b

Feminarum apud maritos forma nulli profuit,
Plurimis virtus: bona omnis namque, quae iuncta est viro.
Femina intra disciplinam se tenet modestiae.
Prima pars haec est: maritus sit licet deformior,
Debet is pulcher videri mentem habenti coniugi.

965.

Felix animo quisquis doctas
Imbibit artes; non ille malum
Quaerit populo, sed nec ad actus
Fertur iniquos. Senii ignarum,
Natura, tuum speculatur opus,
Ubi constiterit, qui quoque modo.
Factu quidquid turpe est, animis
Id nunquam talibus haeret.

966.

Aurea me dorsi compagine
Penna vehet, pedibusque volucria
Sirenum nectam talaria.
Sic altum penetrabo per aethera,
Colloquioque fruar magni Iovis.

967.

Tibi cunctorum domine vinum
Salsamque molam fero, seu Ditis
Tu sive Iovis nomine gaudes.
Cunctis larga defusa manu
De frugibus accipe dona.
Tu namque deos superos inter
Sceptrum tractas sublime Iovis,
Idem regnum terrestre tenes.
Tu lucem animis infunde virum,
Qui scire volunt, quo sata mentis
Lucta sit ortu, quae causa mali,
Cui coeliculum rite litando
Requiem sit habere laborum.

968.

Quis posset aedes structa fabrili manu
Tenere vim parietibus inclusam dei?

969.

Miser ille, potest
Haec qui spectans nescire deum,
Sed celsa loquens velut implicitos
Diiicit astus, qualia inanis
Lingua effutit, cum certa habeat
Nil despectare negatis.

970.

Male iuniori feminam iungas viro:
Namque ille lecti gaudia alterius petit,
Laesa illa sese ad prava consilia applicat.

971.

Me dira egestas subigit et miserabilis
Venter, malorum causa quae ferme omnium.

972.

O vitá hominum plena laboris,
Quam stas dubio male fulta gradu,
Et modo crescis, modo decrescis,
Nullamque datur cernere metam,
In qua cursum requiescat homo,
Nisi quum leti frigida venit
Superis mittentibus hora.

973.

Quotquot rite medicari volunt,
Spectare debent ipsa terrarum sola,
Populique victum, ferre sic morbis opem.

975.

Ego, ut tulit res, et mihi didici obsequi,
Et imperare, cuncta virtutis modo
Dimensus.

977.

Boni viri index fama vel sub humum siti.

978.

Scitum comperior illud placitum Euripidis,
Vere beatus quisquis est, coenat foris.

981.

Mihi temperata vita Satis et modesta mensa;
Nimium quod est modoque Caret, ipse non concupiscam.

982.

In saturitate, non in esurie est Venus.

984.

Ad virtutem sapere egregius
Dat doctor Amor; generi humano
Ad convictum
Non est divum suavior alter;
Nam sine luctu gaudia praebens
Excitat ad spem, procul a me sint
Haec qui fugiunt sacra profani.
Fera vita meos nil ad mores
Iuvenes moneo, ne istas studeant
Vitare faces,
Recte sed amoribus uti.

985.

Eximia, ut reor,
Ultraque mediam forma non tuta est satis.

987.

Ut iura nil moretur, ingenium aspidi est.

993.

Creduntque sese quam levi mirum spei.

997.

Tellusque mater, quae situ, medio aetheris
Librata Vestae nomen a doctis habes.

1013.

Perplexa mentem sors agitat meam,
Fortuna nostras res regat, an deus
Spem saepe praeter, praeter aequum
Hos evolutos de paternis
Egere cogens triste penatibus
Felicia illis tempora dividens.
Haec conspicantes quomodo ultra legibus
Utamur, aut cur esse credamus deos?

1033.

Est liberorum vita servorum labor.

1034.

Quicunque felix sapere eundem credimus.

1035.

Mortalium cuique sua mens est deus.

1056.

Ulceribus ipse, medicus aliorum scates.

1058.

Albi lapilli spiritus tollunt suis.

Vratislaviae, typis Grassii, Barthii et Socii.

CORRIGENDA.

Pag. 27. lin. 4 a fine lege: videndum pro vivendum.
- 36. l. 1 a fin. lege: ἀλέκτωρ pro ἀλέπτωρ.
- 40. l. 7 a fin. lege: ⏑, – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – pro ⏑, – ⏑⏑ ⏑⏑ – –.
- 41. l. 17. lege: iuitium pro initio.
- 52. l. 23. lege: nos pro non.
- 66. l. 19 inter est et divinandum insere ad.
- 67. l. 5. lege: perturbationem pro perturbanem.
- 112. l. 12. lege: ἡδοναῖσιν pro ἥδοναῖσιν.
- 127. l. 3. lege: φησί pro πησί.
- 144. l. 6. lege: probabilis pro probalis.
- 144. l. 19. lege: praebere pro praebare.
- 160. l. 8 a fin. lege: ἀπάντων pro ἀπάντων.
- 171. l. 19. lege: interpretationem pro interpretionem.
- 177. l. 18. lege: ἐλεγείοις pro ἐλεγείος.
- 191. l. 8. lege: εὐνόει pro εὐνοεῖ.
- 215. l. 18. lege: οὗς pro οὗς.
- 225. l. 8 a fin. post ἐσθ adde apostrophum.
- 288. l. 14. lege: Pag. 289. lin. 23. pro Fgm. 289. lin. 23.

Leviora v. c. omissos accentus spiritusve benevolus lector ipse corriget.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This item is the property of the Library of the University of Pittsburgh. Please handle with care and return promptly. Thank you.